This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Chr. Dogm

Theological School
IN CAMBRIDGE.
The Gift of
COL. BENJAMIN LORING.

HULDRICI ZUINGLII

OPERA

COMPLETA EDITIO PRIMA

CURANTIBUS

MELCHIORE SCHULERO ET IO. SCHULTHESSIO

VOLUMEN OCTAVUM

EPISTOLARUM

A ZUINGLIO AD ZUINGLIUMQUE SCRIPTARUM

PARS SECUNDA

DIVINITY SCHOOL
LIBRARY.
HARVARD UNIVERSITY

TURICI APUD FRIDERICUM SCHULTHESSIUM
1842.

608.2
Z98.1
1828
v.8

Anmerkung
für den Buchbinder.

a) Da auf dem Titelblatt des fünften und der beiden Abtheilungen des sechsten Bandes fehlerhaft Latinorum scriptorum pars V. VI. und nochmals VI. steht, anstatt III. IV. und V., wie die Corrigenda es nachweisen; so lasse sich dadurch niemand zum Zweifel an der Vollständigkeit des Werkes verleiten.

b) Im achten Bande, zwischen den Seiten 668 und 669, muß der Carton, der die Abbildung der geheimen Zeichen enthält, eingeschaltet werden.

c) Im achten Bande müssen die Blätter, welche die Seiten 321, 322, 323, 324 enthalten, herausgeschnitten und an ihre Stelle der Carton, auf welchem diese Blätter umgedruckt sind, gebunden werden.

librorum
is doctis
cit quod
aulthess,
onasterii
vita sua
, monu-
e a Deo,
uperstes
no, et,
graphica
ns, ju-
summa
uit, ut
ous dif-
m per-
fuit in
quam
quar-
reliqua
Heren-
tae

manuc exercitata manus senis illius philologi
praestiterat minus perfecta videantur, ea trib
adjutoribus junioribus vice illius viri functis, qu
non recusabitur, quod non ab ipso statim initio ea
tatem et peritiam quae demum ex diuturno usu re
solet cum studio conjunxerunt. Hae causae allata
quemque aeque judicantem dilationem hujus editionis

608.2
Z98.1
1828
v.8
cop. 1

PRAEFATIO.

Quum gaudeamus octavum et ultimum Zwinglii librorum volumen ad finem perductum eoque totum opus viris doctis tradere posse, intimum animum nobis dolore afficit quod monendum est, alterum editorum, Johannem Schulthess, D. Theologiae, Canonicum ex collegio Magni Monasterii Turicensis 9. Nov. 1836 beata memoria relicta ex vita sua felicissimae industriae plena simulque ab hoc opere, monumento clarissimo Reformatori sacro, avocatum esse a Deo, cujus consilia nunquam non sanctissima sunt. Superstes igitur editor orbatus hoc adjutore sibi amicissimo, et, quae non est minima causa, sedem ab officina typographica longe remotam habens aliisque libris operam navans, juniores adhibere coactus est, quibus quidem primum summa diligentia ratio ejusmodi scriptorum addiscenda fuit, ut quae reliqua erant hujus operis praeterea singularibus difficultatibus textus et interpretationis affecta ad finem perducerentur. Etiam multum temporis consumendum fuit in inquirendis et inspiciendis autographis, ut epistolae quam integerrimae et emendatissimae evaderent. Et quidem quartum volumen inde a pag. 145 et octavum inde ab initio reliqua erant quae his junioribus adjutoribus curanda committerentur. Si igitur qua in his partibus collatis cum iis quae adhuc exercitata manus senis illius philologi et theologi praestiterat minus perfecta videantur, ea tribuenda sunt adjutoribus junioribus vice illius viri functis, quibus venia non recusabitur, quod non ab ipso statim initio eam facultatem et peritiam quae demum ex diuturno usu redundare solet cum studio conjunxerunt. Hae causae allatae apud quemque aeque judicantem dilationem hujus editionis satis

excusabunt; praesertim cum nobis affirmare liceat, religionem editorum ipsam nihil omittendi quod operi ab omnibus partibus quam maxime perficiendo inservire posset, non parvi momenti fuisse ad moras editioni usque adhuc inserendas.

Quod attinet ad hoc volumen octavum, quo exhibetur altera pars epistolarum, iis amicis doctis, qui nobis addenda largiti sunt eoque effecerunt, ut graves lacunas epistolarum a Zwinglio ad Zwingliumque scriptarum explere possemus, nos quam maximas gratias profiteri aequum est. Quum autem vel primo oculorum obtutu ex indice alphabetico epistolarum luculenter appareat, quam multae lacunae adhuc reliquae sint, et ut praecipue in tabellariis civitatum Germaniae meridionalis, *Augustanae*, *Ulmensis*, *Memmingensis* aliarumque adhuc multas epistolas reformatoris nostri absconditas esse necesse sit: omnes viri docti, qui Zwinglium amant veneranturque et praecipue ii, quibus ejusmodi thesauri historiae reformationis patent, id gratissimum nobis facere velint, precamur, ut ejusmodi anecdota nobiscum communicent. Nam editores et redemptor pollicentur se etiam ejusmodi additamenta, sive epistolas a Zwinglio ad Zwingliumque scriptas sive aliud quid ab eo scripti, iis qui emerint hoc opus libellis supplementariis tradituros, itaque ejusmodi reliquias nobiscum amice communicatas libentissime accepturos et usurpaturos, nec minus ejusmodi officiorum gratiam relaturos esse. Jam Deus det, ut editores hoc opere, quo neque industriae neque diligentiae neque sumptibus pepercerunt, consilium suum assequantur, itaque monumentum clarissimo reformatore patriae nostrae dignissimum et perfectum exstet, ex quo posteri gratis animis doctrinae fructum et voluptatem quam plurimam capiant. Id provideat Deus.

Scripsimus Turici 28. Dec. 1841.

Editores.

1527.

I.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax, mi frater. Jam quod scribamus nihil serii occurrit. Nam de Ecclesiis *Galliarum* ab *Oecolampadio* quoddam, opinor, accepisti. Domina Dux *Alanconiae* [1]) Concionatorem habet Christianum et alterum in aula, *Gerardus Rufus* [2]) ob fratrum preces aulica taedia devorat, alioqui concionator verbi futurus *Blesis*, [3]) quae est egregia urbs Regni. *Berchinus* [4]) et *Macrinus* [5]) liberabuntur. Rex verbo favet. [6]) *Metensis* Cardinalis [7]) non repugnat, cui aiunt connubium ineundum

---

1) *Margareta a Valesia*, Francisci I. regis soror; primum *Caroli* ducis *Alanconiae* uxor, deinde *Henrici Alberti*, regis *Navarrae*, reformationi amicissima, qua favente reformatores Galliarum diu regis tutela patrocinioque fruebantur, et quae propter literarum artiumque studium Musa et Gratia aetatis suae appellabatur (Gerdes. T. III.)

2) *Gerardus Rufus* jam initio reformationi amicus, magis autem quoad ea ad ceteras literas quam ad theologiam pertinebat, qui igitur se nullius partis ecclesiasticae socium professus est, tamen, praesertim Margaretae regina Navarrae tutante cultum literarum auxit. Episcopus *Eloronae* factus est et postea studium juvandae intelligentiae eum defecit. (ib.)

3) *Blois.*

4) *Ludovicus Berchinus* nobili ortu et regis consiliarius, qui jam primis temporibus libros e Lutheri doctrina conscriptos vertit et ipse libros asceticos conscripsit, quos collegium theologorum Parisiensium nomine *Sorbonne* a. 1523 condemnavit, quod idem etiam postea aliis libris ab eo editis accidit a. 1525. Aliquamdiu rex eum defendit ab insectatione, qui idem a. 1529 eum explendae iracundiae sacerdotum reliquit. III. Idus Nov. strangulatus et combustus est. (ib.)

5) Hic *Macrinus* haud scio an *Amedaeus Maigret* fuerit, ex ordine Dominicanorum, *Lugdunensis*, qui Lutheri more Lugduni et Gratianopoli concionatus erat, a collegio theologorum Parisiensium haereticus judicatus a. 1525 se servandi causa in Germaniam confugerat et exinde fortasse redierat. (ib.)

6) *Franciscus I.* Favebat doctis, magis famae cupidine quam studio literarum motus. Audaciae contumacium fanaticorum poenas vel ab honestis viris sumi jubebat. Quum Evangelicos in suo regno persequeretur, se conjunxit cum Evangelicis Germaniae nec non cum Turcis, contra Imperatorem. Regnavit ab a. 1515 ad 1547.

7) *Lotharingus.*

cordi esse. Scripsit *Erasmus* diversissimas literas, quae una impressae sunt. [1]) Primas ad Universitatem *Parisiam*, in qua *Lutherani* haeretici sunt, et his pernitiosiores, qui Eucharistiam negant. Alteras ad Barlamentum *Parisinum*, ut vocant, in quibus novarum rerum studiosos improbat, atqui non penitus explodendum ait, quod esse novum appareat. Nam prudentissimus vir cuique, quod gratum putat fore, scribit, neque verisimile arbitratus est, totum Senatum adversari verbo. Postremas, Regi, qui ex confesso Christum perperam per suos praedicatum ait. Huic autor est, ne Monachis et Theologis, in viros bonos, quales sunt *Berchinus* et *Macrinus*, nimium permittat, ne quando nomine haereseos tandem Regem ipsum exuere Regno pergant, praetextu Concilii, quod unus atque alter scabiosus Theologus moderabitur. Prae occupationibus ejusmodi legere per me non potui. Exemplum forte ad Te mittam.

Magistratus perendie, solenni more, mutabitur. Supremus, ut videtur, cordatior erit. Senatus hoc anno fuit tolerabilis, minus virium et autoritatis in sequentem habiturum putant. Tametsi multo maxima pars sita esset in dexteritate Ministrorum verbi. Conatus Mobilium [2]) in nervum ibit, certum scio, neque Respublicae admodum valent, ut pro re Christi ac Germaniae tranquillitate expediret. *Lutherus* justum librum in Te scribit et *Oecolampadium*: Sic enim hic jactant. Quem secure excipias meliore animo, quam ipse prior impetit. Totus in Eucharistia est. *Argent.* 1 Jan. 1527.

V. *Fabr. Capito.*

Sine unguibus et dente coneris, mi frater, nam laudem maledicentiae *Luthero* non invideo.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio, Tigurinorum Episcopo, carissimo fratri Tiguri.

II.

Erasmus Ritter, Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo per Jesum Christum. Tuas ad me destinatas literas hisce diebus accepi, easque summo gaudio perlegi, lectione item exploravi, et ecce spirabant, quod inprimis gratissimum mihi erat, *Zuinglii* in exhortando modestiam, in Evangelico negotio promovendo sedulitatem, et quid pluris? sincerum christianissimi pectoris candorem, quo factum est, ut illae paternae adhortationes tuae tam nihil molestiae mihi afferre potuerint, ut etiam hybleo melle dulciores suavissimum cordi praebuerint odorem. Ardes vero (solito more) quatenus sermo Domini velociter multo cum foenore curreret, id quoque anxius in dies precor, et ut regnum illud Baaliticum penitus demoliretur, syncera vero pietas christianaque libertas cordibus omnium insereretur, hujus ergo laboris indefessum ministrum in mortem usque me fore non dubi-

---

[1]) vid. ep. 85 a. 1526.

[2]) Ita nobiles per contemtum vocat. Siml.

tes, in quibusdam vero externis ceremoniarum ritibus non licet usque adeo festinare, quamvis omnia, quae Papam sapiunt, atque fidei obsunt, (ut fere omnia, quae hactenus Papa et Concilia tradiderunt) quantocyus potuero eversum iri conabor. Quaeris vero, quidnam in caussa siet, cur segnius rem aggrediar, en et in hoc tibi satisfaciam lubens, non dubito, quin res te lateat. *Seb. Hoffmeister*, qui ante me hoc munere apostolico in Ecclesia *Scaphusiae* fungebatur, pio licet zelo (ut reor) summa vero et inaudita mordacitate fecit, ut in ipsis liminibus aderat extinctio totius Evangelii. [1]) Ille bonus vir dum prodesse cupiebat, tanto fuit incommodo, ut nemo magis potuisset, nec etiam regnum illud papisticum cum omnibus satellitibus suis, et si licet quidam sint, qui hoc idolum, Papam Antichristum jam denuo pristinae potestati animas perdendi, restituere conantes, animalia videlicet ventris, nihil tamen efficere possunt, ego enim me murum ponam pro Israel, Deus O. M. de die in diem gratiam abunde suppeditat. Ad hoc vero certamen majori opus est prudentia, quam si nunquam sanae doctrinae quid percepissent: nam summa modestia omnia sunt agenda in posterum, illico illis in mentem revocatur seditio proxima. Ceterum quae tibi tabellio is mea causa annunciat, ac si me coram audires, accipito, praesertim ex parte mulierculae cujusdam, qua in re tuo et auxilio et consilio opus erit. Vale. Ex *Scaphusia*, 1 Jan. 1527.

Misisti Xenium tam gratum *Erasmo*, ut omnibus opibus atque etiam Croesi ditissimi praestat, at ego quid dignum tibi reddam inscius sum. Indignae sunt literae omni barbarie refertae tanto viro muneris loco, sed *Erasmum* tibi filii loco do et dedico, hunc argue, increpa, et experieris tibi observantissimum. Salutat Te *Gaspar Tonsor*, qui mecum laborat in Evangelio Christi.

Erasmus Ritter, tuus.

Inscriptio: Syncerissimo verbi Ministro, Huldrico Zuinglio, Tiguri Evangelistae, Patri suo inprimis observando.

III.

Zuinglius ad legatos Bernenses in Thermis. [2])

Gratia et Pax a Deo ante omnia. Tit. Quae causa fuerit cur antehac non *Thermas* ad disputationem venerim, dicere non opus est, quippe quod non solum in medio actu, sed etiam ante omne consilium abunde indicatum sit, scilicet mihi nullum locum aequum fuisse, ubi V *pagorum*, qui sibi meae doctrinae, quamquam non mea sed Dei est,

---

[1]) *Ritter* dicit tumultum anni 1525, quo utraque pars ecclesiastica arma cepit et *Hoffmeister*, ut qui eum concionando excitaverit, exilio affectus est.

[2]) Sine dubio a *Zuinglio* ad legatos urbis *Bernae*, qui ineunte anno 1527 cum legatis XI pagorum *Thermis* erant. Vid. Hotting. hist. eccles. Helvet. 3, 354. In involucro epistolae Zuinglii manu scriptum est: „*Trempio* quoque exemplum mei scripti ad nostros confoederatos est. Remittendum est.“ (Simler. Msc.)

insectandae atque e medio tollendae tamquam haereticae legem imposuissent, aliqua potestas esset. Si autem *Murnerus* iterum tam inhumanis opprobriis me incesserit, quem quidem Deus cognoscit aeque ac me, et XII pagos appellaverit, mea certa spes in eo posita erit, quod Vestrae quoque Sapientiae Domini, quorum honorati legati estis, in horum XII pagorum numero erunt. Quos etiam atque etiam rogo, quoniam nec *Bernenses* nec *Basileenses* nec *Glaronenses* nec *Abbatiszellani*, qui omnes ad accipiendos commentarios, quibus praesens disputatio exhiberetur, annisi sunt, neque mei Domini *Turicenses*, qui se utique acta literis consignanda curaturos esse professi sunt, neque ego, quocunque numero sum, qui utique me paucis horis de Eccii aliorumque errore rescripturum esse spopondi; igitur omnes impetrare non potuerunt, ut ullum exemplum cuiquam impertiretur, omnia vero in *Murneri* manibus et potestate sunt, qui iterum excudere possit, quidquid velit, nisi forte tantam ei fidem habent; quis enim scire potest, ubi forte vel gravissima verba omissa, vel in eorum locum alia subdita sint, si nemo archetypum conferendum cum libro excudendo adipisci potest: adeo instanter rogo, ut aut unius exempli vel omnium quatuor jurisjurandi religione scriptorum cum excudendo conferendorum, in urbe neutri parti serviente, scilicet *Bernae*, *Basileae*, *Scaphusiae* vel *Constantiae* praesentibus juratis notariis legendorum auctores esse velitis, antequam excusum editum sit; nisi enim *Murnerus* in excudendo fefellerit, mihi certum est, nostram doctrinam jam vicisse; aut etiam ut nova disputatio, quae cum justa, honesta, christiana disciplina modestiaque peragatur, scilicet *Tiguri*, *Bernae*, *Basileae* vel *Sangallae*, et ad quam *Murnerus*, *Eccius*, *Faber* et quivis citra periculum vocentur, Nam sane nobis confoederatis discordia nimie gravis erit, quominus defendamus a nobis vim omnium regum; atqui *Murneri* consilia praecepta facta omnia in perturbationem etiam in bellum internecivum vertunt nostrae almae Helvetiae; neque nos omnes reges principesque magis inter nos instigare possint quam per tales homines, qui per omnem aetatem nostrae almae Helvetiae infensi fuerunt, nunc vero ad ejus concordiam dissolvendam omnes vires impendunt. At si nulla opinione neque in bonam neque in malam partem praesumta convenire possimus nos Deo volente omnes res inter nos edocturos esse opinor. Nam quod suam inhonestam malitiam in me effundit, immerito fit, nihil enim eorum, quorum me reum agit, mihi unquam in mentem venit, nedum fecerim, neque in iis quidquam adjuvi, neque suasi, sed pejus opprobrium ipsi nunquam injeci, quam eum a nullo loco, ubi unquam aliquamdiu aequis condicionibus habitaverit, honeste discessisse, quodquidem ei confiteor atque si opus fuerit probaverim. Quod autem ei respondere nolui primum verbi Dei in honorem factum est; quid enim ei talibus nugis opus est. Nonne ludibrium esset Dei verbo cum ejusmodi upupis [1]) certare? Deinde quia satius est inhonesti hominis nomen

1) Viro Zuinglii scriptorum peritissimo auctore Zuinglii manu scriptum fuisse hüppenmeis verisimile est, quod verbum vernaculae linguae alias significans upupam ex usu illius aetatis hic cavillandi causa usitatum est, ut significet hominem contumaciter loquentem.

et doctrinam nusquam amplificari contra scribendo, nam improbi quoque lucro sibi ducunt, si eorum nomen augetur sive honeste sive inhoneste. Quocirca, Clementes, Sapientes Domini omnia in optimam partem accipiatis et summo studio id unum meditemini, quod nos omnes ad majorum nostrorum concordiam perducat. Quod omnipotens, optimus Deus impertire velit; qui vos conservet. Amen. Omnia in optimam partem accipiatis. Datum etc.

3.

Zwingli an die Gesandten von Bern in Baden.

Gnad und Fried von Gott bevor. Tit. Womit ich vormals verursacht sei, nicht gen Baden auf die Disputation zu kommen, ist ohne Noth zu erzählen, denn dasselbe nicht allein in Mitte der Handlung, sondern auch vor allem Anschlag überflüssig angezeigt ist, namlich dass mir kein Ort gemein wäre, da die V Orte, die meine Lehre, die nicht mein, sondern Gottes ist, sich verpflichtet hatten, zu fähen und durchächten als ketzerisch, Gewalt möchten haben. So mir aber Murner jetzt abermals unmenschlich zuredet (Gott erkennt ihn und mich) und entbietet eines Rechten zu sein vor den XII Orten, versehe ich mich wohl, E. W. Herren, dero Ihr Ehrsame Boten seit, seien unter denselben XII auch gezählt. Ist an die meine ernstliche Bitte, sintemal weder Bern, Basel noch Glarus und Abtzell, die alle nach der Abschrift, die mit Eidspflicht ab der gegenwärtigen Disputation genommen, gestellt und geworben, noch meine Herren von Zürich, die sich allweg Bericht zu nehmen erboten haben, noch ich, Kleinfüger, der mich allweg entboten habe, in wenig Stunden schriftlich über Eken und anderer Irrthum zu antworten: ja alle nicht haben mögen erwerben, dass ein einig Exemplar oder Abschrift jemand verhängt wurde, aber alle Dinge in Murners Handen und Gewalt sind, der aber drucken möchte, was er wollte, oder die ihm so wohl vertrauen, denn wer will wissen, wo etwann auch die trefflichsten Bundworte ausgelassen oder an deren Statt andere gethan seien, so niemand keinen Archetypum oder erste Schrift dargegen haben kann? Ia meine ernstliche Bitte ist, entweder zu verhelfen, dass ein geschwornes Exemplar gegen dem das gedruckt soll werden oder alle vier verlesen werden in einer unpartheiischen Stadt als Bern, Basel, Schafhausen oder Konstanz in Beiwesen der geschwornen Notarien ehe und man den Druck lasst ausgehen: denn wo Murner im Drucken nicht fehlt, bin ich gewiss, dass unsere Lehre schon überwunden hat. Oder aber ein neu Gespräch, das mit rechter, ehrbarer christlicher Zucht und Bescheidenheit vollstreckt, zu Zürich, Bern, Basel oder St. Gallen angesehen und dazu Murner, Ek, Faber, und wen man will ohngefährlicher Mass beruft haben, ansehe. Denn je uns Eidgenossen Zweitracht zu schwer will gegen allen Herren werden, und reicht aber Murners Rath, Lehre und That, alle zu Zerrüttung auch tödtlichen Krieg einer L. Eidgenossenschaft, und könnten alle Fürsten und Herren uns nicht bas gegen einander verhetzen, weder mit solchen

Leuten, die all ihr Lebtag einer L. Eidgenossenschaft zuwider, und jetzt zu Zertrennung dero aller Kräfte anwenden. Wo man aber ohne Vor- oder Nachrede zusammen kommen möchte, wurden wir, ob Gott will, aller Dinge, einander wol unterrichten. Denn sein unehrbarer Schalk, den er gegen mir ausstosst, beschicht nicht aus Verdienst, denn ich alles, dessen er mich zeiht, gar nie gesinnet, ich geschweige, gemacht habe, nicht dazu geholfen noch gerathen, sondern ihm Aergeres nie zugeredt, weder dass er ab keinem Ort, wo er je eine Zeit billicher Wohnung gewesen, mit Ehren sei abgeschieden. Dess gesteh ich ihm noch und will das, so es Noth thut, kundlich machen. Dass ich aber ihm nicht antworten habe wöllen, ist erstlich Gottes Wort zu Ehren geschehen, denn was bedarfs solchen Wusts? Wär es nicht ein Spott mit Gottes Wort gegen solche Hüppenmeis fechten? Demnach, dass wäger ist, des unehrbaren Menschen Namen und Lehre werde nirgends grösser noch breiter gemacht mit Gegenschreiben, denn auch die Bösen für gut aufnehmen, wenn ihr Name gross wird, es sei ehrlich oder unehrlich. Hierum, Gn. W. Herren wollet alle Dinge im Besten verstehen und ernstlich das Einige trachten, das uns mit einander in unserer Vordern Einigkeit bringen möchte. Das wolle der allmächtige gute Gott verhängen; der bewahr Euch. Amen. Vernehmet alle Ding im Besten. Geben etc.

IV.

Joannes Dorfmann [1]) ad Zuinglium.

Gratia et Pax a Deo. Carissime frater, paucis diebus ante festum natalium Christi retuli senatui *Curiensi* quaedam de Evangelio ex quibus de ludi magistro mihi responderunt, se cupere, ut quaeram habilem, pium idoneum virum. Quocum, si repertus erit, mercedem paciscentur, scilicet alteram partem fixam sese daturos alteram a scholis exacturos esse professi sunt, ut certo dicere non possim, quanta ei merces futura sit, quamquam eam ad 50 vel 60 florenos aestimo. Quare tibi curae esse velim, ut nobis virum christianum concilies qui Evangelio serviro paratus sit, quem ego quoque pro virili parte quam optime adjuvabo; et quidem ut primum quisque venerit, ita gratissimum nobis fecerit; nam lues conquievit et pueri nunc rursus in scholas mittentur. Itaque nisi mox ludi magister praesto fuerit, fortasse aliqui ad Papistas ierint [2]). Porro neque idola neque Missa penitus sublata est, sed id tempus mox affore spero. Praefecto *Flimsiensi* tuam commendationem scripseram, sed nihil adhuc mihi responsum erat. *Abbas* festo natalium Christi in concione dixit, Joannem praestantissimum esse Evangelistarum propter virginitatem, qua re eum meruisse ut omnium clarissime de Deo scribere posset, quae quidem a Deo ipso ei inspirata essent; Petrum autem, quamquam etiam Matth. 16. Domino quaerenti respondisset: Tu es

---

[1]) Al. *Comander.*

[2]) Zuinglius curavit ut *Balingius Curiam* veniret.

Christus vivi Dei filius, tamen id dixisse ex exteriore conjectura, computatione; nempe ad res exteriores pertinuisse, quod coram eum videret, quod eum in mari ambulantem, alia mirabilia facientem vidisset. Non igitur Deo inspirante, ut Joannem, Petrum Dei filium eum appellavisse. Deinde ut legum simulacris, Patris promissione, Prophetarum scriptis nobis sponsum fuerit, Christum hominem naturum esse, ita in manus eum venire digni sacerdotis in pane sacrae Missae et qui alterum verum esse neget etiam alteram negare. Scilicet prudenti et pulchro syllogismo probavit, omnia scripta, quae pertineant ad Christum hominem natum etiam probent necesse esse Christum in pane sacro praesentem esse. Nimirum hic Papistarum res vicerit, nam Christum hominem fuisse ex sacris scriptis apparet. Ergo etc.

Deo sis commendatus

Joannes Comander, tibi addictus [1]).

Inscriptio: Piissimo ac vigilantissimo viro Udalrico Zuinglio, Tigurino.

4.

Johann Dorfmann an Zwingli.

Gnade und Friede von Gott. Allerliebster Bruder, in den nächsten Tagen vor Weihnacht hab ich vorgebracht einem Rath zu Chur etliche Artikel das Evangelium betreffend, unter welchen des Schulmeisters halben ich die Antwort empfangen: ich solle nach einem geschickten, frommen, tauglichen Mann werben. So der erscheint, wollen sie mit ihm der Besoldung halben übereinkommen, nämlich wollen sie eine Steuer oder Summe geben, und das Uebrige ab den Schulen einziehen, dass ich nicht kann eigentlich sagen, wie hoch seine Besoldung würde, doch schätz ich's auf 50 oder 60 Gulden. Darum lass die Sache befohlen sein, mit einem christlichen Mann, der das Evangelium geneigt sei, zu dienen, dem will ich auch nach meinem Vermögen dienen, und das Beste thun; so ehe einer kommt, je lieber, denn der Sterbend hat aufgehört und wird man die Kinder jetzt wieder zur Schule thun. Wo einer nicht bald da wäre, möchten vielleicht etliche zu den Papisten gehen. Item, es sind noch weder Götzen noch Messen gar hinweg. Ich hoffe aber, es werde bald rucken. Dem Ammann von Flims habe ich keine Empfehlung geschrieben, aber mir ist noch keine Antwort worden. Der Abt hat auf den Weihnachtstag gepredigt, Johannes sei der Uebertrefflichste unter den Evangelisten von der Jungfrauschaft wegen; damit habe er verdient, dass er allerhöchst von der Gottheit habe können schreiben und sei ihm von Gott eingesprochen; aber Petrus habe wol auch Matth. 16. dem Herrn auf seine Frage geantwortet: du bist Christus, der Sohn des lebendigen Gottes. Er habe aber geredet ex exteriore conjectura, computatione; er habe ab auswendigen Dingen genommen, dass er ihn sah vor ihm stehn, dass er ihn hatte sehen auf dem Meer wandeln und andre Wunderzeichen. Also hat er

[1]) Haec epistola ineunte a. 1527 scripta est.

nicht aus Einsprechen Gottes wie Johannes ihn genannt einen Sohn Gottes. Item, wie die Menschwerdung Christi durch Figuren der Gesetze, durch Verheissung des Vaters und Schriften der Propheten uns wahrlich erboten und geleistet sei: also wahrlich kommt er in die Hände eines würdigen Priesters in dem Brot in dem Amt der H. Mess, und wer Eins läugne, der läugne das Andere auch. Das hat er bewährt mit einem klugen schönen Syllogismo, dass alle Schriften, die da dienen auf die Menschwerdung Christi, die müssen auch bewähren die Gegenwärtigkeit im Brot. Hier wird nun der Päpstler Sache gewonnen sein, denn die Menschheit Christi ist klar aus der Schrift. Ergo ectr. Bis Gott befohlen.

Joannes Dorfmann, dein Eigner.

Inscriptio; Piissimo ac vigilantissimo viro Huldrico Zuinglio, Tiguriņo.

V.

Zuinglius Oecolampadio.

Gratiam et pacem a Domino. Quum nuper moneres, ut quomodo finis imponi posset Antichristianicis concionibus, quae apud vos fiunt, consulerem, excidit sub ea epistola quod petieras; evenit enim non raro tot occupationibus adobrutis, ut summa excidant. Damus autem in praesentia consilium, quod praesens nobis fuit; non hercle quasi nos prudentia anteeamus, sed experientia. Consulto ergo abs te factum agnoscimus, quod amice Suffuraneum (Suffraganeum intellige [1]) per epistolam admonuisti; facito idem ad alios quoque pseudoprophetas, cum obtestatione, quod nisi resipiscant, palam sis ac nominatim eorum doctrinam confutaturus. Hic magis excandescent, nisi Satan apud vos non est tam virulentus in istis, quam fuit in nostris. Dabis ergo operam, ut aliquos in eorum conciones insinues, minime seditiosos (solent enim quidam plura referre quam acceperint), qui ad verbum etiam assignent, quae isti aut mentiuntur aut vane deblatterant; ea tu dein, aut alius de via nostra, publice revelles: praeterito semel atque iterum ejus nomine qui mentitus est, sed sub comminatione prodendi nominis, ubi desistere nolit. Procedes ergo eousque, donec autorem quoque publice traducas; sic enim compelletur Senatus vos omnes convocare ad collationem. Apud nos erant boni cives, qui in faciem reclamabant falsis prophetis, quos Senatus increpitos jubebat pacem ac otium agere; nonnullos in nervum conjiciebat. Jam nobis campus in eum invehendi dabatur, at nihil movebat. Tum demum adiit *Leo* noster ad Augustiniani sermonem: cumque is solito more anilia sua ganniret, amicissime concionem interrupit, et sic allocutus est eum; Audi paulisper, o reverende Pater Prior: ac mox, Et vos optimi cives nihil turbamini, Christiano pectore omnia mihi agentur etc., nam longum esset omnia narrare. Summa, oriebatur ferme tragoedia: erant enim qui hominem

[1]) *Augustinus Marius.*

pro audacia adfligere instarent (non enim te fugit, quodnam hominum genus in istorum concionibus frequens sit:) nisi perinde adfuissent, qui Leonem periculo eximerent: sed in Comoediam tandem descendit. Cum enim Senatus hac via ad collationem decernendam attraheretur, factum est, ut non tantum iustitia, sed etiam malitia pessimorum hominum sit retecta [1]). Esset et aliud consilium, sed vobis nescio quam adcommodum. Despicite ergo, si omnes qui ab Evangelio statis, Senatum petatis, ac dato exponatis, quam dissidiosa res sit, in una eademque urbe diversis populum distrahi sermonibus; praesertim ubi hi, a quibus optima ac justa populi pars pendet, sese nunquam non offerant ad collationem; ii vero quibus obstent, nunquam non deprecentur ac fugiant. Non solum ergo parum Christianos, sed ne humanos quidem vos esse futuros, si his cedatis, qui victoriam desperarunt, simplicem veritatisque studiosam plebem, quae fidei vestrae commissa sit. Non esse novum, collationes istas a Magistratu dari: sed Tiguri, Argentorati, Sanctogalli, dudum sic esse factum etc. Scripsit e Norimberga *Hanerus* ad me his diebus; primum ut te salvum jubeam: dein quod Lutherus auditorio sese substraxerit, ut in te scribendi satis sit otii. Monent alii in nos invecturum esse; sed heus tu, Durum est Saulo contra stimulum calcitrare; nihil moveamur, verba dum sint, quae isti commentantur. Adversus *Struthionem* Apologia nunc sub prelo gemit. Tu interea cum fratribus omnibus vale, ac feliciter annum vigesimum septimum auspicare. Catabaptistae, quos dudum εἰς κόρακας abjectos oportuit, apud nos otium turbant piorum: sed arbitror securim admotam. Dominus adsit Ecclesiae suae. Amen. Tiguri 3. die Januarii 1527.

VI.

Zuinglius Thomae ab Hofen.

Gratiam et pacem a Domino. Arbitrabar aliquamdiu te nostri nullam curam habere reliquam, quum nullicunde gentium ad nos dares literas [2]). Nunc vero cum te *Gebennae* reipublicae gratia abesse constat, duplici nomine reficimur, et quod nihil sinistrum passus sis, et quod eo in loco habearis a tuis, ut te ad haec negotia mittant, quibus gloriam sibi, utilitatem autem non vulgarem recens factis civibus per te comparari non ambigunt. Status noster idem ferme manet per Dei bonitatem. Tui ursi iterum aliquousque ungues exeruerunt, utinam nunquam retrahant, donec quicquid apud eos contra Christum erectum est discerpant. *Sanctogallenses* aboluerunt simulacra sua. *Curienses* suis inducias dederunt usque ad Divi Pauli conversionem: tum sperant comite missa, abituros esse deos istos ligneos, qui stant et non ambulant. Non dubito quin in mediis reipublicae negotiis, Christi negotiorum minime sis ne-

1) Prima disputatio Jan. 1523 exinde consecuta est.

2) Civitas Bernensis Genevensem defendit contra imminentem vim ducis Sabaudiae.

gligens. Bene facis, optime de optimis merendo: nihil enim ipse sic florere cupio atque respublica hac enim ubi crescunt, tyrannorum audacia coërcetur. Sed enim optime de Gebennae civibus merebere, si non tantum leges eorum ac jura, quantum animos componas: animos autem quid melius componet, quam ejus sermo atque doctrina, qui animos ipse formavit? Haec mi Thoma non ideo tecum ago, quasi torpentem sim expergefacturus: sed currentem, quod dicitur, adhortor. Certo enim de te mihi persuasum est, te bonitatis divinae nunquam obliturum. Vale, et si quid amicorum habes, meo isthic nomine saluta. Tiguri, 4. Januarii 1527. Si vacat, rescribe, quo in statu res apud vos sint: et quos partus Principes ad ingruens vere nido producere moliantur.

VII.

Zuinglius B. Hallero.

Gratiam et pacem a Domino. Sic omnia vices suas norunt, charissime Berchtholde, ut ea quoque quae naturalia vocant, hoc est, ἀναίσθητα, id est, insensata, nunquam operi atque officio suo deficiant. Remittente enim improbo Borea, subito mitiores Zephyri omnia occupant: et incendio canis frigescente, uber autumnus annonam in sinum nobis abjicit. Nobis ergo cum rerum istarum aliarumque omnium conditor Deus, cui militamus, ostium adperiat, per quod in hostium castra irruere nullo negotio possumus, rem segnius obeundam esse putamus: non arbitror, nisi ventis sumus leviores. Adperuit tibi, atque adeo nobis omnibus apud vos fenestram, qua exploratricem cataclysmi columbam, aliquamdiu exulem, recipias. Plane loquar. Profligatum erat propemodum apud nos Christi Evangelium, nunc ejus praedicandi iterum facta est potestas. Tu in hac provincia nauclerus es ac Noa, cave oscites: utere occasione, neque committas ut quisquam jure queri possit, negligentia tua spes bonas concidisse, aut rem esse cunctantius gestam; sed insta, urge: aculeos ac hamos sic in mortalium pectora demitte, ut evomere etiam si velint non possint. Dabit autem Dominus in omnibus et cor et intelligentiam. De auxiliatore nonnulla ad Trempium dedi, is exponet: receptui enim a scribendo cecineram, sed ad profundam lucernam. *Collino* meo domi suae quid literarium interim curante, ista demus. Vale, et servet te ministerio suo is, cui servis. Cave ergo ventri servias: is enim tam fallax est tutor, ut ne seipsum quidem servare possit. Haec citra morsum sint in ventrem tuum dicta, pro bono novi anni auspicio. Salvi sint amici omnes. Tiguri, 4. Januarii 1527.

VIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi Tecum. Dilectissime *Zuingli! Henricus* ille scriba Senatus nostri, omnium qui hic agunt fratrum facile

integerrimus, et in asserendo Evangelio Christi dexterrimus, utique dignus est, qui tuo colloquio abundantius fruatur. Per hunc nuntiare poteris, quicquid nos facere velis in gloriam Evangelii. Accipies autem ab eo, quo in loco res nostrae sint. Scripsi nudius tertius quaedam *Pellicano*, ut audirem ejus consilium [1]). Ejus rei et hic *Henricus* conscius, nihil enim ab illo occulto. Poteris data opportunitate cum eo loqui. Jussi autem *Pellicani* negotium Tibi aperiret. Sane animus meus, ne quid agam in hac re, quod Evangelio jure detrimentosum sit. Domini fuerit dare gratiam. Proinde si vacat, Tu vel *Pellicanus* rescribite, aut cum illo consilium communicate. Cetera *Heinricus* nunciabit, quomodo vilescant Missae et cetera. Datae *Bas.* 6 Jan.

Tuus Oecolampadius.

IX.

Zuinglius ad Philippum Marchionem Badensem.

Gratiam et pacem a Domino. Respersit omnium qui apud nos sunt piorum aures pietatis tuae fama, Clarissime Marchio, quae me tam confidentem reddidit, ut mortalium omnium postremus ad te dominum meum observandissimum, istas dare, nihil sim cunctatus. Adstipulatae sunt proposito, tua illa insignis bonitas, ac ingenii vere ingenui dexteritas: et quae alios deterrere potuisset, amplitudo. Invitavit quoque super omnia judicii sanctitas, quae in principibus ut rara, pro dolor, est hac tempestate, ita in te incorrupta nitet, ut nemo conscientia bona fretus, non audeat intrepide ad te accedere. Cum ergo *Jacobus Struthio*, homo fortasse audentior quam doctior, loquentior quam circumspectior, libellum in nos ediderit, se quidem non magnopere, te vero illustrissimo ac optimo principe, indignissimum, quo et Eucharistiae veritatem subruere, et quam in Evangelii sui ministerio autoritatem Dominus dedit, contaminare ex professo etiam nititur: nihil cessandum esse duxi, quo minus istius impudentiae responderemus, propterea quod esset a sacris concionibus tuis. Certus enim sum quod quicquid tandem in considerationem veniat, ubi veritas ejus singulari prudentiae tuae planius exponatur, nullatenus offensum iri posse. Est ergo Eucharistiae causa nobis hoc libello denuo tractata, faxit Deus ut omnia in gloriam suam cedat, non hercle quasi prius non sint affatim omnia prodita, sed ut qui contentiosi sunt plane videant, verborum figmentis veri faciem obscurare nequire: semperque futuros esse qui illius amore non modo silere, sed non in discrimen quoque venire nolint. Lege ergo, si licet ac decet, eum libellum: neque hic quicquam dictum puta in sacrosanctam pietatem tuam. Videbis haud dubie indigne facere, qui rem minime compertam, sic apud indoctam plebem traducunt. Boni facito pro tua bonitate omnia: et ut Evangelio ejusque ministris hactenus tanquam Abdias patrocinatus es, perge. Tiguri, 11. die Januarii 1527.

---

[1]) De suo connubio.

X.

Petrus Gynoraeus Zuinglio.

Gratia et pax a Deo Patre per Christum. Quum nihil aliud in manus veniat, charissime *Huldrice*, quo Te honorem, cogor tandem ejusmodi Tibi exhibere strenam, quam in horum comparavi officina, qui monstris, quam hominibus similiores, ac penes quos maledicere, calumniari ac blasphemare, gloria haud exigua. Accipe igitur duos hos ab amico strenae vice libellulos admodum inimicos, ac ubi a studiis vacarit severioribus, eis sesqui horam impertito, quorum alter *Andream Althamerum* authorem clamat [1]), alter vere deploratae vanitatis Monachum, *Thomam Murnar*, [2]) artificem praefert: Quanquam non desint, qui communem operam tribuant *Eckio*, aliisque ejusdem farinae nugatoribus. Equidem non alia ratione hujusmodi Tibi mittere soleo virulentias, quam ut facilius, ubi commodum fuerit, refellere queas, idque in tempore, vel alte contemnas, dum videris indignas, quibus respondeatur. Ceterum quid tibi scribam de rebus meis, quae sane pejore loco esse non possent, nec video, quo pacto emendari queant. Tu mei fac memor aliquando sis. — Senatus inhibuit, ne *Murnari* libellus publice *Augustae* vendatur. Vale. Raptim. *Aug. Vind.* XIV. Jan. 1527. *Leonem* nostrum item et *Pellicanum* impense meo nomine salutato. *Grymius* vicissim plurima vos omnes salute impertit.

Petrus Gynorius, tuus ex animo.

Inscriptio: Clarissimo viro D. *Huldr. Zuinglio*, Tig. Episcopo, fratri carissimo.

XI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo Dilecte frater! Consiliis tuis nobis quidem consultum foret, si ea justitiae ratio haberetur, quam et Pagani Deum ignorantes amplexantur. Adversarii obduruerunt, contenti vel hoc uno, quod reclamant strenue apud suos. Sed invenientur a Domino, qui illis utitur ad exercendum nos. Tumultuarios nos vocant, et seditiosos, qui omnem ferimus importunitatem. Quid autem alant ipsi, subodoramus. Bene est, quod non extendit Dominus virgam peccatorum super sortem justorum, alioqui nos vivos deglutissent jam pridem. Tandem optandum erit, ut Antichristos habeamus contradictores, quo perspecta veritate contemptiores sint tenebrae, et nos in majore timore Domini ambulemus. Nihil praetermissum est eorum, quae Tu mones, et adhuc haerent ac patienter tolerantur tantae pestes. Porro quod ad negotium meum attinet, de quo *Pellicano* scripsi, *Henricus* ex vobis admodum ambiguum retulit orandum. Expectabitur itaque consilium Domini, sive illud vestrum, sive aliud, probet. Ipse ad hoc enitar, ne Verbum Domini per me habeat male, devoraturus potius omne taedium et quic-

---

[1]) De sacramento altaris.

[2]) Responsio ad libellum *Zwinglii*. 1526. 4°.

quid molestiarum in me congeri potest, quam ut retrospiciam. Annuat modo Christus. Apologia in *Struthionem* supra modum arridet. Condonabile erit apud candidum lectorem, quod meritis sannis ridiculus scriptor exceptus est, quandoquidem prior adversus veritatem ineptire non erubuit. Misi exemplum, quod mihi oblatum, *Argentinensibus*. Nobis iterum negotium exhibent Catabaptistae, qui ex *Argentorato* huc venerunt proscripti. Latebras amant, et suspectam doctrinam persecutionis nomine palliant. Mitto Epistolas *Erasmicas*, quas petiisti. Vereor ne *Thermae* parum cogitaturae sint, quae ad pacem faciant. Fratres nostri vos omnes salutant, et Ecclesiam nostram vestris precibus commendant. Vale. *Bas.* XV. Jan. 1527.

Tuus *Oecolampadius*.

XII.

Fridolinus Fontejus [1]) Zuinglio.

Pax et gratia a Domino Deo nostro. Dilectissime frater, me fausta incolumique esse valetudine scias basilicaque item te esse jucundum esset mihi audire. Ad haec ne te lateat, in omnibus nostris *Glareanis* Ecclesiis Evangelium pulchre procedere [2]). Deus det et augeat gratiam! Quanquam haud pauci Evangelii fautores obierint mortem, nihilominus semper habeo multos verbi Dei auditores. Nam cotidie cogitare soleo, quanam re christianum adjuvem profectum. Nam crede vera loquenti, non mihi minus curae est, ut purum Dei verbum Ecclesia nostra consequatur, quam vel doctiori me. Praedico enim, absit jactatio, sedulo, quo vitia arceantur, et christiana charitas adolescat: quoniam belli sunt mirum in modum cupidi, id quod plurimum displicet. Audeo ego intrepide omnem Ecclesiae abusum et omnia humana praecepta, in enunciatione verbi Dei damnare, excepto sacramento. Nam admittunt praedicare abusum Missae, quem hactenus populo evulgavi, volunt tamen in pane corpus et sanguinem substantialiter esse. Aestimo enim, eos prius oportere lacte, quam solido cibo enutriri. Sunt enim imbecilles, id enim fit ex praedicatione *Valentini* [3]). Ob id prudenter res est adgredienda, ne offendantur, laborisque ne nostri nos poeniteat. Tempori est parumper serviendum, nisi tu suadeas aliud. Dolere enim soleo, quod *Lutherus* adeo sit contumax, quoniam ad

---

[1]) *Fridolinus Brunner*, pagi reformator. Vid. h. opp. I, 176. Hoc tempore adhuc parochus *Mollisiensis* erat. v. ep. 92.

[2]) *Mad* pagi Praetor, qui a reformatione alienus fuerat, mortuus fuit et *Joannes Aebli* reformationi amicus et *Zuinglii* propater pagi praetor creatus. Tamen populus adhuc dubitavit proximo conventu. Parvo pluribus suffragiis vincentibus legatis V. pagorum promisit, se in religionis moribus a majoribus receptis permansuros esse; quod tamen promissum complures parochia nihil curaverunt. (*Valent.* et *Henr. Tschud.* Chron. Glaron.)

[3]) *Tschudii*, parochi Glaronae, qui cum *Erasmiana* circumspectione inter partes stabat et ab iis etiam interdum urgebatur.

nos missus est libellus, cui titulus almanice: wider die Schwarm Geister, quem nostri legerunt, et per ejus doctrinam multi offenduntur, ut ipse nosti. Quare velim Docti ei responderent, et quo os ejus opprimerent. Nam si *Lutherus* non esset, in tuam multi pedibus ivissent sententiam de Sacramento. Et quum ille Nebulo [1]) adeo semper pugnantia dicat, eo minus etiam et ipse audeo de hac re praedicare. Quid autem in hoc articulo mihi sit faciundum, tu consule, quoniam tuo sum consilio acquieturus. Ad haec licet mihi absque periculo praedicare de Purgatorio, de Indulgentiis, de Merito, et de omnibus Papae nugis. De his populus, gratia Dei persuasus est, nugas esse et fabulas. De Intercessione nullus est amplius labor. Nullum enim amplius admittunt Intercessorem praeter Christum: id ex Johanne didicerunt. Atque sic res bene habet; Deus nobis augeat gratiam suam. — Nova, quae apud nos sunt, arbitror te nequaquam nescire. Ad haec nodus mihi in scripturis occlusus (quem) velim mihi enucleares. Christus dicit Joh. XV. „Sine me potestis nihil." Id verum esse non dubito. Sed legimus Eccles. XV. „Apposui ignem tibi et aquam etc." Item Christus praecipit in Evangelio: „nos debere bene operari." Ob id in hoc ego dubito, quid opus sit praecipere, quum non in nostra sit potestate aut viribus. Secundo, quid usura sit, velim scriptis me instrueres, aut sermonem de hac re in lucem emitteres. Praedicavi de hoc peccato non ita pridem, sed paucis placere intelligo. Volunt enim non esse usurarii quum sint manifestissime. Et se ita excusant, te aut alios me doctiores aliud de hoc sentire. Ob id parum mihi in hac re obsequi velint. Vale bene. Brevi plura ad te scribam, et in quibusdam nodis Scripturae te utar praeceptore. XVIII Cal. Febr. [2])

Fridolinus Fontejus.

Inscriptio: M. *Huldrico Zuinglio*, Evangelistae *Tigurino*, fratri suo carissimo.

XIII.

Thomas a Hofen ad Zuinglium.

Gratia et pax a Deo Patre et caro Domino nostro Jesu Christo nobiscum omnibus sit. Mi care Domine et frater. Accepi epistolam tuam mihi per Andreae cauponis filium traditam, quae inter alia exhibet, te mirari, nihil me tibi scripsisse. Quare te certiorem facio, id consilium saepe me cepisse, quum autem linguae latinae imperitus sim vernacula tibi scribere me puduit. Eam nec aliam causam fuisse credere velis. Quumque deinde scripsisses pro viribus mihi annitendum esse, ut hic *Genevae* numerus Evangelii doctrinam confitentium augeri incipiat, scias, quousque meae vires valeant in ea re nequaquam me defecturum

---

1) *Valentinus Tschudius.*

2) Hanc epistolam a. 1527 scriptam esse, docet Zuinglii ad eam VIII. Cal. Febr. a. 1527 rescripta, qua de Joann. XV. et Eccles. XV. Brunnerum ex ejus voluntate edocuit.

esse. Sed omnia frustra fiunt, nam in hac urbe clerici sunt ad 700, qui manibus pedibusque impediunt, quominus Evangelii doctrina efflorescat; nam neque praedicant neque quidquam aliud nisi Missam habent, qua in re miserum vulgus educatum est. Sed si praedicatores haberent fore puto, ut pontificia doctrina labefactetur, nam clerici queruntur, homines neque amplius sacra dona praebere velle neque tam vehementer ad indulgentias currere. Novi nihil habui quod scriberem, nisi me sperare, controversias inter Ducem *Sabaudiae* et Dominos meos *Bernenses* et *Friburgenses* ortas bona cum gratia compositum iri. Nihil ultra praeter votum ut Deus suo numine te tueatur. Domino meo Consuli *Roestio* meis verbis officia promta offerre velis. Dedi Martis die ante Antonii (ante 17. Jan.) 1527.

Thomas a Hofen, Bernensium a Commentariis.

Inscriptio: Ad doctissimum Magistrum *Udalricum Zuinglium*, Praedicatorem Turicensem, venerandum Dominum.

13.

Thomas von Hofen an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater und unserm lieben Herrn Jesu Christo sei mit uns Allen. Mein lieber Herr und Bruder. Ich habe empfangen Euern Brief, mir durch Andreas des Krämers Sohn überantwortet, unter anderm inhaltend, dass Euch Wunder nähme, dass ich Euch nichts geschrieben habe. Desshalb füge ich Euch zu wissen, dass ich solches dick vorgenommen, so ich aber des Latin unwissend bin, hab' ich mich geschämt, Euch in Teutsch zu schreiben. Solche und keine andere Ursache wollet von mir aufnehmen. Und als Ihr dann schreibet, ich soll nach meinem Vermögen arbeiten, damit das Evangelium hie zu Genf anhebe zu wachsen, so wisset, an mir nichts erwinden soll. Aber es ist Alles vergebens: denn es sind in dieser Stadt bei 700 Pfaffen, die wehren mit Händen und Füssen, dass es nicht aufgehe, denn sie predigen nichts und thun nichts anderes, dann Mess haben. Darin ist das arme gemeine Volk erzogen. Aber ich glaube, wo sie Prädikanten hätten, der päpstliche Glaube würde einen Schwank nehmen, denn die Pfaffen klagen sich, man wolle nicht mehr opfern, auch nicht so heftig nach dem Ablass, wie vor, laufen. Neuer Mähr halb weiss ich nichts zu schreiben, denn dass ich hoffe, der Handel und Span zwischen dem Herzog von Savoyen und meinen Herren von Bern und Freiburg erwachsen, werde gütlich hingelegt. Nicht mehr, denn Gott halt Euch in seiner Hut. Saget meinem Herrn Burgermeister Röst meinen willigen Dienst. Datum Zinstag vor Anton (vor 17. Jan.) 1527.

Thomas von Hofen, Bernensium a Commentariis.

Aufschrift: An den wohlgelehrten Mr. Ulrich Zwingli, Prädikanten zu Zürich, seinen ehrenden Herrn und Gebieter.

XIV.

Capito Zuinglio.

Gratia Tecum. *Iudoco* ex me Christum pronubum nuptiarumque ducem precor, nam audio rem peractam, similiter puellae, beneque ominor, inter se amanter et pie cohaesuros. Seniori *Brenwaldt*, parenti juvenis, si in illum incideris, plurimam impreceris ex me salutem. Refer *Pellicano*, ut Commentaria Bibliorum servet, me ipsi, in solvendis, si Dominus dederit, fore adjutorem, nam eadem nunc domi habeo, et plus satis aere alieno etiamnum gravatus sum.

Struthioni suas indidisti poenas, pulcre ornatus jam in medium procedit. Principi [1]) tuae perferentur brevi, nam hospiti, qui ad me pertulerat, parum commodum videbatur. Simili gravitate *Luthero* congredere, et cautim, mi frater, quia gens perniciosissima *Catabaptistarum*, viro plus satis iniqua est. Verum nos perstamus, cuique maneat sua laus, ne maligni esse malevoli ac detrectatores Ecclesiis videamur. Optarem modis omnibus depugnatum esse bellum hoc vehementer intestinum. At classicum Domino canente in aciem est animose succedendum, ipse tandem componet, ubi satis fuerimus exerciti. Hic est rumor, *Felicem Mansium* tuum plexum supplicio, et mortem obiise magnifice, quo nomine pietatis ac veritatis caussa, cujus partes Tu agis, sit magnopere degravata. Quicquid est, scire me referet, ut vel refellere vel declinare objecta commodius liceret. Aperta nobis spes est meliorum ex novo nostro Magistratu, nam hactenus ad puriorem usum perrumpere Dominus necdum dedit. Quae feruntur de *Luthero* nunc remoto a Concionibus sacris, ut in Te et *Oecolampadium* scriberet, puto vana esse, nam quid scriberet, quam Christum hominem esse ubique, totum in toto mundo et in qualibet parte totum. Ludo in re seria et tristi, sed adeo desipit, [2]) quasi orbis pios nullos haberet, quibus experimento constaret judicium Christi per spiritum a Patre collatum. Dominus Te servet. Uxorem et liberos jube optime valere in Domino. *Argent.* XXII. Jan. 1527.

Capito, tuus.

XV.

Christophorus Landenbergius ad Zuinglium.

Gratia et pax a Deo. Care Domine et frater. Certiorem te facio, Domino meo Consuli *Diethelmo Roestio* me scripsisse, scilicet literas quarum exemplum huic epistolae inclusum est. Itaque te adeo rogaturus, ut mihi consulas, utrum ei tradendae sint nec ne, et si opus fuerit, patroni vice mihi esse velis, quo magis rata habeantur, quae rogavi; denique omnes in partes me commendatum velis et pro fide

---

[1]) Marchioni Badensi.
[2]) Vox obscura.

quam tibi habeo, agas; sapientem enim docere facile est. Ne meas literas in malam partem accipias. Saluta meis verbis uxorem tuam. Dedi 22. Jan. 1527.

Christophorus Landenbergius.

Domino Consuli Roestio.

Mea officia tibi, christiane, clemens Domine. Clementiae tuae fortasse jam compertum est, ut miseram Missam apud nos in *Thurgovia superiore* vel apud subditos Abbati Sangallensi adhuc magnum in modum retinere cogamur, cujus rei quidem admodum me miseret, quod in eorum numero sum, qui hoc pravo more utantur simulque fornicentur. Itaque gratissimum mihi esset, si horum malorum morum relinquendorum copia mihi daretur. Nam sine dubio manu victum quaerere possem, nisi membra mea tam infirma essent, idque jam diu fecissem, ut his duobus malis vitiis me eriperem. Quare, christiane, clemens Domine, per Deum te obsecro, ut mei memor esse velis, mi christiane, clemens Domine, si cui parochiam in pago vestro deferre vobis placuerit, ubi Deo adjuvante ejus verbum magna cum fide et dilectione propagandum susceperim. Quamquam autem parum modeste hoc a me rogatum esse intelligo, praesertim quum antehac a vobis, christianis, clementibus Dominis meis Turicensibus donis sublevatus sim in damnis, quae mihi *Lucernam* abducto facta erant, cujus beneficii Deus optimam gratiam vobis referat: tamen angorem et inopiam, quam quotidie corpore patior vos respecturos et consilio operaque me adjuturos esse spero, ut ex deserto venire possim in beatam terram promissam. Quocirca, christiani, clementes Domini per Deum vos obsecro, ne literas meas in malam partem accipiatis, quippe quae ex fide quam summam vobis habeo, scriptae sint. Nihil ultra praeter votum, ut Deus semper vobiscum sit et quicunque vobis carus est. Dedi 22. Jan. 1527.

Vestrae Clementiae paratissimus

Christophorus Landenbergius Capellanus *Oberburensis.*[1])

15.

Christophorus Landenbergius an Zwingli.

Gratia et Pax a Deo. Lieber Herr und Bruder. Ich lasse Euch wissen, dass ich meinem Herrn Burgermeister Diethelm Röst geschrieben hab, auf die Meinung dieser beiliegenden Copie, und ist also meine Bitte und Begehren an Euch, dass Ihr mir rathet, ob es zu thun sei, Ihm solche Schrift zu übergeben. Und wäre es Noth, so seit mein

---

[1]) Inde ab a. 1524 usque ad a. 1530 parochus *Oberburensis*, qui quum ad Evangelii praedicationem defendendam contra interdictionem provocasset et animo incenso leges de jejunio castigasset, jussu Abbatis captus est et *Lucernam* ductus a *Mathys* praetore militiae *Glaronensis*. Deinde praeter spem in parochiam restitutus renovato studio, quippe quod tormentis *Vilae* et *Lucernae* perlatis denuo inflammatum esset, munere fungebatur. Ab Arx, Hist. Sangall. 484, 518.

Vormünder, damit ich desto eher in meiner Bitte erhört möchte werden. Lasst mich allweg befohlen sein, und thut nach meinem Vertrauen. Einem Verständigen ist gut zu predigen. Habet mir mein Schreiben nicht für übel; grüsst mir Eure Hausfrau. Datum den 22. Jan. 1527. Christophorus Landenbergius.

An Herrn Burgermeister Rösten.

Mein Dienst, christlicher gnädiger Herr! Euern Gnaden ist vielleicht wol wisslich, wie die elende Mess noch grösslich bei uns muss erhalten werden in dem Obern Thurgau, oder bei den Gotteshausleuten, das mich doch grösslich bedauert, dass ich derselben einer bin, der ein solch grosses Laster verbringt mit sammt der Hurei, und aber die oberste Freud in mir wäre, abzustehen von diesen zwei Lastern. Denn ohn allen Zweifel möchte ich arbeiten, dass ich nicht also krank wäre in meinen Gliedern, ich wollte mich diesen zwei schnöden Lastern vorlängst entzogen haben, und mich ernährt haben mit meiner Arbeit. Darum, christlicher gnädiger Herr, ich bitte Euch durch Gottes Willen, mein eingedenk zu sein, wo etwann Euch, m. chr. gn. Hr., eine Pfrund gefiele in Eurer Landschaft, da wollte ich mich unterstehen mit der Hilf Gottes, das Wort Gottes mit grosser Treu und Liebe pflanzen. Wiewohl ich aber erkennen mag, dass solches eine unziemliche Bitte ist, auf dass ich vormals von Euch, als von m. chr. gn. Hrn. von Zürich begabt bin worden mit Steuer und Hilf an den Schaden gen Luzern, darum Gott Euer treuer Belohner sei. Aber ich bin in Hoffnung, Ihr sehet an Angst und Noth, die ich täglich leiblich erleide und seiet mir desto eher hilflich und räthlich, damit dass ich aus der Wüste möchte kommen in das gelobte selige Land. Darum, chr. gn. Hrn., ich bitte Euch um Gottes Willen, habt mir mein Schreiben nicht für übel, denn es aus einem rechten hohen Vertrauen geschieht. Nicht mehr, dann Gott sei allezeit mit Euch und wer Euch lieb sei. Dat. 22. die Jan. a. 1527.

Euer Gnaden williger Caplan
Christophorus Landenberger
zu Ober-püren.

XVI.

Marcus Peregrinus ad Zuinglium.

Gratia et misericordia cum pace a Deo patre et Domino nostro Jesu Christo. Lucem verae intelligentiae nunquam nobis exstingui patiaris, Domine christiane et commilito. Paucis diebus antehac ego quidem homo nullius numeri quaedam tibi scribere ausus eram, ex quo eo audaciae veni (fiduciam enim dicere non liceat, quum nondum sciam, utrum rata habeantur quae rogavi nec ne), ut etiam nunc ob parvam rem literis te sollicitarem. Namque nullum hominem christianum, quibus ultro servire paratus es, tibi commendari opus esse certo scio, sed

tantummodo de viro, qui has literas tibi tradidit [1]) te certiorem facere mihi nunc propositum est. Vir igitur, quem dico, hoc tempore *Ilnaviae* in pago Dominorum tuorum Turicensium propagando Dei verbo operam navat, ceterum enim causam ipse te edocebit, mihi autem eo probatus et cognitus est, quod primus est homo, qui quum duobus ante annis diaconus meus fuisset, sacris scriptis ad Deum me perduxerit, ex quo ad alios quoque is fructus redundavit, ut tunc Dei verbum cognosceretur praedicarique coeptum esset in aliquibus parochiis, quod quidem usque adhuc in dies latius propagatur. Namque eruditionis causa per Magistrum *Georgium Binderum Turicum* arcessitus Ilnaviam venit, quamquam parum tibi cognitus est. Quum enim multis necessariis negotiis, quae ut perficiantur pluris interest, graviter te occupatum esse intellexisset, raro te sollicitavit. Nunc autem ubi fortasse diabolus cum suis ministris tantopere eum oppugnat, ut rebus maxime necessariis egeat vel res in eo sit, ut expellatur, te quippe qui apud Dominos meos Turicenses ei patroni vice esse possis, auxilium rogaturus adire coactus est. Quamobrem Domine christiane frater fratrem per dilectionem Christi te precor, ut eum adjuves, ne diabolus omnino vincat. Nam apud me quidem ei sedem dedissem, sed matrimonium quod iniit apud nos concessum non est, etiam Missa a qua abhorret adhuc retinetur; quae omnia Deus in bonum vertat ut versurum confido. Attamen pro viribus auxilium ei ferre cupio, quum non modo cognatus mihi sed etiam pater sit in Christo, per quem quidem Dei providentia ejus verbo sacrisque scriptis renatus sim. Cujus beneficii memor quem manu benisque sublevem paratus sum, quo magis omnis ratio quam diabolus contra eum quaerit, ut amoveatur et impediatur, quo minus Dei verbum propaget, supprimatur. Agere velis ex fide, quam tibi christianus christiano habeo. Dominus constantiam indefessam in verbo suo nobis conservet. Amen. Dedi in *Steig* [2]) die conversionis Pauli 1527.

Marcus Peregrinus.

16.

Marcus Peregrinus an Zwingli.

Gnade und Barmherzigkeit mit dem Frieden von Gott dem Vater und unserm Herrn Jesu Christo. Wollet das Licht der wahren Erkenntniss uns nimmer lassen erlöschen, christlicher Gebieter und getreuer Mitstreiter. In kurz verschienenen Tagen hab ich mich als ein kleinfüg schwach Glied unterwunden, gegen dir zu offenbaren schriftlich, davon die Vermeaslichkeit (darf nicht wol sprechen Zuversicht, so ich unbewahrt noch stehe) bei mir gewachsen, auch jetzt aus kleiner Ursache schriftlich dich zu beunruhigen unterwunden, wann ich wol weiss, dass nicht Noth ist, dir kein Christenmensch (dem du ohne das zu dienen geneigt bist) zu befehlen, sondern allein Kund-

[1]) *Conradus Schreigfogel* et *Henricus Cramer*, ille parochus, hic diaconus *Ilnaviae* erant. (Siml. Msc.)

[2]) In praefectura *Interlacensi*.

schaft zu machen gegen Zeiger dieses Briefes jetzt mein Vornehmen ist, von dem ich dich berichte, dass er jetzt dieser Zeit zu Ilnau in Eurer Herren von Zürich Gebiet in dem Gotteswort arbeitet, seines Handels er dich selbst berichten wird — aber von mir mit solcher Kundschaft bewährt und erkannt, dass er der erste Mensch ist, der mir den Weg Gottes durch und in der Schrift gewiesen und gezeigt hat, wann vor zwei Jahren ist er mein Helfer gewesen, hat solche Frucht gebracht bei mir und andern, dass dazumal das göttliche Wort ward erkennt und angefangen zu verkünden in etlichen Kirchhörenen, das noch bis heut täglich zunimmt, und von seiner Geschicklichkeit wegen durch Mr. Jörg Binder beschickt gen Zürich und also gen Ilnau kam, wiewol er wenig Kundschaft bei dir hat, schaffet, dass er erkennt, dass du so hart mit vielen nothwendigen Geschäften beladen, da mehr angelegen ist, und dich wenig geunriebt (geunruhet) hat. Aber jetzt, so vielleicht der Teufel ihm so viel Widerstand thut mit seinen Gliedern, dass er Armuth seiner Nothdurft halb daselbst hat, oder gern vertrieben wurde, ist er bezwungen, dich um Beistand, als der ihm bei meinen Herren von Zürich beholfen mag sein, anzuwenden. Hierum, christlicher Gebieter, ist meine brüderliche Bitte um der Liebe Christi, du wollest ihm beholfen sein, damit der Teufel nicht gesiegen möge. Ich wollte ihm bei mir wol unterhelfen, so wird aber der ehelich Stat so er angenommen hat, bei uns nicht zugelassen, auch die Messe, ihm unleidig, bei uns noch enthalten. Gott wolle das Alles wenden, als ich getrau. Und wollte ihm aber gern helfen nach allem meinem Vermögen, (da) er nicht allein mein leiblicher Freund, sondern mein christlicher Vater ist, wahrlich so von ihm durch göttliches Fürsehen mit dem Gotteswort und der Schrift wiedergeboren bin. Desshalben ich mit geneigter Dankbarkeit willig bin mit Leib und Gut ihn zu fördern, damit alle Ursache, so der Teufel sucht wider ihn, damit er abgestellt werde, und gehindert im Gotteswort werde niedergedruckt. Thu nach meinem christlichen Vertrauen. Der Herr wolle uns standhafter Langwierung in seinem Wort enthalten. Amen. Dat. Steig in die Conversionis Pauli 1527.

Marcus Peregrinus.

XVII.

Zuinglius ad N. [1]) (Fridolinum Fontejum.)

Gratiam et pacem a Domino. Quae nos ad te nunciare monet res, primum exponam: mox epistolae tuae, ac quaestionibus respondebo. Expendit prudentissimus Senatus noster, quam iniquo loco res Helvetiorum fuit: atque Comitia quorundam ad se pagorum indixit ad tertium aut quartum diem Februarii, [2]) ut si qua inveniri via possit, per quam

[1]) *Fridolinum Fontejum* — non, ut *Simler* arbitratus est, ad *Valentinum Tschudium*. Hoc confirmatur ep. 12.

[2]) Ad haec Comitia veniunt legati *Bernae*, *Basileae*, *Scaphusiae* et *Sangallae*.

in unum redeamus, ipsi nulla parte desint. Tuum ergo est, tam Consulem [1]) quam Patres ac plebeios homines inhortari: primum, ut anxie Dominum oreat, quo consilium hoc in gratiam reditionis ac concordiae procedat: dein, ut quisque pro virili ad eandem causam adsit, et adstipuletur. Dominum Consulem, compatrem meum honorifice salutabis, et expones, ut non sim ultimae vocis quam ad me dixit, immemor; ea fuit, ut perpetuo de salute ac concordia patriae non desinerem cogitare. Nunc ad epistolam tuam redeo. Quae ex Joannis 15. cap. et Ecclesiastici quoque 15. tanquam pugnantia objicis: Sine me nihil potestis facere, et: Reliquit Deus hominem in manu consilii sui, adposuit ei ignem et aquam, ut ad quod velit, porrigat etc. per quaestionem: An divina providentia cuncta gerantur, et liberum sit humanum arbitrium, nec ne: exponi oportet. Quam per epistolam ut impossibile sit pro dignitate tractare, arbitror te non fugit. Sed canonem, quem in hac re sequimur, brevibus audi; eo enim tibi satisfiet. Canon. Uteunque mortales de Deo, rebusque invisibilibus arbitrentur et contendant, vincere tamen semper oportet eam sententiam, quae divina providentia gubernari atque disponi omnia adserit; providentiam enim si tollas, bonitatem cum sapientia sustulisti; quibus sublatis, iam non est summum bonum Deus: imo juxta impiorum temeritatem, non est Deus. Si enim Deus summe sapiens est, jam sequitur, ut juxta sapientiam istam omnia optime disponat et curet; si enim cura non sequatur sapientiam, inde veniet, quod aut non possit curare quae futura sciat, aut nolit; si nequeat, non erit omnipotens: si nolit, non erit optimus. Cum ergo sit et optimus, et omnipotens, relinquitur, ut juxta sapientiam suam omnia moderetur. Postea, nihil fieri putabimus extra ejus curam et dispositionem; ipse enim est qui operatur in nobis et velle et perficere, pro sua voluntate. Hic ergo proruunt quidam: Libidini igitur indulgebo; quicquid enim egero, Deo autore fit; qui se voce produnt, cujus oves sint. Esto enim, Dei ordinatione fiat, ut hic parricida sit, alius adulter: ejusdem tamen bonitate fit, ut qui vasa irae ipsius futuri sint, his signis prodantur, quum scilicet latrocinantur, scortantur, potant citra poenitentiam. Quid enim aliud quam gehennae filium his signis deprehendimus? Dicant ergo, Dei providentia se esse proditores ac homicidas, licet: nos enim idem dicimus; sed simul hoc jungimus: quod, qui ista sine correctione ac poenitentia faciunt, Dei providentia aeternis cruciatibus, propter justitiae illius exemplum mancipentur. Habes nunc canonem nostrum, quo contra omnia tela munimur, quae ex scripturis pro libero arbitrio promuntur. Sed heus tu, caste ista ad populum, et rarius etiam; ut enim pauci sunt vere pii, sic pauci ad altitudinem hujus intelligentiae perveniunt. Quod si quis dicat: Cur ergo Deus nunquam non sic loquitur, quasi aliquid libero tribuendum sit arbitrio: Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serva mandata; et: Si quis mandata mea servaverit etc.; et similia omnia videntur homini tribuere, quasi suapte arte nonnihil possit. Quid tum? Ubi enim non balbutit Deus, teneri patris in morem nobiscum? ubi non tribuit homini,

[1]) *Joannem Aeblium.*

quod solus ipse facit? Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater meus traxerit illum; et contra: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quomodo ista non sunt discordia? Si enim evangelio nemo credit, quam qui tractus est, quomodo absolvent evangelii praedicatione conscientias Apostoli? Sed tam familiaris est Deus, ut suis, quod suum ipsius est, tribuat. Haec paulo concisius, quam velis, arbitror; sed sufficient, si diligenter tecum ruminhowever. Joseph tantus erat futurus, ut parentes ac fratres eum adorarent; hoc erat in fatis ac Dei consilio. Jam post hanc Dei constitutionem, omnia mihi considera, quae cum eo gesta sunt: et videbis multis in locis talem speciem praebere, quasi homo suo quid posit consilio. Verum quomodo tandem finitur ea historia? Eveniebat quod Dominus dixerat. Quae ergo mediastina fuerunt, non temere, neque humano, sed divino sunt facta consilio; sic totam Genesim expendere debemus, ac omnes res gestas. Usura proprie significat usum rei alicujus ab amico concessum: ut usuram petit aliquando Cicero unius horae, hoc est, ut se horam unam audiant; hinc factum est, ut usuram vocent, quod hinc damus, quod hac aut alia re uti liceat; veteres foenus appellarunt: recentiores, redditum. Redditus ergo, quos hodie census vocant, ipse defendere nequeo, ne foenoris nomine premantur; hic enim accipiuntur, quasi usu fructus sint: attamen perinde exiguntur, ubi ager nihil protulit, atque dum exuberavit. Corrigi redditus posse arbitror, si quisque non tantum aut tantum de agro exigat, sed annonae provenientis partem; sic enim fieret, ut si ager plurimum ferret, dominus plurimum cum colono partiretur: si paululum, iam colonum non excoriare posset pro annona, quam ille non messuit. *Lutheri* libello propediem germanice respondebimus; nunc enim latine ad eum scribimus expositionem causae Eucharistiae. [1]) Vale, et fortiter ac prudenter pugna. Salvos jube amicos omnes, *Fonteios* tuos, ac meos: *Herum*, et imprimis Consulem. *Tiguri*, 25. die Januarii, Anno 1527.

XVIII.

Benedictus Dischmacher [2]), Zoffingensis, Zuinglio.

Gratia et Pax a Jesu Christo Servatore nostro. Amen. Ut adsolent filiorum benignissimi patres fecisti pater amantissime. Illi nimirum ubi ad eorum vota inexorabiles se fingunt, tandem insperata eisdem se benignitate adperiunt. Tam jampridem etiam meam in Te collatam spem petitionemque cum justam, tum necessariam abjecisti, ut nisi fidenti arctius, relictum spei nequicquam videretur, hujus, quod reliquum erat, apud eos, quorum intererat, una Tecum juvare me, adeo integre ac ampliter declarasti, ut hinc me et commendatum et promotum non absque gaudio intellexerim. Verum pro tanta in me tua praestita

---

[1]) Amicae Exegesis.

[2]) *Benedictus Tischmacher*, prius Capellanus Zofingensis, qui ab Episcopo suarum concionum rationem reddere jussus culpa vacuus dimissus est. Wirz. 2, 305.

beneficentia, quam ullis unquam beneficiis aequare possum, quid facerem vel adderem, nihil inveni, praeter unicam gratitudinem quae sicut veteribus semper commendatissima fuit, sic etiam oportuit. Nec pro hac tua quoque collata ope, gratius Tibi offerri a me quicquam potuisse existimavi, quam ut mores, vitam, studiumque doctrinae ita instituam, ut quibus praesum, Te auctore, illi commendatiores evadant, et ut me commendasse, promissique Dominos salarii Te ne unquam poeniteat, quos una Tecum Dominus, qui in altis residet, integros conservare dignetur in aevum. Vale Felix. Ex *Otelfingen* [1]) VI. Cal. Febr. (27. Jan.) 1527.

Tuus, *Bened. Dischmacher*, *Zoffingensis*.

Inscriptio: Civitatis Tigurinae amplissimo ac piissimo Evangelistae, Episcopo Huldrico Zuinglio suo observandissimo.

XIX.

Henricus Luti Zuinglio.

Etsi non sum nescius, rem meam, quam super hinc abiens, tuae fidei mandaveram, Tibi vehementer curae esse, non est tamen ab officio meo mihi visum alienum, si ex meis literis quoque intelligeres, nec mei nec meae oblitum esse, quando expectatio dilata vehementer cruciat animum, at lignum vitae est, si adsit quod cupis, et ut est in proverbio: Vel celeritas in desiderio mora est. Age igitur, rumpe moram, ac quam potes incumbe diligenter (scis enim, quid ahs Te fieri cupiam) qui non perpetuo ab uxorcula carissima mea abesse cogar, quam mihi aliquot abhinc annos designaram, quae et, Dei beneficio, mihi contigit, apta, ni fallor, meis moribus. Scis autem quid vetet, quo minus initum matrimonium palam facimus, proinde significato, si modo per occupationes vacat, quomodo res sese habeat. Malim propemodum rescindi testamentum, quam diutius uxore carere. Vale feliciter cum cordatissima tua uxore ac liberis scitis me hercle. De repente. *Winterthur*, ult. Jan. 1527.

Henricus Lutius, tuus.

XX.

Leonardus Trempius ad Zuinglium.

Gratia et pax a Deo. Mi care Domine et affinis. Scias duas sententias fuisse inter Dominos meos senatores et cives. Tamen multo plures in eam sententiam pedibus ierunt, ut legati nostri ad vos mitterentur. [2]) Altera autem sententia fuit, ut prius Dominis tuis scriberetur: Si comitiis diem statuere voluerint, ut omnes pagos tum vocarent,

---

[1]) Qui vicus situs est sub radicibus meridionalibus montis, qui *Laegern* nominatur, in pago Turicensi.

[2]) Propter comitia, quae Turici habenda, indicta erant.

et si tum quoque aliqui pagi non venerint, tamen Dominos meos legatos ad vos missuros esse. Quae tamen sententia non valuit. Deinde sciatis . . . a *Rischach* [1]) quaedam rogaturus Dominis tuis referenda curabit, in qua re tu quoque optime ei consulere velis, nam profecto quantum equidem de illo audivi Dominos tuos nihil aliud nisi laudat. Porro gratias tibi ago libelli mihi traditi. Praeterea scias nunc legatos a nobis *Lucernam* mitti, binos ex senatoribus, binosque ex civibus qui eum noscant, qui nos haereticos et fures appellaverit. [2]) Nec non legatis nostris, qui nunc ad comitia profecturi sunt, mandatum est, ut confoederatos haereseos convicio nos afficere vetent. In quocunque enim pago id amplius factum fuerit, nos eos non postulaturos esse, sed ubicunque eorum aliquis in pago nostro nobis in manus venerit, nos eum prehensuros et qua meruerit poena affecturos esse ex quocunque pago is fuerit. Praedicator noster hoc ipso die in gravem morbum incidit. [3]) Deus nobis gratiam suam impertiat. Qui tuas mihi literas pertulit tibi narrabit quomodo res nostrae habeant. *Murnerum* exspecto. Admodum igitur locis delectatus eram, quos de eo mihi tradideras. Etiam *Argentorato* a tabellione a me misso brevi mihi aliquid allatum iri spero. Deinde scias regem *Galliarum* excommunicationem clericorum per omnem suam ditionem sustulisse. Nihil ultra praeter votum, ut Deus semper suo numine te tueatur. Dedi solis die ante purificationis Mariae anno 27.

Intimo animo, ut ex hominum ratione dicam, doleo aegritudine Domini mei Consulis *Roestii*, quem Deus de ea consoletur ex sua divina voluntate. Amen. Saluta meis verbis uxorem tuam et quicunque tibi carus est.

Leonardus Trempius.

Inscriptio: Magistro Udalrico Zuinglio caro Domino meo et affini.

20.

Lienhard Tremp an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott. Mein lieber Herr und Schwager! Wisset, dass zwei Räthe sind gewesen unter M. Herren Räth und Burgern, und doch um viel das Mehr worden, unsere Botschaft zu Euch zu schicken. Der andere Rath war aber, dass man vorhin Euern Herren schreiben sollte: wollten sie einen Tag ansetzen, dass sie dann alle Orte beschreiben, und ob dann Sach wäre, dass joch etliche Orte nicht zu ihnen kommen, so wollten doch M. Herren nichts desto minder ihre Boten zu Euch schicken. Aber dieser Rath hat nichts gegolten etc. Denn so wisset ...., von Rischach wird eine Bitte und etwas

1) Fortasse *Eberardus a Rischach*, qui dux copiarum a. 1519 in occulto *Ulrico Duci* Wirtembergensi conscriptarum a Senatu Turicensi absens capitis damnatus, poena liberatus est; vel cognatus ejus, qui pro eo deprecabatur. Sedem habebat *Diessenhofiae*; profectus est a. 1531 ad pugnam Capellensem ubi cum filio occidit. (Vid. Hott. hist. confoed. 1, 215. 2, 386.)

2) *Murnerum.*

3) *Berchtoldus Haller.*

Anbringens an Euere Herren lassen thun, da helfet auch das Beste reden; denn fürwahr so viel und ich von ihm gehört, so redet er von Euern Herren und Euch alles Gutes. Dann so dank ich Euch Euers Büchleins, so Ihr mir zugeschickt habt. — Ferner so wisset, wir schicken jetzt gen Luzern eine Botschaft, zwei von Räthen und zwei von Burgern, den zu berechten, der uns ketzert und diebet hat etc. Desgleichen ist unsern Boten, so jetzt auf den Tag reiten werden, in Befehl gegeben, mit den Eidgenossen zu reden, dass sie uns unketzeret lassen, denn wofern solches mehr beschähe, in welchem Ort es wäre, so wollen wir sie nicht fast mehr berechtigen, sondern wo uns deren einer in unsern Landen wurde, wollen wir ihn beim Hals nehmen und ihm thun, das ihm zugehört, er sei joch aus welchem Ort er wolle. Unser Prädikant ist auf diesen Tag in eine grosse Krankheit gefallen. Gott theile seine Gnade mit uns etc. Dieser Euer Bote wird Euch wol berichten, wie es bei uns steht etc. Ich warte noch des Murners, und da bin ich fast fröhlich worden der Artikel, so Ihr mir zugeschickt habet von seinetwegen. Ich bin in Hoffnung, mir werde in Kurzem etwas von Strassburg bei eignen Boten auch kommen. Denn wisset, der König von Frankreich hat den Bann der Geistlichen in allem seinem Land dannen gethan. Nicht mehr, denn Gott halt Euch allezeit in seiner Hut. Geben auf Sonntag vor Lichtmess im 27. Jahr.

Mir ist, nach menschlicher Weise zu reden, in Treuen leid der Kummer meines Herrn Burgermeister Rösten. Gott wolle ihn seines Leids ergetzen nach seinem göttlichen Willen. Amen. Grüsset mir Eure l. Hausfrau und wer Euch lieb ist.

L. Tremp.

Aufschrift: An Mr. Ulrich Zwingli, meinem lieben Herrn und Schwager.

XXI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Optime Zuingli. Longam epistolam nunc scribere supervacaneum esset, nec admodum vacat. M. *Berzius* pro epistola, quem de omnibus, quibus Ecclesiam nostram juvari posse credis, instruito. Nosti hominem et fidelem, et cordatum, qui vere agit fidum in domo Domini Ministrum. *Argentinenses* nondum Missam prorsus relegarunt. Ita ubique Satanas piis coeptis obsistit. *Lutherum* speramus, quod vel nobis lucrifacies, vel ab ejus errore multos retracturus sis. Utinam utrumque concedat Dominus. Tu insta operi. Nunciatur hic *Suevos* meos iterum congregari, nimirum ut magis ineptiant. Quidam ab eis defecerc. *Lutherus* si quando gloriam dederit Christo, quovis pisce magis obmutescent alii. In re uxoria nihil agam praecipitanter, alioqui varie exerceor. Vale. Quarta Febr. *Basileae.* (1527.)

Tuus *Oecolampadius.*

XXII.

Zuinglius Medicotheologo cuidam.

Gratiam et pacem a Domino. Statueram iam dudum te moneve aliquo pro mea tenuitate adficere: sed interea multorum certior fio, quae me deterrent: affectus scilicet tui; contentiosus enim cum sis, et mordax, effecisti ut Senatum habeas parum propitium; quid enim nobis debet magistratus? Puer iste sive adulescens, tuus famulus habetur: ideo petitur abs te potius quam ab illo; hinc autem tu accenderis ad maledicentiam, et summam amaritudinem, ac minaris nescio quam impotenter. Christiani pectoris est, cuique reddere quod illi debet, neminem offendere, ac aliorum offensas condonare: nunc tu omnia minaris Christianus scilicet, cum nos non simus Christiani apud te. Haereticos vocas verbi Dei praecones, non alia ex causa, quam quod offensus es, novi medici emutatione. Fuisti aliquandiu *Tigari*, at Senatus nullam tui habuit rationem: hujus causa non est *Leo*, aut alius aliquis, sed scortatio tua, et stultae in biviis contentiones; ac dum Theologum agis, sic de divinis loqueris, ut sutores dicant: Si Medicinae peritior non est, quam Theologiae, nemo se tuto potest illi credere. Oblitus es nobilis hujus verbi, Sutor ne supra crepidam. Placidam ergo posthac vitam ducas, et te intra cuticulam contineas tuam: mihi idem N. es, qui olim. Si vero omnia calumniis ac detrectationibus impleas, tam nullus eris apud me, quam qui non sunt. Pecuniam petitam lubens ac volens mitto, tametsi aliquando monerem, ut pretium indicares, neque faceres, et ipse constituissem quiddam dare: hactenus tamen distuli, donec omnibus fieret manifestum, nescio quam hostilia in nos moliri; iam retraxeram manum, quam nunc iterum adperio. Vale, et esto bonus medicus: Deumque time, et de Scatophagia dissere, non de Theologia. *Tiguri*. 4. die Februarii 1527.

XXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo Domino nostro. Amen. Mi Frater. Quum nudius tertius *Murneri* Calendarium [1]) legissem, partim ridendo hominis stultissimam impudentiam, partim dolendo tantam ad excitanda multa mala licentiam, censebam, nihil ab illis nostris adversariis vanius et malignius posse excogitari. At, ubi *Pirckhaimeri* virulentissimum libellum legi [2]), didici, *Murnerum* in maledicendi arte plane esse puerum, illum vero Magistrum longe exercitatissimum, atque adeo, ut

---

[1]) Kirchen-, Dieb- und Ketzer-Kalender.

[2]) *Bil. Pirkheimeri* de vera Christi carne et vero ejus sanguine ad *J. Oecolampadium* responsio posterior 1526 et — *Bil. Pirkheimeri* de convitiis Monachi illius, qui graeco-latine *Oecolampadius*, germanice vero Ausschein nuncupatur, ad Eleutherium suum Epistola. 8. 2 fol. Norimb. 1527. Libellus omnino plenus injuriae.

vix ullius rei majus fastidium mihi sit, quam ut respondeam ei. Justus liber est, et homo ille otiosus, nec convitiis, nec beneficiis, a suis cessabit studiis. Tempus angustum est, occupationes multae, argumenta plurima, quorum si unum intactum reliquero, triumphum excitabit. Spero tamen, Deum, vindicem innocentiae meae, mihi affuturum, ut maledicentia illius, nec mihi, nec Ecclesiae Christi obfutura sit. Tu cum Tua Ecclesia precibus me adjuva, ut praestem quod vis, nempe, ut hilariter, et paucis, iisque salsis, citra amaritudinem mentis, intra paucos dies respondeam. Nam licet ille me faciat Hypocritarum omnium κοσμοκαῖον, et mendacissimum, experior tamen, quam nullus sim, si quid non agendum est toto corde. Sed benedictus sit Christus, qui prior maledicta id genus experiri voluit, ut et nos ferre disceremus, certi, aliquando in gloriam cessura, die illo magno, arcana cordium palam facturo.

Parum mihi de *Suevicis* civitatibus polliceor, quandoquidem Prophetas habent admodum meticulosos. Quae inter amicos quidam de Eucharistia vera fatentur, ea, in suggestu, contentiosissime impugnant. Monitorem audiunt *Lutherum*, cui necessarium est, ut per Te quamprimum respondeatur, ut hisce nundinis, in quibus invectivarum in nos magnus proventus erit, non desit, quo adversarii comprimantur. Id magis operae pretium erit, quam annotationes in Genesin evulgare, siquidem non poterint cum apologia excudi simul, tametsi annotationibus Tuis nihil plausibilius fore sperem. Degustavi enim unum et alterum dictum, mireque ad palatum meum faciunt.

Dux *Wirtembergensis* noster [1]), qui apud *Landgrafium Hassiae* agit, Litteris ad me datis Te salutare nominatim jussit. Intellexi ex Ministro, quod nostri quotidie memores sint, sed Landgrafius adhuc haeret in re Eucharistiae: Alioqui fertur esse Evangelii promovendi ferventissimus Princeps. Ante paucos menses misit Tua et mea ad *Lutherum*, et solicitavit, ut contra nos scriberet. Quod si negligeret, futurum, ut ejus scripta posthac non esset lecturus. Institueram igitur, sic monentibus fratribus *Argentinensibus*, pauca quaedam ad illum scribere, si fortassis Dominus cor ejus aperire dignetur. Non est enim tyrannus, et mihi non male velle dicitur. At nunc interturbat ille vanissimus senator, et a coepto retrahit, sed non omnino avocabit. Hic, res nostrae solito more geruntur. Vale in *Christo*, et *Pellicano* salutem ex me dic, cujus litteris respondebo, ut primum vacarit. Salva sit et uxor tua. Iterum vale.

Basileae XI. Febr. 1527.

Tuus *Oecolampadius*.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio Tiguri Christum pie ac sinceriter praedicanti, Fratri suo carissimo.

---

[1]) *Udalricus*.

XXIV.

Zuinglius Cunhardo Somio.

Gratiam et pacem a Domino. Cum a viatore vestro literas tuas posteriores 12. Februarii accepissem, reddidit *Cunhardus Hermannus* priores 13. ejusdem mensis: quibus didici quantum furiant *Rutlingenses* adversus veritatem; sed dolor est, non zelus bonus quo laborant: vident enim se vinci in eo, in quo victoriam omnibus promiserunt. Meum consilium est ut respondeas, sed amice, hoc est, Christianice: hanc ob causam, ne ex doctorum dissidio quiddam in urbes ipsas dimanet. Hoc enim *Vualdshutum* perdidit, quod cives nostri coeperant animos ab oppido alienare, propter *Balthasarem*: [1]) cui cum toties parceremus, ipse tamen fatali odio percitus, nobis minime parcebat. Hinc factum est, ut qui hactenus parati erant ad opem ferendam, manum retraherent. Quod ubi senserunt *Ferdinandici*, iam actum fuit de miseris. Simile quid praesagit mihi animus de *Rütlinga*, ni Deus sua bonitate defendat; nam ubi tam impudentia sunt ingenia, imprudenter res plerumque geruntur. Est ergo meum consilium, ut ad Senatum des publicam ac typis excusam satisfactionem, qua moneas cum quae oportet, tum etiam istud, ut nihil temere ac inconsulto faciant: neque fieri ab his, qui apud se sunt, permittant. Locos deinde aliquot plane expone, ex quibus negotium perpendi possit: ac si profuturum speras, Apologiam quoque nostram ad *Struthionem* legendam mitte. Quod autem Senatus vester cunctantior est, non debes eatenus interpretari, quasi Dominus nolit doctrinam tuam ab illis capi, ac deinde migrationem meditari: sed Domini vocationem ac excitationem praestolari. Nunquam cogites de cessione obsecro: ac si recipis, impero; simul tamen insta, urge, opportunus esto interim: interim juxta Apostoli moderationem importunus, aut vehemens. Literas istas, quas simul mitto, ad suos obsecro mittas receptores: ac si lubet, eam quae est ad *Sympertum Memmingensem* [2]) resignato, ac legito, quam copiam *Rhegio* quoque feceram; tunc enim putabam *Augustam* ituras esse. Ac ubi diligenter perlegeris, Consulem vestrum *Bessererum*, aut alios quos fideles novisti, earum argumentum ne celes. Archetelem ante annos quinque scripsi ad Episcopum *Constantiensem*, quo rationem reddidi doctrinae. Liber adeo mendose fuit excusus, ut nihil debeas de eo esse sollicitus: misissem tamen, si ullus superfuisset. *Francofordiae* habentur adhuc multi in taberna nostri chalcographi. Nos in exegesi ad *Lutherum* laboramus, quam sub prelum post duodecim dies dabimus, amicam undique: nisi quod *συγγραμματεῖς* Suevos paulo acerbius accipimus. Mitto librum de officio praedicandi. [3]) Vale in Domino, saluta amicos omnes. *Tiguri*, 12. die Februarii 1527.

---

[1]) *Hubmeierum.*

[2]) *Simpertum Schenkium Turicensem*, praedicatorem *Memmingensem.*

[3]) Cui libro titulus est: „Der Hirt."

XXV.

Zuinglius Cunhardo Somio.

Gratiam et pacem a Domino. Coëgit me *Cunhardus*, ut inter infinitas occupationes meas, etiam hoc ad te scriberem, quod cum eo contuleram. Id tale est. Pontificii in hoc sunt, ut quod vi aut veritatis praesidio non possunt, Evangelium scilicet extinguere, consilio effectum dent. Statuerunt ergo, labenti rei tractu ac suspensione succurrere. Hinc unum hoc agunt, ut ceremoniarum correctionem etiam isthic trahant ubi recipitur Evangelium. Interea vero nihil crudelitatis obmittunt, quo paulatim e medio tollantur Evangelii ministri, et sic sensim redeat ignorantiae nox. Persuadentque sibi successurum esse consilium eo exemplo, quod Arriana haeresis duraverit quidem 35. aut 37. annis, at nihilominus tandem sit extincta: Evangelium scilicet cum Arriano errore comparant. Unde nobis erit manibus ac pedibus conmitendum, ut omnia tollantur, quae illorum spem alere possunt. Agendum hoc est sine intermissione, ut quotidie aliquid de illorum regno aboleatur, donec vestigium nullum adpareat. Facile reparat bellum rex, cujus exercitus fuga salvatus est: eo autem caeso, spem omnem abiicit; sic Romanus quoque Pontifex, stantibus in templis imaginibus quae coluntur, vigente Missa; canentibus scortis et nebulonibus monachis, ac sibi perpetua succenturiatione succedentibus, nihil spei abiicit. His autem antiquatis, iam concidet. Ideo non sic cunctandum est. Expectemus quid reliquae urbes faciant, donec principes magis resipiscant. Hoc enim quum plerique faciunt, pontificiis jam pridem desperatis manum praebent, ac veluti tempus respirandi concedunt. Sed sic agendum: Hoc est contra Dominum excitatum, aut aedificatum: demoliemur igitur, sed commode, ne ruina casusque damni dent aliquid. Haec collegia et monasteria sunt Pontificis doctrina constituta: antiquabimus ergo quicquid in eis est ex Pontifice etc., satis tenes meam sententiam. Ego totus non sentio cum illis, qui imagines, et cucullam, ac reliqua, inter *ἀδιάφορα* numerant. Vale, et constans esto usque in finem. *Tiguri* 15. die Februarii 1527.

XXVI.

Alexius Berschius Zuinglio.

Nuper admodum, doctissime *Zuingli*, quidam ex Fratribus, se nonnihil mihi aperuit, quod non parum apud Te sim delatus, ut qui Tibi et Tuae parti resistam et relucter, in hoc, quod ad Sacramenti disputationem attinet. Omnino duae sunt partes, altera pani Corpus Christi inesse affirmat; altera negat. Caeterum, utram ego sequar, utram item viam ingrediar, adhuc animi dubius sum et perplexus. Nam ut hostiae, quam vocant, Corpus Christi insit, spatio fere duorum annorum nec affirmavi, nec penitus credidi. Item corpus abesse pani, si id negarem, vix mihi per conscientiam liceret. Non enim facile adducar, ut quippiam approbem, aut refellam, quod meae conscientiae nondum est per-

suasum. Video enim, et Te et D. Martinum in hac re acerrime concurrere, et disputare, nec vos inter vos convenire, cum tamen sitis velut duo renascentis Evangelii columina. Quare, cum ego apud animum meum expendo, quam exilis et tenuis sit ingenii mei intellectus, facile desisto, ne nimium his negotiis involvar, quae etiam maximis, doctissimisque viris multum negotii faciunt. Non sum adeo imperitus, ut quid asseram, quod ultra vires meas est. Sum autem nonnunquam cum aliquot amiculis, qui et Tibi summe favent, quippiam locutus: at tamen joco et non serio, ut dicitur, ore. Hi fortassis hanc quaerimoniam et rem tibi retulerunt. Porro quod sic apud Te sim hujus rei insimulatus, animo meo vehementer doluit etenim quidvis essem passurus, quam ut te offenderem, praecipue hisce in rebus, quarum ego admodum rudis essem, iisque nec magnopere delectarer, sed non desunt aliquando calumniatores, qui omnia in pejorem partem rapiunt. His dictis volui me excusatum velis. Postremo ubi tuis commodis inservire possem, essem omnium paratissimus. Non enim memoria excidit, quanta in me merita contuleris. Vale habeasque me quam commendatissimum. XXVII. Febr. 1527.

Alexius Berschi ad D. *Paulum* parochus *Constantiensis*, ex animo tuus.

Inscriptio: Viro doctissimo Huldrico Zuinglio Tigurino Episcopo.

27.

Capito Zuinglio.

Gratias Christi carissime frater. Hic varius modo rumor est de vestra Ecclesia et Republica universa, propter adversariorum improbitatem, quem nos dextre apud infirmos interpretamus. Magnopere scire cupio, quidnam cum infelice *Felice Manzio*[1]) acciderit, an ob violatam fidem publicam, an propter pervicaciam sentiendi contra religionem plexus sit, et qua constantia vitam finierit, etiamsi secus ecciderit, quam possit de veritate pietatis addictus, comprobare. Multa enim Dominus immittit causa probandorum nostri. Vidimus *Murneri* foedissimum calendarium, quod sane cum ingenti risu excepimus. Nihil ex hominis ingenio melius expectandum. Tametsi doleo vestram Rempublicam perstrictam, in urbe vicina et confoederata. Talione repensanda haec non sunt, sed alioqui conandum ope magistratus, si id serium putarint. Certo polliceor Papistis utut impudentibus pudorem tantam impudentiam provocaturam. *Anabaptistae* hic nondum cessant, neque obsunt tamen, nisi quod in futurum simplicibus est prospiciendum. Nostra

---

1) *Felix Manzius*, *Joannis Manzii Canonici Turicensis* filius, vir doctus, quem tamen honorum cupiditas non satiata et pius furor eo perduxerunt, ut catabaptistarum dux fieret. Neque disputationes neque vincula ejus animum flexerunt, quamquam jurejurando spopondérat catabaptismum se non amplius secuturum esse. Nonis Jan. 1527 in flumine Limago demersus periit. Animi magnitudine mortem obiit.

Respublica tranquillissima est, de qua, nescio qui tristem famam sparserunt. [1]) Civium concordia magna est, Senatus non prorsus inutilis est, inter quos sane habentur optimi fratres. Impetimur magis clancularíis insidiis, quam aperto Marte. Tota vicinia bellum somniat et Principum consensum adversum nos. Atqui vulgi voces inanes sunt, quae nihil solidi habent. *Marchio Badensis* tandem videt, rem non admodum arduam esse dissentire *Luthero* super Coena Domini, quam hactenus blasphemiam maximam putavit. His enim gradibus in partes nostras descendunt. Liberrimam modo epistolam scripsi ad Secretarium Principis *Hessorum*, qui mihi ob hanc sententiam amicitiam renunciavit. Video fore, ut serio tandem committamur. Nam *Lutherus* pro imperio satis severe omnia molitur, quo sibi obnoxios in nos concitet. Verum indies magis elucet veritas, plerumquam ex studio illorum cavendi, quod acerrimum impendunt. *Marchia* consentit nobis, praeter fortassis *Struthionem* unum, qui adhuc furit, nuper interdixit, ne institutio puerorum nostra in *Baden* venderetur, de qua re cum Cancellario suaviter expostulabo, qui stultum thrasonem in id autoritatis erumpere permittit. *Bucerus* in Matthaeo suo *Lutherum* expressis verbis modo nominat, cujus laborem, ni fallor, probabis. Soleris nos aliquando literis tuis. Vale. *Argent.* XXVIII. Febr. 1527.

V. Fabricius Capito.

XXVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo, mi frater. Cibum melancholicum, ut ita dicam, quem nobis *Norimberga* misit, [2]) fere devoravi. Habet tantum charitatis, quantum Diabolus ipse. Respondi. Describo. Prostabit ad nundinas. Insana bestia posthac totum discerpere et vivum devorare conabitur. Tu quoque si fieri potest, quae in *Lutherum* scribis, urge ut prodeant. Illi enim non dormitant, sed totum mundum in nos excitant. Ambulandum nobis provide in medio nationis perversae et fidendum Domino. Bene vale in Domino. Saluta *Pellicanum*. Orate pro me Dominum. Ultimo Febr. *Basileae.*

Joannes Oecolampadius tuus.

---

[1]) Hic ipse Capito in margine: Nulla omnino ne suspicio quidem seditionis fuit. Hortulani pauci ad quorundam delationem ducti fuerunt, et in alterum forte mensem detenti, quoad palam factum est, indicem falsum esse, qui eos in suspicionem vocaverat. Alioqui civibus otium fuit, quos non conturbat judicii severitas. Hoc vere scribo, mi frater.

[2]) *Pirkheimeri* libellum certandi et conviciandi causa contra *Oecolampadium* conscriptum.

XXIX.

Joh. Hanerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Reddidit mihi communes mihi amicus noster *Scipio* literas tuas, quibus te mea illa priora amplexum, et per omnia mecum convenire significas. Obtulit et libellum in *Struthionem* a te editum, quo quoniam aegre caruit, vix datum est obiter revidere. Ego cuperem a partibus depugnatum esse, et id genus dissidii, bona cum pace finiri optarem, maxime quod videam, plus hinc imminere periculi, quam putatur, plus etiam subesse contentionis, quam est forte sanioris doctrinae: Praesertim partibus saepe numero tam concorditer convenientibus, ut interim sola logomachia discrepent. Nam de crassa corporis physici opinione vel nolunt sensisse adversarii, vel certe stationem jam deserunt. Ut autem animum Tibi meum parte aliqua prodam in hac causa, non tam ad symbolum respiciendum puto, quam ad promissionis sermonem, qui, cum sit veritas, simplicem illi ac credulum animum afferre oportet, certi, quod is, qui promisit, verax est, et mentiri nescit, atque ut tales nos in hoc Sacramento praebeamus facit non solum promissionis veritas, sed et opus et factum Christi unde nobis, procul dubio, voluntas illius certe proditur. Duo igitur nobis in hoc Sacramento advertenda sunt, Symbolum scilicet, et promissionis sermo: Symbolum mysticam rationem habet, promissionis autem sermo, veritas est; qui, quatenus non solum ad nos fit, sed et Symbolum designat, primum mysterium agnoscere facit, deinde significatum per panem, corpus, pane, Symbolice et in mysterio edi, vere autem ac vivifice in verbo, nos commonefacit et docet: Et intra has simplicissimae fidei rationes mihi consistere satis puto. Quod si quis hos terminos promoturus est, videat, ne quo modo impingat. Ego Christum in pane quaerendum non puto, nisi modo quodam symbolico, et in mysterio, idque tunc solum, cum panis est symbolicus, et per promissionis sermonem designatur: Nam alias panis communis est panis; caeterum quatenus promissionis habet sermonem, et ego hunc fide arripio, non dubito, quin pane per verbum, Christi tradito corpore pascar, et fuso ejus sanguine irriger ac expier; idque vere per promissionis sermonem, verum *μυστικότερος καὶ συμβολικῶς κατ' ἄρτον*. Verbum enim ut omnia potest et facit, ita quoque omnia velut et portat: Fides contra omnia suscipit et habet: proinde sive ad promissionis sermonem respiciat quis, certe nihil hic aliud, quam Spiritum, quam vitam, quam denique veritatem reperiet, sive etiam ad fidem quis attendat, et deprehendet, hanc Scripturae testimonio *ἐλπιζομένων ὑπόστασιν*. Ut ergo dubium non est, quin vere ac vivifice edat, qui promissionis sermoni credit, juxta id protritum Augustini: Crede, et manducasti: Ita nemo negabit, si promissionis sermoni, panis simul ac vini symbola addideris, quin potius, si haec ipsa per promissionis sermonem designaveris, corpus traditum pane, et fusum sanguinem vino sumi, sed in mysterio, maximo Christo ita volente et instituente. Et haec est breviter fidei meae ratio, simplex et sana, quam si communiter omnes amplecteremur, non forte tantum opinionum olim, non tantum dissidiorum hodie esset in Ecclesia,

de quo etiam nonnihil ad *Oecolampadium* scripsi. Cupio autem et ex Te cognoscere, num haec mea sententia Tibi probetur, an secus. Excussi hactenus Tua omnia, simul et aliorum diligenter, et placet, quod super profliganda illa corporis physici crassa opinione id operis susceperis: Video enim et hac parte languere adversarios. Caeterum hic cave, ne simul nobis Spiritum, vitam atque adeo ipsam corporis veritatem de coena sufferas. Nam quod de commemoratione mortis ac gratiarum actione dicitur, partim fratres, partim ad nos attinet, sed ita, ut interim de veritate nihil nobis desit; nisi enim prior quis manducet, atque adeo operis redemtionis traditique corporis gustum ac sensum intra se deprehendat ac experiatur, idque juxta elenchum fidei, quomodo, quaeso, digne commemorabit? quomodo fideliter annunciabit? Quomodo denique gratus tantum hoc beneficium acceptum feret Deo? Proinde, ut semel finiam, pro fidei simplicissima ratione satis esse puto, si quis verbo promissionis credat, atque adeo propter promissionis sermonem, qui veritas est, non dubitet, corporis traditi veritatem, Symbolico pani adesse in mysterio: Certus interim, carnalem sensum, ac crassum, quod is spiritui et vitae reclamet, etiam a Christo rejectum esse. Habes, optime *Zuingli*, quid in hac Eucharistiae controversia sentiam, Tu si quid diversum habes, libere mone, et quatenus cum Deo fieri potest, lubens consilium recipiam. Exegesin illam Tuam avide expecto. *Bilibaldus* noster *Oecolampadio* respondit amarulentius, quam vel amici ferre possint. *Lutherus* totus in vos incumbere dicitur, proditurus, ut ajunt, nervis omnibus. Ego male metuo, ne, quod hactenus verbi potentia destruxit, diverso Zelo reaedificaturus sit. Tu intra verbi praescriptum mane, et cave veritati verbi simul, et energiae fidei quicquam detrahas. Deinde ad symbolorum mysteria adverte, juxtaque Tua omnia *πρὸς ἀναλογίαν τῆς πίστεως*, attempera, et non dubita, quin conatibus Tuis piis aderit Deus. Video, multos Hilarii sententiam mordicus arripere, et tueri, qua naturalem nobis cum Christo unionem per hoc Sacramentum probat. Caeterum, si haec vera est; Patres simul et Prophetae, deinde nemo ex nostris infantibus erit membrum de corpore; et nescio annon perperam ac impie facimus, quod illis, veterum exemplo, Eucharistiam non infundimus. Tu si monitore hic opus habes, vide *Franciscum Picum*, qui transsumtum hoc in Decreta caput, commentario explicat. In quo argumento si adversus Te evicerint aemuli Tui, causa excidisti. Vellem Te *Bessarionis* libellum, quem de Eucharistia ad Graeciae Episcopos scripsit, vidisse; etsi non putem, hunc Te hactenus latuisse. Ego, quatenus cum Christi gloria fieri potest, ad Ecclesiarum pacem Te adhortor, moneoque ut spiritualis Christi regni, quod resurgens etiamnum carne ad gloriam immutata induit, et habet, memineris, utque a fidei hypostasi neutiquam excidas. Juxta quam non puto, vel absurde vel impium fateri corporis traditi veritatem, modo tamen *ἐπικουσίοι καὶ πνευματικῶς*, pani symbolico per verbum adesse, modo nihil hic corporale, nihil denique crassum somniemus. Haec forte liberius, quod in ejusmodi animi quoque tui sententiam accipere cupiam. Vale et rescribe, simulque

nos exegesi tua, quam primum absoluta fuerit, dignare. E *Nerobargo* Cal. Martii 1527. Tuus *Hanerus.*

Hasce colligatas fac quamprimum *Oecolampadio* nostro, cum fido aliquo nuntio transmittas, et cura ejus operi ut te non pigeat.

XXX.

Zuinglius Comandro et Nicolao Balingio. [1])

Gratiam et pacem a Domino. Locum divi Ioannis 1. cap. 5. sic intelligo paraphrasticos: quod natum est ex Deo, hoc est, divina soboles, vincit mundum. Et haec est victoria, id est, victrix vel superatrix (ut victoria pro victore accipiatur), quae mundum vincit: nempe, fides nostra. Quis enim vinceret mundum, nisi is qui credit Iesum Christum esse Dei filium? is enim videt se ad meliorem vitam esse vocatum, quam praesens est: sed et hoc videt, nihil negari sibi a Patre posse, quum filium dederit pro nostra redemptione: nam hic Jesus venit per aquam et sanguinem, hoc est, venit docendo sapientiam coelestem, quae per aquam significatur (quemadmodum Joan. 3. et 4. videre licet) et sese pretium pro peccatis nostris faciendo, quod per sanguinem significatur. Sed haec omnia nemo accipit, nisi spiritu intus docente illustretur. Spiritus ergo intus in corde fidelium verum esse docet, quod Christus et docuit, et praestitit; nam spiritus errare, aut decipere nequit, cum sit ipse et veritas. Sunt igitur tres, quibus testimonium, id est, doctrina salutis (nam et Christus ad discipulos ait: Vos testimonium perhibebitis de me, hoc est, ea docebitis, quae ad salutem sunt: et saepe in scripturis tam testes, quam testimonium, et pro doctrina, et pro doctoribus accipiuntur) constat: Aqua, hoc est, coelestis doctrina, nam humana huc pervenire nequit; Sanguis, hoc est, expiatio, quam filius Dei gratis tribuit, citra quam justitia Dei placari nequivit; et Spiritus, quem Deus in corda nostra mittit, ut intelligamus et credamus. Et hi tres unum sunt, aut simul sunt; hoc enim potest, εἰς τὸ ἕν εἰσι; hoc est, coelestis sapientia, redemptio ipsa, ipseque spiritus, idem sunt: aut simul conveniunt, ut victrix fides fiat, quae mundum superat. Plura de rebus aliis dare prorsus nequeo, ita me urgent occupationes. Reliqua egi cum Christophoro; is respondit, in Michaëlis esse rationibus: se ignorare omnia, tamen conventurum esse homunculum, ut non temere urgeat. Valete, et vigilate. 1. die Martii, Anno 1527.

XXXI.

Udalricus Dux Wirtembergensis ad Zwinglium.

Udalricus Dei gratia *Dux Wirtembergensis.*

Salutem plurimam ante omnia tibi vir doctissime et carissime. Ut optime tibi esse audiemus ita maxime gaudebimus. Pro benevolentia

[1]) *Nicolaus Balingius* ex prioris aetatis amicis Zwinglii fuit, qui eum *Comandro* commendavit, ut *Curiae* ludi magister fieret cf. ep. 4.

et clementia, quam erga te habemus, te non celamus, nos ab affinibus nostris, cognatis, amicisque principibus amicissime haberi, ita ut Deo Omnipotente freti omnes res nostras in optimam partem versuras esse speremus. Si forte novi quid ediderís, id nobis per hominem, qui tibi has literas pertulit, Duellium mittere velis, unde facile nobis tradi poterit. Deus nobis suam divinam gratiam impertiat. Dedi *Marburgi* festinanter Mercurii die post Laetare X. Cal. April. 1527.

Udalricus Dux Wirtembergensis.

Inscriptio: Doctissimo, carissimo *Udalrico Zwinglio* praedicatori Turicensi.

31.

Herzog Ulrich von Wirtemberg an Zwingli.

Ulrich von Gottes Gnaden, Herzog zu Wirtemberg.

Unsern Gruss zuvor. Hochgelehrter, Lieber, Besonderer. Wo es Euch glückselig und wohl zustünde, hörten wir sonders gern, wollen Euch aus gnädiger Neigung, so wir zu Euch tragen, nicht verhalten, dass wir von unsern Schwägern, Vettern und Freunden den Fürsten gar freundlich und wol gehalten, dergestalt, dass wir zu Gott dem Allmächtigen hoffen, unsere Sachen sollen sich zu allem Guten schicken. Ob Ihr auch etwas Neues hättet lassen ausgehen, wollet uns solches bei Zeiger dieses Briefs gen Twiel fertigen, wird man uns solches ferner zuzuschiken wol wissen. Gott wolle uns allen seine göttliche Gnade verleihen. Dat. Marpurg, in Eile. Mittwoch nach Laetare (circa 28. März) 1527.

Ulrich Herzog zu Wirtemberg.

Aufschrift: Dem Hochgelehrten, unserm lieben besonders *Ulrich Zwinglin*, Predikanten zu Zürich.

XXXII.

M. Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Ago gratias pro diligenti tuo contra iratum nimis *Lutherum* patrocinio, quod certe non merueram, a vertendis illius operibus per te pridem dehortatus. Sed tum fidem typographo obstrinxeram. Ita de *Pomerani* psalterio quoque monuisti, cum fere opus ad umbilicum perductum esset. Antequam de tuo patrocinio certior factus essem, ipse mihi patrocinatus fui. Mitto apologiam [1]), cum iis, in quae ille ita debacchatur. Si quando vacaverit, legas meas nugas, quo moneas, si quid praeter decorum aut gloriam Christi, Tu certe meam de Te expectationem facilitate et suavitate orationis longe superasti, etsi absoluta expectarim [2]). Vale et recrea nos scribens de successu

---

1) Ad *Pomeranum* satisfactio pro versione Psalterii.

2) In amica Exegesi i. e. expositione Eucharistiae contra *Lutherum*.

Hinc res delata est ad 4 Pandaretos. Hi summo mane, nobis nescientibus, domos eorum visitarunt, extorserunt copiam factionis eorum, quam nobis praesentatam, ut super eam iuxta verbum decernamus. Tibi mittimus, veluti illarum contentionum et rerum omnium expertissimus, ut et tuum consilium communices, quo pacto rem cum illis aggrediamur. Deinde vides hic eorum arma et fundamina. Si quae habes, quae prius in Commentariis praeteriveris, et quibus eorum (placita) evertamus, age, age, non negligas. Consideramus omnes periculum urbis nostrae, et totius Christianismi, ubi illae furiae irrepserint. Scimus, Magistratum pronissimum esse ad eos propellendos, sed nostrum est, omnia gladio spiritus, aut in suggestu, aut publica collatione, refellere. Expectamus Responsionem tuam. Maturato igitur opus est. Ceterum nihil dubites de me. *Francisco* [1]) non deero, neque ipse mihi. Scopum scribe super articulos eorum. Admiserunt Johannis et discipulorum Christi unum esse baptisma, pueros sanctos. Item, baptisma non esse necessarium ad salutem. Sed aiunt, credentem non manere absque baptismo, deinde revertuntur et dicunt: Baptismum esse sub praecepto. Habes omnia quae nos urgent. Salva sit tota vestratum Ecclesia. His diebus mittentur nuntii ad totam ditionem propter mandatum et juramentum abrogandum. Quicquid Dominus dederit, Te non latebit. Vale et fac Ecclesiam tuam orare pro nobis. 25. April 1527.

Tuus *Berchtold Haller*, ex animo.

XLI.

Joh. Bovillus [2]) Zuinglio.

Gratia tibi et Pax a Deo per Jesum Christum Dominum nostrum. Tametsi compertum habeam, carissime frater, in Republica Christiana quam sis occupatissimus, non potui (tamen) non ad Te scribere de rebus nostris. Ecclesia *Elgaviana* nostra a sacrificulis ob actionem Mensae dominicae nuper veneranter habitam non immodice turbata, quod sermonibus et actioni nedum defuerint, sed et vocati publice contradixerint, Oratores ad Sen. Tig. mittit, cum instructione cujus copiam ad Te perferendam dedimus. Videbis, quas insidias nebulones isti contra Christi verbum, quod Tu, tuique et ego pariter praedicamus, moliantur. Nam quicquid a me publice suggeritur, id in angulis subvertunt apud simplices, conniventibus ad id etiam Primoribus nostris, ejusdem farinae hominibus. Quod si Senatus Tigurinus audaculos illos in nostram doctrinam conferre jusserit, aut omnino amotos fecerit, periclitabimur maxime. Quid enim possumus in nugas istas suas? Tu igitur carissime frater, pro Christi et nostro amore, rebus nostris apud Senatum consule, vel apud quosdam, quos noveris, qui pro sua synceri-

---

[1]) *Kolbio.*

[2]) Fortasse *Joh. Oecholin*, quem praefectus Thurgoviensis 1524 noctu invadi et capi jussit, ex quo tumultus Ittingensis ortus est. Vid. ib. I, 491.

tate in rem nostram aliquid possint. Nam Ecclesiae nostrae sanior, quae et major pars, non modicum in Te fiduciam habet, quae voluit; ut ad Te nomine suo scriberem. Tu fac pro candore tuo, quod in Te fuerit. Uxor mea et ego mediocriter vivimus. Tu cum uxore tua vale. *Theobaldum Geroldzekium* Mecoenatem nostrum amantissimum et sororium nostrum *Franciscum* nostro nomine salvos jube et admone, ut ad nos concedant, aut nos ad ipsos cum per otium liceat, aliquando concessuros. Ex pago *Elgaviano*. 27. Apr. 1527.

Tuus *Joannes Bovillus*.

XLII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax *Christi* Tecum. Mi *Huldrice*. Ut *Luthero* respondeas hortantur fratres, non nostrates et *Argentinenses* soli, sed et alii. Te autem gloria *Christi* et veritatis potissimum extimulet. Nam hoc inter postrema numero, quod magis in Te debacchatur, id quod fere dissimulare debebis. Vincat ipse conviciis et sannis: Vince Tu scripturis, et gravitate ac lenitate, ut spiritus utriusque cunctis doctis a Domino manifestus fiat. Finem Tragoediae nondum video, si in ullo fuerimus lapsi; proinde opus circumspectione magna. Ipse nihil adhuc statui respondere. Quodsi ab illis urgebor, fastidium hoc minime irritabo longo sermone. Tuum nunc proelium erit, Tua etiam, praestante *Christo*, victoria. Precabimur nos interim, ut Dominus causae suae adsit.

Melanchthon Landgrafio de Eucharistia respondisse fertur in hanc sententiam, ut habet inclusa scheda, ex qua etiam illius expendes fidem. *Capito* mihi transmittendam Tibi nuper misit. Eram et alia quaedam scripturus, sed non permittebat confusus nonnihil animus, quod noster Senatus, parum civiliter, vestratibus responderit, et quam sit prudens declaravit. Legati igitur uberius narrabunt, quam mihi per litteras integrum est.

Ut video, solus *Christus*, suo spiritu, suos hic recturus est. Non dignabitur quosdam, ut illorum ministerio fungatur. Proinde nos sinceriter docturi sumus, et Christianorum preces imploraturi, quo ab adversariorum salvemur ictibus. Posthac fortasse feliciora sequentur, ubi satis probati fuerimus. Tu de nostra constantia, ni a Domino destituamur, ne dubites, sed ora Dominum et vale.

Basileae XXVIII. Aprilis.

Tuus *Oecolampadius*.

XLIII.

Zuinglius Berchtoldo et Francisco Bernensibus Ministris.

Gratiam et pacem a Domino. Agimus gratias altissimo, super omnium tum incremento tum adversitate, quae nobis ab illo inferuntur:

ut non modo spem firmet, sed patientia quoque probet. Videbitis jam primum quid sit vere pugnare, quum non a fronte solum adoritur hostis, sed a tergo quoque, imo a latere, imo a nostro contubernio. Faciat vos Dominus brevi superiores insignibus hujusmodi hypocritis. Plus enim sudavimus in hoc certamine, quam in ullo alio. Paucis itaque ad omnia illorum respondebo. Vos interim memores estote tam eorum quae novissime ad *Balthassarem*, Catabaptistarum nunc aut summum, aut certe arrogantissimum, tam eorum quae de praedicandi officio prodidimus, quam quae ad *Lutherum* nuper in exegesi. Advertite itaque ad numeros; respondebo enim secundum illorum ordinem. [1]) Quum primo dicunt eos solos esse baptisandos, qui et docti et actu fideles sint, etc. Jubete ut hujus legis quam de suo adferunt, testimonia scripturae dent; nusquam enim per hujusmodi interdictum statutum est de baptismo. Nolite quenquam baptisare, ni doctus sit et credat. Hic urgete, nec hostem hinc relinquite, donec fateatur nusquam tale exclusivum praeceptum esse positum. Cum autem dicet, omnis plantatio quam non plantavit pater meus coelestis, eradicabitur, etc. Respondete, Baptismum esse plantatum a Deo. Cum autem dicunt, sed baptismum parvulorum non esse plantatum a Deo, respondete: Neque apud Apostolos distinctum esse baptismum, in baptismum adultorum et parvulorum. [2]) Quod si apud apostolos fuisset discrimen, aut controversia ulla de baptizandis infantibus fidelium, Lucam non fuisse taciturum. Si vero Apostoli infantes non baptizavissent Hebraeorum, jam omnino fuisse orituram contentionem, cum alias de circumcisione tam acriter digladiarentur. Perinde enim contendissent Hebraei, infantes suos, qui jam circumcisi erant, baptizare: atque contendebant, adultos, qui ex gentibus credidissent, circumcidere. Imo magis. Si enim fideles erant, jam summopere oportebat eos sitire salutaris mysterii atque Testamenti novum signum. Catabaptistas ergo esse, qui nodum in scyrpo quaerant, et de baptismo aliter sentiant quam senserint Apostoli. Tantum enim valet locus ab autoritate negative, quo ipsi nituntur, et dicunt, Apostoli non leguntur baptizavisse: cum respondetis, Apostoli nunquam negarunt Hebraeorum infantibus baptismum. Apostoli nunquam fecerunt discrimen inter baptismum infantium et parentum eorum. Deinde a nobis stat, quod Act. 2. scriptum est: Fideles autem omnes erant simul. Ecce in ecclesiam censentur fidelium quoque liberi; non enim exposuerunt aut deseruerunt eos. Si ergo fuerunt in ecclesia, manifestum est, quod baptizati sunt. Quod et *Origines* [3]) testatur in epistola ad Romanos, qui fuit vicinus hisce temporibus, perhibens, quod

---

[1]) *Bernae* disputatio habita est cum catabaptistis quorum dictis *Zwinglius* hic respondet.

[2]) Post haec in autographo Zwinglius anteposuerat haec verba: „Neque apud veteres circumcisionem, in eam, qua parvuli et eam qua adulti uterentur, sed in genere circumcisionem vocari." De his verbis *Zwinglius* in margine notat: „Delevi quia possent aliquid cavillari, quamvis frustra, sed ut in via et brevitate maneamus." (Siml. Msc.)

[3]) In margine notat *Zwinglius*: „Intra 200 annos post ascensionem Christi viguit *Origenes*."

mos baptizandorum infantium, usque ad sua tempora permanserit in ecclesiis ab apostolis traditus. Nam si non fuissent baptizati, inde fuisset, quod de ecclesia non censerentur esse. Cum autem circumcisi essent, non potuissent non esse de ecclesia Judaeorum; connumerati ergo fuissent Judaeis Christianorum pueri: quo quid absurdius, imo sceleratius dici potest? Hisce igitur argumentis et testimoniis liquet, baptismum infantium nunquam fuisse alienum ab ecclesia, etiam apostolorum tempore. Fieri enim non potuisset, ut si circumcisis negaretur baptismus, quin aliqua dissensio fuisset orta, etc. Hoc itidem docete: Quod ab ascensione Christi octo anni fluxerunt, priusquam Matthaeus Evangelium scriberet. Marcus, si recte memini, duodecimo: deinde Luc. 16. Joannes autem 20. tandem scripsit. Intra istos quaeso annos, quae nam erat autentica scriptura, ad quam recurreretur? Nonne vetus, legis et prophetarum? Quomodo igitur ministrabant Apostoli verbo? quomodo firmabant quae docebant? quas scripturas indagabant? ad quas consilia sua moderabantur? Ad eas nimirum scripturas, ad quas Christus ipse: ibat ad legem et prophetas. Haec autem tam abest, ut circumcisionem negent parvulis, quae tum ejusdem fidei symbolum erat, cujus nunc est baptismus: ut etiam dari praecipiant. Contra scripturam ergo fecissent, si infantibus negavissent baptismum. Deinde videtis in isto primo ipsorum articulo, quod stolidi Catabaptistae nondum vident, Rom. 6. Paulum non scribere legem (isthinc enim adferunt haec verba), quo modo debeamus uti baptismo: sed ex ipso usu decerpere virtutem et epichiremata [1]), id est, conatus, quibus allegorice doceat, nobis novis esse vivendum. Qui enim abluti sunt etiam corporali lavacro, non protinus abjiciunt scipsos in caenum et palūdes: quanto magis qui baptismo mersi atque emersi Christi tum morti, tum resurrectioni similes sunt facti, non debent ad ea facta redire, in quibus olim erant mortui. Considerate locum attentius, et videbitis me verum dicere. Sed de hoc ad Lutherum. Nihil ergo prorsus habent, quo primam istam audaciam aut stultitiam probent. Cum ergo veneritis ad testamenti virtutem, pro dignitate tractate eam; isthic enim versatur cardo rei. Dicent autem Catabaptistae, esse idem testamentum cum Abraham, si fidem habuerimus sicut Abraham, ut in Galatis habetur: (sic enim cornicantur isti). Respondete: Hoc de adultis quidem verum esse, sicut et in veteri Testamento, isti adulti modo erant intra Testamentum et ecclesiam Dei, qui fidem habebant, sed simul verum esse, in veteri Testamento infantes perinde fuisse, atque parentes; accipiebant enim signum: quod si frustra accepissent, jam fefellisset Deus ipsos, si signum inane jussisset dari. Nunc autem Deus verax est, omnis autem homo mendax. Mentitur homo, si dicat rem esse negatam, sed signum tantum datum. At non mentitur Deus, qui rem, cujus signum dat, praecipue dat. Franciscum [2]) arbitror esse memorem hujus, quod cum illo contuli, quid nam debeamus de canonica scriptura sentire. Quomodo scilicet, totum hoc quod novum Testamentum vocamus, autoritatem

---

[1]) In margine *Zwinglius* notat: „Handanlegungen."
[2]) *Kolbium.*

habet ac fundamentum in veteri. Sic enim et Christus ipse monet: Scrutamini scripturas, et istae sunt quae testimonium perhibent de me. Ad secundum articulum eorum de excommunicatione recte sentiunt aliquandiu, usque dum dicant, excommunicationem antecedere debere communionem. Communio enim, hoc est, coetus fidelium, gratias agit anteaquam quisquam excommunicetur. Sed si post gratiarum actionem enorme aliquid designaverit, postmodum arcetur a communione, hoc est, ecclesia. Sed in hoc peccant omnes Catabaptistae, quod nimis propensi sunt ad excommunicandum ob quamvis levem causam, et ob causas etiam quae magistratui relinquendae sunt. Apostolorum tempore unum legimus excommunicatum, qui novercam imminuerat. Isti foeneratorem, et eum qui annuos redditus de bonis aut praediis accipit, excommunicare cupiunt: (huc enim spectat omnis eorum mens) quae causae magistratui sunt relinquendae. Tertius articulus ferri potest, si nollent hypocrisim inducere, quam dudum apud Pontificem Romanum damnabamus; ea est, si volunt videri esse absque peccato: sic enim jubebat Pontifex Rom. accedere, cum nihil sit ipso conscelleratius. De istis haec pauca.

In quarto magnum venenum latet. Cum enim in summa istud docent, quod exuere debeamus veterem hominem, et novum induere, abhorrere a diabolo, adhaerere Domino: huc tandem descendunt, ut conciones honestas sugillent: sed in hoc, ut probent licere sibi abesse a coetu ecclesiarum, seditiosissimi homines; et non cogantur infantes suos ecclesiae offerre; matrimonia coram eadem, ut scandalum tollatur, confiteri. Convivia taxant, cum Christus conviva fuerit in paupertinis nuptiis; in quibus cum vinum deesset, omnium corda liberalitate sua exhilaravit. Praedem esse, aut promissorem (nescio enim quid per *bürgschaft* intelligant) ipse non video, quomodo sit contra Dominum, si mea fides fratri data, fratri potest prodesse. Quod si huc, ut videtur, trahunt, quod fidelis homo non debeat accipere praedes aut fidejussores, iterum produnt seditiosos animos. Volunt sibi citra fidejussionem credi, quo liberius fallant ac fraudent. En seditionem; rescinderentur enim omnia debita hoc modo facile: nihil enim pudet Catabaptistas dare fidem, et frangere. Convenire licet et convivari; sed modus ni servetur, in deterius convenimus. Videte 1. Corinth. 11. et patebit, coenam dominicam epulas esse, quae in festo gratiarum actionis propter amicitiae glutinum celebrabantur, quae ubi in deterius vergeret, recisa est. De armis postea veniet, cum de imperio agetur. Quinto recte sentiunt de pastore aut episcopo, sed videntur omnia verba trahere ad suos episcopos, quos haeresi suae praeficiunt. Quod autem haec secta haeresis sit, hinc patet; quod initium sumpsit citra ecclesiarum judicium, imo hodie non docent in ecclesiis palam, sicut Christus dicit: Ego palam locutus sum mundo etc., sed in latibulis, velut gallinae excludunt ova; neque hoc faciunt, nisi in his ecclesiis quae jam Evangelium receperunt: nunquam veniunt ad impias ecclesias; sunt enim isti, qui captivas ducunt mulierculas, etc. Quid multa? ventres sunt, et praestigiatores. Sexto errant toto coelo, neque solum errant, sed seditioni suae (quam ut primum poterunt, movebunt) viam sternunt. Habetis apud

Paulum Rom. 13. de gladio, et apud eundem Ephes. 6. et 1. Timoth. 6. et multis aliis locis, quibus probabitis Christiano licere gestare magistratus non modo officium, sed etiam dignitatem. Item ad Philemonem. Christus autem jubet Caesari dare quae sunt Caesaris, et quae Dei Deo. Caesar est omnis potestas secularis, quae ubi jubet (non debet autem jubere, nisi ubi violatur justitia, ut in Mosaicis legibus continetur) gladium arripere, ac ferro rem gerere, parendum est. Cum ergo Christus pepercit adulterae, personam et decorum suum servavit; unde gladius potius probatur, quam confutetur; personam enim prophetae tulit, qui capitalia judicia judici relegat. Non erat unius hominis, neque privati, sed ecclesiae aliquem lapidare. A se ergo rejicit causam ad judicem. Decebat et hoc, ut qui priore adventu venerat ad liberandum humilis, nihil designaret quod esset alienum a misericordia. Unde et dicebat, se non venisse ut judicaret mundum, sed ut mundus per ipsum servaretur. Vos autem non sic, scilicet regnabitis, ad solos Apostolos et Evangelistas pertinet. Sunt enim multa in sacris literis, quae non pertinent ad omnem ecclesiam. Ite, praedicate, non pertinet nisi ad eos, qui ad praedicandum mittuntur, tametsi Catabaptistae esse ubique faciant praedicatores. Faciam vos piscatores hominum, ad eosdem pertinet, non ad omnem populum Christianum. Nolite sacculum, ferre, aut peram, itidem. Sic et iste locus. Septimo non intelligunt Christum vetare blasphemiam, non juramentum, cum jurandi verbum sit amphibolum, ad quotidianam jurationem et jusjurandum. Blasphemiam omnino debemus fugere, et juramenta ista, quae propria libidine facimus, ubi quis se jurat hoc aut aliud facturum sua autoritate, aut ad omnem confirmationem nomen Dei adsciscit. Haec omnia sub blasphemia continentur, quam tamen Christus jurationem vocat; quemadmodum et nos facimus in Germanica lingua. Sed jusiurandum non esse praestandum docere, id est nervum atque vim omnis magistratus tollere, obedientiam solvere, ac seditioni omnia objicere. Quod autem liceat jusjurandum in usum proximi, publicaeque pacis praestare: legite de juramento quod sibi mutuo dederunt Abraham et Abimelech: Gen. 21. Et de muliere, quae viro adulterii suspecta erat, et aliis in locis etc. Hic pro dignitate tractate nebulones istos, qui abrogatione jurisiurandi omnem tranquillitatem turbare pergunt, et docere eos, tum jurandum esse cum magistratus jubet. Cum autem dicunt, Neminem scire an possit servare quod jurat, nec ne; respondete: Hoc pertinere ad temeraria juramenta et tyrannica ista, quibus pessimi homines jurant imprudentes quicquid libet, cum tamen nihil possint, nec pilum quidem album nigrum facere, etc. Sed secundum hoc jurare nos debere, sive publica pax et jus magistratus hoc exigat, sive testandi necessitas, quemadmodum ex lege passim patet. Sed hic simul habebitis occasionem admonendi magistratus, ne temere jusiurandum exigant in his, et ad haec, ad quae subditi non debent alligari; puto ad foedera pessimorum hominum artibus concinnata, non pacis, sed bellorum seminaria. Ad ordinationem suam dicite. Hoc in publica fieri debere ecclesia, non in angulis et conspiraculis. Ipsi enim omnia trahunt ad ganeas illas, in quibus ipsi conveniunt, et palam non apparent. Alia quae ferri possunt, etiam in ecclesiá

nostra non minus quam in illorum conventiculis docentur; cur ergo non isthic conveniunt? Quinto loco legum suarum coniungunt duas leges in unum, ut alteram altera falso colore caelent; puta istam de communitate, ea quae est de subsidio pauperum. Communitatem non possumus, nec debemus exigere; dicebat enim Petrus ad Ananiam: Nonne manens tibi manebat? etc. quibus verbis vult intendere: Cur simulavisti te omnia in medium tulisse, cum nihil esset opus; in tua enim erat potestate, nemo cogebat in commune profundere. [1]) Sed lex de suppeditatione horum qui egent, non debet a nobis negligi. Ut cum desit communitas inter Christianos, sicuti et Apostolorum tempore non legitur nisi Hierosolymis fuisse: non desit tamen laborantibus inopia fratribus, etc. Viriliter et constanter agite, sic tamen, ut medium pulchre servetis. Istorum enim omnia huc tendunt, ut justitiae mensuram istam summam doceant, quod et omnes facere debemus; sed simul per hypocrisis vim ipsi videri cupiunt illi ipsi, qui tam justi sint atque tam innocens ecclesia, cum sint odio, invidia, ira, arrogantia, seditione, cupiditate, vanitate, omnibus qui etiam carni maxime addicti sunt, longe deteriores. Sunt tamen interim simplices quidam, qui istorum nebulonum simulatione seducuntur.

Ex *Lucerna* certum habemus, quicquid omnes hactenus nuntiaverint de impressa praefatione [2]), adhuc tamen non esse excusam, neque coronidem. Attamen Consuli *Hug* et *Murnero* prorsus esse constitutum, ut hac hebdomade excudatur. Tempestive igitur occurrere potestis huic malo: et per bonos viros hoc curare, ut Senatus vester protinus ad *Lucernanos* scribat atque interdicat, quominus vel praefatio vel coronis excudatur. Obtineri spero aliquid. Addi debet, ut non vulgetur, ni prius ab utraque parte censores adfuerint, alioqui vos adusturos. Facit et *Murnerus* Latinam, sed ea nondum de integro excusa. Reddetur ergo Latina alibi, priusque ipse excuderit, si recte prodibit germanice, unde non est cur indicatur ei, ne Latinam faciat. Jam Domino este commendatissimi. Salutate fratres omnes, *Nollium*, *Dillemannum*, *Saepianum*, *Trempium* meum et *Madium*. Si alicubi apud vos locus esset optimo Evangelistae, qui Hebraice, Graece, Latineque eleganter doctus est, apud *Oecolampadium* invenietis *Petrum Gynaeum*. Uxorem non habet. Unde vobis adcommodus esse videbitur. Agite fideliter omnia. Mihi videntur omnes in hoc esse frigidi, quod testamentum aeternum non recte callent, et quod neque Christum vident non posse salutem animarum nostrarum esse, nisi Deus aeternus sit.

Utinam res aliquando huc deveniret, ut concilium indiceret Berna super hac re, ad suam urbem, utque Argentoratum, Basileam, quoquo versum nunciaretur Catabaptistis, dareturque publica eo veniendi fides, etc. Fiat voluntas Domini. Venirent enim Constantia, Scaphusia, Sanctogallum, imo Ulma, Lindoium, et omnes hinc inde urbes. *Tiguri*, 28. Aprilis. 1527.

---

1) In margine: „Quod catabaptistae huc tendunt ut vi exigant, si quis neget in commune daturum."

2) Ad acta Disputationis *Badensis*.

Non relegi. Ego nunc accingor ad respondendum *Luthero*, qui contra nos impunissime scripsit, sed simul impotenter, Germanice. [1])

Huldricus Zuinglius, vester.

XLIV.

Zuinglius Nicolao Brugnero.

Gratia et Pax a Deo. Equidem, optissime *Brugnere*, tibi ex animo bene cupio, sed multa obstant quominus possim rebus tuis succurrere. Primum quod plusquam satis multi sunt, qui ad nos confugiendo cuivis conditioni inhiant, ut ne mediocre quidem quicquam pollicituri possimus. Deinde quod pauca imo nulla sacerdotia conferuntur ultra. Et quae in Evangelistas collocantur, civibus plerumque obveniunt. Quare ut haec est tempestas suadeo ne, ut est in apologo, massam carnis ex ore mittas, donec certus sis, non esse umbram quod vides. Ego tuus perpetuo sum. Quae de motu qui tibi intentatus est scribis, nihil dubito actum fuisse. Scribam habet uterque suum; verum est; sed mihi magis favit rerum omnium conditor, qui mihi meum ademit ac daemoni tradidit. [2]) Vale. Uxorculam tuam salutabis nostro nomine et fratres omnes. *Tiguri* prid. Cal. Majas. 1527.

Huldricus Zuinglius tuus.

XLV.

Bucerus Zuinglio.

Gratia Domino. Ut *Luthero* respondeas, et id pro tua, non illius, dignitate, magna cum aviditate pii expectant. Ad id forte conducet tibi, quod de discrimine duarum in Christo naturarum ille scripsit, in postilla sua, in Epistolam supremi sacri diei natalis christiani. Lectio ea sumta est ex Epistola ad Hebraeos in illud: Per filium suum. Leges, quod indico. Res nostrae sui similes sunt. Omnia modo apud nos referta militibus sunt. *Caesaris* nomine conscripti vix abierunt, et nomine *Hessi* multo plures colliguntur. Donet Christus, ne quid nimis callidum. Armis nunquam est propugnatum feliciter Evangelio. Mira et ingens rerum perturbatio timetur. Dominus suos non deseret, sed nisi omnia fallunt, severe exercebit. *Turcum* enim tribus exercitibus nostros invasurum fines quidam certo pronunciant. Singulos autem exercitus constare ajunt centenis millibus. Jam *Caesaris* exercitum in *Italia* ajunt hostibus imparem et timendum, ne in *Siciliam* cogantur trajicere. Eum, qui nunc *Italiam* petit, verentur commeatus inopia laboraturum. Ut autem feliciter habiturus sit, viribus tamen suis interim *Germania* destituitur. Quas utinam non atterant et motus *Hessici*. Hic frater aliquandiu apud nos fuit, homo innocens, qui Evangelii

---

[1]) „Daß die Worte Christi, das ist mein Leib, noch fest stehen“ ꝛc.

[2]) *Joachim am Grüt.*

causa sedibus suis pulsus est. Dignus, cui boni adsint, quamquam eruditione forte non adeo valeat. Eum tibi commendamus, si juvare eum non poteris, saltem consolare, quod et nos fecimus. Bene vale, ea curaturus, de quibus proximis literis. Saluta omnes fratres, *Leonem*, *Pellicanum*, *Franc.* et reliquos. *Capito* abest *Offenburgi*, ubi tractatur de concordia cum canonicis exulibus. *Argent.* pridie Cal. Maj. 1527.

M. Bucerus, tuus.

XLVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Nihil est, quod nunc velim, mi *Huldrice*, quam ut cognoscam, quid de *Luthero* consilii ceperis. *Argentoratensibus* fratribus visum, ut tu cito respondeas germanice; maluissent me opponere *Gallo* et *Anglo*, hoc est, *Clichtoveo* et *Roffensi*. [1]) At nostris et mihi illorum sententia non probatur, tum, quod, dum perpetuo maximis provocationibus ad congressum adversarios evocamus, illi se jam victores, ostenso libro, pollicentur, hos vero victos ajunt, neque opus, ut cum tam obstinatis agatur; tum, quod ego potissimum petor, et video cor hominis mire saucium. Ora igitur Dominum cum Ecclesia tua, ut quae Christo digna sunt, scribamus. Ineptit egregie, dum Christi corpus et sanguinem, ubique, ubi divinitas est, esse contendit. Nihil indignum Christo agi censent, si corpus Christi ab indignis nunc tractetur. Bellum est et hoc, quod caro illa spiritualis esui profutura. Significa etiam quid *Slesitae*, quos commendavi, impetrarint abs te: num *Gynoraeum* nostrum abducturi sint, vel isthinc invenerint votis suis respondentes viros. Vale. *Basileae* prima Maji.

Oecolampadius.

XLVII.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Quae tu, carissime *Vadiane*, de *Lutheri* libro tam sancte quam graviter censes, haud mediocriter dolet, non etiam ab omnibus judicari. Ut quid enim tam multa passim legimus et praedicamus, si jam non est tam acre in expendendis scriptis judicium, ut non omnes videamus, quod *Vadianus* videt? Nempe mendaciis, contumeliis, sycophantiis, suspicionibus totum constare librum? Ipse quaternionem sextum isto momento legere incipiebam, cum tabellio tuus veniret. At dii boni, quae perversitas! Veruntamen utcunque doleat pietatis eruditionem non eo esse evectam, quin quidam nostram exigant operam propter infirmos. Annuo petitioni tuae, nam et *Argentora-*

[1]) De *Clichtoveo* videsis ep. 33. *Joannes Fischer*, Episcopus *Roffae* qui scripsit: De veritate corporis et sanguinis Christi in Eucharistia contra Oecolampadium. 1527.

tenses et *Oecolampadius* sic convenerant, ut ipse solide contra hostem publicum procedam, sive quod facilius est alii communem operam obtrudere, sive quod malo nodo malum cuneum aptare cupiunt. Sic ergo est agendi consilium. Epistola praeliminari dicabo librum Duci *Saxonum*, nisi Tu aliud moneas, non quo illi me insinuem aut gratum futurum sperem, sed quo pudorem quendam incutiam circumspiciendi tandem unde res pendeat, id autem faciam, quoad Dominus dederit, sancte. Deinde et *Oecolampadius* scribet, ut hesterna die nunciavit per epistolam, imo fervet quam celerrime opus illius, quamvis summam velit me ad longum aut fusius tractare. Hominem itaque gnaviter excipiam, ex oculis nusquam emittam tam lubricum hostem, quique ubi tenebitur tam facile praefocabitur. Crescit Domino gloria, mihi animus in hac pugna. Absolvetur ad sesqui mensem spero tam nobis quam chalcographo opus, ac surget. Interea monebunt ubique pii, jamjam adfuturam responsionem. Ego etsi accersum, istud tamen immane genus dicendi detestor. Cordate loquor, non contumeliose. Tu vale, et salvos jube *Cunhardum Mejer*, *Christianum* et *Sebastianum*. Quae *Bernae* in legendo Senatu sint acta, non est dubium ad vos perlatum esse. Res in eodem statu apud nos sunt, per Dei bonitatem. Die 4. Maji 1527.

Huldricus Zuinglius, tuus.

XLVIII.

Franciscus Kolb Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Audis cottidie successum nostrum. Inter cetera accepi, te tractaturum translationem. Prophetarum emissam jam per *Hetzerum* ac *Denkium*: Sie gefallt dir, ut audio, nicht allenthalben. Ich bitte dich um Gotteswillen, mi frater, si in praefata translatione volueris aliquid corrigere, addere vel deponere, quod non nisi arduz praesumas, et ea, quae citra magnum errorem admitti nequeant et haec pie addas vel deponas, in caritate non ficta, ne nostrae fidei, ac professioni Evangelii ulla fiat derogatio. Nihil enim nobis sic in via est et verbo Dei sic impedimento est: sicut illa assidua inter vos magistros nostros contentio, nec fortius contra nos Catabaptistae argumentum objiciunt, quam quod nec in verbo conveniamus animo intus, nec ceremoniis opere foris. Discurrunt hinc inde clamantes palam et clam dicentes et declarantes spiritum nostrum (ut est apud eos) suspectum. Bene vale. Mihi ignosce. Zelo meo scripsi. Gratia Domini tecum semper. Raptim. *Bernae*. 5. Mai 1527.

Franciscus Kolb.

Inscriptio: Ulrico Zuinglio Ecclesiastae Duregi suo in Christo fratri.

XLIX.

Zuinglius Andreae Hosiandro.

Gratiam et pacem a Domino. Sunt quidam hodie tam perverse docti et religiosi, *Hosiander* colende, ut quicquid ab eis dissentiat, etiamsi verissimum sit, rejicere, contumeliaque summa adficere non pudeat. Quales hac tempestate (pro dolor) plurimi reperiuntur, dum pars carnem Christi corpoream in coena dominica edi adserimus, pars negamus. Illi istis ignavorum, imo impiorum nomina opprobrant: illi contra, illos spiritu inanes esse dicunt. Quam equidem audaciam ferri censerem, si inter se mutuo libris missis, aut epistolis tantummodo digladiarentur, non etiam totos sermones aut annos quoque consumerent in hoc, ut carnem aut in coena retinerent, aut vacationem a coena impetrarent. E quorum numero sis nec ne, tu videris. Rumor certe magnus est, te in hoc fuisse jam sesquiannum; volo enim libere tecum per epistolam agere. Quantum quaeso putas interea decessisse pietati ac innocentiae? Nobis certamen est cum cacodaemonibus et carne: missis ergo istis, ad superstitionem convertimur et contentionem? Carnem querimur apud rudes auferri, haud aliter quam si religionis summa sit in commanducata carne; interea pullulant pessimi mores, friget charitas, suspecta redditur omnis in Deum pietas. Cur hoc non videmus, optime *Hosiander*? si religio atque innocentia nobis unice sunt cordi. Cur his neglectis ad infirma elementa redimus? quae ubi postliminio reducta erunt, summam impietatem secum trahent, quemadmodum prius quoque fecerunt. Quae oro promissio facta est, si carnem carnaliter edamus? Scio ut a spirituali manducatione ad carnalem desiliatis, simplicibusque sic imponatis: En vobis haereticos istos, qui ignorant quid prosit Christi caro manducata, cum Christus ipse dicat: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis; et: Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in illo etc. Quasi vero obscurum esse possit, Christum hic de spirituali modo manducatione loqui, cum nos de carnali digladiemur. Quid igitur obsecro causae est, cur tu apud ecclesiam tuam sic adversus veritatem debaccheris, homo satis juvenis, [1]) juveniliaque sectans desideria: id quod annuli in digitis concionantis jactati, et mundior ista exquisitiorque vestis, non membrorum tantum, sed veritatis quoque, quam usque adeo studes venusto sermone amicere, ut auditores laborare satis cogantur ut intelligant. Qua tu re ad loquacitatem animos citius pertrahes, quam ad pietatem. Traxisti jam, ut ajunt, prudentissimum Senatum in hanc sententiam, ut flamma ferroque parent malo occurrere, quod profecto malum non est, sed vera scripturisque sacris firmata sententia. Clamas apud ecclesiam tuam, nos mendaciis niti. Deinde apud amiculos ea nobis imputas, quod Norimbergam scripserimus, *Urbanum* nostrum esse factum et *Billicanum*, cum illi a vobis stent. Quasi vero ipse *Urbanus* non dederit ad nos sua ipsius manu epistolam, qua testetur se a nobis stare, et *Billicanus* ipse ad *Oecolampadium*, et

[1]) Natus est 1499.

coram *Petro Gynoraeo*, homine et pio et docto, non sit confessus, se contra nostram sententiam nihil posse. Dii meliora mi *Hosiander*, quam ut mendaciis fulcire consilium sit, eam rem quae suis ipsa viribus sic constat, ut nullis ventorum procellis, nullo fulmine, machinis nullis, vi in universum nulla concuti possit. Quid enim omnia quae nunc postremum in lucem dedit *Lutherus*, sunt, quam inanes offutiae? quibus intra duos menses sic respondebimus, ut de tanto verborum exercitu ne miles quidem unus salvus evasurus sit, Domino sic veritatem protegente, ut mundus videat, quid atrum sit quid album. Quapropter mi *Hosiander* animum pone, atque vicissim haec nostra sine adfectu perlege. Jam indubie senties quo loco res sit, quomodoque tibi minime committendum sit, ut Senatum vestratem huc inducas, unde referre pedem pudeat. Sentiet mundus aliter *Luthero* saeviente. Quod ubi factum erit, quomodo stabunt isti, qui aut contra veritatem pugnavisse, per errorem esse factum confitebuntur, aut si in errore perstabunt, per impietatem miscere audebunt omnia? Non praeteribunt tres anni, quin *Italia*, *Galliae*, *Hispaniae*, *Germania* pedibus in nostram ierint sententiam. Quo se tunc vertent, qui gladio ferreo nunc tentent, quod gladio spiritus perficere non possunt? Tibi ergo, ut sanctus vir sis (cujus nos nomen tuum *Hosiandri* admonet) sic agendum est, ut nunquam poenitens dicturus sis, non putaram. Ipse plane dudum nominatim in te scripsissem, cum propter sermones et epistolas, qui scripti tantum in quorundam manus inciderunt, tum propter asinum istum *Althamer*, qui dicitur te dictante omnia in nos nequicquam (tam vana enim silentio quam responsione melius vincuntur) scribere, sed uebis vestrae reverentia peperci. Debes ergo tu quoque cautius agere, ne bene constitutam, omnibusque gratam in odium aliquod imprudens trahas. Vale: et satis acerba si apices adfectumque tuum expendas, solida vero et salutaria, si animum nostrum, aequi bonique facito. Neque enim tam impotenti animo sum, ut si nihil de te sperandum esset, tacere non possem quin aliquid in te jacerem; sed bene mihi praesagiens, futurum ut veritatem amplectaris, tam libere ad te scripsi. *Tiguri*, 6. die Maji 1527.

L.

Schematismus Epistolae Zuinglii ad N. N. [1])

Gratia et Pax a Deo. Paucis tecum agam, sed adeo insuperabilibus, ut quemcunque locum accipias, nemo expugnare possit, modo ne patiaris Te versutissimum nebulonem [2]) abducere a proposito, neque ab ulla autoritate Scripturae: Noli illius ficta blandimenta contemnere, his enim non jam capit animos perditissimorum hominum, sed malitiae illorum aequitatem fucatam praetexit. — De dextera Dei. — Verbum

---

[1]) Vero simillimum est, hanc epistolam *Hanero* scriptam esse.

[2]) Sine dubio unus trium calumniatorum Norimbergensium: *Pirkhaimer*, *Osiander* vel *Althamerus*.

caro factum est. — Vide Cyrillum L. I. C. 15 ab init. „Dei filius hominem adsumpsit. Si homo est, infirmus est: non ad peccandum, sed ad patiendum. Finitus est. Ante mortem mortalis est, quemadmodum nos sumus, post resurrectionem adhuc manet finitus, quemadmodum et nos finiti sumus. Non enim ex natura clarificati corporis fuit, quod transfiguratus est, sed ex miraculo. Non enim haesit clarificatio ista transfigurationis. Jesus enim nondum erat clarificatus. Et longo post tempore dixit: Pater clarifica filium tuum etc.“ Horum omnium testimonia. „Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.“ Carnem et ossa habere hominis est, non Dei. Ea habuit etiam secundum *Lutherum* post resurrectionem. Verus ergo homo est, sed jam clarificatus, qualis ante mortem non erat, cum doleret, tristis esset (expende omnia verba quae scribo diligenter). Cum ergo hominem esse, per partes definiat, et partium non sit infinitas. Ubi enim otium finitam aut caro infinita? Manifestum est, finitum esse hominem in perpetuum, nunc quidem clarificatum, quales nos aliquando *erimus*, *hunc autem mortalem*, *quales nos sumus*. [1]) Mors enim est, quae immortalitatem illi et nobis attulit. „Formam servi accepit.“ Phil. II. Forma hic accipitur pro naturali differentia hominis, puta quod humanam naturam adsumserit. Forma et Philosophis et Theologis pro illo ipso accipitur, quod nomen et esse dat rei. Sed his omnibus posthabitis Paulus scriptum exponit: In similitudine hominum factus. Hic similitudo ponitur pro aequalitate (exclusa semper peccati infirmitate) probo quia sequitur: habitu inventus ut homo. *Factus obediens usque ad mortem.* MORS ergo probat, eum parem nobis esse.

„Non adprehendit Angelos, sed semen Abrahae.“ Hebr. 2. unde oportuit eum *per omnia fratribus esse similem*, sed absque peccato.“ Hebr. 4. (perpetua exceptio) fratres sunt finiti et nunc et post resurrectionem. Ergo et Christus, quantum homo.

„Tentatum per omnia, aeque atque alius homo tentatur, excepto peccato.“ Hebr. IV. Quod si humanitas ejus per omnia tentata est sicut homo tentatur, jam non est infinita humanitas Christi, nam si sic, alicubi mansisset non tentata, puta in coelo, aut isthic, quo eum *Lutherus* ponit.

1. Cor. XV. vocatur secundus Adam, quibus omnibus probatur vera humana in eo natura.

Manet ergo finita humanitas natura ejus, etiam cum Divinitas infinita est. Probo. Ante mortem finita fuit, nam alias non aliter fuisset in terris versata quam Divinitas quae in coelis et in terra est. Quod si simul, plus quam in uno loco fuisset, puto in coelo et in terra, jam in coelis nullatenus potuisset pati, cum in terra pateretur. Vanum ergo et falsum fuisset, quod clamabat; Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti? Sed similis fuit nobis per omnia, ut auditum est. Post mortem itidem finita est ut antea. Probo. Nam alias non idem resurrexis-

---

[1]) In margine adjicit *Zwinglius*: „Hanc sententiam non habeas pro Enchiridio, neque eam adduxas, non enim intelligerent eam tui, sed vera est. Phil. II. Quapropter Deus exaltavit illum.“

set et corpus substantialiter. Finitum enim corpus et infinitum ita distant, ut Philosophi etiam negent, infinitum Corpus esse posse." Luc. XXIV. ait Christus: „Palpate et videte, quod ego ipse sum." Ich selbst selbst, der vor bei Euch bin gewesen ꝛc.

Ad Argumentum *Lutheri.*

„Dextera Dei est ubique. Christus est ad dexteram Dei secundum humanam naturam. Ergo Christi Humanitas est ubique." Respondeo. Quid hoc argumento stultius? „Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus": Verba Christi sunt. Sequetur ergo sic: Homo est in certo loco et circumscripto. Si ergo Deus venit ad hominem, ergo Deus erit circumscriptus. Vides, ut *Lutherus* arguat a Substantia ad accidens, ubi enim et ubique accidens natura est, aut quasi accidens natura est, aut quasi accidens etc. Alia Responsio. Ut edatis et bibatis ad mensam meam in Domo Patris mei etc. Deus est ubique. Et nos erimus apud Deum. Ergo nos erimus ubique. Non sequitur: Videmus ergo proinde non sequi *Lutheri* argumentum etc.

De duabus naturis lege Cyrillum L. I. C. 16. et hoc scito, Cyrilli temporibus laboratum esse, ut adsereretur divinitas Christi, quam *Ariani* negabant. Sed quid istis opus habes? Cum supersint Scripturae testimonia.

Augustinum. Parte 10ma de cantico novo, C. 6. Nihil enim hic disputo liber iste Augustini sit, nec ne, cum Tu in procinctu stas. Item, tractatu in Joh. XXVIII. protinus ab initio. Et tractatu XLVII. E.

Chrysost. in Ev. S. Joh. Homilia X.

Constans esto et fide Deo, non *Zuinglio* aut *Luthero.*

Lutherus dicit: divinam naturam etiam in Christo esse passam, in novo libro b. facie prima. Quam stultitiam nemo nisi *Arianus* esset, unquam admisit.

Augustinum contra Maximinum etiam potes legere.

LI.

Zuinglius Vadiano. [1])

Gratia et Pax a Deo. *Bernae* sic habet res. Consul [2]) mansit officium. *Caspar a Mullinen* ex interiore Senatu emissus est ad exteriorem sive magnum, non alia puto caussa, quam quod in Urbe neque natus est, neque tinctus, quam isti perpetuam habent legem, qua exteros a Senatoria dignitate arceant. Scis et nostrorum temporum studia. *Sebastianus a Lapide* prorsus est motus, et duo quidam alii non magni nominis etiam interiore Senatu moti sunt. E magno vero 6, qui parum aequi esse dicuntur Evangelio. *Franciscum* [3]) arbitror, scis *Berchtoldo* factum esse Collegam. Mirabilis Deus in omnibus. Commodum obtulit se viator vester. Id enim abs Te peto, ut primo quoque

---

[1]) cf. ep. 40.
[2]) *Joannf ab Erlach.*
[3]) *Kolbium.*

tempore scribas ad *Thomam Gasner Lindoi* Evangelistam, ut in Eucharistiae negotio non festinet,[1]) habiturum a nobis intra bimestre spatium dissolutionem omnium, quae *Lutherus* contra nos produxit. Fuit enim apud eum frater quidam, ad quem ille dixit, se nunc clare videre negotium. *Lutherum* enim debellavisse et victorem abire, nihil enim quemquam mortalium adversus tam solida et firma posse. Qui quidem sermo me non magnopere solicitum reddit propter hominem, sed propter urbem; facile enim video, quanti sit aestimandus, qui tam hebeti est judicio. Sed omnibus modis cavendum est, ne pia alioqui urbs tam infelici judicio in transversum agatur. Id inquam curatum efficias oro. Nugae circumferuntur, *Ferdinando* adventurum esse ingentem ex *Hispaniis* exercitum; eae sic magnificantur ab iis, quorum salus omnis est in mendacio sita, ut Comitia indixerint ad *Thermas*. Quid *Eremi* actum sit in caussa *Ittingensi* nondum novimus, neque Legatos rediisse arbitror. Vale, et salvos jube amicos omnes. *Tiguri* XI d. Maji 1527.

Huldricus Zuinglius, tuus.

LII.

Georgius Regel Zwinglio.

Gratia et pax a Deo patre et Domino nostro Jesu Christo tecum et nobiscum omnibus sit. Amen. Mea officia omni tempore promptissima tibi ante omnia defero, vir benevolentissime, carissime. Novissimam meam epistolam 8. Maji tibi *Argentoratum* misi, quam tibi traditam esse spero, et cui inclusus erat libellus de ratione qua hic quidam praedicatores Coenam sacram peragant et quibus verbis praeeant. Quas res praeter alias quomodo agant *Wolfgangus Wahinger* frater te edocebit. En etiam huic epistolae inclusam tabellam, quomodo eas res *Norimbergae* agant, scilicet *Lutherano* more. Etiam Prophetas vendi *Norimbergae* vetuerunt. Quae *Osiander* existimat et credit, eadem iis credenda sunt; „sese indicaturum, si quae non recte in vernaculam linguam versa sint, sese correcturum et deinde reprehensurum esse.“ Si diabolus verum dicat, num ea causa non verum sit? *Lutherani* libelli de sacra Coena quae folia adhuc edita sunt partim sed non omnia legi. Aliquibus partis ejus placet, sed alteri parti non placet. Deus efficiat, ut errorem suum et nefaria dicta cognoscat. Nimirum ille fluctus in simpulo excitat. Cupit quidem res bene gerere, dummodo possit; tamen nihil ei profuturum esse spero. Deo confido vos Domini praedicatores brevi gravibus causis satis ei respondebitis, ne miserum vulgus seducatur. Quis enim nomine Domini seductus esse vult?

Vir carissime, quod ad novas res attinet, nihil singulare habui quod scriberem. Dicunt autem *Georgii Fronspergensis* copias *Viterbii*

---

1) *Vadianus* revera ei scripsit, cui ille rescripsit: se adhuc neutram sententiam certo accepisse et exspectare certaminis eventum.

esse, quod oppidum illi fere a *Roma* absit, et iis in urbem introire licere quando velint, sed *Romae* magnam penuriam panis et carnis esse et per omnem *Italiam* magnam inopiam. *Venetiis* quantum frumenti [1]) homo ferre potest fere pretio 10 florenorum Rhenanorum constat. *Florentini* 300,000 aureis se redemisse dicuntur. Ad summam in *Italia* est bellum et inopia scilicet post luem. Dei poena ante oculos est, qui nobis clemens et misericors sit. Honestae tuae uxori meis verbis prompta officia oblata volo. Denique Deo Domino semper commendatus sis. Dedi *Augustae Vindelicorum* 15. Maji 1527.

Georgius Regel.

52.

Jörg Regel an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater und Unserm Herrn Jesu Christo sei mit Euch und uns Allen. Amen. Meinen freundlichen willigen Dienst allzeit zuvor, günstiger lieber Herr. Auf 8. Tag Mai sandte ich Euch meinen nächsten Brief auf Strassburg zu, hoffe, sei Euch worden, darin ein Büchlein, wie hie von etlichen Predikanten das Nachtmahl gehalten und vorgelesen worden, wie Euch Bruder Wolfgang Wakinger von dem und andern, wie's sie gehalten, wol berichten wird. Auch hiemit ein Zedel wie sie es zu Nürnberg halten, auf Lutherisch. Haben zu Nürnberg die Propheten zu verkaufen auch verboten. Was Osiander hält und glaubt, müssen sie auch glauben, er zeigs an, werins nicht recht verteutscht sei, und machs besser und alsdann straf ers. Wenn der Teufel die Wahrheit redte, wärs drum nicht wahr? Ich habe das Lutherische Büchlein vom Nachtmahl, die jetzigen Bogen zum Theil, aber noch nicht gar gelesen. Etlichen seiner Partei gefallts, aber der andern Partei gefallts nicht. Gott gebe ihm seinen Irrthum und Lästern zu erkennen. Viel Geschrei und wenig Wolle; er machte seine Sache gern gut, könnte er nur, wird ihm wills Gott nicht helfen. Getreus Gott, Ihr Meine Herren, die Predikanten werden ihm in Kurzem mit gutem Grund genugsamlich Antwort geben, damit der gemeine arme Mann nicht verführt werde, welcher dann verführt sein will im Namen des Herrn.

Lieber Herr, neuer Zeitung halben weiss ich nichts Sonderes. Die Sage ist, Herrn Jörg von Frundspergs Volk liege zu Viterbo, eine Tagreise von Rom, und mögen hinein wenn sie wollen, aber zu Rom sei grosser Mangel an Brot und Fleisch, und im ganzen Welschland grosse Theure. Zu Venedig gilt ein Augsburger Sehof, ein Sack voll Korn, den ein Mann tragen mag, bei 10 Gulden rheinisch. Man sagt, die von Florenz haben sich abkauft mit 300,000 Dukaten. In Summa im Welschland ist Krieg und Theure, zugedenken nachdem ein Sterbend. Die Strafe Gottes ist vor Augen; der woll uns gnädig und barmherzig sein. Bitte Euch, wollet mir Euerer ehrbaren

[1]) *Scheffel.*

lieben Hausfrau meinen willigen Dienst sagen. Damit sei Gott dem Herrn allzeit befohlen. Dat. Augsburg 15. Mai 1527.

Jörg Regel.

LIII.

Bertoldus Hallerus Zuinglio.

Pro solicitudine tua, carissime *Huldrice*, perpetuo Tibi gratias agimus, qui hactenus oculatiorem in gregem nostrum Te absens praestitisti, quam nos praesentes potuerimus. De *Catabaptistis* duobus scis procul dubio quid actum sit. Alter *Joh. Sekler*, alter filius *Laurentii Horrütiner* erat. Reliqui 6 e carcere emissi, se ad concertandum nobiscum exigentibus id Dominis, obtulerunt, quod si clara Scriptura possint convinci, Baptismum parvulis aut praestitum ab Apostolis, aut praestari posse, velint omnino obsequi; sin minus, ut omnino sperant, magis obedituros Deo quam hominibus. Interim nuntii Dominorum ad Ecclesias singulas pro libertate Verbi mittuntur. Post quorum reditum, praesente *Tilemanno*, *Trempio* atque aliis duobus Senatoribus rem aggrediemur. Et utinam tam armati simus contra eos Verborum dicacitate, qua mire hoc hominum genus pollet, quam securi sumus de baptismate parvulis praestando. Urgent quia non sint baptisati juxta praescriptum aut usum Apostolorum, ideo se non censeant prius baptisatos. Nam verbo Domini sit additum. Tu itaque data occasione doceas: num Ceremoniae papisticae in totum perdant rationem Baptismi? Quod si sic: cogimur omnes rebaptisari. Sin minus: facile tolerari possunt ob infirmos, modo erudiantur, ne quid fiduciae in illas collocent. Facile roborari possent Missarum et omnium rerum pollutiones. Sic argumentantur. Vidimus super ea, quae de Baptismo congessisti. At ut rem dilucidius nobis aperias precamur. Reprehendunt unice in me, quod concionibus addo 5 anniversariorum declamationem, quam cum sine tumultu omittere nequeam, etsi dudum verbo omnia attigerim, nolunt tamen tantum ac me nostratibus condemnari, sed semper in ore habent: Exite de medio illorum, et separemini ab illis, dicit Dominus 2 Cor. VI. Jam non negant, Christianos posse gerere Magistratus, modo pie id fiat, jusjurandum qualecunque praestare nolunt. Nusquam sibi constant, et cautione magna nobis opus erit. *Joh. Sekler* ad vos divertit. E *Basilea* oriundus est. Fac, ut Ecclesiae tua pro nobis oret. Ceterum quod hactenus de duobus quibusdam ad Evangelizandum doctis scripseras, sic habe: *Francisco* nondum deputatus est victus aut merces, e qua vivat. Quamprimum id factum fuerit, cupimus utemque aliquem linguis doctum favere, modo paucis nobiscum contentari velit, et in re domestica nonnihil nos juvare, aut potius servire. *Franciscum* apud *Hallerum* quidem pauperem at doctum fuisse refert, quam pro se optant. Omnia apud nos care venduntur foro. Pauperes fratres ferme quotidiani sunt. Sed iis nihil obstantibus, ubi hominem modestum, non insolentem, non contentiosum et bonae vitae habere possemus, expensis nihil deesset. Tu igitur age, ut confidimus, nec festinatione

opus est, donec Te rerum nostrarum certiorem reddiderim. Scribam enim, quando talem ad nos amandare possis et debeas. *Lutheri* libellum nondum vidimus, sed e *Basilea* exspectamus. Quamprimum tua fuerint proelis excusa, scio nos non carituros. *Leonardus* ille, qui has tibi defert literas, olim *Francisci* Diaconus fuit in *Wertheim*, quem propter Eucharistiae sententiam pulsum et exulantem cum uxore tibi commendamus. Rem suam omnem coram referet. Apud nos non erat locus, nec dum erit, donec verbo Dominus ostium latius aperiat. *Conrado Halleri* socio [1]) dicere poteris, ut amicis bonis et fratribus in *Thun* scribat, quatenus illi pro eo solliciti sint. Hi plus possunt quam nos. Hoc unum scio, *Thunenses* verbi Domini famelicos, concionatoribus male provisos. Sat est. Vale et nos unice Tibi commendatos semper adserva. Non reliquissemus hominem hunc, nisi eum jurejurando a ditione nostra amandari timuissemus, quia conjugatus est. Nondum enim nobis constat, num toleraturi sint conjugatos Sacerdotes exteros. Speramus optime. Scilicet sic sperandum erit, ne importune spem praevertamus. *Treupius*, *Nollius*, *Hagius*, *Tilemannus* legatione funguntur ad Praefecturas. Salutabis Quaestorem *Werdmüller*, *Röstium*, *Leonem*, *Pellicanum*, *Hallerum*, uxorem et liberos, adeoque omnes. Salutant vos *Wattenwilii*. Rursum Vale. 16. Maji 1527.

Bertoldus Hallerus, ex animo tuus.

LIV.

Joannes Hanerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Heri allatae sunt mihi ex Te literae, Humanissime *Zuingli*, una cum Exegesi, et libello vulgari recens a Te in *Lutherum* editis [2]), quorum nomine gratias Tibi habeo ingentes, et si utrumque prius e *Francofordia* ab amicis acceperim, tui tamen mihi gratiores sunt, quod a Te et amico, et autore, munerum loco profecti sunt. Scribis autem inter alia, Te varie postremas meas literas affecisse, quod prioribus Christi divinitatem sic adstruxerim, ut metus Tibi fuerit, humanitatem me omnino abjecturum; tunc autem prolixiori Epistola hoc solum egisse, ut caro Christi in Coena a Te possit esse secura. Ego, optime *Zuingli*, ut Te de animo meo nihil celem, statim ex hoc diuturno Tuo silentio conjeci, proximas meas literas non perinde arrisisse Tibi. Caeterum, quid Te in iis offenderit, nondum video, nisi, quod Tua venia dictum volo, forte adfectus aliquis Te transversum rapuerit; homines enim sumus. Oro autem Te per Deum, velis nostra

---

1) *Joannes Hallerus*, qui quum parochatu *Amsoldingensi* pulsus esset, diaconus magni monasterii Turicensis erat. *Conradus* qui hic memoratur haud scio an *Conradus Schmid* fuerit, qui itidem parochatum vici in pago Bernensi relinquere coactus erat. (Mausol. Bernens. 2, 450.)

2) Amica Exegesis i. e. expositio Eucharistiae negotii ad *Martinum Lutherum*; et: „Früntlich Verglimpfung und Ablegnung über die Predig des trefflichen Martin Luthers wider die Schwärmer."

sedatus, animoque tranquillo legere, et puto Te nihil offendet. Nam, quod ad Christi humanitatem attinet, ut hanc suspicionem primum omnium Tibi eximam, huc solum pertinet, quod et priores meae Literae abunde egerunt, ne infirmae carni fideremus, sed Deo; non enim fidei objectum caro est, sed Verbum, Deus, carne olim pro salute nostra indutum. Deinde quod carnem quidem, pro mundi vita datam legimus; caeterum, carnem, mundi vitam esse non legimus. Est enim caro peccati hostia, Verbum autem lux et vita hominum: Et haec priores nostrae literae habuerunt, ubi si quid Te moratur, fac intelligam et quicquid superest scrupuli, lubens ac volens Tibi adimam. Verum, quod amplius scribis, proximis literis me totum in hoc fuisse, ut caro Christi in Coena a Te possit esse secura, id quatenus ego urgeo, et cum veritate licet, facile recipio, etiamsi nihil tale in literis meis indicare possis. Sed fefellerunt te, optime *Zuingli*, numeri, id quod Tibi neutiquam accidisset, si ad verba mea paulo attentius respexisses. Nostra enim sic habent: Caeterum, hic cave, ne nobis simul Spiritum, vitam, atque adeo ipsam veritatem corporis adimere satagas, quae certe *δὶς διὰ πασῶν* a Tuis variant, et hic oro unum illud a Te impetrem, ut scilicet nostra cum Tuis conferas, et puto deprehendes, quam absque causa nostris fueris iniquior: Nam, quod Te de corporea Christi carnis praesentia male habet, meum non est defendere. Ego simplicissimam fidei meae rationem tibi transmisi, quae nihil crassum, nihil physicum, nihil carnale, addam etiam nihil corporale, in se habet. Viderint alii de suo illo crasso corporeae carnis figmento, mihi non alius, quam fidei sensus est. Proinde desultoriam hanc fraudem, cujus literae Tuae mentionem faciunt, non agnosco. Et haec satis sint pro defensione priorum. Nunc ad alia Tua venio. Scribis Tu, fabulam esse, quicquid de corporeae carnis praesentia in Eucharistia perhibent quidam: ubi nihil contendo. Caeterum, vis contemplatione mentis Christi corpus semper adesse Christianis, haec quoniam confessa a Te sunt, excutiemus modo, quis nostrum vero sit propior, ego, qui carnis veritatem dono energiae fidei per verbum; an Tu, qui defers corporis praesentiam Christianis sola mentis contemplatione. Hic, si, positis adfectibus, judicare velis, statim dicere habes, plus nos debere dono Spiritus, quam potentiis carnis ac animae viribus, gratuita enim naturalibus longo intervallo antestant. Hic si nihil aliud addam, puto constare Tibi, ubi haereas. Si enim nostrae mentis contemplatio, quantumlibet alacris fuerit, torpida tamen et ignava, si ad spiritus vehementiam contuleris, Christi corpus praesens nobis facere potest, cur non magis, quaeso, interna verbi illustratio, et Spiritus donum, fides scilicet: nequaquam enim puto languidam nostrae mentis aciem, vel in virtute et po[illegible] verbi, aut cum energia fidei, ulla ratione committendam esse: quin hoc ipse inde infero, si res absens potest contemplatione, imagine praesens animo fieri, multo magis credentibus, quae videntur abesse (vident enim per speculum in aenigmate) vere adsunt, non solum certitudine fidei; sed et virtute verbi, cujus opera in veritate sunt? Non enim otiosae mentis phantasma, non cordis visionem, non capitis somnum, non vanam opinionem, fidem esse dicimus; sed donum juxta et

opus Dei, longe quid firmius, stabilius, certius, vivacius, quam sit perplexus et haesitans cordis nostri assensus, ubi nihil vana imaginatione fit; sed certissima veritate, nihil item per species et inania phantasmata, sed re vera, quantum libet per speculum videamus in aenigmate. Est enim fides rerum, quae sperantur, hypostasis, et elenchus eorum, quae non videntur, quod ut apertius Tibi fiat, ordiemur rem paulo altius. Apostoli nobis autores sunt, Christianum novam esse creaturam, destinata Patris voluntate, sermone veritatis, qui idem est sermo, seu verbum Dei viventis, tanquam ex immortali semine renatum. Quid hic, quaeso, dicemus? Num ne sic opinabimur? Ministri sermo aure nostra exceptus, censitus judicio, et voluntate nostra admissus nos regenerat ac novat, ut sic vel ministri vocem, vel mentis nostrae verbum pro sermone veritatis, ac verbo Dei viventis accipiamus? Absit: Haec enim regenerandi ac novandi divina vis, neque in ministri voce, neque in cordis nostri assensu posita est, verum sic credimus et fatemur, praeordinatos ad vitam, ad externum verbi Ministerium; illustrari interne per Patrem luminum, ingenerarique verbum, quo ceu semine immortali renascantur credentes, et in cognitam Dei per verbum voluntatem transformentur: quae vitae novitas, ut a verbo hominis non est, sed Dei; ita nihil hic agit cordis nostri assensus; sed donum Spiritus, fides, scilicet sola, quo fit, ut nihil vel ficti, vel picti fides nostra habeat; sed ipsissimam veritatem, et tamen tale aliquid de ea suspicari daretur, si vel a cordis nostri adsensu, aut a sola Ministri voce gigneretur. Omne enim, quod natum est ex carne, caro est, et cor hominis pravum et inscrutabile est, deinde omnis homo mendax. Regignimur ergo non verbo hominis, neque infirmo elemento aquae tantum, sed verbo veritatis et lavacro Spiritus Sancti, fitque hoc ipsum non nostrae mentis opinatione, sed veritate fidei. Dei enim opera cum nostris operibus non conferimus; sicut neque Dei virtutem cum nostris viribus, aut fidei certitudinem, cum nostri capitis somniis confundimus unquam. Scimus enim veritatis sermonem non excidere. Scimus et fidei certitudinem minime impingere, proinde nunc rursus dico, sicut verbum fidei, quod dicit, facit, et quod promittit, vere donat; ita fides tam opus, quam donum Dei vere suscipit; vere inquam, quia non vana mentis imaginatione, sed certitudine summa et ipsissima veritate; sic dicimus Spiritum Christi credentibus vere dari, imo Christum per fidem habitare in cordibus credentium, non quasi cum quis absentis amici imaginem somniat; sed vere, veritate et potentia verbi, et vivacitate Spiritus.

Sed hic Tu forte mihi dices: quo raperis *Ilanere*, ego de corporea Christi carne loquor, Tu vero aliam mihi de Christi spiritu cantilenam canis? Et ego, mi *Zuingli*, de corporali Christi corpore ac physica ejus ratione nihil Tecum contendo, sed de corporis Christi veritate, haec autem spiritus est, et a verbo est, cujus corporale olim Christi corpus vestigium vel imago, et si admittimus, magis Sacramentum fuit, quam veritas, veritas quidem nostri, sed Sacramentum Dei, nam et alias corporalia spiritualium contemplatione magis species quaedam rerum sunt, quam res ipsae. Et ut semel finiam: Cum in creatis

omnibus videamus, formas rerum latere intrinsecus, et tamen has denominare res, et suo modo etiam servare, cur ergo abhorremus quaeso, Christi carnem in Coena fateri, cum veritas illius ubique diffusa sit? Aut quid, obsecro, piaculi erit, dicere, pane per verbum tradito Corpore nos vere pasci, vero, inquam, per Fidei verbum, mysticoteros autem per symbolum panem, cum verbum veritas sit pascens omnia, nonne spirituale Christi regnum, carne scilicet ad gloriam immutata, simulque fidei nostrae hypostasis et elenebus hujus professionis rationem urget? Aut turbat Te, quod dixi, traditum Corpus? Sed memineris, optissime *Zuingli*, idem Christo corpus esse, etiamsi non sit eadem hujus quae olim habitudo hodie, eo scilicet spirituali suscitato, cum sit corporale seminatum, quo fit etiam, ut putem Corporis Christi veritatem aeque manducasse Patres, qui seminis promissioni crediderunt, aeque, inquam, atque nos, tunc enim vere in Massa nostra ac lumbis Abrahae fuit. Hanc carnis veritatem, optissime *Zuingli*, quae a *Verbo promissionis* est, et *spiritualis* est; eademque hodie olim, sicut et Christus hodie et heri, solum urgeo, et a fidei Elencho atque hypostasi non deflecto, nihil interim eorum curans, quae vel crassa sunt, aut physica, ubi si Tu eadem simili studio effeceris, non dubito brevi pacem redituram Ecclesiis, quod non videtur mihi alia veritas, non alia fidei ratio, non pacis conditio alia, quam sicubi symbolo mysterium, Verbo autem veritatem donaverimus. Tu, si aliud habes et potes, fac ejus me privatim moneas, et lubens, si per Deum licet, consilium sequar, nam tua Exegesis mecum non pugnat, nisi quatenus super Fidei verbo nondum Tibi adsentior. Tu quaeso nostra diligenter expende, et quod salutare est, vel amplectere Tu, aut contra me mone ut faciam, omniaque liberum, *Hanerumque* ardenter amare non desine. Vale. E *Nerobyrgo* die 17. Maji 1527.

Tuus *Joannes Hanerus*.

Suffurare unum admodum diem ceteris tuis studiis, eumque totum huc confer, et rescribe pluribus.

Inscriptio: Suo Huldericho Zuinglio.

LV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia Christi Tecum. Mi frater. Vix tandem obtigit nuntius, ut et meas et *Buceri* litteras Tibi transmitterem, quum tamen hoc tempore expediebat, potissimum communicari consilia, contra communem hostem. Importunitas adversariorum, qui etiam pro suggestu *Lutherum* laudare incipiunt, et ostentare hunc ejus librum, coegit, ut ad prelum properarem, nondum imposito colophone. Non potui mihi per omnia temperare, quin aliquid amaritudinis admiscerem, adeo difficile est depellere, et contemnere, tot convitia, tot mendacia, tot insidias. Mitto igitur aliquot chartas, e quibus gustum capias totius operis. Gratias agamus Domino, quod tam potenter a parte nostra stat veritas. Nihil reliqui opinor, cui non responderim.

Unus locus est, quo Te potissimum aggrediar, nam in aliis me apprehendit, Te prope modum contento, nempe quod *Joannis* tertio legimus: „Quod ex carne nascitur, caro est, quod ex spiritu spiritus.“ Illum locum equidem tractavi, ut caro *Christi* sub illa carne possit comprehendi: avocare enim nos a carne ejus ad spiritum, et in hoc et in sexto capite, *Christus* voluit, cur non igitur de carne sua interim, ut de communi loqueretur. Tu illum locum copiose tractato. Este autem et memor quid *Bucerus* moneat. Unam regulam mordicus teneo, ut de Sacramentis loquamur tanquam de signis.

Heri vocati sumus, et nos, qui ab Evangelii parte stamus, et Papistae concionatores, in praetorium, jussique sumus, ut fundamenta nostra, quibus vel asseramus vel negemus Missam esse sacrificium et opus bonum et utile, offerendam pro vivis et defunctis, in libellis, senatui, intra mensis spatium, offeramus, utamur autem solis canonicis scripturis, juxta in decretum olim promulgatum. Ea res valde terret adversarios, nobis perquam grata est: speramus enim, Dominum nos tandem respecturum, qui orandus est, ut omnia in suam gloriam cedant. Ceterum nihil interim novi accidit, quod nuntiandum. Tua quam primum cupimus videre. *Basileae* 22. Maji.

Joannes Oecolampadius.

LVI.

Zuinglius Fratribus Bernensibus. [1])

Gratiam et pacem a Domino. Non possunt ea quae Romanus Pontifex baptismo addidit, ipsum vitiare. Pleraque enim sunt piae orationes: et Christus ipse bene precatus est pueris, ut apud Marcum habemus. Quae autem stulta sunt, adeo non possunt vitiare baptismum, ut neque totam religionem Christianam vitiarunt ceremoniales, non edere sanguinem, non edere suffocatum. Nam etsi prorsus diabolica haberentur in baptismo Pontificis, tamen non possent verba dominica, Baptizo te in nomen patris et filii et spiritus sancti, vitiare: sic ut non esset verus baptismus; nisi velimus dicere, diabolum aut Pontificem Romanum esse fortiorem Domino. Summa, vobis bene precari licet pro parvulis. Ubi cuilibet ecclesiae suum relinquimus orandi modum. Attamen id boni non debetis in Catabaptistis negligere; potestis enim illis concedere, quod si quid in baptismo Pontificis sit pietati contrarium, id plane sit abolendum; etiamsi pleraque feratis ad tempus. Sic etiam, quod te diu satis pepercisse ajunt infirmitati, jam excundum esse de medio malorum: luculentam tibi occasionem praebet, acrius instandi atque urgendi vestros, quo paulo liberius incedant via in Domini. Si Dominus nobis erit propitius, proderunt provectui rei Christianae apud vos, aeque atque apud nos profuerunt. Nunquam enim abundantius hauserunt plerique Christum, quam cum Catabaptistae omnia morderent ac carperent. Nihilominus neque tibi, neque Francisco etiamnum ceden-

---

[1]) *Bernae.*

dum erit, etiamsi iterum excidant vestri a fide. Sunt enim qui non excidant, etiamsi ecclesia magnatum excideret. Sic de anniversariis censeo, instandum esse, ut obmitti primo quoque tempore possint. De aliquo qui possit vobis linguarum eruditione prodesse, sollicitus ero, si modo tempore monueritis. *Thunum* possumus legare, ubi usus postulabit, egregium Evangelistam: sed mallemus *Cunhardum*, qui istic est, a vobis subinde et admoneri et doceri, quo et recte doceret alios, et sibi Christoque recte viveret. Valete: salvi sint fratres omnes. Hic legatus candidus est totus. *Tiguri*, 22. die Maji. 1527. *Leonardum* fovebimus ad mensis spacium.

LVII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo, carissime Frater. Mitto iterum aliquot duerniones: [1]) restabunt adhuc septem vel octo, qui ad Pentecosten ex officina prodibunt. Non possum satis mirari judicium Dei in *Luthero*. *Argentinensium* nomine a *Buzero* nihil adhuc editum est. Dabit tamen aliquid. Fratres symmystae hic Te salutant, et Tuam responsionem maturari cupiunt. Nihil hodie nos hic salvat, quam, quod non dissentiunt in hac caussa, qui olim contendebant supra modum. Gratiae Christo. Nam si hodie dissentiremus, longe difficilius gereremus negotium, quandoquidem et Papistae hoc imo insano libro gaudent. Quemadmodum nuper scripsi, mandatum accepisse nos a Senatu, ut reddamus rationem, quare Missa papistica abominabilis sit, ita constat. Igitur in hoc nunc desudo, ut abominationes ejus aperte scriptis detegam. Ignoro adhuc, quid adversarii moliantur. Tergiversantur, vel tergiversari se simulant, quascunque tandem technas comminiscuntur, quotidianis conventibus. Dejectioris animi esse videntur. Episcopus et Canonici responderunt Magistratui, hanc sua interesse. Conjectura est, silentium eos suis imperaturos, id si fecerint, parum consulto rebus suis prospicient. *Argentinenses* scire cupiunt ex me, quam bene Vestratibus cum ceteris *Helvetiis* convenirat. Ego hic nihil certi adhuc comperi, quod respondere potui. Vale.

Basileae ultima Maji.

Joannes Oecolampadius.

LVIII.

Guilielmus Ursinus [2]) Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Exegesin amicam perlegi avidius, quippe quae profecta a carissimo mihi, quodque docte ac luculenter rem ob oculos

1) De literis *Luthero* rescriptis

2) Sic *Farel* se nuncupavit ut *Aquilae* verum nomen occultaret. (Hott. hist. eccles. 3, 364.)

ponit, obfusas propellit tenebras, sancto astu inescans peritiores, dum mira varietate, jucunda suavitate, pollet et multijuga eruditione ornatum opus. Det Deus hoc conciliari opere *Lutherum*, ac se ipsum agnoscere, ut Christi succussa undique Ecclesia pacis nonnihil sentiat, ne infirmiores sub talibus dissidiis periclitentur. Gratissimum est, Te ut causae rationibus ita modestia et benignitate, si quid tamen hujus adversarii habent, superiorem esse. Mirum Dei in illis judicium, quod sic veritate et ratione destituti tam alte vociferantur, ita tumultuantur, ut nihil audire sustineant, non aliter quam Demetrius, cum suis argentariis numen grande Dianam intonantibus. Spero seditionem hanc sedandam, et multos lecta expositione tua veritati adsensum iri. Nescio an *Galli*, qui nonnihil turbabantur ob Dialecticam, qua coactus in *Belicanum* [1]) utebaris arguta de fide ratiocinatione, qua apposite doces, non sibi constare *Martinum*, nonnihil movebuntur, ita sunt plurimorum ingenia, ut nil non caussentur. Taceo, quod taxatus ab ejusmodi fuit *Hermolaus* ille, [2]) quod Herculem jurasset in profanis, a quibus vix impetrabis, id Tibi licere in Sacris. Quae malui Te rescire, quamvis nihili sunt, ut omnem illis eripias ansam, si Tibi ita videatur, pro gloria Christi latius spargenda. Compendium longe facillimum ad stridendum Hebraice *Eccii* et *Fabri*. Mira gratia aperuisti impostores *Catabaptistas* ut sunt crimine ab uno docens. Ob quae quibus testatus es tuum in me amorem habeo gratiam, Te obtestans, si quid videris operae pretium factu in sanctissimo hoc negotio, admone, jube, impera, nam si Domini bona voluntas fuerit, ad omnia me apponere est animus, lentius perrexi ruditatis, ne dixerim stupiditatem populi hujus ac viciniae habita ratione, multa papistica amarissimo perferens animo, rogatus nonnunquam rationem reddens involutam, ne veritati mihi posthac planius aperiendae fraudi sit, aut auditorem profliget, in genere tantum, et, ut dicunt, in superficie attingent. Purgatorium speciatim deturbare sum aggressus. Si Christus adspiraverit, Sanctorum admitar profligare invocationem. Papa aut nullus aut modicus hic est. Foetent sacrificuli, licet Plebem obturbent argumento temporis, et iis naeniis, quibus *Erasmus* oppugnare satagit veritatem. Tot Patres, tot Sancti, et id genus. Verum auspice Christo omnia haec vanescent, et jam vanescunt. Vale strenuum Christianum pectus, et perge Te eum praestare, quem imitari pietate, fide ac sancta doctrina non pigeat, quae nobis preceris adesse. Saluta *Pellicanum* nostrum, *Myconium*, *Leonem*, cum Praelectoribus graecis. *Aquileiae* [3]) in die quem corporis Christi dicunt, paulo ante secundam Concionem. 9. Jun. 1527.

Tuus totus *Guilielmus Ursinus*.

Inscriptio: Insigni christianae plebis, apud Tigurinos Episcopo Huldrico Zuinglio juxta pio et docto.

---

[1]) *Billicanus Nordlingae.*
[2]) *Barbarus?*
[3]) In pago Bernensi.

LIX.

Ludovicus Bovillus Zuinglio.

Salus et Pax quae est in Christo Jesu etc. Inter omnia officia tua mihi christianissima exhibita, hoc vel maximum est, humanissime *Zuingli*, quod me celandum non putasti, fuisse apud Te Vestam illam, ut suspicaris, meam, quae de mea erga se perfidia conqueritur, utinam tam veraciter, quam est garrula, intelligeres profecto *Bovillum* a tam horrendo facinore alienissimum. Qui enim fieri posset, ut tantae perfidiae auctor judicer, qui tam saluberrimis monitis, obortis etiam lacrymis, non semel obtestatus sum eam, ut famae nostrae consuleret, ne ansa daretur adversariis calumniandi doctrinam Christi, quam ego pro viribus hucusque juverim, sed quae neque precibus neque minis flecti poterat, ea ipsa est. Quorsum haec, inquies, *Boville*? Quid mea refert? Quid refert, inquam, ipsa sit hujus vestrae amentiae certe dementiae caussa, nec ne? Te saltem admoneo, ne quicquam imprudentius vel agas, vel cogites, unde possit doctrinae Christi aliquid praejudicii generari. Fateor equidem, tua admonitione nihil unquam mihi gratius contigisse, verum enimvero redire in gratiam cum tam morosa, nondum mihi neque consultum, neque commodum video; praeterea res non adeo periculosa est, quin bonorum virorum judicio sedari queat atque componi, quod tamen fiet, si amicorum judicio atque consilio paruerit, quae antea amicis etiam carissimis nunquam paruit, vel quod nunquam didicit facere, vel noluit. Hujus rei gratia non gravabor his diebus una cum *Sebastiano* [1]) ad vos proficisci. Quod autem scribis, Te vehementer mei caussa doluisse, suavissime Zuingli, non possum non probare tam indefessum erga nos animum tuum, quo cupis et meo et christiano consultum esse nomini, quin et ego dolore non mediocri affectus sum, quod inter gravissimos, et vix homini ferendos labores, quibus nemo est hodie inter Foederatos Te uno occupatior, nemo solicitior, nemo denique (ut Martialis verba utar) perpetuis atque catenatis districtior curis, tantum anxietatis conceperis, sed utinam, o utinam vulpinam illius simplicitatem et cupidinei furoris impetum olfaceres. Vale. Ex Museo nostro *Scaphusiensi* III. Non. Jun. — Salutato ex me *Fabritium*, *Leonem* et totam familiam

Lodovicus Bovillus, ex animo tuus.

Inscriptio: Humanissimo viro Huldrico Zuinglio Patri ac Patrono in Christo carissimo.

LX.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Dilecte frater. Quo nobis magis fidi sunt tabelliones, hoc compendiosius literis agere licebit. Et quis tam fideliter omnia, quae hic aguntur, narrare, vel poterit, vel idoneus

[1]) *Hofmeister.*

fuerit, atque hic noster *Henricus*. Mitto autem sesquilibrum, expectans tua, quanta nunc excusa sunt contra *Lutherum*. Disputatio *Badensis* venum dabitur in nundinis *Zurzacensibus*, cui quod remedium opponendum sit, dispicias oro. Non licebit prorsum tacere, quandoquidem depravata edita est, nec satis consultum videtur dolos detegere. Potentes enim sunt mendaciorum Patroni, et fortassis oblique notati occasionem accipient, ut majus faciant negotium. Tu fortasse prior Disputationem nancisceris. Quid igitur Tu tuique nos facere velint, significa. Alioqui animus est, *Roffensem* et *Clichthoveum* aggredi, et eadem fere opera Disputationis caussam inserere: Nam ex eadem acie, nempe papistica, nos impugnant. Quidam hic nugantur, *Fabrum* cum *Salamanca* submersum. Si constabit fama, tandem judicium Domini agnoscere poterint Primores, si non prorsus essent oculis capti. Bene vale. *Basileae* 15. Jun. 1527. Tuus *Oecolampadius*.

LXI.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Nihildum est in caussa Eucharistiae editum, quod omnium calculum ita meruit, sicut ultima Respublica tua, tam gravis, tam robusta, adversus ineptissima convitia *Lutheri*. Sunt qui affirment, *Jonam* [1]) tantas delitias objecturum *Gallis* atque *Italis*, donatas latinitate. Proinde vide, ut et vestri libelli latius legantur. Aut *Myconio* aut *Leoni* id negotii impone. Uterque idoneus est ad sustinendum egregie. Discute fucos et technas depravatae disputationis, quod Te praeter alia, tanquam testem magis decet. Hic certe in pretio esse non potest, quod *Murneri* manus contaminavit, sed forte sunt istic, qui dolum malum non intelligunt, quibus id opere prodesset. *Catabaptistae* nos vehementer turbant. Antesignanus est *Hezerus*, absens licet, qui nuper apud Te revocavit. Christum apertissime negant. *Wormatiae* omnibus concionatoribus est interdictum, ne amplius concionentur, consentiente plebe; tantum potuit pestis illa *Hezerus* et *Cucius* quidam illic concionator. *Palatinus* irritatur hinc adversus verbum. Verum nihil eis decedit, modo Verbum ne in publico audiatur. Quam atrox odium et conspiratio adversus crucem Domini, nam omnino negant Christi meritum. *Denkius* dux hujus blasphemiae et *Hezerum* facile obtinuit. Vale, et profice, ut solea. *Argentorati* 7. Jul. 1527.

V. *Capito*.

Bacerus Te amat et admiratur plurime, qui te salvum optat.

LXII.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Binae literae tuae, vir observande, mire fratres recrearunt, omnium autem maxime apologia tua, quae ad miraculum

[1]) *Justus Jonas*, professor *Wittenbergensis*.

usque probatur cordatis omnibus, sed optant simul latinam reddi, nam *Jonam* latina reddere *Hervagius* adserit convitia illa *Lutherana*. Illud quod ut panem cibum corpori, ita Christi corpus cibum menti a Domino in Coena oblatum discipulis libenter intelligam, in caussa est, quod ita signo afflatus, spiritum sanctum postea, et alias quoque in scripturis, exhibitione signorum, magna donata et promissa, ut cum per decem particulas pallii novi, decem Tribus promittebantur Jeroboam, legamus. Atqui hoc commentum nequaquam sic amplector, quin expressius repraesentari Coenae veritatem agnoscam, cerimonia agni paschalis, iis, qui perpetuo quiritantur, Christum per nos auferri, hac interpretatione volui gratificari, quod eo feci facilius, quod hac allegoria Dominus ipse apud Johannem usus sit.

Nos admodum exercent *Anabaptistae*, Scripturam palam refutantes et satisfactionem Christi negantes. Dominus liberet nos ab absurdis istis hominibus. *Silesiis Bonifacium Wolfhardum* destinavimus Theologum, si rescripserit *Theodorus*, [1]) juvenis, cujus dotes satis admirari non potuimus, tantam egregiae eruditioni cum gravitatem tum comitatem conjunxit. Reliqua *Capito*. Dominus vos conservet, et multos vobis jungat. Christo nos commendate. Salutant vos fratres. *Argentorati* 8. Jul. M. *Bucerus*, tuus.

LXIII.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Carissime *Zuingli*, Superioribus diebus de libro tuo, quanto hic favore excipiatur, scripsi. Non minori animo adversarii amplexantur, quicunque nondum perfricuerunt frontem. Noster Senatus super dogmatibus Baptistarum evellendis cogitat. Tres pridie ducti sunt ad publicas custodias. Est inter eos nebulo aliquis deses ac ignavus, quem inopia et inertia in eam sectam conjecerunt. Is confidentissime Magistratui responsat, non aliter, ac si studio sibi duceret, in se irritare sententiam supplicii. Conspiratio longe maxima est adversus legitimum Magistratum, Ministros verbi, Scripturae autoritatem et Christum ipsum, cujus meritum aperte pernegant. Exemplo, inquiunt, suo praeivit, quo nos ad malorum tolerantiam roborarentur, adeoque nihil acceptum ferunt Christo, quam vitae normam, Scripturas exaltatum Christum praedicantes nihil morantur, irrident, cavillo frigido

[1]) *Theodorus Buchmann* vel *Bibliander* 1509 *Episcopicellae* natus, *Myconii* discipulus et collega, professoris munere functum *Liguiacam* in Silesia abiit, unde 1532 *Turicum* rediit Zwinglii loco vetus Testamentum explicandum susceptum. Ex doctissimis viris aetatis suae fuit Commentarios de omnibus fere libris veteris testamenti scripsit, vertit Coranum aliosque libros ex lingua Arabica et plura alia grammatici, chronologici, et theologici generis ad vitae usum conferenda scripsit. Cum rara animi libertate et constantia restitit duris dogmatis ecclesiasticis de praedestinatione et de voluntate hominis usque ad mortem a. 1564 (Hotting. Kirchhofer-Fries.)

cludunt, plerumque autem hoc epiphonemate: Putas spiritum meum adstringi debere modulo Pauli. Nolo ferre praejudicium, quod autoritate Pauli aut mortuae literae minitaris. Interea quosdam habent innocentes, plerosque fucos tamen et pestilentissimos impostores, qui se personata quadam sanctimonia vitae vulgo vehementer obtruserunt, et tamen non obscure promicant asini aures, sub leonis exuvio tectae. Fures, adulteros, seditiosos, et id genus, omnes fratrum loco habent, modo maledicere Christo et nobis ausint, quum in reliquis non adeo conveniant. Pridem misi articulos *Cucii*, [1]) quos ille a *Denkio* et

[1]) *Jacobus Kauz*, praedicator *Wormatiensis*, qui *Joanne Denk* ejus doctrinae conciliatus erat. Itaque praedicatores *Argentoratenses* eum oppugnaverunt libello qui inscriptus est: „Getreue Warnung der Prediger des Evangeliums zu Strassburg über die Artikel, so Jakob Kauz, Prediger zu Worms, kürzlich hat lassen ausgehen, die Frucht der Schrift und Gottesworts, den Kindertauf und Erlösung unsers Herrn Jesu Christi sammt Anderem, darin sich Hans Denken und anderer Wiedertäufer schwere Irrthümer erregen, betreffend" 2. Jul. 1527. Loci quos *Denkius* et *Kauzius* docuerunt hic exhibeantur, quippe quos raro quis accuratius cognitos habeat. *Kauzii* loci fuerunt: „1) Das äussere Wort ist nicht das rechte, lebenhafte oder ewig bleibende Wort Gottes, sondern nur eine Zeugniss oder Anzeigung des innern, damit dem äussern auch genug geschehe. 2) Nichts Aeusserliches, es sei Wort, Zeichen, Sakrament, Verheissung ist der Kraft, dass es den innern Menschen versichern, trösten oder gewiss machen möge. 3) Der Kindertauf ist wider Gottes Lehre, durch Christum vorgetragen. 4) In des Herrn Nachtmahl ist nicht der wesentliche Leib noch Blut Christi. 5) Alles was im ersten Adam untergegangen ist, das ist und wird reichlicher im andern Adam, Christus, aufgehen und lebendig werden; ja in Christo werden alle Menschen wieder lebendig oder selig werden. 6) Jesus Christus von Nazareth hat in keinen andern Weg für uns gelitten oder genug gethan, wir stehen denn in seine Fussstapfen und wandeln den Weg, den er zuvor gebahnt hat, und folgen dem Befehl des Vaters, wie der Sohn. Ein jeder in seiner Mass, wer anders von Christo redet, hält oder glaubt, der macht aus Christo einen Abgott. 7) Eben wie der äusserliche Anbiss in die verbotene Frucht weder ihm noch seinen Nachkommen geschadet hätte, wo das innerliche Annehmen ausgeblieben wäre: also ist auch das leibliche Leiden Jesu Christi nicht die wahre Genugthuung und Versöhnung gegen den Vater, ohne innerlichen Gehorsam und höchste Lust, dem ewigen Willen zu gehorchen." „Ueber diese obgemeldte Artikel soll Niemand Richter sein, denn der allein, der in aller Menschen Herzen redt und zeugt, wie die Schrift sagt. Ursache: Keinem Menschen ist von Gott befohlen, die Wahrheit zu berechten sondern allein zu bezeugen." (Siml. Mse.) Hos eosdem locos convenientiae gratia hic latine exhibere lubet: 1) Verbum externum non est verum, vivum vel in aeternum manens Dei verbum, sed tantummodo testimonium vel indicium interni, ut externis quoque rebus satisfiat. 2) Nihil externi, sive verbum, sive signum, sive sacramentum, sive promissio eam vim habet, ut hominis animum consolari vel certum facere possit. 3) Parvulorum baptisma repugnat Dei doctrinae per Christum nobis traditae. 4) In Domini Coena neque corpus neque sanguis Christi vera insunt. 5) Omnia quae in primo Adamo perierunt, in secundo Adamo, Christo, etiam abundiora provenerunt et provenient et vivificabuntur; adeo in Christo omnes homines rursus vivi vel beati fient. 6) Jesus Christus

Hezero tuo hausit. *Wormatia* prorsus abdicavit Verbum regni, consensu publico. Tantas turbas *Hezerus* praecipue dedit, et egregium istud facinus nostri *Baptistae* laudibus vehunt. Hoc est eis studium, ut evertant, quicquid Christi superest. Cur igitur vicissim, ut hostes capitales non arceremus a caulis ovium nostrarum. Quare in hoc toti sumus, ut suis coloribus Ecclesiae depingantur, ad quam rem opus esset, ut per aliquem ex tuis nobis describendum curares, quid in ista vestra vicinia insidiarum ac doli instituerint. Te enim nugis ejusmodi degravare nolo. Vale felicissime. 9. Jul. 1527.

V. Capito.

LXIV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratiam et pacem a Christo, carissime Frater. Technas disputationis *Badensis* dissimulare tutius, detegere autem periculosius fuerit juxta carnem, sed etiam ad veritatem promovendam quid faciat vel conferat, non video. Apud pios pridem tradueta est; apud impios nulla nostra, quamvis sancta, excusatio recipitur; unde et periculum frustra suscipitur, quod non defuturum est, si vel exemplaria depravata, vel fidem eis non dandum dixerimus. Ipse certe, si deesset praefatio et appendix, eam nec probare nec rejicere possem. Sunt quaedam tanta incuria excusa, ut memetipsum ipse non agnoverim sic loquentem; quaedam vero, tam aperta et invicta contra adversarios, ut etiam non spirituales. *Eccium* periclitatum esse judicent, et prospectant interim suspiciones vehementissimae. Itaque quum expiraverit etiam legendae illius desiderium, quid perdemus in vanum bonas horas? — Sunt quidam, cupientes id, quod Tu vis, ut ipse epistola attestarer, quid candoris in ea desideretur. Alii autem, e quibus *Capito* unus est, mallent, Tibi id injungi. Mihi certe ut respondendi tam impuris hominibus non est animus: ita nulli libenter injungam tam odiosum ac supervacaneum opus. At, si omnino Tibi consultum videtur, eodem sententia mea, et Tibi obsequens, quae Dominus dederit, calamo commendaturus sum, tametsi adhaec Senatus mei mores non parum terreant.

Nazarenus nonnisi ea conditione nostrae saluti cruciatus passus est vel pro nobis satisfecit, ut ejus vestigiis ingrediamur et incedamus ea via, quam ipse prius aperuit, et obsequamur jussui Patris aeque ac filius. Quicunque igitur alia de Christo dicunt, existimant vel credunt, sua quisque ratione Christum idolum faciunt. 7) Quemadmodum id, quod Adamus pomum, quo frui vetitus est, externa specie adedit, neque ipsi neque posteris noxae fuisset, nisi animo illo pomo fructus esset: ita ea quoque quae Jesus Christus corpore passus est, Patri non verae satisfactioni et reconciliationi sunt, animo non summa cum voluptate aeternae voluntati obediente." „Hos locos in judicium vocare nemini licet, nisi ei, qui in omnium hominum pectore loquitur et testatur, ut scriptura dicit. Cujus rei causa haec est, quia nemo a Deo jussus est, verum in judicium vocare sed tantummodo testari."

Negotium illud Misegrum, ut habeat, ex his, qui litteras reddunt, uberius accipies, quam ut scribere oporteat. Senatus in Anabaptistas quid decreverit, ex mandato adjecto cognosces.

Dux *Wirtembergensis*, et Te et me salute impertiit litterjs, quas Secretarius *Kornmesser* ad me dedit. Nondum nostras apologias tunc vidit, nam et librum *Martini* ad *Capitonem* transmisit, quem ille, utpote nobis inutilem et Tabellioni onerosulum, apud se reservavit. Nobis satis est, benevolum Ducis animum agnovisse.

Vellent *Argentinenses* fratres, ut Apologias nostras latinas faceremus ad Nundinas proximas, quando quidem *Justum Jonam* convitia *Lutherana* interpretaturum latine cognoverunt. Equidem quamvis jam aliquot chartas verterim, dubito tamen, an eas publicare sit operae pretium. Quid enim, si *Martinus*, lectis nostris, a Domino illustraretur, et versionem illam imprimi prohiberet, aut mitiora proferret? Tum nos iterum argueremur caritatis parum observatae. — Quam vellem, salva veritate, utrinque scripta in Spongiam dilapsa! Porro et in hoc consilium tuum audiam. Tarditatem istarum litterarum nuntiorum penuriae adscribas. In singulos dies *Henricus* tabellionem promittebat, sed nullus toto fere mense comparuit. Vale salvus et incolumis. Basileae 14. Julii.

Tuus *Oecolampadius*.

Saluta *Pellicanum*, cui ob natum *Samuelem* [1]) multum et ex animo gratulor.

LXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia Christi Tecum. Per *Cratandrum* scripsi, mi Frater, quam sim perplexo animo, ancipitisque consilii, quidnam faciendum sit cum disputatione *Badensi*. Expecto autem adhuc consilium Tuum, idque velim mature scire. Senatus noster, qualis sit, non ignoras. Inconsultus aegre fert, consultus non connivebit. Dixi *Franciscano* viam, qua parcatur Helvetiis et Episcopis, fabaque in *Eccios* et *Fabros*, et id genus monstra, cudatur. Brevi igitur rescribe. Negari non potest, exemplaria magna incuria excusa, et confusiora, sed periculosa falsatio et depravatio non statim deprehendi poterit. Si jubes, scribam. Quomodo autem jubebis, qui nondum legeris? — Verum est, horae melius collocari possent, sed cognoscere adversariorum fraudes secum nonnihil commodi affert.

De libellis *Balthasari* nemo commonefecerat Tibi mittendis. Jam olim quemdam miseram. Duos ego impressos accepi. Alterum mitto [2]), alterum apud me retineo, quandoquidem contra Dialogum olim in aedibus meis habitum, scriptus est, et par est, ut illi respondeam, id quod

---

[1]) Natus 1. Jun.

[2]) Alterius libelli titulus est: „Ein Gesprech Balthasar Hubmeiers von Friedberg, Doktors, auf Meister Ulrich Zwinglins zu Zürich Taufbüchli von dem Kindtauf. Nicolsburg 1526. 4°.“ Alter libellus editori ignotus est.

et statui, ut technae impostorum detegantur. In eo libro mihi impingit falso, quod negem originale peccatum in pueris, dicitque, quod non ex me loquar, sed ex Te, Magistro in Tiguro. Tibi vero quatuor errores impingit. Primum: quod defendas impium (ut vocat) baptismum puerorum, calamo, doctrina et carnifice, contra agnitam veritatem. Et quia defendis haec non vera, puniat Te Deus alio errore, in quem cadis, et manifeste pronuntics: Originale peccatum non esse peccatum. Quod quum Tibi, per doctum Urbanum Regium, Doctorem, copiosis testimoniis Scripturarum ad Rom. 7. et aliis, commonstratum, statim cadas et in tertium errorem, et scribas, Paulum non proprie et apposite (artlich) de peccato loquutum, sed Te proprie loqui: Perinde ac Paulus non esset loquutus ex spiritu Sancto, et ignorasset quidnam sit peccatum. Demum ex illo errore ruas mox in quartum, et immundo ore dicas: Deum omnipotentem, summuum opificem, mulierem Evam ex costa dormientis Adae, sub inauspicato signo, formasse. Hi sunt quatuor grandes et intolerabiles errores, quos Tu, publice edendo, dissemines, in epistola de peccato originali ad Urbanum Regium. Ita evenire solet, ut defendentes unum non verum, Deus permittat in alios (errores) quoque cadere. Orat denique, ut Deus has blasphemias Tibi agnoscendas concedat, Teque misericorditer erigat tam graviter lapsum. Tantum habet Dialogus, quod ad Te attinet. Alias totus in nos fabricatus est, taxans nos eodem candore, quo et Te. Alibi iterum de me dicit, quod probem baptismum puerorum ex Exodo, sicut Tu, EST Tuum, pro *Significat*, ex Genesi. Alias Tui non meminit. Itaque illum libellum apud me retineo, nisi denuo postularis.

Fama hic est, *Franciscum Kolbium*, quia nullum adhuc illi constitutum stipendium, cogitare, ut a *Bernatibus* ad alios, nescio quos, se convertat. Tu illum scriptis Tuis fac retineas. Scribam etiam ego. Vale 19. Julii.

Oecolampadius tuus.

LXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Relegens literas tuas, mi frater, animadverti, alia quaedam Te exspectare, quam quae ego misi, nempe *παραδοξότατα Balthasari*. Ea in scheda quadam legi a *Fabro* huc missa, sed ego non habeo illi fidem, neque eo prolapsam imprudentiam *Balthasari* censeo. Dicit autem scheda illum docuisse, virginem Mariam et alios filios habuisse, et Christum in originali peccato conceptum, et non esse verum Dei filium. Equidem nihil tale crediderim *Balthasarem* affirmare, etiam si alius, quam *Faber*, tales blasphemias disseminet, esset enim hoc totum Christianismum semel refutare, neque ad manum habeo schedam istarum blasphemiarum. Iterum vale. 19. Jul. 1527.

Oecolampadius.

LXVII.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Fuit hisce diebus apud nos *Cratander Basiliensis*, vir colendissime, qui sic iter instituerat, ut ad Te quoque profecturus esset, ni quotidiani nimbi aliud suasissent. Domum itaque sese recipiens obtestatus est, ut Te moneam, quid aliquando spei sibi feceris, de exemplaribus, quae forsan etiamnum in Bibliotheca Monasterii vestratis blattas pascunt. Orat itaque, quandoquidem videbat, sibi spem omnem per Te indipiscendi a nobis esse praecisam; non enim ignoro, quomodo Tibi cum Abbatibus conveniat. Si quidem aliud non possis, rationem saltem librorum, qui isthic habentur, transmittas, si vero arte, quacunque tandem quid possis perficere, ne parcas. *Oecolampadius* istas ad Te dat; qui quantum vos suadetis, at aliquod contra Disputationem mutuam dissuadet, non imbecillis argumentis. Attamen ut primum in strophas *Catabaptistarum* Elenchum (hoc enim erit libro nomen) absolvero, tum primum et Disputationes legam, et pro virili expendam, quid facto sit opus. Monitione interim, imo vi vestra, qua me plurimum abhorrentem (quid enim agas cum tam perversis hominibus?) non solum traxistis, sed ad operam istam ferme alligavistis sic confidō ut si scribam, vobis debeatur quicquid futurum est; si minus, alia sim vobis parte pro tam anxia Ecclesiae cura gratificaturus. Vale per Deum, et fratres omnes jube per eundem salvos esse. *Tiguri* die XXVI. 1527. *H. Zuinglius*, tuus ex animo.

LXVIII.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. *Viennensem*[1]) excepimus, pro virili illi adfuturi. Regnat enim in eo Christus. Vicissim Tibi commendamus hunc adolescentem bonum et nequaquam ingenio destitutum. Si literas et Christum recte percipere posset, spes esset, per eum multum commodi posse adferri patriae ejus, quae ditio est olim Principis mei *Friderici Palatini*, quae plane paucissimos habet judicio aliquo praeditos. Egit aliquando *Noribergae* apud *Osiandrum* et non est probe per hunc ad pietatem aedificatus, tam est sui ille amans. Eadem de illo cuidam nostrum et a Collega quodam ejus, per hunc adolescentem scripta sunt. Quam vero dolendum in ea urbe fucos ilico obtinuisse. At rarum est sincerum studium Christi. De *Billicano* et *Brentio* meliora narrat, ut semper imprudentia hos, quam malitia peccare malim credere. De *Anabaptistarum* scribenti quam vellem et *Denkiana*, qui his modo Papa est, Tibi nota esse. Revehit liberum arbitrium, peccatum inanem facit opinionem, h. e. nihil. Justificationem docet homines a se ipsis petere, dum enim quisque animadvertit, quid sua sibi dicte συντήρησις, in manu sua adserit quemlibet habere sequi bonum et aversari malum.

---

[1]) Vid. ep. 70.

Christi tantum vitae exemplum confitetur, praeter hoc, quod et ille sensus recti, omnibus a puero inditus, ab ipso sit animis inscriptus. Hoc ei verbum illud est, de quo Mosche L. V. c. 30. quod prope est in ore tuo etc. Hanc legem esse dicit scriptam in penetralia cordis etc. [1]) *Wormatiae* hic et *Hezerus* effecit, ut concionatores omnes amandati sint, et cessaverit aliquot septimanis usus publicus verbi. Idem fere acciderat *Landaviae*. Sed gratia Domino, respiravit Senatus, et scripsit huc pro concionatore alio. Misimus illis *Leon. Brunner*, hominem pium et solide Christum doctum, peculiarique exercitio contra *Anabaptistas* detritum. Spero res melius illic habituras, quanquam plus nimium illic adhuc vigeat, spiritus *Denkiani*. Cum Missularibus plura *Capito*, qui Te salutat. Saluta nostro nomine *Pellicanum*, cui hunc adolescentem quoque commandes. Obsecro, si non sit illi apud vos locus, ut liceat ei tamen unum et alterum diem apud vos haerere, ut ex instituto vestro aedificetur. Videntur enim mihi hujusmodi adolescentes non negligendi. Vale in Domino. *Argentorati* 13. Aug. 1527.

M. Bucerus tuus.

LXIX.

Zuinglius Ambrosio Blaurero.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ. Ἐγὼ μὲν ταύτην τὴν ἐπιστολήν, ἀδελφοί, δυχ' ἑλληνιστὶ γράφω ὡς ὑμᾶς εἰδέναι τὴν ἐν τούτοισι γραμμασι σπουδὴν ἡμῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ καιροῦ ἐκείνου τῶν ἀνθρώπων ἀπιστίαν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὗτος ὁ ἄγγελος ἅπαντα διεξηγεῖ· τὰ δὲ περὶ τῆς πολιτείας [2]) *περὶ ἧς σὺν τῷ ἀδελφῷ σου* [3]) *μήλησα, οὕτως ἔχει τὰ πράγματα. Λάθρα σὺν τοῖς πρεσβύταις τούτων τῶν πόλεων ἐλάλησα, σὺν τῷ τῆς Βερνῆς τῆς βασιλείας σὺν τῆς Σαγκτογάλλου, τὸν γὰρ τῆς Σκαφουσίας ὂν τῆς ἀμφιβόλου πίστεως εἶναι ἤκουσα οὐκ ἐτόλμησαν προσφωνεῖσθαι, αἵτινες ὡς ἄνδρες ἐσὶ δίκαιοι καὶ ἀξιόπιστοι, ἀπεκρίναντο· ὡς ἂν οἱ σῖκοὶ ἔσονται, παρὰ τῶν σαφοτάτων καὶ βελτίστων κρυβῆ ἐρευνήσεσθαι τὶ τὸ ὑμῖν καὶ ἡμῖν τὸ κάλλιστον: καὶ πρὸς τὴν σύγκλησιν, ἥτις ἔσται ἐν τῇ γενέσει τῆς θεοτόκου παρθένου παννηγύρει ἀναφερεῖσθαι. Ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ μέσῳ καιρῷ συμβουλεύετε τὶ γενέσθαι θέλησθε, οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς περὶ ὑμῶν ὑποσχνέομεν, ἀλλὰ μόνην τῶν πρεσβύτων συμβολὴν ἐπιζητοῦμεν, καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα, τὰ δ' ἄλλα, ὡς εἶπον ὁ ἄγγελος. Ἔρρωσο διὰ τὸν Θεὸν.* Mensis Aug. die 14ma 1527.

Οὐλδερύχος Ζύγγλιος ὁ σύπατος.

---

[1]) Vid. ep. 63.

[2]) Foedus *Turicensibus* cum *Constantiensibus* convenit 25. Dec. 1527.

[3]) *Thomas Blaurerus*, Consul urbis *Constantiae*.

LXX.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Quantum auguror, *Franciscus* ille, de quo scribis, tuas hodie pertulit. Vir est procerus, veneranda atque amabili gravitate, totius corporis modus autoritatem homini conciliat. Abiens ait, se interea me latius conventurum. Hospitium obtuli, quod civiliter recusavit. Aderat alius quispiam, omnino similis et gravi auditori Evangelii. Gestio talibus congredi amice, sed hodie minus licet, cras experiar forte, dum est initium ludi factum. Nunc plerique suis destinantur curis. *Michael* Fenestrio *Wihennensis* hic est civis factus, habeo gratiam de tali Christi Martyre nobis commendato, quem mireor ab errore *Catabaptistarum* liberum, quo simplices fere involvuntur. Verum huic serium pectus est, et ad exaltatum Christum totus spectare videtur. *Martinus Cellarius* is est, quem ex habitu corporis graphice depinxisti. Atque animo longe meliore est, quam fama esse praedicatur. Puto enim utrumque vanum esse, quod *Sebastianus* vester autumat. Nam per contumeliam *Witenberga* quibusdam simulationum spiritus affinxit, qui quidem Domini spiritu vere ducuntur. De aliquibus enim satis constat. Conturbavit *Lutherum* veritas Sacramenti, natura et intelligentia verbi et signorum, atque id genus. Cujusmodi ex Domino Tu quoque tenes et doces. Fateor, *Lutherus* pare aequum habet, sed honesta caussa est, nimirum moderata libertas studiumque veritatis. Olim fuit iniquior Baptismo parvulorum, inimicissimus tamen semper est habitus *Catabaptismo*, quem libello suo dejicit. Animum hominis, quatenus convictu semestri constare potest, vicissim accipe. Totus a Deo dependet, alienissimus a morbis animi, qualibus ego et mei similes detinemur. Quicquid cecideris, interpretatione mitigat. Male audit a *Witenbergensibus*. Vicissim illis benedicit, quatenus cum vero fieri potest. Nomini vel *Catabaptistis* odiosissimis, qui eum hic nobiscum exagitant, maledicit. Errores istorum perditissimos aperte damnat, sed ita, ut ex animo compatiente manare omnia diceres. Uxor ei obtigit beata, cujus nomine fabula est etiam bonis alioqui. Dum aspergitur convitiis, respondere solet: En defectus invenies in Electis Dei, et lapsum esse levem interpretatur, quod est revera, ut ego puto, crimen atrox. Laedere enim famam immerentis, vix unquam incidit in bonum, tantum abest, ut in Christiano tolerabile putem. Adhaec quae dicit, ad Gloriam Dei et Christi omnia spectant, quod ex Colloquiis primis cognovi. Quod mihi documentum fuit, frivolum non esse, quod ex ejusmodi pectore funderetur. Unde praefatiuncula mea nata est, quae nihil fingit. Egit cum *Denkio* praesente *Hezero*, humili dignitate, adeoque *Denkium* in omnibus assensorem habuit, libellumque suum, quem de libero arbitrio edidit, ad apostolorum sententias idem exposuit, ita ut *Cellarium* sancte affirmaret compositum transactumque esse inter nos. Verum *Hezerus* virulentissime etiamnum proscindit *Cellarium*. Neque tamen inde mitissimus animus hujus exasperatur. Haec scribo, ut communem fratrem a suspicione *Catabaptismi* Tibi purgem, comprobemque tanquam electissimum Dei Ministrum. Quid quod

adversus *Anabaptistas*. Tibi ob plexum supplicio *Manzium* crudelitatem adscribentes, fortissime nobiscum stetit, adeoque nunc stat, propugnans innocentiam tuam ceu servi Dei optimi. Quare videor satis cognoscere, quid animo moliatur ac speret *Cellarius*. Nihil sane, quod vel gloriae Dei, vel caritati, ac publico ordini repugnet. Quin olim iniquior baptismo parvulorum promiscuo, Concionatores tamen, cumprimis autoritatem tuam defendebat. Cujus rei testes ipse audivi, nam hominem cum judicio admisimus, adeo nobis objectus erat a *Witenberga* degravatus praejudicio inexcusabili, nisi dudum suspectus fuisset calculus supercilii *Saxonici*. Quod vero colloquium ac Disputationem inter prandendum forte refugerit, [1]) non probo, neque vehementer tamen movet, qui mecum cogito, quid possit sinistra suspicio, si pedem fixerit altius, sicut tum acriore judicio juvenilique ardore fuerat, quem crux interea pulchre detrivit. Hoc unum abs Te efflagito, mi *Zuingli*, per otium ipse libellum percurras, subnotesque quae offendent. Nostrum erit expensa judicio spiritus, in locum substituenda curare. Nam longe altior evadet lux verbi, quam nostri adversarii vident. Oro Dominum, tueatur Electos suos, ne in se mutuo impingant. De Baptismo parvulorum, nisi fallor, inter nos arctissima consensio est. Edito Elencho rem de integro ad trutinam revocabimus, et calculi nostri rationem ad Te describemus diligentissime. Quod si qua in re dissidere contingeret, cum caritate et humiliter dissidendum. Qui fieret enim, ut vinculum spiritus, quo continemur, sententiarum diversitate abrumperetur. Equidem sane, dum aliorum dogmata nondum assequor, mea doceo, sine morsu, imo citra petulantiam damnandi me majorem, et incumbo precibus quoad assequar, quae captum meum fugerunt, nondum enim puto me consecutum. Itaque pergas monere, hortari, cogere, in Domino nos Tibi, mi frater, ac praeceptor, parebimus, et nos, ut soles, ama. Mutuum certe facies. *Erasmus* fertur multis machinis propugnare iterum arbitrii figmentum. Atqui Christus triumphum feret, cui uni omnia debemus, tanquam exhibito remedio peccatorum. Contra vero, dimisso illo, *Lutherum* asserunt grandia moliri adversus Te ac veritatem Eucharistiae. Eo pacto Dominus perdet, quod est in mundo eximium. *Argentorati* 18. Aug. 1527.

Capito tuus.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio, duci verbi Tigurinorum, Majori suo in Domino observando.

LXXI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi. Mitto hic tibi, frater, quae in primum caput Ezechielis, ad *Hessorum* principem scripsi. [2]) Tu vel tui legito,

---

[1]) Cum *Zwinglio*.

[2]) „Das erst Capitel des Propheten Jeheskiels ussgelegt durch Joh. Oecolampadium. Von dem Ampt der obern und der underthanen.“ (Vernacula lingua reddidit *Ludovicus Hätzerus*.)

et si quid desideretur, ut non dubito multa desiderari, indicasse, ut posthac instructior et certior scribam. Est enim in Sphingibus illis periculum. Hodie sub prelum dedi, quae contra Catabaptistas, in quantum mentionem facio, quam charitas exigit. [2]) Fama est, combustum *Balthasarem*; [3]) sed, vivo illius libro, nobis tacere non fas est, donec et ille igne Verbi in cineres eat. *Pyrkhaimerus* tertio in me scribit, [4]) ut narrat is qui literas reddit. Quid nunc ille allaturus? Quanta iterum confinget crimina? Vix merebitur responsum, quicquid scripserit. Sed miseret me interim tam praeclarae civitatem, [5]) tanta tyrannide opprimi. O *ἀνάσιον Osiandrum!* Reliqua tabellio dicet, quem oro, fratribus commendes, si fortassis isthic, vos audiens, aliquamdiu haerere queat.

Fratres *Argentinenses Wormatiensibus* idoneum ecclesiastem miserunt, *Fontanum* [6]) quendam. *Ulmae* interdictum Papisticis conclonatoribus, qui rationem doctrinae suae reddere noluerunt. Hoc nulla ratione a nostratibus impetrare possumus, sed nosti quid obstet; fortassis aliquando respiciet nos Dominus. Parum valere corporibus et *Bucerum* et *Capitonem* audio, non tamen peste correptos. Non sine ira Domini tanta lumina nobis ante diem extinguerentur. Deus te nobis diu conservet. Vale. *Basileae* 18. Aug. 1527.

Tuus *Oecolampadius*.

LXXII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi. Vix credidi, et nondum ut credam adducor, in his, quae ad baptismum attinent, substomachari Te *Cellario nostro*, id quod ipse *Argentinensesque* fratres verentur, et deprecantur, scripseruntque super ea re litteras ad me, ut, pro nostra amicitia et fraterno amore, agerem, si quid olim sermonis licentia imprudentius peccasset, ne refrices; nam quis et qualis nunc sit, testantur nimirum ipsi, quibus ob diutinam consuetudinem notior est. Mihi hactenus ferme *ἄγνωστος* fuit, nisi quod pauca de nomine ejus fama nuntiarat, eaque, ut solet, multo secus quam res habebat: id quod fortassis etiam Tibi evenit: nescio tamen quid olim colloquii inter Vos intercesserit. Quidquid tamen est, ut honeste de eo sentiamus, ac amice, et ejus ac fratrum litterae satis admonent. Ceterum an libello suo [6]) mereatur indignatiunculam, nondum video. Catabaptistis enim multo maxime

---

[1]) „Unterrichtung von der Wiedertauff und von der Obrigkeit und von dem Eid, auf Carlins Wiedertäufer Artikel. — Antwort auf Balthasar Hubmeiers Büchlein wider der Prädikanten Gespräch zu Basel von der Kindertauf durch Joh. Oekolampadium 1527. 4°.

[2]) Qui nuntius nondum certus erat.

[3]) De convitiis — Oecolampadii ad Eleutherium suum epistola. Norimbergae 1527.

[4]) *Norimbergam.*

[5]) *Leonardum Brunnerum.*

[6]) De operibus electionis et reprobationis.

molestus est, et cunctis nostris adversariis clavus erit intolerabilis, ex quibuscunque tandem finibus nos oppugnant. A Papistis alienissimus est, *Lutherum* multis nominibus proterit. *Erasmum* ipsum enervat, qui nunc novum hyperaspisten pro suo *αὐτεξουσίῳ* armat. Nostra autem hic ubique firmat. Itaque, mi Frater, negligendus minime futurus est, quid alii de eo suggesserint. Et si non alia causa, certe magni momenti fuerit, quod admoneri cupit, nec dubito, quin gratus audiet, si ubi quod pie conatus est, per infirmitatem assequi nequivit. Si liberum asserit baptismum parvulorum, salvo caritatis imperio, damnatque Catabaptismum, non video quid periculi. Peccavimus et nos in eo. Nunquam enim ausi sumus, praeceptum baptizandi parvulos docere, sed caritatis instinctu id officii pios minime praterituros affirmavimus. Et quae nunc sub prelo sunt contra *Balthasarem*, eadem loquuntur: nolim enim ita baptismum puerorum *ἀδιάφορον* haberi, ut ea, quae nihil ad religionem attinent, sed ne in ullo libertati praejudicet. Porro modis omnibus, cum nobis unum cor sit, et eadem in Christo omnia, omittendum, ne adversarii quippiam dissidii, ne dicam simultatum, suspicari possint, alioqui totus mundus in nos saevit, non ut connivearnus ad ullum mendacium, vel extrarium dogma, sed ne austeriores in amicos, quam in hostes simus, quibus innumera condonare cupimus et cogimur. Oro autem, ut candide huic homini, et, ut video Tui nominis studioso, vicissim Christianam pectoris Tui mansuetudinem, vel paucis litteris degustandam praebeas. Si admonendus est, admone. Sin bene sentit, curam illi eximas. Non vult enim Te adversarium. Mitto autem et ipsius litteras, qui fortassis nominis Tui admiratione et observantia, ne Te prior litteris salutet, retrahitur. [1]).

Fama est, *Lutherum* iterum in nos tonare, et nescio quos novos tartaros minari. Gloria sit Christo. Veritatem enim ultra latere non sinet illis ita saevientibus. *Cellarium* Tibi ut amicum commendatum habebis, mi frater. Vale. *Basileae* 22. Augusti.

Tuus *Oecolampadius*.

LXXIII.

Zuinglius Joanni Hessio Bratislaviensium Evangelistae. [2])

Gratiam et pacem a Domino. Venit ad nos, doctissime Hesi, *Nicolaus Macobanus*, juvenis (quantum video) et eruditus et pius non vulgariter, querens eam calamitatem in quam incidit, non tam suo quam literarum tuarum nomine; cum in nos incidit praedones potius quam equites, qui viam ideo fecerunt ei reliquam, quod is qui dedit, noluit etiamnum adimi. Sed quicquid habuerint literae, nos te mi Hessi per communem Christum oramus, ne in Eucharistiae negotio quicquam

---

[1]) *Cellarius Oecolampadium* rogaverat, ut ei patrocinaretur apud *Zwinglium*, ut hic aequius eum judicaret et ab eo abhorrere desineret. Quamobrem Cellarius ipse Zwinglio scripsit. cf. ep. 74.

[2]) Cf. ep. 9 an. 1524.

designes. Audimus tibi pietatem maximopere cordi esse; hac igitur in re non desit. Quo enim nobis proderit caro carnaliter manducata? Sed dicamus, non carnaliter edi, sed spiritualiter. Dicamus igitur spiritualiter edi Christi corpus, dum illi fidimus: neque vocabula confundamus. Jam neque istud scribo, quasi epistola plusquam temporaria quid putem effecturum, Sed cum te ex unis aliquando ad nos datis literis, hominem existimem esse minime malum, committere non possum, ut citra omnem admonitionem labi patiar. Tu quicquid id est quod ago, boni facito. Si enim Christi estis, et nos Christi sumus, non adeo poenitendi discipuli, ut Catabaptistae, qui etsi in Eucharistia vident quid liquido in caussa sit, in baptismo tamen inveniunt quo Christi ecclesiam turbent. Vale: et memineris, nos aliquando caussam coram eo judice dicturos, de cujus verbis hic paulo nonnunquam impurius digladiamur. *Tiguri.* 3. Calend. Septemb. 1527.

LXXIV.

Martinus Cellarius [1]) Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Occasio, quae satis ampla ad Te scribendi aliquoties se praebuit, Zuingli charissime, et dudum Domini consilio, quo omnia in laudem ipsius eveniunt, arrepta non fuit, ea nunc tandem plenius recurrit, uberiusque argumentum et materiam scribendi suppetit. Unus namque ex libellis nostris de operibus Electionis et Reprobationis Dei nuper in publicum exiit, in quem duplicem de Te rumorem circumferunt. Quidam enim, displicere illum Tibi in aliquot locis, et stylo Tuo acerrime confodi affirmant. Alii vero eundem a Te probari constanter asserunt, quibus ego per charitatem, quae non est suspicax, hortatorem propensius credo, quam prioribus, quos mihi invidia et calumniandi morbus suspectos facit, praesertim, cum mihi tua in judicando dexteritas perspecta sit, qui non facile, neque temere in quenquam pronuncies, nisi plenissime, quae reprehendas cognoveris, eademque adversus gloriam Dei, et Ecclesiae profectum pugnare, perspexeris. Talia autem nostra esse adhuc ex piis, cum quorum multis super toto libelli nostri argumento saepe multum contuli, comperire non potui. Quae res fecit, ut nunquam mihi persuaserim, fore, ut tu, qui primus, quod sciam, in hac revelationis Christi hora, Praedestinationis gratiam non leviter attigisti, ista gratiae Electionis tractatione offenderetis quam scriptum nostrum contra signorum errores, et totum ferme *καταβαπτιζῶν* dogma ex professo tractat. Inter quos si qui me numerant, eos, ut non dubito, suspicione, ista, libellus editus facilime liberabit. Qui nimirum liberum arbitrium tollit, Magistratui aequus est, Electionis vim super omnia glorificat, Electorum et Reprobatorum apertum discrimen asserit, Elementorum Mundi liberum usum ex charitatis regula, et fidei analogia admittit, ad gloriam demum Dei, et Ecclesiae salutem omnia refert. In qua re, quando, quod sentiam, quidque sapiam ex

[1]) Qui idem *Borrhaus* nuncupatur. cf. ep. 72.

gratia Patris de crucifixi et exaltati Christi gloria aperte videor, et totus in luce prosto, spero futurum, ut istius in me Christi confessionis testimonium apud pios plus sit validum, quam quorundam hujus seculi leviorum hominum perversa maledicentia et iniqua detrectatio, maxime apud Te, virum tam longo ac diuturno verbi ac coelestis ministerii usu ad omnia fidei et caritatis officia attritum, quae filios regni benignos, non fastidiosos, non irritabiles, et omnia sufferentes reddit. Quae nuper nos per Dominum orbi prodidimus, a te legi cupio, et singulos scripti locos ad fidei trutinam dependi, et sicubi quae cum Scriptura dissentire putes, judicaveris, gratias eas sum tibi habiturus, quae debebo, et Tu non aspernaberis, aberit hic fastidium, cessabit neglectus, regnabit liberum et idem aequum ac rectum fidei judicium. Placere sanctis viris ad Christi gloriam ex animo opto. Quod votum, si impetro, bene, est unde gratias agam Domino, sin minus, est quod doleam, et tamen non diffidam illi, qui nomina nostra scripsit in coelis, quae nulla tinea sit exesura, cujus professio in me, si quid apud Te potest, ut arbitror apud Te posse plurimum, non ambigo, quin me sis in eo loco habiturus, quo amicos et fratres Tibi conjunctissimos habes, neque permissurus unquam, ut quivis sinistrior rumor de me necessitudinem nostram, quam Christus non Satan, quam Spiritus non caro, quam coelum non terra, inter nos sancivit, interrumpat. Falli possunt, qui praejudicia, conjecturas, signa et malitiosorum quorundam susurros sequuntur, at nunquam falluntur quos certum spiritus judicium ac evidentia ducit, quo uno nititur caritas, quae suspicione caret, et in melius accipere omnia prona est, cujus consilio Te adversus me usurum optima spes est, in gloriam Dei et electorum salutem, quae tum abunde propagabitur, si ii inter se consentiunt, quos Christus in arenam Verbi sui statuit, qui in hoc nos consolari debet, quod nihil eorum praetermissurus est, quae in Patris sui gloriam et ad Ecclesiae profectum pertineant. Tu vale, et Te Dominus, ut cepit, regno suo servet, et hanc scriptionem nostram, quam caritas extorsit, boni consule. 31. Aug. 1527.

Martinus Cellarius tuus.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio fideli Ecclesiae Tigurinae Episcopo, Domino et Fratri suo in Christo observando.

LXXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Nuper mi *Zuingli*, cum *Bavaro* quodam et nostrum Ezechielem misi et *Cellarii* literas. Nunc eadem solicitudine teneri fratres *Argentinenses* comperio e frequentibus literis. Quae suspicio miror unde orta sit, sed quisquis est, fac sciam. Opinor autem nihil esse periculi, et vano cujuspiam figmento fratribus imponi. Si quid valent *Oecolampadii* preces, per Christum orantis, videsis ut hanc curam illis adimas, ne vel suspicio dissidiorum nostrorum Philistios nostros animet. Spero, brevi me visurum, quid Tu

latine in *Catabaptistas* [1]) scripseris. Nostra adhuc sub prelo sunt. Quantum conjecto ex vernaculis tuis minime dissidebimus. Qui literas reddit, *Batavus* est, *φιλόχριστος*, ut a fratribus commendatus est, et omnis sermo ejus manifestat. Expedit Evangelii negotio, ut iis, qui syncere Colloquium nostrum petunt, nos ultra illis humaniter offeramus, quo calumniatoribus pessima quaeque in nos convicia congerentibus, et Evangelium sic remorari frustra cupientibus ora per veraces amicos aliquatenus obturentur. Nudius tertius lecta sunt hic coram Senatu, quae de abroganda Missa scripsimus. [2]) Utinam auribus audiendi audiissent. Iterum aliquandiu sententiam, ut vereor, suspendent. Nihil adhuc decretum intelligo. Vale, et me in Christo, ut soles, ama. Ultima Aug. 1527.

Tuus *Oecolampadius*.

LXXVI.

Zuinglius N. Fratri. [3])

Gratiam et pacem a Domino. Accipe igitur charissime Frater, quae ad quaestiones tuas respondenda ducam. Ipse quoque in hac sententia sum, coenam dominicam gratiarum actionem esse. Nam et Apostolus, mortem Domini, ait, nunciabitis. Ubi annunciandi verbum pro laudandi, aut gratias agendi verbo accipitur. Cum ergo gratiarum actio sit, mihi non probatur aliud esse conscientiis obtrudendum, quam ut ex pietate gratiae agantur. Hoc tamen negligendum non est: Probet autem seipsum homo. Debemus enim conscientias nostras interrogare, quam fidem habeant in Jesum Christum; quae si plenam ac synceram habent, jam nihil obstat quo minus ad gratiarum actionem accedant. Qui enim fidem non habet, et tamen simulat habere, is judicium sibi manducat: mentitur enim spiritui sancto. Quod autem tu putas, Paulum hoc loco non arguere eos qui in eidolothytis convivabant, ego aliter puto; nam superius vehementer increpat sciolos istos, qui putabant sibi licere de eidolothytis edere, etiamsi in coena Domini recubuissent: Non potestis, inquiens, participes esse mensae Dominicae, et mensae daemonum, etc. Vult igitur Paulus, ut quisque seipsum exploret qualem fidem habeat. Jam sequi, ut qui integra fide sit, non possit commercium habere in his quae idolis sunt oblata; alterius enim corporis sit, puta Christi, unde non possit in corpus unum cum idololatris coire. Hi sunt igitur qui non dijudicant corpus, qui nullum discrimen faciunt inter ecclesiam Christi et ecclesiam idololatrarum; qui enim in

---

[1]) Elenchus.

[2]) „Eine christliche und ernstliche Antwort der Prediger des Evangelii zu Basel, warum sie die Messe einen Greuel gescholten haben, auf Erforschung und Geheiss des ehrsamen Raths daselbst gegeben.“ Contra quem libellum *Marius* suffraganeus et *Ambrosius Pelargus* (*Storch*) praedicator apologias Missae Senatui detulerunt, ea tamen cautione, ut tantummodo principum ecclesiae judicio de hac re se subjicerent. (Hess. Oecol. 203 sqq.)

[3]) *Constantiensi*.

eidolothytis accumbebant, jam plane nullum discrimen habebant inter coenam Christi et coenam diaboli; quos Paulus dicit non dijudicare corpus Domini, hoc est, ecclesiam Christi nihilo majores facere, quam ecclesiam daemonum. Quod si nos ipsos dijudicaremus, hoc est, si conscientias nostras approbe scrutaremur, jam non accederemus, (si modo fidem in eis inveniremus) ad convivium daemonum. Id autem cum non facerent, sentiebant iratum Dominum. Unde tu recte putas, dijudicandi, pro considerandi perpendendi inspiciendi, verbum exponi. Ad secundum, sudi: Accepit Jesus panem, et fregit, etc. Et: accepit calicem. Ista verba sunt peculiariter agentis, non hospitaliter ad edendum invitantis. Ad tertium: De loco Joan. 6. Hoc vos offendit? etc. Prorsus tecum sentio. Ad quartum: Ego per Ostren intelligo magnam istam celebritatem, in qua de liberatione gaudemus, nunc a diabolo, olim a Pharaone; neque ulla difficultas est, qua quisque voce unam eandemque rem appellet, si modo servetur analogia. Nam et scriptura Christum ipsum agnum vocat: et Paulus, nostrum pascha. Tua vero vox: *wanderfest*, optime placet pro transitu aut paesah. Ad quintum: Descendit ad inferos; arbitror ideo ex patrum sententia symbolo esse insertum, ut ostenderent Christi morte patres, qui in fide mortui fuerant, redemptos. Captivitatem enim quae captiva tenebatur, duxit secum ad superos; ut descensio ad inferos non sic intelligatur quasi circumscriptive, sed potentionaliter, ut sic loquar, quod scilicet mors ejus eos qui erant apud inferos, redimeret. Huc respexit Petrus, cum dicit, Mortuis praedicatum est Evangelium: hoc est, eos sensisse Evangelium, bonum nuntium, redemptionem scilicet per filium Dei. Et quod qui cum Christo surrexerunt spiritu, nunc sunt apud illum in coelis; qui tamen secundum carnem judicabuntur tunc, cum omnis caro judicabitur, filio Dei et hominis praesidente. Redi ad locos Petri: alter in priore, alter in posteriore est epistola; et contentus esto hac plusquam tumultuaria responsione. Vale, et *Gulielmum* meum optimum senem [1]), pro tibi data a Domino gratia consolare. Salvum jube *Joannem Eggenbergium*. *Tiguri*, pridie Calend. Septemb. 1527.

LXXVII.

Zuinglius Chunrado Somio.

Gratiam et pacem a Domino. Non potui vigilantissime Somi committere, ut cum possem, literas ad te non destinarem. Praesertim cum ex literis Andreae communis amici intellexerim, quid a Catabaptistis (impurissimo hominum genere) patiaris: quos nunc paulisper dedolavi; puduit enim omnem eorum audaciam prodere. Dolet mihi fideles ab his esse seductos; sed bono animo esto, redibunt, si recte tractentur: nam apud nos multi cum eos audissent, inter initia nonnihil patiebantur, nam et plurimos in acerbissimum odium nostri traxerant mendaciis, quiritationibus, et quae ante omneis eis est propitia, hypocrisi. Nos autem

---

[1]) *A Zell.*

cum veritatis scuto tecti, omnes ipsorum ictus constanter aut eludemus, aut eluderemus; tandem apparuit, ubi nam eos calcena urgeret. Errones sunt; mulierculas, imo viros quoque circumveniunt, ut quicquid abstrusissime repositum, deprompant. Hinc illis nihil deest, qui nusquam diu esse possunt; nusquam enim tuti sunt. Ubertimus ergo hic questus est, grandiloquentia victum parere. Suspenduntur simplices eorum sermone, haud aliter quam Phaeaces ad vafri Ulyssis narrationem oscitarunt. Hic isti coelum digito attingunt, albisque feruntur quadrigis. Vigilabis, ut soles, donec hypocrisis protrahatur. *Guilielmus* iste de quo ad Andream scripsisti, impune nebulo est. [1]) *Viticonae* [2]) pago cuidam nomen est, ubi aliquandiu Verbi ministerio praefuit; nihil obscure promisit, qui isthic degunt agricolis, se effecturum quo ab annuis redditibus et decimis liberi fiant. Stultus homo est, sed audax, et qui loquacitatis plurimum habeat, sapientiae minimum. Efficient, ut aliquandiu rem Christianam remorentur, at nihil solidi maturitatem perducant. Perditi enim et nequissimi quique ad istos desciscunt, et ubi negotium vident non succedere, deficiunt a secta, et deinde universum Christi negotium contendunt fabulam esse. Quid multa? nihil est istis unquam sceleratius visum. Id cum nos maxime mundo prodamus, in nos primam aciem educunt, et gravius nos traducunt quam daemonem, cum jure nihil possint in nos dicere. Perhibent nos docere, ut magistratus animadvertat in sontes; sed interim reticent, quod ipsi aliquando palam ex Deut. 13. docuerunt lapidandos esse falsos prophetas; ac deinde falsos volebant intelligere, omnes qui non sentirent quod ipsi deblaterabant. Scimus pauci, quam speciem nunc habeat Helvetiorum civitas; nam praeter Tigurum et Bernam, reliqui omnes ferme pagi ab Oligarchis tenentur: qui dum apud nos idem agunt quod alibi, jam quo et Evangelica et publica libertas nobis maneant, monemus tam atrocis flagitia tollenda esse. Pro Catabaptistis ipse quoties coram Senatu cum ipsis actum est, anxie onavi, et precibus nostris factum est, ut Senatus tam cunctanter cum eis egerit. Sed nihil aliud potest eis dolere, quam quod provincia excedere jussi sunt haeresiarchae sive coryphaei: ac dum retinguntur alios, ipsi quoque retinguntur; quod ipsorum dolis, fraudes, ac mendacia impetrarunt. Nam Senatu nostro ita nullus est clementior, ut ereberrimae sint inter nos dissensiones, quod sceleratos quosdam cunctantius plectunt; tam abest, ut quid temere praecumpserit. Objiciunt isti, neminem occidendum esse. Quod perinde est, ac si dicerent, nulli obstandum est vitio. Prophetas legamus, et videbimus quomodo cum judicibus egerint. Nos quibus in periculis simus, dum hinc incumbimus, ut malorum licentia prematur: isti narunt, qui circum nos versantur. Nec est, ut Helvetiorum civitatem *Suevicae* comparetis; apud nos enim omnia fuerunt corruptissima: apud vos autem multae sunt urbes, e quorum numero tua est, quae adhuc priscos Sabinos referant. Hic certe acriore opus fuit medela. Quod dum Catabaptistae

---

[1]) *Guilielmus Roublinus* cf. ep. 8. an. 1522.

[2]) *Viticona*, qui locus fere iter horae a *Turico* remotus ecclesiae oppidi adscriptus est.

aut ignorant, aut dissimulant, nostra traductione suam adjuvant. Magnum vero momentum, dum patriae consulens ad omnem justitiam urgeo, ac innocentiam, ad stultam sectam suam defendendum. Num Catabaptismus jam recte fultus est, si me probaverint Hannibale deteriorem, Dionysio vero crudeliorem? Hoc genus hominum impugnamus sedulo, quod non modo pietatem persequitur, sed publicos quoque mores corrumpit, atque licentiam plusquam Crotonieam aut Milesiam inducit; imo perpetuo impugnabimus, nulla istorum hominum habita ratione, qui ut ventrem saginent, aures titillant simplicium, atque ad publicam justitiam attenterum: deinde fallant. Vale: et ut soles, vigila. *Tiguri*, prima Septembris.

LXXVIII.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Salutem. Hac die major Pastorum pars *Bernatum*, carissime Huldrice, Magistratum adorti sunt precibus, ut, sicut publico edicto Verbum Domini, atque aliud nihil, docendum praeceperint, ita nunc consentiant, ut cuilibet cum Ecclesia sua juxta Verbum ambulare liceat, evellere evellenda et plantare plantanda. Atque ita in genere omnia exigunt, ne si vel matrimonium vel Missae abrogationem solam cum opposuerint, se ipsos quaerere videantur. Totum negotium spero ad Cives devolvi. Sed nescio quid Senatus decreverit. Ceterum *Franciscus* jam secundo Missam esse summam idololatriam et blasphemiam adseruit constantissime. Insaniunt Oligarchae supra modum. Et ad feriam sextam sequentem a Civibus tracturi debet, pro collatione cum omnibus sacrificulis *Bernatum* habenda, more tuorum. Instamus et urgemus, ut id, modo commode, fiat. Instant et reliqui, ut praesentia villanorum, quemadmodum feria pentecostica superioris anni, negotium transigatur. Orate Dominum pro nobis. Defatigatur Magistratus nuntius concertationibus et ad finem pacatiorem omnia deduci desiderant multi. Tu igitur qui solicitus pro nobis es semper, admone quae facienda, et quae cavenda, ut omnia in Dei gloriam cedant et salutem totius patriae. Misit *Cellarius* noster libellum suum de operibus Dei, usque adeo a *Capitone* commendatum, ut mirari non desinam, cum omnino *Catabaptistas* sapiat, et certo *Bucerus* in linguam nostram nunc vertit. Admone illos viros juxta doctos, ut penitius omnia discutiant, quae sic invulgent, seminaria scilicet omnis turbae. Audio Tibi in manibus esse negotium *Baptistarum*, quod si nondum perfeceris, velim pro auctario addi, quae dissolvenda sunt. Boni omnia consule. Feria sexta tractabuntur, quae in Comitiis apud vos sunt acta. Vale. 4. Sept.

Tuus *Bertoldus*.

LXXIX.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi Tecum. Hic frater, mi *Huldrice*, fidelis mihi apparet, malens manu laborare, quam ultra sectari abominationem papisticam. Pulsus est a Principibus. Nihil aliud petit, quam ut artem quampiam addiscere queat. Non invenit hic locum. Nolim Tibi id oneris injungere, quem scio majoribus negotiis impeditum. Sed nosti forte pium aliquem civem, qui juvare illum queat. Huic Tu hominem commendes. Fortassis propediem Dominus illum ad ministerium suum revocabit. Nos hic perpetuo haeremus, confligentes cum adversariis, ac provocantes, sed frustra. Veritas paucos habet patronos, proinde vereor, quod dies judicii nostri sit appropiatura. Qui Fratrem *Thomam*[1]) laesit, quamvis convinci possit multis nominibus, quae referre pudet, unam tantum persolvit mulctam, quod pacem, postquam nomine Dominorum indicta fuit, servare noluerit. Ceterae ejus contumeliae nondum punitae, quamvis graviores. *Thomas*, ut erat innocentissimus, ita et declaratus. *Bugenhagium* si nondum accepisti, fac sciam, proximo nuntio mittam. Nostri enim Typographi et Bibliopolae solicite tales libros conquirunt. Quae scilicet insignis eorum erga nos fides. Bene vale. *Basileae* 5. Sept.

Oecolampadius.

LXXX.

Leon. Castor Zuinglio.

Gratia et Pax a Domino. Quia res exigere videtur, *Zuingli* candidissime, non est quod mireris, si literas et imi subsellii accipis. Ex Senatus decreto cantiones quaedam Psalmorum vulgarium hic *Vitudurі* veluti postliminio decantandae sunt, quia vero parum, imo nihil, quantum ego intelligo, ad Christi doctrinam faciunt; video institutum hoc omnibus, quos Clericos dicunt, praeter *Lucium*[2]) displicere. Nuper enim, cum id laboris nobis injungeretur, nemo erat qui contra hisceret, ne ii quidem quorum intererat, jussus ipse item praeterea quotidie horam impendere cantui, quo adolescentes, quibus prosum, addiscant, cum praestiterit hanc operam locare grammaticae et rhetoricae rei. Ceterum cum nemo decretum hoc vel damnabat, vel ut iniquum dicebat, verisimile videtur, aut in officina Praedicatorum natum, aut saltem ab eorum captu non abhorrere; *Lucius* enim, vel omnibus reclamantibus, etiamnum incepto patrocinatur, ut est ad omnia ferme plus satis religiosus. Recte an secus agant Tute novisti. Si perperam sit, velim expostulares, cum eis, quia ambo *Tiguri* jam sunt, et Te forsan

---

[1]) *Thomas Geierfalk*, monachus ex ordine Augustinorum, qui se reformationis socium professus est.

[2]) Quem eundem alias nomen suum: *Henricus Lutius* scripsisse verisimile est. Vid. hor. opp. I, 475.

visuri. Restat, vellem ego et complures alii mecum, ut huc suos destinarent quoque conatus (sunt enim hac parte piscibus magis muti) quo audiremus aliquando praelegentem nobis graecam et Hebraicam Literaturam, atqui spes nulla ita fore, cum barbaries ipsa jamjam comitatu magno irrumpat, nec sit qui se opponat, aut cui doleat. Age igitur *Zuingli* doctissime, cum nulla gravior sit Literarum jactura, *Matthiam* et *Henr. Lucium* utrumque carissimum mei, adhortare in praesentiarum, quo malo huic pro virili resistant, ne seges illa futurae Reipublicae negligatur et pereat. Sed jam vale. *Vituduri* 4. Id. Sept. 1527.

Leon. Castor pubis *Vitudurinae* Moderator.

Nolo quisquis sciat me Tibi scripsisse.

LXXXI.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Carissime *Zuingli*. Quanto gaudio perlegi Elenchum, libellum hac tempestate vehementer necessarium, non minus enim versipellem hypocrisin in apertum producis, cum decoro atque constante, quam disputas acute, fortiter ac nervose. Remota (?) et proba expensio Scripturae est, vis aeterni Testamenti accurate considerata. Ratio gloriae Dei fideique analogia certissima. Verum de summa nondum pronuntio. Utar permisso, collatis meis ex jure summo decernam, nihil tribuens, neque amore Tui, quo ardeo, neque auctoritate ista tua maxima. Nam sententia ad Te privatis literis referetur, ut judicis vanitatem amice et absque aliorum motu retundere queas, tametsi non ita longe dissidemus, omnemque ansam dissidendi fere praeripueris, arte pariter atque viribus. Celerior est *Bucerus*, pro Te modo facit pedibus manibusque. Gratia Deo, qui Tibi cum tantis dotibus istam animi moderationem dederit. *Luthero* ratio alia est. Intra modum revelationis suae vim spiritus cohibere pergit. Novos imperat fidei articulos, nova Missa veterem blasphemiam sustulit, atrociter exigit, ut idololatrae sint, qui ipsius sunt. Hoc est, ut panem Domini adorent, tanquam ipsissimum Deum, qui vult spiritu et veritate adorari. Exigit, ut suae stetur sententiae. Colloquium refugit, praescribit evulganda populo. Hoquid non molitur indignum Pontifice Romano. Nuper hic fuit, qui libello tuo, quo graviter excepisti impudenter grassantem convitiis, permotus, dubitare se duntaxat, ait, neque velle quiddam asserere in publicum, tantum impetratum cuperet, ne sibi missandi necessitas obtruderetur, postquam de praesentia carnis ambigeret. Fatebatur et *Adamus Fuldensis*, quem *Hessorum* Archiepiscopum nominant, se incertum. Nam suspendo, inquit, sententiam. Tum ille: Tu non audes judicium tuum significare, et me facto eodem alligas, quod impium ego puto, et Tu pium pronunciare non sustines. Tandem a Cancellaria sumta autoritate statuunt, simpliciter, bono viro missandum. Neque erat, qui audire dignabatur, quid sibi obstaret, quo minus credat, quod illi se credere dicunt. Quid amplius possit Romanus Pontifex? Itaque fuga sibi consulens ad me venit, et hinc iter suscepit ad *Silesitas*

fratres, illic coriaria arte, qua valet, quaesiturus victum. Verum diuturnum non erit. Metu et pertinacia continentur, non judicio spiritus. *Hessum* ajunt nuper dixisse, nescire se quo pacto cum Christo juxta carnem in pane quadrat Pauli dictum hoc: Christum secundum carnem amplius non novimus. Principes omnes, excepto *Lignicnsi*, [1]) qui videri volunt tanquam verbi fautores, in *Lutheri* articulos ac praescriptum conspirarunt. Quae res vehementer juvat *Anabaptistas*. Nam *Cutius* [2]) homo sibi confidens ac pertinax, mirifica, ut ferunt, gratia dicendi praeditus, *Hessorum* Principi per Literas attestatus est, suorum Concionatorum neminem praedicasse Evangelium hactenus. Neque *Lutherani* adversus illum subsistent, aequo Marte pugnam decernentes. Sunt a *Palatino* agricolae *Catabaptistae*, discipuli *Denckiani* et *Hezeri*, capti, torti, cruciati majorem in modum, in Confessione Christi et Baptismi sui perstant, ut putem operam vehementer necessariam, quam Tu et *Oecolampadius* praestitistis, optaremque germanica esse tua, sicut et alia edita sunt, etiamsi frustra non sit, quod eru provinciis divinis rem administretis. Aemulationis enim species cavenda nobis, si fieri potest. Postridie Missas 4. quae supersunt, aggrediemur, imo expugnare conabimur incursu fortissimo. Nam a discessu Missulaiorum occasio affulsit, quae nunc intenditur ex odiis Papistarum. Agamus igitur jam apud Senatum, non sine fiducia successus. Eventum audies brevi. Tu Dominum ora, ut adsit suis ac sibi, quod faciet haud dubie. Quod nos de *Cellarii* moribus admones tanto studio, Te decet, cui solicitudo omnis Ecclesiarum incumbit, et qui imprudentiam nostram non semel expertus es. Atqui hic hominem probavimus, ut attentius haud possemus. In summa: publice convenit, amat Te, amat *Oecolampadium*, Concionibus et Lectionibus adest frequens, Ratineteribus obsistit. Quae in *Manzio* literis olim comprobavit, constanter impugnat, quatenus attinet ad Magistratus, jusjurandum, Catabaptismum; in paucis dissentit, sed sine injuria. Impiis omnibus est aeque atque nos exosus, *Anabaptistis* maxime, quos vehementer calculo suo nobis asscribens degravat. *Hezerus* hunc prae nobis traducit, quod commeruit in Colloquio uno innocentiam tuam defendens. Nam puto omnes frigere in contumeliis dicendis collatos *Hezero*, tam impudenter in Te mentitur. Jam *Cellarius* aut natura, aut spiritu, hoc habet, ut de nemine male loquatur, et maledicos reprimat amicis verbis, quod forte ad famam tuam defendendam impulit. Certe jam judicio pugnat pro omnibus Concionatoribus, quia videt moliri Nebulones, ut publicus Verbi usus intercidat, quem affirmat ad gloriam Dei praedicandam oppositissimum. Libellum ejus ampliter praedicavi, non quod nova omnia, sed quia ad gloriae Dei regulam praecipiendam spectabant, et prior fostura fuit cohaerentior, quam vidi, quam editio illius sit, posterior cura obscuritatem induxit, atque styli molestiam. Quod vero pleraque et ipse antea sentirem ex Hosea Tibi amici nuntiabunt, in quem superiore Hyeme scripseram, antequam nossem *Cellarium*, et pleraque exceperant audi-

---

[1]) *Fridericus* Dux *Legnicensis*.
[2]) Praedicator *Vormatiensis*.

tores. Edetur hac hyeme. Est qua in re plus minus 3 mensibus, nobiscum dissentiebat, cujus argumenti censuram Tibi permittam, otio redditus. Nam peste distrahimur, et conflictu cum Papistis nuper instituto. Neque dubito, quin sis vicissim facturus, quod nunquam non soles. Malo enim simplicem dissentientis libertatem, quam affectum atque studium comprobantis. Quod egi toties pro *Cellario* in causa est sinister et vanus rumor, cujus autor ineptus quidam, qui istinc primum ad nos appulerat. Afferebat palam, excudi tum, quae in hunc peperisses. Conjecturam ex me faciebam, qualis esset opinionis ac nominis. Nam antequam videram, odi pessime. Nihil enim audire potui a nobis ac familiaribus suis, quam inepta, superba, paradoxa, seditiosa. Verebar, ne simili praejudicio apud vos laboraret. Contra vero solabatur perspecta tua longanimitate, qui *Erasmo* et *Luthero*, caussa et viribus superior, diu cesseris, usquedum veritas ad congressum incitaret. Rem sic reputabam. Praestat inscite niti, quam sero ad continendam concordiam, tam exercitum fratrem nulla imprudentia offendes, qui solet iniquiores interim sufferre. Neque animus fefellit, qui vicissim sic Te nobis asseris, ut Tibi nos Ecclesiaque nostra conjuncta est, quandoquidem Te hinc omnes suspicimus. Neque portae inferorum divellent. Dabis itaque veniam intempestivo patrono pacis in ea re, ubi mediocris mens ne suspicionem quidem simultatis admisisset. Verum sic me facti poenitet, ut pollicear, me Tibi fore eundem, h. e. invenustum, ineautum, incogitantem, sed simplicem tamen et verum et constantem amicum. Adeo nos concordia spiritus copulavit, etsi in Te pleraque alia colam, quarum rerum sim inops atque egens equidem. *Franciscum* audivisti de rebus nostris. Mirum, quam omnia juxta tuum vetus consilium interim congruant. Increscunt enim odia viciniae, etiam quorundam longe habitantium, adversus hanc urbem, frigidam, subfundentibus Sacerdotibus. Nunquam donec vivam, deero vobis. Fratres omnes ex nobis salutes, *Franciscum* illum comprimis et *Pellicanum* veterem meum amicum ac necessarium. *Argentorati* 21. Sept. 1527.

Tuus quantus est *V. Capito.*

LXXXII.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax, Zuingli observantissime. Ut *Capito* Tibi scripsit ita ne dubites, quae monuisti de *Cellario* grato nos animo accepisse, sed quia apertam lucem tenebras vocare oporteret, nisi fateremur illum ex asse pium, ita cavebimus ab eo, ne quid alienae a dilectione suspicionis admittamus. Sed fateor equidem Tibi, magno redimerem, ut nostrae de Baptismo sententiae, nam mihi Tecum eadem est, accederet. Sed dum nobis videtur secundum Scripturam esse, infantes baptizare, propter caritatem autem, si qua Ecclesia consuesset adultos duntaxat baptizare, ad tempus posse ferri Baptismi dilationem, ipsi prorsus contrarium videtur, secundum Scripturas esse, adultos baptizare, caritati autem posse donari Baptismum parvulorum donec melius Ecclesia edoceantur.

Denique institutionem Domini objicimus, qui olim praecepit, a puero, imo a primis fere vagitibus Ecclesiam suam coagmentare, respondet: id typum fuisse populi Electorum, qui in utero statim sanctificantur. Cum vero rursus objicimus, utcunque id typus fuerit, per se tamen utilem ceremoniam fuisse, qualem sane et nos sumus experti, ita a cunis populum Dei colligere: respondet, se certum esse, abolendum Baptismum parvulorum. Tam abesse autem, ut ipse hac caussa quicquam velit turbari, ut etiam, si sibi infans contingeret, esset eum baptizaturus, rebus habentibus ut modo. Addidit quoque, si Tu nominatim in eum scripsisses, sanctum adeo habere tuum ministerium, ut si etiam fortissimam responsionem haberet paratam, nollet eam tamen edere, quia visum sit Domino, Te modo in Ecclesia mysteria sua dispensare, quae et felicissime dispenses, quamquam hac in parte nos Tecum hallucinari non dubitet. Dum igitur omnia Christi nobiscum confitetur, ac inculpatissime vivit, et nihil minus probat, quam Anabaptistarum furores, non possumus ob unum hunc naevulum eum abjicere.

Ceterum nobis Elenchus tuus tam probatur, quam *Catabaptistis* improbatur, id est, supra modum, et pernecessarium fuit, quod facinora nocentissima impostorum detexisti. Quae per D. *Franciscum* mandasti, haud frustra mandasti speramus. Redintegramus proelium magis quam bellum, cum quatuor nostris excelsis reliquis, in quo si Dominus victoriam dederit, spes est, et alia pleraque non inutilia secutura. Bene vale et saluta symmystas, peculiariter vero *Pellicanum* nostrum, et D. *Franciscum*, ac Senatorem vestrum, qui hic cum Missulariis fuit. — *Argentorati* 26. Sept.

M. Bucerus tuus.

Slesiis nos Theologum ordinaveramus *Bonifacium Wolfhardum*, qui cum *Oecolampadio* aliquandiu egit, missuri eum, si rescripsissent, idque cum *Theodoro* [1]) illis significavimus. Illi autem interim nihil rescripserunt, cum tamen perceperimus *Theodorum* ad illos tempestive pervenisse. Vereor literas intercidisse. Si ad vos *Theodorus* scripserit, reddite nos certiores.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio Tigurino Episcopo sanctissimo observando Praeceptori.

LXXXIII.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax optissime Zuingli. Hodie sub horam X redditae mihi literae sunt *Chunradi Somii* Ecclesiastae *Ulmensis*, qui, ut veritati serio studet, ita est Tui observantissimus. Iis significat, se Tibi scripsisse, se ab *Eccio* ad congressum Disputationis provocatum, interim autem *Eccii* literae ad suum Senatum sibi lectae sunt, quibus nihil aliud agit, quam conviciatur impudentissime, et de Te: „Der gottlose Zwingli,

[1]) *Bibliander.*

als der Schuldige hat nicht dürfen gen Baden kommen", de *Oecolampadio* vero intercessionem eum Sanctorum concessisse. Petit vero a Senatu, ut *Minoritam* ejectum eo, quod fidei suae rationem coram Senatu reddere noluerit, restituant, et ejiciant nostrum haereticissimum, qui ausus fuerit coram Senatu negare praesentiam carnalem Christi, quod nisi faciant, minatur se coram Caesare ipsos accusaturum. Senatus nostro literas ardelionis legit, et rogavit, quid sibi faciendum putet, qui respondit, petere se, ut evocetur *Ulmam* audaculus ille, se paratum non solum coram illo, sed universis Theogulis semel, fidei suae rationem reddere, quod sciat, toto mundo, non tantum strophis *Eccii* fortiorem Christum. Super hoc tamen Senatus deliberat, si dies vociferatori illi dicatur, petit noster virum linguis et Scripturarum scientia instructum, in tempore se diem indicaturum, sed nobis nemo ejusmodi est; si decernatur illis congressus, tuum erit adesse fidissimo Christi ministro. Ceterum cum audierit te Disputationem exagitaturum *Badensem*, optat *Eccii* etiam ex hoc suo facinore laudes augeri, sed ut nulla *Ulmensium* mentio fiat, quia celandum mandarunt Senatores, quod cum ipso egerunt de literis *Eccii*. Consolare virum sane egregie in Domino fortem et constantem, cui, non dubito, *Eccius* nihil adimet, et de *Eccio* fac, quod tibi fuerit consultum. Habes, quae amici nomine tibi scribenda duxi, reliqua in literis prioribus. Salutat Te *Capito*. *Argentorati* 26. Sept.

M. Bucerus, tuus..

Inscriptio: Fortissimo Christi apostolo Huldrico Zuinglio, colendo praeceptori.

LXXXIV.

Oecolampadius Zuinglio, fratri suo carissimo.

In Christo salutem, mi frater. Eja quam strenuos athletas panaeeum idolum habet *Nurnbergae*, qui causam illius probe se gessisse arbitrantur, dum in nos omnia conviciorum genera comportarint. Frustra ergo *Pirkhaimero* responderem. Incurabilis est ejus *γλωσταλγία*, quemadmodum et *Hosiandri* morbosam linguam nulla admissuram remedia vereor. [1]) Legi, quae scripsit et ubique sophistam deprehendi. Atqui conserendum tibi praelium cum illo erit, quod etiam citra meum calcar facturus es. Minatur, plura se scripturum, et, tanquam e libro vitae expunctis, nobis salutem negat; nihil arrogantius vidi, nihil vanius majore excultum rhetoricatione conspexi. Verum tu, ut bullam, parcissimis verbis comprime, si fortasse memor sit futurus olim officii. Dominus negotium suum dirigat.

Disputationem *Badensem* si consultum videtur tibi, ut eam tractes, sicut promisisti, fac sciam, si quid in sermonibus meis displiceat, ut rationem reddam. Forum enim aliter me loqui cogebat, quam statueram. Exasperati erant auditores concionibus blasphemis et maledicis, et de

---

[1]) *Andreae Osiandri* epistola ad Huldrichum Zwinglium apologetica etc.

re Eucharistiae audiebant aegerrime, et propterea hoc consilio curabant primo loco de ea agi, sperantes, primo conflictu nos opprimendos. Unde cunctantius ad rem accedendum existimavi, derivans primum contumelias, quas contra diploma salvi conductus audiebamus, ut nos Ecclesiasticos esse comprobarem. Nihil enim mihi gravius potuisset evenire, quam a vera Christi Ecclesia avelli. Et quoniam crassissimus error Transsubstantiationis adversariis probabatur, illum vicissim detegendum suscepi, ut, manifestata eorum navitate (inanitate), auctoritatis quippiam in uno decederet, deinde et in aliis fuci illorum non curarentur: sed non apud *Rhadimanthum* vel *Aeacum* causam agebamus.

In Elencho stropharum Catabaptistarum taxas obiter eos, qui sub Coena Dominica excommunicare solent. Id quidam in nos, qui nostro *Basileensium*[1]) ritu, non tamen a Verbo Dei alieno, synaxin celebramus, dictum volunt, eo quod praemoneamus ante coenam, quos participes esse volumus. Verum ego candidius Tua scripta interpretor, imo Te candidiorem scio. Posses enim familiariter monere per litteras, si quid non tolerandum in ritu, quem nos servamus, cognosceres, gratificaturus nobis non parum. Scis conditionem Ecclesiarum nostrarum, et quantam feramus tyrannidem, et quam alieni a tyrannide esse cupiamus. Tantum, quod Apostolus vult, probare singulos se ipsos, id nos plurimus admonemus, operamque damus, ne adversariis alioqui ad maledicendum promtis, occasio detur maledicendi, quod nostro consensu omnis profanorum colluvies nobis communicet. Veruntamen non opinor nos Tuis scriptis peti. Potes igitur per otium super ea re privatim admonere; experieris nos, ut pacis, ita et Tuae doctrinae observantes, quatenus fieri sinet veritas. *Berchtoldi* litteras, de quibus nuper scripsisti, non legi, nec accepi. Vale. *Basileae* ultima Septembris (1527.)

Tuus *Oecolampadius*.

P. S. Jussu *Capitonis* resignavi litteras *Buceri*, in quibus Ecclesiastis *Ulmensis*,[2]) viri integerrimi, causa proponitur. Quod ad me attinet, de intercessione (Sanctorum) satisfeci superiore anno, sermone edito, quem hic habui in Festo omnium Sanctorum, contra *Fabrum*, qui id ipsum nugaciter, ut omnia, suo blasphemo libro inserendum putavit. Affectum enim caritatis, quo nobis Sancti et Angeli benevolunt, utpote in caritate confirmati, quomodo illis adimerem? Et illum quidem, si quis dicat intercessionem, quare negarem, nisi illos vivere negarem Spiritu? Ceterum invocationem illam, utpote Scripturis ignotam, non admisi, tametsi quis non optet totum Christi corpus secum orare. Videbo diligentius, quid inter disputandum dixerim. Non est mirum, si anteambulo Antichristi civitatem illam divexare nitatur, nam et *Augustanis* ita molestus est, et ipsorum concionatores in suspectissima oppida evocat ad disputationem, quum ei liberrimum et tutissimum sit in ipsa civitate congredi. En et hinc caussa se offert, quae extimulat, ut *Eccius* disputator cognoscatur.

---

[1]) *Oecolampadius et Zwinglius* revera de excommunicatione diversas sententias habuerunt. Ille quiddam ejusmodi in ecclesiam Basileensem induxit.

[2]) Vid. ep. 83.

LXXXV.

Nicolaus Baling Zuinglio.

Salve. Rem, vir doctissime, praeter morem meum incipiam i. e. a gemino ovo, ut inquit Horatius. Tu quaeso, boni consulas, nam aliter fieri non potest. Sed veniam ad id, quod institui. Post discessum meum a vobis, vir candidissime, recta venio *Vesenium*. Diverto ad meos, domum properans. Quod cum mei amici sentiunt, quod aliquandiu erga me ceterosque dissimularunt, tandem aperiunt, nempe id, ut verbo dicam, quo amico meo mortuo [1]) succedam. Ego renuo, nam audieram *Tiguri*, Te aliter velle, deinde pactum meum cum Dominis meis *Curiensibus* [2]) edissero. In summa, omnes vires meas in hoc colligo, ut intelligant, id quod petunt non commodo fieri posse. Postremo, quum vident, me fortius reniti, rogant me cum ceteris et enixissime, ne digrediar ab ipsis donec aliquid responsi abs Te acceperint. Nam eorum animi tunc ipsis praesagiebant, Magistrum *Gregorium* non venturum. Polliceor, modo hoc fiat non invitis Dominis meis *Curiensibus*. Itaque hoc pacto proficiscor *Curiam*. Vocant me per Literas *Vesenium*. Non venio. Tandem mittunt *Curiam* proprium tabellionem, qui me vocet, et sedulo dicat, ne me hujus itineris pigeat et veniam. Venio. Negotium mihi proponunt, arbitrantes forte me posse persuaderi, ut perpetuo maneam. Respondeo, quod prius responderam, nempe hoc, me illis nullo pacto morem gesturum, cum Tu aliter fieri censeas. Non dubitamus, inquiunt, si sciret *Zuinglius* omnem rem, et quibus insultibus hic Evangelium adhuc sit obnoxium, aliter sentiret. Imo, inquiunt, nunquam eo veniet evangelicum negotium hic, ut non opus fuerit nobis doctissimo et constantissimo homine, quique ora possit obstruere contradicentibus. Nosti, dicunt, portum hunc, et quam frequens iter sit per nostrum pagum, denique nosti, inquiunt, colluviem hominum etc. *Zuinglius*, dicunt, mittet unum, sed minime vocalem, si verum est, quod audivimus. Audiamus, inquio, cum. Quid si graciliorem vocem habeat, modo bene praesit et doceat. Ubi invenietis illum, qui sit ad unguem factus et in quo prorsus nihil desideretis? Nolite respicere mortuum amicum meum. Non est unus aut alter, qui ei conferri potuerit. Dandum erit aliquid penuriae etc. Mentiri non est meum, Vir sincerissime. Dispeream, si aliter factum sit. Venit *Rudolphus de Britten*, quem Tu miseras. Homo, meo judicio omnino candidus, neque S. Literarum ignarus. Concionatur. Et certe bene. Dimittitur, sed hac conditione, ut revertatur, si iterum vocetur. Quod dubio procul ab eo probe intellexisti. *Rudolpho* digresso redeunt ad me iterum, pristinam occinentes cantilenam, obsecrantes quoque, ut Tibi scribam hoc se non dubitare si rem adamussatius perceperis perpenderisque, Te in aliam sententiam trahi posse. Non resisto, sed semper admoneo, ne quid inconsultius agant, cujus mox poeniteat. At a legato audies nimirum omnia melius. Nunc audi conditionem

---

[1]) *Gregorius Binzli* qui parochus *Wesenii* fuerat.

[2]) Quippe qui ludimagister *Curiensis* fuerit.

meam *Curiae* et omnem statum Reipublicae *Curiensis*. Postea, ut es vir prudens et sagax, facile pronunciabis, quid hac in re et *Vesenien-sibus* et mihi faciendum fuerit, nam Tu solus es, qui me fovet, Tu mihi Pater es, et de quo mihi omnia polliceor. Quod Tu jubes jusserisque ego faciam et libenter et diligentissime. A Dominis meis annuatim (ut sic dicam) habeo 28 aureos et aedes. Caetera consistunt numero scholasticorum, quorum non parva copia, si desaevierit pesti-lens illa pestilitas. Labor autem est supra modum improbus, et qui plus mihi eruditionis surripiat, quam addat: Nam omnes germanice discunt. Hic nemo promovet bonas disciplinas et meliores Musas, neque ii quoque, qui Evangelio praesunt, imo videntur mihi bonis literis bellum indixisse. Sic ego sum pulverulentae scholae Magister, et praeterea nihil. Domini mei sunt paulo avariores, quam par sit. Disperso propter pestem scholastico grege addiderunt salario meo di-midiatum aureum hebdomadice, si in urbe fuero, sed si extra urbem rebus meis consuluero, cum mihi nunc sit otium, non dant. Quasi mihi non edendum sit, si peregre egero. Ad haec polliciti sunt mihi aedes scholicas et Scholae tantum destinatas, sed nusquam adhuc adparent. Dico Tibi, haec apud nos nemo considerat. Neque ii, qui sibi videntur favere Evangelio supra modum, neque ii, inquam, qui haec ad nauseam usque inculcare deberent. Non credo, unquam eo venturam rem Evan-gelii, ut apud nos floreant bonae artes. Sunt quidam tam stolidi et ignavi, etiam ex Primoribus, ut in vos rejiciant *Tigurinos*, *Ber-nenses* et *Basileos*. Si tantum 20 haberem pueros, qui latine disce-rent, non veniret mihi in mentem, ut discederem a *Curia*, sic mihi cordi est res evangelica, sed Tu non potes credere, quam barbara et indocta sit Rhetia tota. Miror, quid quidam praedicent, etiam Evan-gelici, cum ne a limine salutarint latinam linguam. Haec, vir doctis-sime, quamvis mecum non raro volvam, tamen semper est, quod me retineat. Domini mei etsi avari sint, tamen mihi faciunt, quod nemo alius sperare audebit. Et quod magis est, si non sum vanus Augur, si ego recessero, vix fiet, quod ludum literarum retineant in Urbe. Tam efficax est dira avaritia. Haec cum mecum perpendo, sic perplexus fio, ut nesciam, quo me vertam. Imo lupum auribus teneo. Cum video evangelicum negotium tam misere agi, discruciat me, et apud me saepe paro abitum. Cum autem considero, quid accidere possit, me disce-dente, maneo, sed non sine nausea. Sumus enim omnino tepidi, et omnes in summa. Rem totam intellexisti, Vir Candidissime, Tu con-sule, quid faciendum sit, et ocius, si tantum otioli nancisci poteris. Ego me *Vesenii* neque intrusi, neque intrudam. Ego tuus sum. Tu me nunquam, scio, deseres, etiamsi non sim *Vesenii*, neque *Curiae*, etsi mihi non displiceret *Vesenium*. Caussam ex Te conjicere potes, nisi Tu aliter suaderes, et Evangelium, cui omnes inservire debemus, discusso omni affectu. Apud nos habemus bonum hominem, neque indoctum, et quibus in *tribus Ligis Malantz* scilicet omnes papisticas abominationes proscripsit. [1]) Hunc ego indicavi *Vesenensibus*. Sed

[1]) *Johannes Blasius.*

volunt prius experiri, an me habere possint. Quod ubi fieri non potest, Te aliud suadente, precor Te, si Tibi non displiceat, ut eundem Tu ipsis quoque proponas. Certe homo est bonus, pius, constans, neque Ebraicae linguae prorsus ignarus, et quod mihi magnum videtur, plane *Tigurino* more i. e. doctissime et christianissime Evangelium doctus Tu, vir humanissime, me bene intelligis, et melius me nosti, quam, sim rudis. Summa: Tu omnia bene ages. Vale. *Vesenii* 5. die Oct. 1527.

Ne Te pigeat respondere per schedam precor, nisi Te alio vocent negotia. Parce tumultuariae Epistolae et verbosae.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio, viro et pietate et summa eruditione conspicuo.

LXXXVI.

Nicolaus Baling Zuinglio.

Nicolaus Baling, *Huldrico Zuinglio* Salutem dicit innumeram. Quae nunc abs Te vir doctissime, libenter audirem, sunt forte leviora, quam quibus Te, jam longe severioribus deditum, obtundere et debeam et velim, sed ne omnino voto meo destituar, hocque, quod me supra modum angit, resciscam, *Megandro* super hoc scribam, qui mei vice haec ex Te solo, ut Plautus inquit, omni impedimento excusso sciscitabitur, Tu ne aegre proloquaris iterum iterumque precor. Vale vir sincerissime, et ut Te diu fruamur superstite faxint superi.

LXXXVII.

Zuinglius B. Hallero et Franc. Kolbio.

Gratiam et pacem a Domino. Ad Benedicti quaestiones duas sic habete. Nobis omnino ea sententia probatur, quae putat redditus ad missandum pro defunctis institutos, in aerarium pauperum redigi aequissimum esse. Pauperes enim Christus nobis nunquam defore dixit, in quos beneficia nostra conferamus. Hoc autem opportunissimum videtur, ad declinandum tum dissidium, tum invidiam. Sic autem lex statui potest, ut quicquid jam manucaptum sit in missandi usum, istuc quo diximus referatur; quicquid autem nondum manucaptum sit, retineri possit ab his, qui propediem amandaturi erant in manum sacerdotum. Apud nos nunc ferme 1300 floreni quottannis pauperibus, ex sacerdotiis et anniversariis cedunt. Secundo apparet mihi, coenam non subito esse incipiendam: sed continue interim desiderium ejus incendendum, quo pii magis ac magis urgeant. Ibi nobis praebebitur ansa et obsequendi, et negandi: obsequendi, quum dicetis paratos esse ad celebrandum coenam; negandi, quum dicetis nefas esse in una eademque ecclesia duplicem servari usum, alterum apostolicum, alterum autem antichristianicum; fieri enim posset, ut si missa primum non esset abolita, et nihilominus vos cum ecclesia celebraretis coenam, ut paucis in angulum aliquem conglobatis, permit-

teretur in sacello aliquo missa. Iam quemadmodum in Bohemia educarentur diversae familiae. Sed si missa in solidum exautoretur, nihil hujusmodi metuendum erit. Hoc consilium Dominus nobis olim revelabat, cum apud nos esset missa abroganda. Et nisi ad hunc modum egissemus, pars adversa obtinuisset, ut in recessu aliquo liceret eis missare. Quum autem publica esset autoritate antiquata, jam nemini licuit ejusmodi quicquam moliri. Valete, XI. Die Octobris, anno 1527.

LXXXVIII.

Oecolampadius Zuinglio, dilecto fratri.

Salve in Christo, mi Frater. Adhic *οἱ ἀσεβεῖς* sua dogmata stabiliunt, in observando Papisticae Missae ritu: Unde rurales sacerdotes vel ad pristinam oportet redeant impietatem, vel suo munere defungantur. Nos, ut apparet, toleramur magis, quam fovemur, idque, quoad et in nos vel occasiunculam inveniant. Sed speramus, Dominum consilia, quae contra gloriam nominis ejus, dissipaturum. In Senatu res satis turbulentae. Id quod referre poterit qui Litteras reddit.

Ceterum *Capito* ex *Argentorato* scribit, quod Tibi nuntiari per me vult, tyrannidem novi Pontificis, *Lutherum* putat, indies robur sumere, et conjurasse nuper aliquos de brachio seculari, super ordinatione sanctae Matris Ecclesiae Wittenbergensis, descriptos articulos inquirendi hareticos, recepta vulgo praejudicia: Ne quis *Zuinglianus*, ne sectator *Oecolampadii*, neque qui ex Argentorato appulerit, qualis qualis sit, admittatur curae postorali. Schwermeri dicimur, et invincibiles phanatici, nisi sacrosancta synodus provincialis modum fecerit. Excommunicationem minantur. Haec *Saxonici*. — At *Capito* cogitat nunc de copiis adversus illos producendis. Et profecto modis omnibus enitendum est.

Nuper cum Christophoro ad Te scripsi, de quo nondum accepi responsum. *Osiandri* impudentiam detestantur plerique omnes. Regnum Dei in Verbis phaleratis non consistit. Inepta quaedam adversus me edidit *Straussius*. [1]) Nolo nunc respondere, nisi fratres urgeant. Verto ea, quae *Cyrillus* adversus *Julianum* apostatam scripsit. [2]) Libros fere tres verti, nimirum doctissimos. Fac ut Ecclesia Tua pro nostra oret, ut aliquando confortetur ac prosperetur. Infirmior enim est. Et Tu quoque bene vale, hostium Christi ac Tuorum victor. — Datae *Basileae* XV. Octobris 1527. Tuus *Oecolampadius*.

Thomas [3]) *Augustinianus* meus Te plurimum salutat.

---

[1]) Qui libellus haec inscripta habet: „Das der war Leyb Christi und seyn heilig Blut im Sacrament gegenwirtig sey, richtige Erklärung auff das neu Büchleyn D. Johannes Hausschein, diesem zuwider ausgangen. Jesu Christi und aller Glaubigen Diener Jakobus Strauss zu Markgraff Baden 1527. 4.

[2]) 1528 edita sunt *Cyrilli* opera latina *Jo. Oecolampadio* et *Georgio Trapezuntio* interpretibus. 3 Tom. Basileae, fol.

[3]) *Geyerfalk*.

LXXXIX.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Accepi Literas Tuas, mi frater. Quae *Argentoratum* mittendae fideliter curabuntur. Quod autem *Hosiander* gloriolae suae consuluit, nihil praeter exspectationem egit. Nondum potui videre quid praeluserit, tametsi nihil referat etiam non videre. Sed nostram caussam bonam neutique malam efficiet, quantascunque artes adhibeat. *Bucerus* misit huc Epistolam *Vaivodae*, et sunt boni quidam, cupientes vernaculam excusam. Veruntamen hic non invenio huic negotio aptos Typographos. Nollem calumniatoribus dari ansam, nos esse autores, quominus obstetur *Turcae*, molestissimo Tyranno, tametsi non inutile foret, injustitiam Principum detectam, si forte confusi resipiscant. Quid enim illis sperandum? Quando victores erunt? Si pergent suam tyrannidem exercere? Annon flagellum hoc Deus excitavit propter peccata nostra? Sed Tu cum Tuis dispice, quid faciendum. Vale, cum omni domo tua. *Basileae* X. Nov. 1527.

Oecolampadius.

XC.

Bertoldus Hallerus Zwinglio.

Gratia et Pax a Domino. Carissime frater, scias Dominos tuos [1]) tam repente a nobis discessisse, ut mihi vix epistolas omnes perlegendi tempus concessum sit; attamen festinavi tibi respondere omniumque rerum te certiorem facere. Nobis admodum gratum est, quod controversia de Missa typis exscripta est. Quam decem concionibus satis longo otio imitatus sum. Sed ne *Oecolampadius* in Dominos suos indignetur quippe qui etiam contra eum rationem quaerant. Has literas *Joannes Kimo Friburgensis* bibliopola noster, qui sacerdos fuit, per tabellionem mittet, ut Veneris die sine mora a vobis rursus expediri possit, et si non nummos praesentes miserit, libenter sponsor ero, ut pecunia post S. Martini solvatur et mittatur. Deinde quod attinet ad *Marcum* [2]) in *Steig* [3]), etsi ei parochatus reddendus denuntiatus est, nihil nocebit, namque parochiales cum amoveri non patiuntur et brevi Dominos adibunt, ea enim tua sententia est. Sunt etiam alii parochi, qui cum parochialibus suis eadem ratione agere volunt. *Petrum Cunzenum* [4]) impelle, ut rem fortiter aggrediatur, nam simulac conjugium suum palam fecerit, omnes parochi *inferioris* vallis *Siebenthal* cum aliis accedent. Porro scias, incolas vallis *Emmenthal*, scilicet *Langnovienses* et *Ruderisvilenses* Senatum adiisse Missamque missam fecisse et Dominos meos rogavisse, ne parochos suos amoverent,

---

[1]) Legati *Turicenses Bernam* missi.
[2]) *Peregrinus.*
[3]) Apud *Interlacum.*
[4]) Parochus *Erlenbacensis* in valle *Siebenthal.*

se enim spondere, Scriptura probaturos esse, Missa blasphemari Deum. Itaque Senatus eis veniam dedit, ut parochi et parochiales omnino Missa carerent, donec aliud quid decernatur. Quare *Bollingensis* quoque parochus cum parochialibus suis Solis die ante Omnium Sanctorum a Missa destitit. *Rohrbacenses* jam diu destiterunt, tamen Senatus Missa sublata parochum eorum in munere manere patitur. In urbe nostra autem Capellanus quoque, praebenda ex Collegio donatus, qui mecum *Thermis* fuit, a Missa destitit et Canonicos hortatus est, ut nos praedicatores Dei verbo superarent, vel ut secum aliisque Senatum adirent rogatum, dignum Christianis respectum habere velit, ne Deum blasphemare cogantur. Cui nihil responsum est, sed res adhuc suspensa est, quamquam Senatui indicata est. Ex quo collegium opificum, quod partim praebendas et altaria in Ecclesia collegiata et coenobiis habet, Missam suam, Anniversarios, Patrocinia et Praebendas sustulit, scilicet sutores, textores, mercatores, pistores, lapicidae, fabri lignarii, sperantes, coriarios, fabros ferrarios et sartores brevi secuturos esse. De qua re Senatus deliberavit et decrevit, 8 diebus post S. Martini cum Civibus se consessuros esse, eam rem diligenter cognituros, vel provisuros communem disputationem hic *Bernae* habendam cum omnibus sacerdotibus omnis suae ditionis, ita ut omnes gaudeant sperantes honorem Dei et ejus verbum admodum adjutum iri. Nunc res in eo est ut decernatur, qua ratione ea disputatio peragenda sit. Sunt quibus videatur, ad eam 4 Episcopos, *Lausannensem*, *Basileensem*, *Constantiensem*, *Sedunensem* cum doctis eorum vocari, qui sine dubio cum Oligarchis consilia sua machinabuntur; *Tregarium* suffraganeum *Frisingensem* [1]), *Constantiensem* vel alios multi ubique locorum eam disputationem nuntiaturos et doctos vocaturos; quemadmodum apud vos factum est, itaque palam in ecclesia disputari. Idem sperant, *te* cum *Oecolampadio* aliisque doctorum vestrorum non afuturum esse, quod quidem admodum opus erit. Sunt etiam quibus videatur, nos duos solos arcessi certaturos cum sacerdotibus pagi nec quemquam peregrinorum admitti. Fortasse enim in *Eccium* irati sunt. Hac igitur in re bonis consiliis tuis opus est, quidnam instituendum sit. Si enim Episcopi cum doctis suis, et undique vocati erint, spes nostra erit, aut te ipsum aut alios tuo nomine doctos quorum multi et idonei *Turici* sunt, venturos esse. Si autem soli clerici *Bernenses* vocati erint, Oligarchos aut machinaturos esse existimo, ut iterum rustici [2]) suffragiis vincant ut novissima Pentecoste, aut *Tregario* clam eam mentem injecturos esse, ut aut Missam denuo rusticorum suffragiis sanciat aut res aliter turbetur et nihil proficiatur. Atque si res unquam huc ceciderit, ut nobis disputandum sit cum solis clericis nostris, te rogo, nobis tuorum unum rei parem, scilicet *Pellicanum*, *Sebastianum*, *Leonem*, *Mycónium* aliosve sumptibus nostris mittere non recuses,

---

[1]) *Augustinus Marius Basileensis.*

[2]) Scilicet Lunae die post Pentecosten, 21. Maji 1526 major pars delectorum populi rus incolentis in eam sententiam pedibus ierunt ut vetus religio retineretur. (Vid. Mausol. Bern. I, 390. 391.)

ne honor verbi Divini propter imperitiam nostram blasphemetur. Tamen haec est sententia nostra, ut consiliis tuis utpote viri periti utamur, quomodo res omnibus partibus aggredienda sit; quare nobis dicas quae tibi videantur, ut honori Dei et concordiae confoederatorum consulatur. Haec autem nobis per bibliopolam nostrum vel per alium certiorem ex tuis, qui ad mercatum venient, nuntiare velis, ut nostri in Senatu consilium dare possint, de quo cives suffragia ferant. Tu idem, si opus fuerit locos cuique tradendos, vel tandummodo die disputationis proponendos componere, nobis officium tuum praebere velis. [1]) Existimo enim, viros illos sibi de Sacramento, de Missa, de Simulacris, de Sanctorum intercessione, de Purgatorio, de Matrimonio Clericorum responderi postulaturos esse. Mihi etiam persuasum est, *VIII pagos* in disputatione *Badensi* permansuros esse. In summa sat tibi sunt quae te rogavimus, et nimirum intellexisti quae sit nostra indigentia. Adjuva nos consilio operaque ut omnes fratres te adjuturum confidunt. Praeterea scias Oligarchorum unum *Kuttlerum* Vexillarium (quem *Hallerus* novit) *Emmenthalienses*, qui de Missa egerunt, conviciis affecisse, eosque omnes qui Missam nihili aestiment, pueros, hareticos et homines laseivos nominavisse. Quamobrem rustici commoti sunt ut ille coram Senatu convicia revocare cogeretur; in qua re neque cives neque Emmenthalienses acquiescunt et magna perturbatio irrumpit. Quamquam Jovis die de ea re agetur. Novus ludimagister, scilicet *Bruggensis*, prioris administatoris coenobii *Regiofeldensis* filius, creatus est. Quem tamen non novi. Dicitur autem doctus esse et quidem literas graecas et *Wittenbergae* literis studuisse. Munus nondum iniit. Monialem *Regiofeldensem* in matrimonio habet, adhuc *Erlacensium* a tabulis fuit [2]) ubi nunc *Manuel* Praefectus est. *Trempius* me jussit tibi scribere, propter repentinum discessum Dominorum tuorum nihil actum esse, neque facile esse agere, propter varias turbas, absentibus multis amicis, quorum pars abierunt ad vindemiam pars luem effugitum. Tamen se cum aliis nihil moraturum esse et acturum quemadmodum ad rem sit et tu confidas se acturum. Deum instanter oremus, ut res ex ejus voluntate cadat. Quod attinet ad stipendia peregrina omnes incolae pagi tantopere instant ut amplius constare nequeant. *Jacobus Majus* et Dominus a *Crau* cum aliquibus manipulis *Romam* profecti sunt, *Pontificem*, puto, restitutum. Dic *Hallero*, *Im Hag* non solum esse Senatorum et Civium, cui Dominus manus stipendiis peregrinis intercluserit; dic eidem, me viro quidem idoneo quem mihi literis collocandum commendavit, consulere non posse. In urbe enim multae quidem praebendae vacuae sunt, sed non deferuntur et quomodo res se habeant per pagum mihi ignotum est. In summa omnia id genus differuntur propter disputationem. Te rogo, ne mihi rescribere recuses. *Kimo*, bibliopola rogat curare velis ut primus sit cui libellus venum detur ne

---

1) *Hallerus* in margine adjecit: „Audio *Thunenses* conjugatum sacerdotem, *Mauritium Obervitensem*, Hallero notum, hoc mandato edito parochum elegerunt. Quem si elegerunt etiam ejus munere utentur."

2) *Eberardus Rümlangensis*.

alii eum praevenjant. Praeterea apud nos fuit *Mathaeus Bruggensis* et ejus amicus. Qui nobis narraverunt, quomodo res se habeant *Basileae*. Quamobrem apud nos opus est omnibus partibus Oligarchiae viam intercludi. Nostri praecipitibus consiliis utuntur, sed inconstantes, timidi neque ardentes sunt. Ora Deum pro nobis. Scripsi festinanter, quippe qui non speraverim Dominos tuos tam repente discessuros esse. Te non celabo quae scire opus est. Dedi undecima hora 4. Nov. 1527.

Tuum ex animo minimum numisma. (*B. Hallerus.*)

Salvi sint omnes. Animus meus summo dolore affectus est, quod non satis mihi cum *Roestio* loqui licuit.

90.

Berchtold Haller an Zwingli.

Gratia et Pax a Domino. Allerliebster Bruder, wisse, dass deine Herren so schnell von uns abgescheiden sind, dass mir kaum die Briefe alle zu erlesen Zeit gelassen ist; jedoch habe ich geeilt, dir zu antworten und aller Dingen zu berichten. Wir sind wol zufrieden, dass der Messhandel gedruckt ist. Ich habe ihn mit 10 Predigen mit guter Muss imitirt, allein dass Oecolampadius gegen seine Herren kein Unwillen erwachsen möge, dann sie vielleicht auch Ursach gegen ihn suchen. Hiemit so wird unser Buchführer, ist ein Priester gsin, Joannes Kimo von Freiburg, seinen Boten schicken, dass er auf Freitag unverzüglich bei Euch gefertigt werde, und ob er nicht bar Gelt schickt, wil ich gern Bürge sein, also dass nach St. Martinstag die Bezahlung soll geschikt werden. Dann von Marcus wegen zu Steig, so ihm die Pfrunde abgekündet ist, wird nichts irren; denn seine Unterthanen werden ihn nicht lassen, und in kurzem vor die Herren kehren, wie dann deine Meinung ist. Es sind andere Pfarrer mehr, die mit ihren Unterthanen desgleichen thun werden. Halt Petro Cunzeno an, dass er die Sache männlich angreife, denn sobald er öffentlich seine Ehe bekennte, würde das ganze Nieder-Siebenthal mit sammt andern Pfarrern beistehen. Hiemit wisse, dass die Unterthanen aus dem Emmenthal, nämlich von Langnau und Rudersweil, vor Rath gekehrt haben, und die Mess aufgegeben und die Herren gebeten, wollen ihnen ihren Pfarrer unvertrieben lassen, denn sie erbieten sich Rechts, mit der Schrift zu erhalten, dass die Messe eine Gotteslästerung sei. Also hat ihnen der Kleine Rath verwilligt, die Pfarrer und Kirchgenossen ohne alle Mess zu dulden bis auf weitern Bescheid, also ist der Pfarrer zu Bollingen mit seinen Unterthanen auf Sonntag vor omnium Sanctorum auch von der Mess gestanden. Die von Rohrbach sind längst abgestanden und doch ihr Pfarrer ohne Mess geduldet. In unsrer Stadt aber ist ein Caplan, so mit mir zu Baden war, und von der Stift belehnt, auch von der Mess gestanden, und die Chorherren ermahnt, sie sollen uns Prädikanten mit dem Wort Gottes hinter sich stellen, oder mit ihm und andern vor den Rath kehren, den bitten, dass er ein christlich Einsehen thue, damit sie nicht genöthigt

werden, Gott zu lästern. Dem ist nichts zu Antwort worden, sondern hanget noch also, doch ist es einem Rath eröffnet. Auf solches haben die Gesellschaften, so zum Theil Pfrunden und Altar haben, in dem Stift und Klöstern ihr Mess, Jahrtag, Patrocinia und Pfrunden abgestellt, nämlich Schuhmacher, Weber, Kaufleute, Pfister, Steinbauer, Zimmerleute, in Hoffnung, die Gerwer, Schmiede und Schneider werden in Kurzem folgen. Hierin hat sich der Kleine Rath berathen und beschlossen, dass auf 8 Tage nach Martini er wolle sammt den Burgern darüber sitzen, und ein treu Einsehen thun, oder ansehen eine gemeine Disputation hie zu Bern, mit aller Priesterschaft ihrer Lande und Gebiete zu halten, dessen sich jedermann freut, in Hoffnung, es werde die Ehre Gottes und sein Wort gewaltig fördern. Nun liegt die Sache daran, mit was Fug solche Disputation gehalten werde. Etliche vermeinen, die 4 Bischöfe von Lausanne, Basel, Konstanz, Wallis dazu mit sammt ihren Gelehrten zu fordern, die werden ohne Zweifel mit den Oligarchen ihren Anschlag haben, den Tregarium, Weihbischof von Freisingen, von Konstanz oder andere zu schicken, und dannethin aller Orten solche Disputation zu verkünden und ihre Gelehrten fordern, wie dann bei Euch beschehen ist, und also offentlich in der Kirche lassen disputiren. Sind auch in Hoffnung, Du mit sammt dem Oecolampadius und andern euern Gelehrten werden nicht ausbleiben, als fürwahr die Noth erheischen wird. Etliche aber vermeinen, allein uns beide darzustellen allen Priestern auf dem Land und niemand Fremder zuzulassen. Sind vielleicht ab Ek ergrimmt. Hier nun ist vonnöthen, dass Du in solchem Fall deinen treuen Rathschlag gebest, welches doch anzurichten sei: denn so die Bischöfe mit ihren Gelehrten und alle Orte dazu berufen werden, versehen wir uns wohl, du werdest entweder mit deiner Person, oder mit andern Gelehrten, so wohl und viel zu Zürich sind, erscheinen. So aber allein die Bernerpfaffen beruft, achte ich, die Oligarchen werden entweder ein Puren-mehr als auf vergangene Pfingsten anrichten, oder heimlich hinterrucks uns einen Tregarium einschläufen, damit entweder die Mess von Neuem mit der Puren Mehr bestätigt, oder die Sache sonst turbirt und nichts ausgerichtet werde. Und so solches je gerathen würde, allein mit unsern Pfaffen zu disputiren, bitte ich dich, wollest uns der Deinen einen, der Sache tauglich, als Pellikanum, Sebastianum, Leonem, Mykonium oder dergleichen in unsern Kosten nicht versagen, damit die Ehre göttlichen Wortes um unserer Unwissenheit willen nicht gelästert werde. Doch ist das unsere Meinung, du wollest deinen Rathschlag geben, als ein Erfahrner, wie die Sache anzugreifen in allweg sei, was dir gefalle, damit die Ehre Gottes und Einigkeit der Eidgenossenschaft gefördert werde, und wollest uns bei unserm Buchführer oder gewissern Botschaft der Deinen, so auf den Markt kommen, berichten, damit die Unsern im Kleinen Rath können einen Rathschlag geben, und er von den Burgern gemehrt [1]) werde. Ob es auch Noth würde sein, uns Artikel zu stel-

[1]) Ermehrt.

len, und die Jedermann zuzuschicken, oder allein auf dem Tag des Gesprächs darzulegen. Ich achte wol, die Herren werden Bescheid fordern vom Sakrament, Mess, Bild, Heiligen-Fürbitte, Fegfeuer, Pfaffen-Ehe. Ich gedenke auch wol, die VIII Orte werden bei der Disputation von Baden bleiben. In Summa, du hast genug unser Bitt und Begehr, unser Mangel und Presten verstanden. Hilf und rath, als alle Brüder dir vertrauen. Hiemit wisse, dass der Oligarchen Einer, Venner Kuttler (Haller kennt ihn) hat die Bauern aus dem Emmenthal, so von der Mess wegen handelten, gescholten, und alle die, so nichts auf die Messe halten, Buben, Käzer und Gögel-Leute. Sind die Bauern bewegt, hat sie müssen vor einem Rath entschlagen. Dessen haben die Burger, auch die Gemeinde nicht ein Begnügen und reisst viel Unruhe ein. Doch auf Donstag wird die Sache gehandelt. Ein neuer Schulmeister von Bruk, des alten Hofmeisters zu Königsfelden Sohn, ist erwählt. Ich kenne ihn nicht. Sie sagen aber, er sei gelehrt, graecus, und habe zu Wittenberg studirt. Ist noch nicht aufzogen. Hat eine Nonne von Königsfelden zur Ehe und ist bisher Stadtschreiber zu Erlach, da Manuel Vogt ist, gsin. *Trempius* hat mir befohlen, dir zu schreiben, dass von wegen des schnellen Abschieds deiner Herren nichts gehandelt sei, sei auch nicht wol möglich zu handeln, von mancherlei Unruhen, von Abwesen viel guter Freunde, so im Herbst zum Theil sind, etliche den Sterbend geflohen. Doch wolle er mit sammt andern, ganz nichts säumig sein und handeln, als der Sache gebührt, und du ihm vertraust. Wir wollen Gott treulich bitten, dass es nach seinem Willen gerathe. Der Pensionen halb dringt alle Landschaft und Gemeinden darauf, dass nicht möglich ist, dass sie bestehen mögen. Jacob Mai und Herr von Crau sind mit etlichen Fähnlein gen Rom zuzogen, wollen, meine ich, den Papst wieder einsetzen. Sage Haller, der Im Hag sei nicht allein, der Herr habe noch mehren von Räthen und Burgern die Hand vor den Pensionen beschlossen. Er schreibt mir, von einem guten Gesellen zu versorgen, weiss ihm nicht zu helfun. In der Stadt sind viele Pfrunden ledig, werden aber nicht verliehen. Auf dem Land habe ich nicht Kundschaft. In Summa, alle dergleichen Händel werden aufgeschlagen um der Disputation willen. Ich bitte dich, wollest ohne Antwort mich nicht lassen. Es bittet Kimo, der Buchführer, wollest helfen, dass er erst Mann möge sein, das Büchlein zu kaufen, damit andere ihm nicht vorlaufen. Es ist bei uns gsin Mattheus von Brugg und sein Gesell. Haben uns angezeigt, wie es zu Basel steht; darum ist Noth, dass in allweg bei uns der Oligarchie der Weg versperrt werde. Man ist bei uns gäher Rathschläge, aber unbeständig, furchtsam und nicht eifrigst. Bitte Gott für uns. Geben in grosser Eile, denn ich mich nicht versehen hatte des schnellen Abscheids deiner Herren. Was Noth ist, zu wissen, werde ich dir nicht verhalten. Datum um die 11te Stunde den 4. Nov. 1527.

Tuum ex animo minimum numisma. (B. Hallerus.)

Salvi sint omnes. Mir möchte das Herz brechen, dass ich nicht genug habe mögen reden mit Röstio.

XCI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo dilecte frater. Responsionem nostram Senatui oblatam [1]) omnes boni consulimus, quod excudatur, idque multis nominibus, maxime, quod quidam ad alias scripsere civitates, Senatum nostrum expendisse utriusque scripta, et ea propter hanc sententiam tulisse, ut Sacerdotes non missantes proscribantur. Ceterum de titulo praemittendo non multum anxii sumus, quem vos isthic decernatis. Nemo ex fratribus est, qui subscribi nomen suum detrectet. Vereor autem, ne tardius literae reddantur, alioqui monerem, placere nobis hunc titulum: Antwort der Predikanten zu Basel, so von einem Ehrsamen Rath allda ersucht, warum sie geprediget haben, dass die Päpstliche Mess eine Gräuelthat für Gott und kein Opfer für die Lebenden und die Todten. Nomina vero symmystarum sub calcem censent ponenda. Septem sumus. Johannes Oecolampadius, Leutpriester bei St. Martin, Marcus Bertzius, Leutpriester bei St. Leonhard, Wolfgang Weissenberger, Leutpriester im Spital, Johannes Luithardt, Predikant zun Barfüssern, Thomas Gierfalk, Predikant zun Augustinern, Hieronymus Botan, Diaconus bei St. Martin, Balthasar Vögelin, Diaconus bei St. Leonhard. Quod si liber excusus est, nihil non movebit, etiamsi nostrorum nominum nulla fiat mentio. Sufficit enim nobis, si veritas abominationem illam summam confundat. Hisce diebus nullus nuntius obvenit, ut de titulo moneremus. Sed bene se habet, utcunque habet. Jam testari debeo, quod multum consolationis literae tuae fratribus attulerint, ex quibus perpetuo solicitum pro nobis et plane sincerum animum tuum vident. Consilia tua eadem cum nostris fuerunt, et illa quidem attentata omnia, et praetermissum ne unum quidem, majore etiam animo, et circumspectione, quam de parvitate nostra requireres. Et adhuc non cessamus obtestari, obsecrare dure et amice. Sed nondum respicit nos Dominus. Surdis eanitur fabula, et nescit remedia immedicabilis *Basel.* Cetera, quae hic acta sint his diebus, *Andreas* vester, ubi redibit, narrabit. *Capito* scribit, certa relatione (se) accepisse, multos gravissimos viros *Lutherum* dehortari a scribendo. Equidem vellem illum ut sua mala conscientia abstraheret. Salutant Te fratres omnes, in quibus nihil, quod ad Constantiam vel ad providum Zelum attinet, nunc desidero. Salvi sint *Pellicanus Leoque* cum aliis collegis nostro omnium nomine. Vale. *Basileae* VI. Nov. 1527.

Joannes Oecolampadius.

XCII.

Fridolinus Fontejus an Meister Ulrich Zwingli.

Salutem. Multis sum, Christi gratia, negotiorum fluctibus occupatus, et fere cottidie a Senatu vocor, nunc ob id, quod missare

---

[1]) vid. ep. 75.

cessaverim, nunc quod Pastores nostrarum Ecclesiarum ante tumultum, ut sibi caveant, admonuerim. Qua privatim de causa, ejus facti poenas me dare nituntur pro virili etiam Senatus conatur, cum Pontificatum abnegaverim Verbum Dei praedicare. In hac itaque re quam cito potes consule ut frater. Quare, humanissime vir, undique ab inimicis meis angor, multisque curis sum districtus, Deus brevi faciat liberari. Scias etiam me in pastorem electum ab Ecclesia in *Matt*, nescio an recte fecerim. Sed hac lege, ne missem. Sed fac consulas, qua via aegrotos visitare debeam, quum amplius non consecrem hostias. Nam mox dicent: Parum esset non celebrare Missam, sed etiam non visitant infirmos Sacramento. Item prae manibus est, Oligarchos rem muneribus aggredi velle. Etiam nebulo quidam (*Philippus* bene novit Tibi nomen pronunciare) ut antea *Philippum*, nunc in ejus absentia uxorem ejus, de hac re convenit, qua propter fac *Philippum* hoc de negotio convenias, ac illi ut in hac re consulas, an pecuniam porrectam accipere clam debeat, an non, quo postea manifestet quorundam nequitiam. Vale et me, ut facis, ama. Mitte, si potes, mihi *Oecolampadii* responsionem ad Senatum *Basileensem* de Missa. Ecclesiae etiam omnes commendant Tibi pastores ab Oligarchis expulsos. [1])

Fridolinus F. (Fontejus.)

XCIII.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax Frater in Domino observande. Nihil abs Te Literarum diu accepimus. Auguramur omnia esse in tuto, neque fortasse incidisse interea, quod nos scire referat, et tamen literae vestrae nunquam non prosunt. Fama huc adversa, sed incerta, nunciat, quam suspiciones vehementer adjuvant. Nisi quod a Deo pendere novimus, cujus ratio est, ex desperatione in summam spem perducere. Stabilis tua Ecclesia est. *Basileensis* mutabilitas cogitationes infirmorum facile commovet, sed qui Deo firmiter insistunt. haud commoventur tam levi aura. Nobis importune obvenit, nam de abrogandis Missis studia tum concitabamus, quae ea remora paululum tardantur. Sed quid? Num et vobis praesente Deo omnia? O metum inanem victoriarum, sicut rursus miserum fuit audire pridem victos, quos victores

---

1) Quum populus, qui Pentecoste convenerat, paulo pluribus suffragiis vincentibus, V pagis pollicitus esset, in veteribus religionis moribus se permansuros esse; tumultus ortus est, rumore perlato, praedicatores aliquos invasum et captos abductum iri, qui tamen vanus apparuit. Senatus autem tres parochos e pago expulit. Deinde jussit: ut sacerdotes pro suggestu nihil aliud nisi Evangelium et Epistolas docerent nullis alienis rebus additis. Tres parochiae (scilicet: *Schwanden*, *Betschwanden* et *Matt*) sacerdotibus caruerunt, namque major pars eos parochos habere voluit, qui novam doctrinam sequerentur, quod tamen Senatus non passus est. (*Valentini* et *Henrici Tschudii* Chron.)

optabamus. Atque utinam ferocia mentis in simplicem gregem ac triumphos convertat. Imo persuasum habeo, neque qui cadunt, neque qui vincunt, in nos quicquam posse, siquidem potiori Imperatori nomen dedimus. Et qui stipendia sine adversariis mereremur? Quamobrem omnia nobis in bonum cedunt. Atqui legere tuas avemus. Ad nostra propius et apertius. *Anabaptistae* in dies novi exoriuntur, novaque adferunt extra omnem gloriae Dei rationem. Quibus Elenchus mirifice afficit. Doleo bonos involvi. Iterum doleo pejores, quamprimum sunt initiati illis mysteriis, fieri plerosque. Qui sunt inter eos tolerabiles, minus odiosa sua tuentur. Neque tamen a sententia discedere volunt. Dum nostris respondere nequeunt, occlamant: Verbis linguam vos, sed pectus Dominus diversa persuasione vicit. Quibus dum objicimus scopum scripturarum, ad cujus vim sint explorandi spiritus, an sint ex Deo, nec ne, tristes discedunt, simillimi vietis. Et hac via mitescent, nisi me fallunt omnia. Ceterum Eucharistiae caussam vehementer promovistis proxima scriptione. *Brenzius* adhuc ineptit. Auxilia habet non admodum fida. Plerique nos, tanquam vestrae sententiae complices, amice salutant, et agnoscunt pro fratribus. Id quod gradus est ad unitatem. Nam alii nos fortiter Satanae devovent. Quod nuper scripsi de *Balthasare* submerso, ex literis *Fenestrionis Wiennensis* hauseram. Hodie duo cives *Wiennenses*, qui caussa verbi exulant, paulum a literis mutant. Deductum ajunt ad arcem vicinam urbi, neque inaudiri vulgo, an extinctus sit, an nondum etiam. Sunt *Viennae* olim constantissimi professores Christi, modo *Anabaptistae* capti. Tam serpit lues haec, et optima subinde pectora corrumpit. Hoc laetor, plerumque Christum egregie confirmant, a sententiis seditiosis non tam fixe stant, mirifica Domini providentia, tot Sectis pusillum gregem dirimentis. Id facit ad insignem gloriam nominis sui et salutem Electorum. Equidem sane gaudeo, nostris Ecclesiis eam esse moderationem ut derepente neminem damnemus. Deferimus imbecillibus, quia amplectimur indigos ope, et huc vires amoris conferimus, ubi major urget imperfectio. Hac dote vincemus, mi frater. Alioqui quantos fratres quam facili momento exploderemus. Hic pestis severe grassatur. Emigrant passim pleni fiducia in Deum. Mihi nuper ereptus est puer optimus, insignis ingenii, eruditionis, ut in illa aetate, summae et paris pietatis. Et hac hora tres habeo domesticos decumbentes. Haec nostra est exercitatio. Benedictus sit Dominus. *Conradum Pellicanum*, *Leonem* et reliquos fratres oro ex me salutes, et, quam cupio videre, felicissimam vestram Ecclesiam. Tu quoque vale, mi frater. *Argentotorati* 7. Nov. 1527.

V. Capito tuus.

Inscriptio: *Huldr. Zuinglio*, Literarum atque pietatis viro peritissimo carissimo suo fratri.

XCIV.

Bertoldus Haller Zwinglio.

Quum imperitia mea tum rei necessitas me coëgit tibi vernacula lingua scribere. Deus faxit, ut nihil tamen omittam quod ad rem pertinet. Solis die post S. Martini Senatores una cum Civibus omnibus suffragiis nemine repugnante decreverunt, ut communis disputatio habeatur hac ratione: Primo, quatuor Episcopos [1]) cum theologis suis, sub poena amissionis omnium privilegiorum, quae jure episcopali in ditione Dominorum *Bernatum* praetendebant, vocatos; omnes praeterea *Helvetiae* cantones et Socios *Mulhusium*, *Rotwilam*, *Sangallum*, *Curiam*, ut et ipsi cum theologis compareant, invitatos, cuique parti salvum conductum missum iri. Parochos insuper omnes, monachos, Praelatos, Sacerdotes totius districtus sub poena rejectionis, ad disputationem vocatos. Solam sacram scripturam absque veterum glossematis, omnibus rejectis ambagibus, exceptionibus, convitiis, audiendam, ne verum pereat. Monitos Episcopos et Confoederatos actum iri de Ecclesia, ejus capite, potestate, traditionibus humanis sive praeceptis Ecclesiae, de Sacramento Missae, imaginibus, sanctorum invocatione, Purgatorio, Coelibatu sacerdotum, denique de omnibus rebus, de quibus hoc tempore controversia est. Tamen ne cui scribatur neque ab incolis urbis neque pagi quid velint Domini nostri neque quos articulos composuerimus; Domini enim nostri, quum eorum ditio tam late pateat, ut scriba civitatis nostrae eos nuntios non in omnes partes scriptos mittere possit, jusserunt, ut libellis excusis nuntiaretur, qua ratione et de quibus articulis disputandum sit. Quamquam impetravi ut mihi de ea re Turicensibus scribere liceret, ut tu carissime frater et fortissime propugnator rei Christi, si quid vitii fuerit in articulis nostris, addas demasve, ut tibi in rem esse videbitur; hos enim articulos Domini nostri praecipue illustratos volunt. Cujus rei ipse scriba civitatis nostrae, vir fidus, mihi veniam dedit. Quamobrem Domini mei vobis mittunt libellum quo exhibetur ratio disputandi et quomodo articuli excudendi sint. Dominis tuis scriptum iri existimo, ut omnes suos doctos mittant. Omnes pios hic firmissima tenet spes, te non emansurum. Nosti quantum in hac Republica situm sit. Si impares essemus oneri, quanto illud cum probro, nostro Evangeliique damno conjunctum foret. Non ignoro, reque ipsa sum expertus, tibi honorem Dei, verbi ejus, salutem Reipublicae *Bernensis*, imo totius *Helvetiae*, adeo curae cordique esse, ut non tantum nihil eorum, quae causae huic usui esse possunt, sis omissurus, sed ipse ad promovendum honorem Dei et totius rei Christianae emolumentum, Dei inimicorum vero scandalum, praesentiam tuam non denegaturus; quippe qua nobis maxime opus sit. Domini igitur tui aeque ac alii literis instanter rogabuntur; quin *Roestius*, imo tu ipse mihi spopondisti, te utique venturum esse. Si igitur qua terra VIII pagorum ditionis tibi trajicienda fuerit quae ut tibi tuta sit timueris, tibi protinus nobis nuntiare licebit, quid faciendum sit;

[1]) *Constantiensem*, *Basiliensem*, *Lausannensem* et *Vallesianum*.

nihil enim non fiet vel a privatis, quin te sumptibus suis huc et rursus domum deducant; dummodo nobis nuntietur, quomodo res incipienda sit, ne afuturus sis. Multis etiam inter nos videtur, omnino occultandum esse, si te Domini tui mittere voluerint, ne quae insidiae vel aliae fraudes irrumpant; et si tibi tempus huc proficiscendi venerit, ejus nos certiores facere velis, ut provideamus tibi quam optimam tutelam et mittamus qui te Turico abducant vel in itinere excipiant. Denique de his rebus cum Dominis tuis in occulto colloquere, ne usquam in vulgus emanet, utrum venturus sis nec ne, ut nos quoque quam maxime occultabimus, quamquam te venturum nobis certissimum est. Jam multi homines clamantes te desiderant. Age adsis, haeremus inter sacrum et saxum, et lupum auribus tenemus. At eum tractare nescimus. Nescimus Oligarchiam. Minati sunt, paucissimi tamen, Dominos hac disputatione nihil expedituros, sed posteriora semper fieri deteriora, quid pluribus, amantissime *Huldriche*, nosti me tanto oneri imparem, non modo quia et alias minus doctus sum et sacram scripturam minus intelligo, sed etiam quia imperitior sum, quam ut disputationem ita incipiendam et peragendam instituere possim, ut omnibus machinis, quae ordini et fini proposito officere possint, via obstruatur. Quare nobis viam et rationem indica, qua rem geramus, imo te ipse accinge ad eam gerendam. Apud nos sunt 16 tribus, quorum 13 Missas et Praebendas abrogaverunt, donec disputatio has res illustraverit, denique tam multa acciderunt, ut, nisi disputatio habeatur, inde magnum detrimentum et discordia in futurum natura sit. Praeterea scias, hanc disputationem non modo Senatoribus et Civibus praesentibus habendam esse, sed etiam in omnibus tribubus per legatos a Senatu singulis missos peragendam, ut Senatores et Cives sciant quid sibi sperandum sit a parochiis et omnis seditio vitetur, etiam cuique tutum comitatum praestitum et in disputatione incipienda omni severitate usum iri. Porro scias, urbis nostrae caput *Ab Erlach* rem Evangelii omnino aversari. Quamobrem nobis alii praesides quaerendi sunt, quos ut tu eligas jubemus. Quamquam *Vadianum* Sangallensem, si ad quamquam aliam provinciam suscipiendam, ad hanc idoneum esse existimamus. Qui ut mittatur nos impetraturos esse confidimus, siquidem per eum nobis certo sperare licet, eum venturum esse; et si eum conciliaverimus, etiam collegam reperiemus, quocum disputantes loqui et tacere jubeat, ex rei necessitate. Pro Dei fidem, carissime frater, utinam scias, quanto studio nos omnes nitamur, ut ex ea re aliquis fructus ad fidem Christianam redundet. Te rogamus, si tibi videbitur, nobis natali die Christi virum doctum ex tuis mittere velis, scilicet *Pellicanum*, *Myconium*, *Sebastianum*, vel *Leonem*, qui inspiciat omnem nostram indigentiam. Quod tamen sumptibus nostris factum volumus. Ne igitur te poeniteat nobis aliquem ante disputationem misisse. Quod quidem ne omittas te rogo quam maxime possum, ut nos dedolemur. *Franciscus* frater [1]), propter aetatem suam, quidem praecipue rem juvabit. Attamen uno ex illis fratri-

[1]) *Kolbius.*

hac vestris profecto nobis quam maxime opus est. Ne igitur non mittas. Deus faxit, quicunque sumtus erint, ut 4, 5 vel 8 diebus ante huc veniat. Nec non opus erit te tecum diligenter cogitare, quomodo res instituenda sit. Quamquam de his rebus pluribus inter nos colloquemur, et si Deus tibi faverit, ut res feliciter eveniat, etiam foedus cum *Constantiensibus* et *Lindoiensibus* ineundum prospere procedet. Totum negotium *Oecolampadio* communicavi; tamen nescio quid Dominis ejus videatur. Optat, *Zuinglium* nobis adesse, tum quod tardior sit consilio *Oecolampadio* et impeditior sermone. Sic enim scripsit. In summa: ipse thermis fructus est, tibi licet praesuli esse ursorum saltantium. Ajunt Mavnerum vi huc deductum iri, ut de Calendario suo rationem reddat. Quicquid sit, quisquis veniat, de tua modo praesentia certi simus; non modo ad reprimendos contradicentes, sed et ceteros confirmandos, os praesertim improborum clericorum, quorum magnus apud nos numerus, obthurandum. Etiam *Farellus* se sistet, qui lingua Francogallorum utitur. *Wattenwilliorum*, *Nolliorum*, *Trempiorum*, *Bertoldorum* aedes tibi patebunt. Eliges quascunque volueris. Omnia tibi erunt parata, modo tu paratus sis, ut confidimus omnes. Pestis non in tantum grassatur ut quempiam remoretur. De scribis quoque nos edocere velis. Scriba civitatis nostrae et *Thunensis* satis idonei sunt, praeter quos nullum novi. Rescribe festinanter, mitte tabelliones nostris sumptibus; ut sciamus, quid nobis agendum sit neque tua causa falsis opinionibus agitemur. Nam in eo caput rei positum est ut nobis confidere liceat te venturum esse. Satis jam te intellexisse puto, quae velimus. Mi frater, age ut universa urbs te aeturum confidit. En tibi misi nostras conclusiones. Auge, adime, appone, juxta voluntatem tuam, sicque excudantur, et in puncto mitte articulos, quos prelo commiseris. Etiam nobis placuit, quod palam apud nos te excusasti, apud Dominos nostros Senatores et Cives, apud universam civitatem et omnem ordinem clericorum, cur non *Thermas* venire volueris, et quod dixisti *Bernum* aliasque urbes, tibi aequos locos fuisse. Sed quid sus Minervam.

Epistolam, qua agitur de matrimonio illius adolescentis, legi, qua non opus fuit. Res quidem mala est; tamen ejus conjux vetula huc abrepta est, ex quo aliam duxit quae non magis fecunda est. Te rogo, articulos nec non titulum diligenter inspicere, mutare, corrigere, addere, demere velis prout tibi optimum videbitur. Namque eas res apud Cives in disceptationem vocare vetiti sumus. Jam nihil ultra habeo quod scribam. *Thomas ab Hofen* simulac Dominorum tuorum decretum, qui nuperrime apud nos fuerunt, scripsit, domum redit et 3 diebus post ut decuit Christianum mortuus est. Quum obsignarem has literas eodem temporis puncto scriba civitatis nostrae misit, qui mihi nuntiaret, se Dominos tuos literis hortaturum esse, ut decretae disputationis ratione libelli statim et festinanter excudendae auctores esse velint, quemadmodum eam vobis scriptam tradiderit, cui adjungantur in extrema parte articuli (quos tamen ut tu mutes, corrigas et quam optimos reddas rogamus), ita ut libelli et articuli conjungantur, neglecta

ratione qua in scribae civitatis nostrae exemplo exhibentur; haec enim omnia ex ejus voluntate fiunt. Deinde ad 100 exempla conclusionum nostrarum sejunctis libellis rationem disputandi edocentibus festinanter excudenda curare velis, quae deinde typographus statim nobis tradat, nam qui has literas pertulit non remanebit istic donec excusa erint. Omnes sumtus a Dominis nostris pensabuntur. Etiam observa, ut sponte tua soles, machinas potentium. Per Deum te rogo, mihi accurate rescribere velis de omnibus quae petivi. Jam nihil amplius habeo quod scribam, et omnia quae scripsi etiam Tremplo aliisque placent. Hoc unum tamen praeterea te rogo, ut articulos nostros etiam in linguam Latinam vertas, quippe qui *Lausannam*, *Aquilejam* et in alios locos mittantur, ubi linguae nostrae imperiti sunt et quidem neglecta ratione qua scriba civitatis nostrae eos a me scriptos habet; tamen omnino ita excudantur ut tu mutaveris. Tibi enim provinciam hanc commisimus, et quam non committeremus? Articuli etiam non sunt lecti coram Senatu. Unde nihil refert eos mutare. Jam nihil ultra habeo quod scribam. Vale. *Bernae* 19. Nov. 1527.

Tuus *Hallerus*.

Habes hic et *Trempii* literas.

94.

Berchtold Haller an Zuingli.

Ich muss von wegen meiner Ungeschicklichkeit und des Handels Nothwendigkeit schreiben in Teutsch. Gott wolle, dass ich dennoch nichts vergesse zu der Sache dienlich. Auf Sonntag nach Martini haben sich Räth und Burger gemeinlich mit einhelligem Rath, ohne alles Widersprechen, berathen, eine gemeine Disputation zu halten in Form und Gestalt wie hernach steht. Primo, quatuor Episcopos [1]) cum theologis suis, sub poena amissionis omnium privilegiorum, quae jure episcopali in ditione D. *Bernatum* praetendebant, vocatos: Omnes praeterea *Helvetiae* Cantones et Socios *Mulhusium*, *Rotwilam*, *Sangallum*, *Curiam*, ut et ipsi cum Theologis suis compareant, invitatos, cuique parti salvum conductum missum iri. Parochos insuper omnes, monachos, Praelatos, Sacerdotes totius districtus sub poena rejectionis, ad disputationem vocatos. Solam sacram scripturam absque veterum glossematis, omnibus rejectis ambagibus, exceptionibus, convitiis, audiendam, damit die Wahrheit nicht verloren werde. Monitos Episcopos et Confoederatos actum iri de Ecclesia, ejus capite, potestate, traditionibus humanis sive praeceptis Ecclesiae, de Sacramento Missae, imaginibus, sanctorum invocatione, Purgatorio, Coelibatu sacerdotum und was sich zutragen mag in gegenwärtiger Zweispaltung. Doch ist hiemit abgerathen in Stadt und Land zu schreiben unserer Herren Willen, auch unsere verfasste Artikel, und dieweil unser Herren Land und Gebiet sich so weit ausstreckt, dass unserm Stattschreiber nicht möglich ist, zu schreiben, haben unsere Herren befohlen, solche im Druck lassen auszugehen Missive und Artikel. Hierum hab ich gebetten, dass söliches zu Zürich beschech, auf dass du unser

allerliebster Bruder und Held im Handel Christi, was unsern Artiklen gebräst, mögest dazu darvon thun, nachdem dich bedunkt dem Handel gemäss. Unsere Herren begehren vornehmlich dieser Artiklen halben zur Erläuterung zu kommen. Es hats auch unser Stattschreiber, ein treuer Mensch, mir solches verwilligt. Auf solches schicken meine Herren euch zu solche Missiven und wie die Artikel zu drucken. Ich achte wol, deinen Herren werde geschrieben, alle ihre Gelehrten zu schicken. Omnes pios hic firmissima tenet spes, te non emansurum. Nosti quantum in hac Republica situm sit. Si impares essemus oneri, quanto illud cum probro, Schand, Spott und Schmach, nostro Evangelique damno conjunctum foret. Non ignoro reque ipsa sum expertus, Tibi honorem Dei, verbi ejus, salutem Reipublicae *Bernensis*, imo totius *Helvetiae*, adeo curae cordique esse, ut non tantum nihil eorum, quae causae huic usui esse possunt, sis omissurus, sed ipse ad promovendum honorem Dei et totius rei christianae emolumentum, den Gottesfeinden vero scandalum, praesentiam tuam non denegaturus. Hierin liegt aber unser Noth. Deinen Herren, wie auch andern wird treulich zugeschrieben; so hat mir Royst so viel zugesagt, ja du selbst, du werdest nicht ausbleiben. So du nun musst durch der VIII Orten Gebiet ziehen und die ersorgtest, vielleicht nicht sicher zu sein, magst uns von Stund an berichten, wie ihm zu thun sei, denn da wird nichts unterlassen, auch von sondern Leuten, dich in ihren Kosten hieher und wieder heim zu begleiten: allein werden wir berichtet, wie solches anzufangen sei, damit du nicht ausbleibest. Es bedunkt auch viele unter uns gut, dass es ganz heimlich und still bleibe, so dich deine Herren schicken wollten, damit keine Praktik oder besonderer Aufsaz einreissen möchte, und so die Zeit käme, hieher zu fahren, möchtest uns derselben berichten, da werden wir vorsorgen alle Sicherheit und dich reichen oder empfahen. In Summa, habe dein Gespräch mit deinen Herren heimlich und still, damit nirgend ausbreche, ob du kommen wollest oder nicht, wir werdens auch aufs allerheimlichste halten, so wir deiner gewiss sind. Es schreien schon viel leut nach dir. Age adsis, haeremus inter sacrum et saxum, et lupum auribus tenemus. At eum tractare nescimus. Nescimus Oligarchiam. Minati sunt, paucissimi tamen, Dominos hac disputatione nihil expedituros, sed posteriora semper fieri deteriora, quid pluribus, amantissime *Huldriche*, nosti, me tanto oneri imparem. Nicht allein Mangel halb der Geschicklichkeit und Verstand der heil. Schrift, sondern auch der Ordnung halben, die Disputation förmlich anzurichten, zu halten und zu vollstrecken, und allen Praktiken, so solche Ordnung Vornehmen und Ende möchten verhindern, versperren und fürkommen. Darum zeig uns Weise und Weg an, den Handel zu führen, ja richte dich darnach, ihn selbst zu führen. Es sind bei uns 16 Gesellschaften: da haben die 13 die Mess und Pfrund abgeschlagen bis zur Erläuterung der Disputation, und hat sich so viel zugetragen, wo die Disputation nicht gehalten wird, mag es ohne grossen Nachtheil und weitere Zweitracht nicht zugehen. Wisse auch, dass solche Disputation nicht allein von Räth und Burgern angesehen, sondern auch auf allen Gesellschaften mit son-

dern Rathsboten soll vollstreckt werden, damit Räth und Burger wissen, wessen sie sich gegen ihre Gemeinden versehen sollen und alle Aufruhr vermieden werde, auch jedermann frei sicher Geleit gehalten werde, und wird aller Ernst gebraucht im Anfang. Wisse auch, dass unser Stadt Caput ab Erlach dem Evangelischen Handel ganz widrig ist. Daher wir genöthigt werden, Präsidenten zu haben. Die befehlen wir dir zu erwählen. Wir meinen, wo Vadian von St. Gallen für ein Fürnehmen möchte dazu verordnet werden. Wir wollen es wol vermögen, wo wir seiner gewiss sind, als wir hoffen, dass er dazu verordnet werde, und so wir ihn haben, finden wir wohl ihm einen Gesellen, damit sie heissen reden, disputiren, schweigen, nach des Handels Nothdurft. Wollte Gott, lieber Bruder, dass du wüsstest unser aller Eifer, damit dem Handel ein christlicher Austrag beschehe. Wir bitten dich, wo dich gut bedunkt, du wollest einen der Deinen, einen Geschickten, es sei Pellikan, Mykonius, Sebastian, Leo, auf die Weihnachtstag zu uns schicken, damit er alle unsere Mängel besichtige. Doch begehren wir des in unserm Kosten und lass dich nicht dauern, einen solchen uns vor zuzuschicken. Ich bitte auch aufs allerhöchste, du wollest dich in solchem nicht sparen, damit er uns überhohle. Mein Bruder Franz, von wegen seines Alters, wird sonst das Beste thun. Aber einen der euern obgenannten Brüder sind wir fürwahr fast nothdürftig. Lass nicht unterwegen. Gott gebe, was es kostet, dass er 4, 5 oder 8 Tage zuvor anher komme. Es wird auch noth sein, dass du in dir eigentlich bedenkest, wie dieser Sache zu beschliessen sei. Doch wollen wir uns weiter unterreden, und so Gott dir Gnade giebt, dass der Handel ein gut Ende nimmt, wird die Vereinigung a *Constantia* et *Lindoia* auch einen guten Fürgang haben. Totum negotium *Oecolampadio* communicavi; doch weiss ich nicht, was seinen Herren gefallen wird. Optat, *Zuinglium* mobis adesse, tum quod tardior sit consilio *Oecolampadio* et impeditior sermone. Sic enim scripsit. In Summa: Er hat gebadet, er soll den Bärentanz führen. Ajunt, ut *Murnerum* hergezwungen werde, ut de Calendario suo rationem reddat. Quicquid sit, quisquis veniat, de tua modo praesentia certi simus; non modo ad reprimendos contradicentes, sed et ceteros confirmandos, os praesertim der bösen Pfaffen, quorum magnus apud nos numerus, obturandum. Etiam *Farellus* ist sicher. Er ist aber welsch. *Wattenwilliorum*, *Nolliorum*, *Trempiarum*, *Bertoldorum* aedes tibi patebunt. Eliges quascunque volueris. Omnia tibi erunt parata, modo tu paratus sis, ut confidimus omnes. Festis non in tantum grassatur, ut quemquam remoretur. Von den Schreiben magst du uns auch bescheiden. Unsern Stadtschreiber und den zu Thun sind fast gut. Sonst weiss ich niemand. Schreibe eilends, schicke Boten in unsern Kosten, damit wir wissen, was wir handeln und nicht wähnen deinethalben, denn da liegt allen Handel, dass wir deiner gewiss seien. Du hast uns, meine ich, genugsam verstanden. Mein Bruder, thu als eine ganze Stadt dir vertraut. Hiemit schicke ich dir unsere Schlussreden. Auge, adime, appone, juxta voluntatem tuam, sicque exeudantur, et in puncto mitte articulos, quos prelo committas.

Es gefallt uns auch, dass du dich bei uns öffentlich entschuldigest, vor unsern Herren Räth und Burgern, ganzer Gemeinde und aller Pfaffheit, warum du nicht gen Baden habest wollen, und wie Bern, auch andere Städte, dir ein gemeiner Platz sei. Sed quid sus Minervam.

Den Brief von dem Ehehandel des Jünglings hab ich gelesen, hat sein nicht bedürfen. Es ist ein fauler Handel; doch so ist sein alt Weib schon an der Pestilenz gestorben, und hat er eine andere genommen, die auch nicht fruchtbar ist. Ich bitte dich, du wollest die Artikel mit sammt dem Titel treulich besichtigen; ändern, bessern, dazu, davon thun, nach dem dich am allerbesten dunkt. Es ist auch abgerathen, vor den Burgern, solches zu Erläuterung kommen. Nun weiss ich auf dasmal nichts mehr zu schreiben. Thomas von Hofen, alsbald er deiner Herren Abscheid, so zum nächsten bei uns waren, geschrieben hat, ist er heimgegangen und am dritten Tag christlich gestorben. Eben so ich den Brief beschliessen will, schickt unser Stattschreiber nach mir und berichtet mich, wie er deinen Herren zuschreibe, dass sie helfen, dass der Rathschlag der Disputation unverzüglich und eilends gedruckt werde, in Form und Gestalt eines Büchleins, wie ers dann Euch zuschickt. Da sollen die Artikel hinten daran gedruckt werden, doch auf unsere Bitte sollst du sie ändern, bessern und allerbest stellen, also dass die Büchlein und Artikel in Eins zusammen gestellt werden, ungehindert wie sie in des Stattschreibers Formular stehen: denn es alles mit seinem Willen geschieht. Demnach an 100 Exemplare der Schlussreden allein, ohne die Missiv, und hilf, dass solches eilends gedruckt wird, und so es dann gedruckt ist, so solls der Drucker herfertigen von Stund an, dem der Läufer sin nicht warten wird; wird alles bezahlt von unsern Herren. Hab auch acht, was du sonst thust, auf die Praktiken der Oligarchen. Ich bitte dich ums Himmels willen, wollest mir eigentlich antworten auf all mein Begehren. Nun weiss ich aber nichts mehr zu schreiben. Ist auch alles Trempen und anderer Meinung, was ich geschrieben habe. Noch Eins, ich bitte dich, wollest unsere Artikel in Latin auch stellen, dann man sie gen Losane, Aelen und andere Orte schicken wird, die welsch sind, ungehindert, wie sie der Stattschreiber von mir geschrieben hat; doch wie du sie änderst, dass sie allenthalben also gedruckt werden. Tibi enim provinciam hanc commisimus, et quam non committeremus? Articuli etiam non sunt lecti coram Senatu. Unde nihil refert eos mutare. Wohlan, ich hab nichts mehr zu schreiben. Vale. *Bernae* 19. Nov. 1527.

Tuus *Hallerus.*

Habes hic et *Trempii* literas.

XCV.

Literae, quibus *Zwinglius* a Dominis suis clementibus petit, ut se aliosque viros doctos Turicenses *Bernam* ad disputationem mittant.

Gratia et pax a Deo per Dominum nostrum Jesum Christum ante omnia. Honestissimi, Sapientissimi, Clementissimi, Carissimi Domini.

Vestram Sapientiam non latuit quae controversia ubique de doctrina Christiana orta est; nec non vobis notum est, me utique meae doctrinae rationem redditurum et sicubi erraverim me edoceri passurum esse spopondisse. Quamquam, quum certe *Turicum*, *Bernam*, *Sangallum* ad disputationem eligendas frustra proposuissem, multis et manifestis de causis, quarum alias libello excuso palam feci alias autem pacis modestiaeque causa solis legatis designatis et missis tunc indicavi, *Thermas* venire recusavi. Quum igitur Deus Omnipotens piis, honestis, sapientibus, nobis carissimis et confoederatis *Bernatibus*, Dominis mihi venerandis mentem dederit, ut nonnisi disputatione audita controversias transigerent et quidem, quod Deus faxit, ita ut concordia omnium confoederatorum juvetur: igitur vos quam modestissime rogo, ut vestros quoque doctos illuc mittatis suas causas exposituros et meas audituros. Ubi, Deo juvante, ego quoque ipse me sistere velim, omnes edocturus, meam doctrinam non haereticam, sed omnino christianam, non blasphemationem Dei, sed reverentia Dei imbutam esse, neque ex privatae utilitatis studio vel ex honorum cupiditate ortam esse, sed valere ad Dei honorem et communem utilitatem, neque ad perturbationem nostrae almae Helvetiae sed ad ejus concordiam spectare. Denique ut literas meas in optimam partem accipiatis vos oro per Deum, qui nos omnes sua clementia ad veram caritatem et cognitionem sui perducat. Amen.

95.

Zwinglis Bittschrift an Seine Gnädigen Herren, dass Sie ihn und andere Ihrer Gelehrten auf die Disputation zu Bern abfertigen.

Gnad und Fried von Gott durch unsern Herrn Jesum Christum bevor. Ehrsame, weise, gnädige, liebe Herren, als Euer Weisheit unverborgen ist, des Spans so sich christlicher Lehre halb jetzt allenthalben begiebt; wie ich mich allweg entboten meiner Lehre Rechnung zu tragen, und wo ich irrte, Unterrichtung zu nehmen. Aber dabei aus merklichen Ursachen (deren ich etliche im Druck öffentlich, etliche aber um Friedens und Zucht willen allein den verordneten und gesandten Boten dazumal angezeigt) mich gen Baden zu kommen gewidert habe, aber allweg dabei Zürich, Bern, St. Gallen vorgeschlagen um vieler Gelegenheiten willen. So nun der allmächtige Gott den frommen, ehrsamen, weisen und unsern lieben Eidgenossen von Bern, meinen verehrenden Herren eingegeben hat, eine Disputation oder Gespräch anzusehen, damit die Späne entscheiden und ob Gott will, wäg zu gemeiner Eidgenossenschaft Vereinung erfunden werden mögen: Ist an Euch mein gar demüthig Bitt und Begehren, Ihr wollet Euere Gelehrten auch dahin verfügen, allda ihre Gründe anzuzeigen und meine zu verhören. Will ich, ob Gott will, auch da erscheinen in eigner Person und männiglich zu verstehen geben, dass meine Lehre nicht kezerisch, sondern recht christlich, nicht gottlästerig, sondern gottsdächtig, nicht aus Eigennuzigkeit oder Ehrgeiz, sondern zu Gottes

Ehre und gemeinem Nuzen reichend, nicht zu Zerrüttung einer Loblichen Eidgenossenschaft, sondern zu deren Einträchtigkeit gerichtet ist. Bitte Euch hiemit mein Schreiben im Besten zu verstehen um Gottes willen, der wölle uns Alle mit seiner Gnade zu rechter wahrer Liebe und Erkenntniss sein leiten. Amen.

XCVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Carissime *Huldrice.* Quid nobis in re *Bernensi*, quae nos haud mediocriter exhilaravit, faciundum censeas, audire cupimus ex Te. Aderimus, si permiserit Dominus, colloquio. Feliciora enim pollicemur, quam de *Thermis.* Christus fortassis ita gloriam suam revelaturus est. Nequit enim veritas absque omni fructu edoceri. Utinam ibi mutuis complexibus novum annum auspicemur in gloriam Christi. Tua auctoritate et eruditione praesens plurimum poteris, sive adsint, sive absint adversarii. Ceterum optime actum est, quod responsionem nostram [1]) isthic excudi fecistis. Non est, quod *Christophorus* metuat, quando quidem nihil additum ad ea, quae nos obtulimus. Sunt qui vellent etiam adjungi ea, quae responderunt adversarii. Harum fortassis copia haberi possit, sed de ea re jussi *Immelium*, ut coram Tibi loquatur, tuumque consilium nobis exquirat. Vale. *Basileae* 24. Nov. 1527.

Tuus *Oecolampadius.*

XCVII.

Bertoldus Hallerus Zuinglio.

Gratia et Pax a Domino. Tot et tantis Te, carissime *Huldrice*, obtudi fatuitatibus, ut non nihil verear Tibi melioribus longe occupatis, plus aequo bonas abstulisse horas: sed condonabis mihi facile, quod amicitiae nostrae auctor Christus est, qui linum fumigans non extinguet. Consules tui, viri profecto omnium humanissimi, ut inprimis ex eo glorier, dignati sunt, casulam meam invisere, quibus ad saturitatem usque cum locutus essem, omnia, quae dudum adoptavi, reperi, nempe, quod bona fide polliciti sunt, quantum in eis erit, Te omnino ad Nos venturum. O quid felicius, gratius ac optabilius unquam *Bertoldis*, imo *Bernatibus*, contingere posset, quam vel semel Dominum per *Zuinglium* illis audire loquentem. Obsecrare igitur non desino, et adhuc Deum et homines invoco, quatenus ad nos venias. Expecto articulos impressos tua tamen incude elimatos, sed unum neglexeram, quod Tibi articulorum copiam propriam non miseram, Secretarius noster libello suo addidit, quos nisi antea quam cuderentur, videris, novum pariet dolorem. Spero tamen tuam in omnibus diligentiam supplevisse,

[1]) vid. ep. 75 notam 2.

quod mea negligentia omissum erat, maxime vero in re tam ardua. De Praesidentibus locutus sum *Roestio* et Secretario vestro. De Domo nihil curabis. Senex *Madius* Te in hospitem exoptat. Cui vicinus est *Nicolaus Wattewil*, qui domum amplissimam et ferme regiam colos habet. Vicina est illi Domus *Trempii* jam vacua. Hae, inquam, Te tuosque expectabunt, ut non sit ea de re quippiam curandum. Tres ego apud me habere possum. Sed de his nulla est cura. Tria me urgent. 1) Vereor, ne Disputatio impediatur, quod tamen citra seditionem vix fieri posset, maxime in Urbe nostra. Nam XIII Zunftae Missas et Praebendas abrogarunt. Restant adhuc III. Malevoli ex illis 13, suis expensis, Sacrificos dominicis diebus conduxerunt, divisionem parantes. Admisit hoc Senatus usque ad Disputationem. Imo omnia admittit nostrae parti usque ad id tempus. 2) Quod vereor, ne omnia inordinate fiant, maxime quum defuerint Praesidentes negotio accommodi. 3) Et maximum, quod etiam, victore Christo, nostrates pessime decernant, quod Dominus per Te praesentem optime praevenire posset. Ceterum, quo pacto ad nos venire possis, fac ne nesciamus. De libris Tecum adferendis Tibi consultandum relinquo. Apud nos Vetus Testamentum graecum nescio. *Nicolaus* a pueris Biblia habet Hebraea. Novum apud nos est graecum. Hebraici libri paucissimi, graeci pauciores. Ex Doctoribus: Hieronymum, Tertullianum, Irenaeum, Cyrillum, Chrysostomum et quaedam Augustini habeo. Sed apud Te Dominus recondit thesaurum apud nos proferendum. Omnino desiderarem, quod vel Tu ipse diem Disputationis aliquot diebus praevenires, ut omnia ordinares. Secretissime poteris apud me delitescere, donec necessum fuerit, Te apud Tuos manere: vel aliquem ex tuis doctioribus, nostris expensis, praemitteres, qui nostra omnia dedolaret. Age, fac ut visum fuerit negotio inservire. Spero omnia futura pacatiora. Cum *Oecolampadio* quoque convenias, num utrique commodum videatur, ut et ipse adsit. *Vadianum* maxime adoptarem, et aliquem ex *Constantiensibus*. *Rheti* quoque vocabuntur, *Rotvilani*, *Milhusani* etc. Interim quicquid acciderit dignum aut necessarium scitu, fac omnino ne nos lateat. Cetera Consules tui, viri piissimi. Salutant Te *Tilmannus*, *Trempius*, *Wingarterus*, *Nollius* adeoque omnes. *Bernae* 26. Nov. 1527.

Tuus ex animo, *Berchtoldus Halterus*.

XCVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Mi *Zuingli*. *Matthaeum* illum etiamsi frater noster fuisset, juvare non potuissemus, alioqui preces tuae valuissent plurimum. Provideat illi alibi Dominus. *Lucas* ipse ob intermissas Missas, imo prorsus relictas, nonnihil periclitatur. Adeo semper tenui filo res nostrae pendent. Semper a potentioribus premimur, sed fortior est, qui nos opprimi non sinit, et in infirmitate nostra potentiam

suam ostendit. Ille fidamus. Ceterum *Bernensi* conventui non deero, nisi Dominus me prohibuerit, non enim usquequaque corpore valeo. Quod si valetudo increscerat, vix comparere possem. Heri sanguinem minui, et aliquanto melius habeo. Unde nihil remorae suspicor. *Argentinensibus* diligenter scribam, et spero non frustra. Vale. *Basileae* ultima Nov. 1527.

Oecolampadius tuus.

XCIX.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Gratia et Pax a Domino. Nunc video, clarissime *Huldrice*, quam insperato Dominus apud nos per *Te* et *Oecolampadium* gloriam suam promoveri velit, cum uterque se, nisi vita adimatur, adfuturum omnino polliceatur. Hae sunt auxiliares copiae, quibus Dominus me hoc negotio longe imparem, armare dignatur; et utinam omnia adversariorum argumenta in unum effunderentur; praesto essent, qui cum magna Dei gloria, singula diluerent! *Te* aut *Sebastianum* diu sex aut octo ante praefixum terminum expectamus, qui omnia, maxime vero me, dedoleat. Et uxor *Thomae ab Hofen*, vidua, rei culinariae inservit. Equos vero, ubi in urbe locum commodum nequeunt habere, ad pagos vicinos compendiabimus. *Trempii* domus tota Te, cum Consulibus, si quos adduxeris, exspectat. *Oecolampadium* in domum meam suscipiam, *Vadianus Tilmannus*, et *Nobilius* quoque suam domum aperuit. Proxima igitur *Vadianus* ad *Tilmanni* domum divertat. — *Denkius*, Catabaptistarum Apollo, *Basileae* peste periit, quem *Oecolampadius* aliquoties invisit. Pestis nihil vos moretur apud nos. At Augusto in hunc usque diem 500 obdormierunt, maxime pueri et infantes. Oligarchae in angulis obmurmurant. Conatus eorum non deerunt, quo institutum vel impediant, vel cum impedire non possint, confundant, aut omnino praesentes non sint. Sed instabimus omnibus viribus, ne Satan in illis erumpat. Interim ne desis nobis crebrioribus literis. Omnia fidelissime et tralata et excusa sunt. In sexto Art. vulgari erratum est, nescio cujus culpa, sed error unico apice commodissime sanabitur; ausgeworfen pro aufgeworfen. Latina rectissime se habent. Ceterum cuncta mea supellex in rebus his tam arduis Tibi non est incognita, nisi dextras junxeritis omnes, actum erit. Fides in Dominum me animat, ut nihil verear. Dexteritas mea in Scripturis, quae nulla est, me sic dejicit, ut nihil non pertimescam. Orationibus juvate nos. *Tilmannus* Urbis architectus locum juxta tuam deformationem apparabit. Hac hora binas ab *Oecolampadio* accipio literas. Ordinem et copiam disserendi et disputandi, ubi adveneris, componemus. Opus erit, die dominica mane coram Senatu et Civibus omnia confirmari et in decretum redigere, ut mane toti Concioni praelegetur. Si *Sebastianum* praemiseris, ut speramus, ad me omnino divertat. Ubi vero Tu quasi sub nebula veneris, nec velis Te mox omnibus manifestari in hospitale divertas ad *Trempium*, quod ante portas obvium habes.

Ad *Rotwilam* nunc scribo *Valerio*. [1]) Vale carissime Huldrice. *Bernae* secunda Dec. 1527.

Ut actum sit cum *Christofero* [2]) nondum scio. Vir integer est et bonus, cui Secretarius noster non deerit, imo jam dudum apud me decretum est, quam primum Disputatio fuerit finita, et a Scribis collata, eam Tecum *Tigurum* feras, ut excudatur. Iterum vale.

Tuus ex animo *Bertoldus*.

Hodie assignata sunt omnia bona, clinodia, ornamenta Ecclesiarum, et Monasteria Urbis nostrae, Praedicatorum scilicet et Minoritarum.

Inscriptio: *Huldrico Zuinglio* Ecclesiastae Tigurino, Majori suo unice observando.

C.

Oecolampadius Zuinglio.

Χαίρειν ἐν Χριστῷ. Τοὺς μὲν ἐκ τῆς ἀρκτίνης ἀδελφοὺς, ἦτουν τὸν Καπιτῶνα καὶ τὸν Βούκερον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐν Ἀρκτοπόλει διάλεξιν ἄξειν ἐλπίζω. Ὅπερ ὁ σωτὴρ ἡμῶν Χριστὸς εἰς αὐτοῦ δόξαν, αὐτοῖς εὐτυχέστατον ἐνδείκνυσθαι ἀξιοῖ. Βούλοιντο δὲ αὐτοὶ τοῖς Ἀρκτοπολίτας γράμματα πρὸς αὐτῶν βουλὴν πέμπειν, οἷς ἐκκαλῶνται, οἴονται δὲ οἱ ἀδελφοὶ, τοῦτο πανονήσιμον εἰς πλεῖστα, οὐκ ἠγνοηκότες, τοῖς αὐτῶν βουληφόρους, ἀφορμῇ σμικρὰ, πρὸς ἐκείνων φιλίαν ἐφέλκεσθαι ῥᾶστον, καίτοι οὐ μὲν φιλοτιμοῦντας παῤῥησίᾳ, ἀλλὰ δὲ πάσης εὐνοίας μεστούς. Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, Ὑλδρίκε, τὸ πρᾶγμα κατὰ τὴν σὴν φρόνησιν φρονιμοτέρως τρυτάνυσον, καὶ μὴ περιορᾶ εἴτι ποιήσασθαι χρή. Γράψομαι καὶ σήμερον τῷ Βερχθόλδῳ· αὐτὸ καὶ σὺ ποίει. Τάχα σοι ἄγγελοι πολλοὶ καὶ πρότεροι ἢ ἐμοὶ. Intelligis rem, opinor. Fac quod Tibi bonum videtur. Quid si per Cives tuos invitarentur ad auscultandum, ut possint apud Principes vel Civitates alias commodius testificari. Nam hoc forte onerosum erit *ἀρκτοπολίταις*, ne si vocent hanc, contemtae viderentur *ἄλλαι πόλεις ἀργεντίνη δὲ* inofficiosum et incivile arbitrabitur accedere alienum coetum non accersita. Ceterum *τὸ τοῦ βλασφήμου Τειχαλείπτου* [3]) *βιβλίον ἑτερός τις Τυπόγραφος φθάσας δημοσιώσει. Ἔρρωσο.* *Basileae* 13. Dec. 1527.

Oecolampadius.

CI.

Zuinglius Oecolampadio.

Gratiam et pacem a Domino. Accepi hoc die literas a *Bertholdis*, qui ursos verbi habenis regunt: quibus dolere sibi queruntur aegritu-

---

[1]) *Anselmo.*

[2]) *Froschoverus.*

[3]) *Murneri.*

dinem tuam; quam nisi ex nostris literis percepissent, ego magis deplangerem: sed spero nihil istos sinistrius intellexisse, quam quod nos ex superis tuis nuntiavimus. Ut ergo valeas, isthoc nuntio significa. Nos in eadem sententia perstamus, qua dudum. *Berus* cum *Vadiano* praesidere jubentur a Senatu *Bernensium:* sed non parebit belua. Quod si compareat, cicurem faciet incantamentis et illecebris plusquam humanis *Vadianus*; et si contumax perget esse, verberábunt *Kolbii*. Sed tu jam nimirum ista omnia intellexisti. *Ioannes Huber* a *Lucerna*, a secretis *Friburgensium*, a secretis *Salodurensium*, a secretis *Bernensium* (vide ut omnia sint compensata) scriptum facient. [1]) In templo Minoritanorum res geretur. Tu si modo adhuc hiscis, adesto. De *Argentoratis* incerta referuntur. *Rheti Comandrum* mittent, et S. Lucii abbatem, imbellem, sed procacem foeminam. Video, nisi nolit Dominus, quorundam nervum ferreum molliturum iri. Vale. 15. die Decembris, ad horam ferme decimam antequam luna oriretur. 1527.

CII.

Guilielmus a Zell Zwinglio.

Gratia et Pax a Deo Patre per Jesum Christum Dominum nostrum. Carissime compater. Admodum gavisus sum literis tuis nec non praefixa disputatione *Bernensi*, quas 10. Dec. accepi. Deo gratia habenda est in aeternum hujus actionis Christianis dignissimae; nam sine magno emolumento non praeteribit. Tibi etiam quam maximas gratias ago literarum, quibus cognatum meum *Augustanum* tam amice delectavisti, quas mihi cum aliis epistolis, horribili porco et mordaci ferae *Geckio* destinatis, tradidit. Quod quidem quam diligentissime feci per homines meo nomine missos, eum simul cuique scriberem, quomodo hae epistolae mihi sine dolo malo traditae sint, me omnino nihil indigni in iis admissum esse sperare. Quamquam epistolae meo nomine mittendae mihi non parvum periculum et sollicitudinem attulerunt, tamen Christo fretus forti animo ausus sum, contempta magna malevolentia et injuria, quippe qui in ea re te solum respexerim, ut diabolus et ejus mater videant et sentiant qua audacia eis certamen offeramus. *Eggenpergerus* et *Turnawerus* illarum literarum nec non benigni officii a te sibi oblati tibi magnas gratias agunt. Si potuerit, *Eggenpergerus* ipse ad disputationem veniet, namque stipendium quaerit a Domina *Freundespergensi*, quocum, Deo volente nisi frigus nimie durum fuerit, ego quoque proficiscar aut fortasse *Turnawerus* venire possit, quod quidem adhuc in dubio est. Itaque mihi stabulum tribus equis collocandis providere velis. Dominus tecum sit carissime compater. Quem tabellionem 12 hujus mensis hinc amandavi, si *Monaci*, ubi nunc Ydólus quoque *Salisburgensis* est, mordacem feram invenerit, cras rediturum esse spero; si autem non invenerit, ad academiam curret et vix Jovis die 19 h. m. redierit. Quod feliciter

---

[1]) De quibus videsis horum opp. II, 72.

evenit. Amen. Novi omnino nihil habuimus quod tibi mandaremus. Ita nunc Sancto Patri, *Pontifici* et ejus filio *Caesari* vel aliis ejus liberis, scilicet *Francogallis*, *Anglis* et *Venetis* res procedunt ut velim. Deus eos illustret ad augendum suum aeque ac ipsorum regnum.

„Principi Serenissimo, nobilissimis avis oriundo, Domino meo Clementissimo, mihi maxime Venerando *Guilielmo* Comiti Palatino ad Rhenum, Superioris et Inferioris *Bavariae* Duci.

Princeps Serenissime, Clarissimis natalibus Conspicue, Domine Clementissime. Hoc ipso die epistola his literis inclusa *Turico* mihi perlata est, quam ut Tibi, Princeps Clementissime, quam primum traderem rogatus sum. Itaque, quam omnino nihil Te, Princeps Clementissime, indigni in ea scriptum esse existimavissem, eam Tibi misi, Princeps Clementissime, per Domini *Georgii Freundesbergensis* tabellionem, qui idem Tibi has literas pertulit. Denique Tibi, Princeps Clementissime, mea officia omni tempore promptissima offero. Dedi 12. Dec. 1527.

Guilielmus a Zell Mundelheimii."

„Honoratissimo, doctissimo *Johanni Eccio* Doctori, Procancellario scholae *Ingolstadiensis*, Domino meo carissimo et amico. Honoratissime, doctissime, carissime Domine et Doctor. Hoc ipso die etc." — Denique omnia quae Principi me scripsisse dixi. —

En, carissime compater, quae Tibi scripsi. Quae mihi amplius acciderint Te non magis celabo. Dominus Tibi benefaciat et ejus Clementia semper Tibi adsit. Carissimam meam filiolam baptismalem salvam esse jube et omnes meos Dominos et amicos, ut Tibi jam notum est. Dedi Lunae die 16. Dec. 1527.

Tuus fidelis Frater et Compater.
Guilielmus a Zell, Mundelheimii.

Literae quas *Eccius Guilielmo a Zell* rescripsit.

Mea officia prompta Tibi ante omnia defero. Benevolentiam tuam mihi conciliatam volo, vir carissime, nobilissime. Literas tuas et iis inclusam epistolam leprosi, damnati haeretici *Zwinglii* accepi. Quemquam ne minimum quidem me offendit vel alienavit a Te, vir clarissime, quod mihi haeretici epistolam tradidisti, nam *Basilea* quoque mihi alia ejusmodi perlata sunt; sed Tibi vir clarissime, quam maximas gratias ago officii, quod me meriturum esse spondeo; et si quid amplius Tibi traditum erit ab illo homine qui deseruit sanctam fidem, mihi non minus mittere velis. Haeretici enim, ut semper eorum mos fuit, tantummodo angulos et separatas speluncas quaerunt in quibus disputent de suis rebus tenebricosis, neque in lucem prodeunt. Namque homines nefarii scriptura fundati esse sibi videntur. Cur igitur non in apertam arenam prodeunt, ut ego saepe feci, et nunc quoque me facturum esse illi homini *Ulmensi* [1]) Deum blasphemanti professus sum, id quod Tu, vir clariissime, ex denuntiatione his literis inclusa videbis, quam

[1]) *Conrado Somio.*

etiam legere velis, et soli Deo honorem reddere et cavere ab omni haeresi. Denique ad omnia officia quae Tibi vir clarissime grata erunt, me paratum habes. Dedi *Ingolstadii* 15. Dec. 1527.

Joannes Mayr ab Eckh.,
Parochus et Procancellarius *Ingolstadiensis*.

102.

Wilhelm von Zell an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater, durch Jesum Christum unsern Herrn. Von Herzen geliebter Gevatter. Mich hat nicht ein klein erfreut euer Brief samt der vorgeschriebenen Disputation zu Bern, so ich am 10. Dec. empfangen habe. Gott sei Lob in Ewigkeit der vorgenommenen christlichen Handlung, denn ohne merkliche Frucht wird sie nicht zergehen. Ich danke euch sehr fast, dass ihr meinen Vetter zu Augsburg erfreut habt mit euerm freundlichen Schreiben, das er mir samt andern Briefen an das gräuliche Schwein und an das beissig Thier Gägken zugehörig, zugeschickt hat, aus vielfältigen trefflichen Ursachen, damit ich sie an die Orte schickte. — Das habe ich getreulich und mit allem Fleiss gethan, habe einen eigenen Boten dahin geschickt, und einem jeden dabei geschrieben, wie mir diese Briefe guter Meinung seien zugeschickt worden, versehe mich gänzlich, dass nichts Ungebührliches darin vergriffen, wiewol es mir gefährlich und sorglich genug ist mit dem Boten, doch hab ichs auf meinen Christum unerschrocklich gewagt, unangesehen viel Ungnad und Ungemach, euch darin angesehen, dass der Teufel und seine Mutter sehen und empfinden den angebotenen Trotz. Des Eggenperger und Turnawer sagen euch grossen Dank euers freundlichen Erbietens. Ists möglich, so wird Eggenperger selbst kommen auf die Disputation, denn er müht sich um eine Zehrung vor der Frauen von Freundtsperg. So er zeucht, will ich, samt ihm, wills Gott, und die Kälte nicht so überschwenglich gross ist, auch kommen, oder vielleicht möchte Turnawer kommen. Es hangt noch im Zweifel, darum so möget ihr mir Herberg auf 3 Pferd bestellen. Der Herr mit euch von Herzen geliebter Gevatter. Hat der Bot das beissig Thier zu München funden, allwo jetzt der Ydolus von Salzburg auch ist, hoffe ich, der Bote komme Morgen, denn ich den 12. dieses Monats hingeschickt. Wo er ihn aber nicht funden, lauft er der Hohen Schule zu, so kommt er kaum auf Donstag den 19ten. Das gescheh mit Glück. Amen. Neue Mähr haben wir gar nichts. Wie es dem heiligen Vater, dem Papst, und seinem Sohn, dem Kaiser oder seinen andern Kindern als Franzos, Engelländern und Venedigern geht, wollte dass sie Gott erleuchtete, dass sie sein Reich so begehrten zu fördern, als das ihre.

„Dem Durchlauchtigen Hochgebornen Fürsten und Gnädigen Herren Wilhelm, Pfalzgrafen bei Rhein, Herzog in Ober und Nider Baiern Meinem Gnädigen Herren.

Durchlauchtiger Hochgeborner Fürst, gnädiger Herr. Auf heut Dato

ist mir diess hierin verschlossener Brief von Zürich zukommen, mit bittlichem Ersuchen, den Euern Fürstlichen Gnaden förderlich zu schicken, und dieweil ich gänzlich achte, dass mithin nichts darin, das wider E. F. Gn. stehe, schicke ich E. F. Gn. den bei Herrn Jörgen von Freundtsberg Boten, Zeigern dieses Briefs, mich zu E. F. Gn. Diensten allzeit unterthäniglich erbietend. Dat. am 12. Dec. 1527.

Wilhelm v. Zell zu Mündelheim."

„Dem Würdigen und Hochgelehrten Herrn Johannes Eggen, D. Vicecancellarius der Schul zu Ingolstadt, Meinem lieben Herrn und Freund. Würdiger, Hochgelehrter lieber Herr Doctor. Auf Dato etc." — Mit allem, wie obsteht in des Fürsten Schreiben. —

Also freundlich geliebter Gevatter habt ihr, was ich geschrieben habe. Was mir weiter begegnet, lasse ich euch auch wissen. Der Herr thue euch wol und seine Gnade wohne euch allzeit bei. Grüsst mir meine herzliebe Gfatter-Gotten und alle, wie ihr zu thun wisst gegen meinen Herren und Freunden. Dat. Mont. 16. Dec. 1527.

Dein getreuer Bruder und Gefatter
Wilhelm v. Zell zu Mündelheim.

Eks Antwort auf den Brief Wilhelms v. Zell.

Mein willigen Dienst zuvor. Günstiger lieber Junker. Ich hab euer Schreiben und beiliegenden Brief des aussäzigen verdammten Kezers des Zwingli empfangen, und hab gegen Euer Vest gar kein Missfallen oder Widerwillen, dass Sie mir des Kezers Brief zugeschickt haben, denn von Basel ist mir solche Handlung auch zugeschickt worden, sondern sage E. V. fleissig Dank, mit Erbietung dasselb um E. V. zu verdienen, und wo euch mehr etwas zukommt von diesem Abgewichenen vom heiligen Glauben, so wollets mir aber zuschicken. Die Kezer, wie jè und je ihre Sitte gewesen ist, suchen nur Winkel und besondere Spelunken, darin sie disputiren ihre Finsterniss, sie kommen nicht an das Licht. Wann die Böswicht meinen, sie seien gegründet in der Schrift, warum kommen sie nicht auf offenen Platz, wie ich oft gethan, und mich jezt gegen den Gottslästerer zu Ulm erboten habe, wie E. V. an beiliegendem Ausschreiben vernehmen werden, das wollet auch lesen, und allein Gott die Ehre geben, und euch vor aller Kezerei hüten; damit was E. V. dienlich und lieb sei. Dat. Ingoldstadt 15. Dec. 1527.

Joan Mayr von Eckh,
Pfarrherr und Vicecancellier zu Ingoldstadt.

CIII.

Oocolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Quae ab *Ursis* ad Te scribuntur, *Ursi* ipsi nuntiarunt [1]) .... die lunae sibi judici ut spectaculo praesit, audiit.

---

[1]) Scilicet *Ludovicum Berum* rogatum esse, ut praeses disputationi Bernensi adesset.

Nescio an modestia rusticit . . . . dilationem respondendi usque in hodiernum diem obtinuerit. Quid responsurus sit, incertum. Dies indictus est Papistis, ut Senatui tandem significent, hic ne manere velint, an prosi . . . . Lupum auribus tenent. Verentur, ne Senatus jubeat qui pridem supplicabat. Parcendum enim est tenellis, ne tangantur, praesertim tam bene de Republica christiana meritis. Precamur Christum ut quod ipso dignius et Evangelii caussa utilius . . . . ponant et decerni cognoscant. Porro Suffraganeus quum foet . . . suam excudi intell . . . . impatiens discurrit, Magistratui conquestus est, et petiit Typographum impediri. Non tamen ei omnino assensum, sed coram toto Senatu caussam sum dicere jussus . . . obtinuit. Satis tempestive ipsum tractabimus. De *Argentinensibus* haec habe. Expectamus eos, quorum desiderio maxime teneris. Nudius tertius enim iterum literas accepi, quibus significant, se affore ante praestitutum diem, ut ubere Colloquio satiemur. Sunt enim quaedam, quae inter nos agi expedit. Quibus rescripsi, ut huc quidem proper . . . . sed nec mihi nec Tibi integrum esse ante diem *Bernam* videre, partim ne adversariis suspicionis fomitem suppeditemus, partim quod absque deductoribus abire etiam in . . . . . conductu minus tutum est. Petierunt, ut hoc Tibi nuntiarem. Ubi caussam mi . . . . hic proposuerint, fortassis ad Te simul volabimus et Comites itineris tui erimus. Tu rescribito, quid illis nuntiari velis. Curabo, ut primo quoque nuntio certiores reddantur. De mea valetudine nihil terreri oportebat. Horror potius fuit, quam morbus, de quo scribebam. Deo laus sit, sanior, locupletior, animosior, infractior sum, quam adversariis meis gratum est. Nihil ex solitis laboribus intermisi. Si Dominus me organo uti voluerit, certus sum suffecturum vires. Nollem plane vel incrementum vitae amplius dari. Tam multa sunt, quae vitam hanc amaram faciunt. Invitavi et *Brentium* meum, quem si attraxero, confido, Dominum mentem ejus immutaturum. Dominus nos custodiat, et omnia in gloriam sui nominis dirigat. Nihil suspiceris, quod per Ministrum scribo. Ita solemus delicatiores et nunc valetudinis aliquantulam curam habere incipio. Bene vale. *Basileae* 18. Dec. 1527.

Joannes Oecolampadius τῇ ἐμῇ χειρὶ ὑπέγραψα.

CIV.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Salve. Omnia a Magistratu optime disponuntur, carissime *Zuingli*, et omnino meo judicio, nihil negligitur eorum, que ad rem pertinent. Vocarunt proprio nuntio *Berum* e *Basilea* in praesidentem, *Joh. Huber* e *Lucerna*, *Friburgensem* et *Salodorensem* secretarios in scribas, etsi nihil dum, ni fallor, responsum est. Vocarunt *Nic. a Diesbach* olim coadjutorem Episcopi *Basiliensis*, item et *Salodorensem* praepositum, olim apud nos *Decanum*. Sed quid de *Rotwilanis* referam? Monachi quidam praedicatores abeunti nuntio urbis nostrae libellum Magistratui nostro deferendum commiserunt, cujusdam *Georgii Nüwdorffer*, qui

XI quaestionibus tum Dominorum decretum, quam articulos sic impetit, ut nihil impudentius. Responsumque minis expostulat. Hinc Magistratus noster commotus mox alterum ad *Rotwilanos* mittit nuntium, ut hominem etiam urbis nostrae expensis *Bernam* adigant. Scripsi et ego Magistratui *Rotwilano* in eandem sententiam. Quod si non venerit, responsurum me illi exhibui, ut intelligat affatim, qui vir siet. De *Constantiensibus*, *Gallensibus* item et *Episcopis* nullam accepimus Responsionem. *Rheti* nuntium aureo donarunt. *Basileenses* et *Salodorenses* salvum ad nos aditum omnibus condixerunt. Ceterum quid in comitiis illis *Lucernanis* futurum sit nescio. Sed quod *Trempium* admoneras, futurum vereor, ut Tibi scilicet aditum denegent. Habes *Episcopum* [1]) ad vos legatum, cum quo omnia age de tuo ad nos adventu. Id scias, quantocitius veneris, tanto melius et commodius omnia subordinari possunt. *Seb. Oeconomum* omnino expecto ad diem dominicam post natales Domini, unde in festo Stephani itineri accingatur necesse est. Apud nos quoque rumor increbuit, *Grüningenses* tuos ad diem illis praefixum *Bernam* non venturos. Nescio unde nostrates id sapuerint. *Vadianus* omnino in praesidentem, ni fallar, vocatus est. Reliqua omnia. *Episcopus*. Vale. Ipso profesto Thomae. 1527. (20. Dec.)

Tuus ex animo *Berchtoldus Hallerus*.

CV.

Huldrichus Zuinglius Erasmo [2]) Scaphusiae Episcopo.

Gratiam et pacem a Domino. Habui ex multo jam tempore consilium, mi Erasme, ad te scribendi: quod tamen tua potius, quam mea causa obmisi; sunt enim literae nostrae tam admirabilis fortunae, ut autori obesse minimum possint: ei vero ad quem dantur, plurimum. Tandem ergo ad te scribo, sed Christianus ad Christianum; quo fiet ut ipse nihil sis aegre laturus, neque ego quicquam scripturus, quod non aequanimiter ferri possit. Nam si eundem spiritum hausimus ac spiramus, idem quoque sentiemus: quod si idem sentimus, jam dissidium longissime omne aberit. Caussa igitur, quam tecum agere cupio, non mea est, neque tua, imo mea ac tua; imo non mea ac tua, sed omnium. Quae porro ea? Evangelium Christi. Hujus cum tu semina jacias inter spineta et sentes, arbitratus sum non iniquam rem facturum, si currens currentem adhorter; non enim comes est in hoc certamine invidia; hic enim omnes vincere possunt, atque munus auferre. Sed miles militem ut in praelio ad communem salutem parandam adhortatur, sic nos quoque mutuo cohortari debemus; eoque magis, quo hostem videmus audacius inferri. Neque tamen sic velim abs te intelligi, ut fortiter magis quam prudenter pugnare moneam, satis enim dudum eorum pertaesum est, qui audacia omnia pessundant; sed quae tua est animi fideique (ut audio) dexteritas, sic provide vivas, ac solide omnia doceas,

---

[1]) *Joannes Bischof*, vexillarius.

[2]) *Rittero*.

citraque insignem mordacitatem, ut doctrinam nemo convellere, vitam nemo reprachendere jure possit. Quod si quidam sunt, qui sermonem Domini nihili faciunt, quid tum? sed preciosus est iis qui sunt Domini, qui non ex carne et sanguine, sed ex Deo nati sunt. Horum causa non debet nobis obrepere taedium, etiam si isti non modo negligunt, sed maledictis etiam flagellant et persequuntur. Sic enim gregi Dominico, dum pusillus ac modicus est, fidem deberi autumo, ac si maximus esset. Non erat excusatus qui talentum tantum unum acceperat, quod minimum ei esset creditum. Perinde tu cogitabis, Non debeo, quod pauci Christum recipiunt, segnius agere: sed eo circumspectius advigilare, quo grex Domino meo in immensum crescat. Haec ad te, mi Erasme, xenii aut strenae loco, ipso natalis die, quod felix faustumque sit amicitiae nostrae exordium, do, ut meum in te animum non ignorares, et ad omne obsequium propensionem. Quae *Bernae* his diebus acta sunt, narret Huhelman. Vale per Dominum. Die natali [1]) 1528.

CVI.

Zuinglius Senatui Ulmensi.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Religiosi, providi, conspicui, sapientes, cari Domini. Doctorem *Joannem Eccium Bernam* ad disputationem venire jussi 30. Nov., qui mihi respondit literis 24. Dec. traditis (quae quantopere eum decuerint suo tempore etiam in lucem proferetur), quibus inclusa erat provocatio inhonestissima *Cunradi Somii*, vestri, Domini sapientes, religiosi praedicatoris. Qua non modo nullam gravem caussam exhibuit sed etiam ea convitia effudit, quibus haud scio an vos, Domini sapientes, nisi tam Christiane ad quamlibet pacem propensi sitis, maxime vulneremini et adducamini ad severum consilium. Quum igitur *Eccius* ille tali insania dilabenti rei Pontificis se succurrere speret et audeat vos, Domini sapientes, nec non religiosos Christianos cum doctissimo fidissimo Pastori, qui apud vos sunt, ita provocare simulque carum fratrem meum *Oecolampadium* et me depravatae veritatis reum agere: vos, Domini sapientes, submissus quam modestissime rogo, ut nisi neque vestro honori neque vestris praedicatoribus detrimento fuerit, *Eccio* apertam arenam praebeatis apud vos, *Memmingiae*, *Constantiae* (scilicet apud nostros caros cives) vel *Lindoae*, ubi nos ambo vel saltem alteruter, si Deo placuerit, aderit, tamen demum peracta disputatione *Bernensi*. Si enim vos, Domini sapientes, forti animo a Dei verbo steteritis, videbitis clementem Deum vos adjuvantem. Denique mihi puerilem diligentiam, quae tamen e bono studio venit, ignoscere velitis. Dedi *Turici* S. Joannis Evangelistae die novi anni 1528, vobis, Domini sapientes conspicui, omni tempore paratissimus *Huldricus Zuinglius* [2]).

[1]) Solis die post S. Martini 1527 a concilio Senatorum et Civium (von Räthen und Burgern) disputatio decreta est.

[2]) Senatus Ulmensis decretum vernacula lingua hoc est: „Ein ehrsamer Rath lasst es ein Brief sein."

106.

Zwingli an den Rath zu Ulm.

Gnad vnd frid von Gott bevor. fromm fürsichtig Ersam wyse lieb herren. Ich hab Doctor Joannnem Ecken XXXgesten tags Nouembris uermant vff die Disputation gen Bern ze komen, hatt er mir vff XXIIII tag Decembris ain antwurt überschickt (wie wol im die anstand, kumpt ouch zu siner Zyt vnders liecht) vnd da by ain gar vnerbare erfordrung üwer wyshait frommen predicanten Cunraden Somen. In dero nit allain gheiñ wäsenlicher grund, sunder ouch ain söliche lestrung vsgeschrayt, das da mit üwer wyshayt, wo die nit so Cristenlich geneygt vnd gesinnet wär zu allem friden, seer möchte verwundt vnn zu schwären fürnemen geursachet werden. So nun gedachter Eck mit sölicher vnsinnighait ye uerhofft der uallenden sach des bapstumbs ze hilff komen, vnn üwer Ersamen wyshayt ouch die frommen christen sampt dem wolgeleerten getrüwen Hirten by üch gdar also vsbieten, vnn hie mit minem liben Bruder Oecolampadium vnn mich als verkerer der warheyt nennen, so ist an üwer wyshayt min demüotig undertenig pitt, so uerr es üwren Eeren vnn üwerem predicanten nit nachteylig, ir wellend Eggen ainen fryen platz uftun zu üch, gen Memmingen Costentz (vnseren lieben Burgeren) oder Lindow wird ainer vnder vns oder bed ob Got wil sicher erschynen, doch erst nach uolziehung des gesprächs ze Berne. Stande üwer wyshayt mannlich by Gottes wort, so werdent ir die gnedigen hilf Gottes sehen. Verzyhend ouch minen kintlichen doch yferlichen Flyss. Geben ze Zürich. An sant Joannis Evangelisten tag im nüwen MDXXVIII Jar. Üwer Ersamen Wyshayt allzyt williger

Huldricus Zwingli.

Aufschrift: Den Fürsichtigen Ersamen wysen Burgermeisteren vnn Rätt der statt Ulm sinen günstigen lieben Herren.

1528.

I.

Sigismundus Grymm, Medicus [1]) Zuinglio.

Gratia et Pax et Misericordia per Christum. Non possum non probare vir undecunque doctissime, conatum vere sanctum *Bernensium* [2]). Nam quanquam in istis publice editis articulis satis testatam velint suam fidem, tamen et promti sunt unicuique reddere suae fidei rationem, juxta divi Petri admonitionem. Nam illi articuli non ita editi sunt interrogative, sed vere et affirmative, in quibus satis deprehendere cuilibet christiano licet, esse promtissimos unumquemque dubitantem confirmare, et Scriptura sacra, non mendaciis hominum errantem reducere. Porro quamvis mihi per crebra mea negotia hujus sancti instituti et coronae doctissimorum virorum minime licet, spectatorem agere, tamen de improviso spero, servum meum Te conventurum illic, nam *Argentina* recta illuc profecturus est, qui pro sua tenuitate mihi etiam Actum enarrare dabit operam. Quare Tibi, Vir clarissime, meum famulum commendo, et si quid officii meo nomine ei praestare potes (si opus fuerit) facies mihi rem longe gratissimam, juraboque, ut aliquando Tibi Tuisque vicem rependam. Bene vale Literarum decus eximium. Kal. Jan. (1528.)

Sigismundus Grymm, Augustanus Medicus,
Tui observandissimus.

Inscriptio: Evangelicae veritatis assertori acerrimo, *Udalrico Zuinglio*, Domino ac fratri in Christo carissimo.

II.

Hanc epistolam, quippe qua *Joannes Meyer* sutor *Vitoduranus Zuinglio* cognatum suum *Laurentium* commendaverit, exhibere non est operae pretium. Scripta est a. 1528.

2.

Hans Meyer der Schuster in Winterthur empfiehlt Zwingli seinen Vetter Lorenz. 1528.

---

[1]) Hic occasio fit notae 2) ad ep. 71 a. 1526 in epp. vol. 1. p. 532 corrigendae, nam ibi quoque haud scio an *Grimm* Augustanus medicus nec typographus intelligendus sit.

[2]) Disputationem.

III.

Zuinglius uxori suae Annae Reinhart.

Gratia et pax a Deo. Carissima mea uxor, Deo gratias ago partus, quem tibi laetum dedit, qui efficiat, ut eum ex sua voluntate educemus. Cognatae meae unum vel duo vela mittere velis omnino eadem ratione facta, qua ea quibus tu uteris. Cultu illa decoro est non tamen quo moniales ex ordine Sororum Beginarum, 40 annorum, denique omnino talis, qualem esse *Georgii* magistri uxor narravit. Quae mihi nobisque omnibus admodum benigne facit. Denique Deo sis commendata. Meo nomine salvos esse jube *Administratoris* uxorem nobis baptismi necessitudine junctam, *Ulmannum Trinklerum* [1]), *Effinger* Sculteti uxorem et quicunque tibi carus est. Deum ora pro me nobisque omnibus. Dedi *Bernae* 11. Januarii. Meo non salvos esse jube meo nomine omnes tuos liberos. Praecipue *Margaretam* meo nomine consolare.

Huldricus Zuinglius tuus conjux.

Si quidem has maculas legere potueris. (?)

3.

Zwingli an seine Gattin Anna Reinhart.

Gnad und Fried von Gott. Liebste Hausfrau, ich sage Gott Dank, dass er dir eine fröhliche Geburt verliehen hat; der wolle uns die nach seinem Willen zu erziehen verleihen. Schicke meiner Base ein oder zwei Tüchli solcher Mass und Weise, als du sie trägst. Sie kommt ziemlich, doch nicht beginlich, ist eine Frau von 40 Jahren in alle Weis und Mass, wie sie Meister Jörgen Frau beschrieben hat. Thut mir und uns Allen über die Mass gütlich. Bis (Sei) hiemit Gott befohlen. Grüsse mir Gevatter Schaffnerin, Ulmann Trinkler, Schultheiss Effingerin und wer dir lieb sei. Bitt Gott für mich und uns Alle. Gehen zu Bern 11. Tag Jänners. Grüsse mir alle deine Kinder. Besonders Margreth tröste in meinem Namen.

Huldreich Zwingli, dein Hauswirth.

So bald du kannst den Tolggen.

Aufschrift: Der Frauen Anna Reinhartin zu Zürich, seiner lieben Hausfrau.

4.

Utinger Zuinglio.

Gratiam et expeditionem cum utilitate Reipublicae christianae a Domino. Heri literas Tuas recepimus, latores fari audivimus, et pro

---

[1]) Qui haud scio an *Udalricus Trinkler* praefectus collegii cujusdam opificum fuerit, cujus mentio fit in *Wirzii* nova histor. Eccles. Helvet. 2, 130. 131.

nunc, quantum ad relationem attinet, satiati sumus. De expeditione et feliciori fine [1]) clementiam Dei expectamus. Hodie, ut spero, Tu copiam Literarum, de quibus scribis, habes, quas tam velociter rescripsi, ut diligenti et sapienti lectore sit opus. Nihil denique addere poteram, nec sciebam aliud opportunum. Cursor autem festivus expectabat clausuram, hoc tamen duntaxat significassem, Dominos nostros ad sacram (videlicet auri sacra fames) Dietam *Lucernensem* etiam alias Literas misisse, non minus mordentes Oligarchos. [2]) De caussis caritatis et inopiae in *Italia* mox ad nos venturis etc. expecto si possim adipisci originale, indidem copiam sumerem, et si digna foret, ostenderem dignis, nam inquiunt bene salsas exprobriis malefactorum a Domino puniendorum. — Nil aliud nunc, quam ut Deus bonum ceptum in meliorem finem dirigere dignetur, obsecramus, et nondum territus sum, si utque huc minus fructuose sit actum. Venient utiliora. Et sic placet Domino, qui vult exorari et videri solus omnia bene fecisse. Vale cum tota Compania. Nos quoque bene habemus et speramus.

Emanuelis operam cuperem habere de Infirmitate Missae, et depost planctum ad funus, quem eum quoque decet poetare. [3]) Materfamilias [4]) ipsa scribit, et mittit, quae petis. *Raptim* hora octava noctis 15. Jan. 1528.

Tuus *Henricus Utinger.*

Aufschrift: Meister *H. Zwingli*, seinem lieben Herrn und Gevatter.

V.

Erasmus Ritter Zuinglio, Bernae agenti.

Gratia et pax a Deo per Jesum Christum. Solicitudinem tuam in Christi negotio proximis literis tuis probe didici, tuoque consilio, quantum licuit, sum usus, sed quid effecerim ex ore *Henrici* accipies. Miseret me populi, qui adeo avide audit verbum, sed ob avaritiam quorundam prohibetur, ne verbum multo cum foenore currat, pauci licet sint, verum cum homines sunt, qui ventrem Deum posuerunt, nihil dignum Evangelio nec agunt nec constituunt, ut timeam, me saltem operculum esse omnis Impietatis, quo Vulgo satisfiat etc. Reliquum: Sycophanta ille pessimus *Gallus* ab officio est ejectus duoque Viri senatores ad hoc sunt ordinati, ut alium in ejus locum substituant, quorum unus infensissimus Evangelio nititur nobis intrudere *Benedictum*

---

[1]) Disputationis Bernensis.

[2]) Dum disputatio *Bernensis* peragitur comitia *Lucernae* habita sunt, ubi legati aliorum pagorum ad ea quae *Turicenses* de jure prius emendi et stipendiis peregrinis scripserant asperis verbis responderunt: „Se vel non consultis Turicensibus cum principibus exteris agere callere.“ *Roestius* Consul Bernae Senatui Turicensi.

[3]) *Manuelis* vexillarii satyrae.

[4]) Sine dubio *Zwinglii* uxor.

Burgauerum de S. Gallo [1]), alter amicus Evangelii petiit majorem in modum, ut rem Tibi indicarem, ut si aliquem pium et eruditum Virum, vel *Argentinae*, vel *Basileae*, *Bernae*, *Tiguri* repesire queas, saltem absque omni mora ostendas, ne lupus ille introeat. Sed lege etiam literas illas tuis inclusas. Vale et *Erasmum* Tibi commendatum habe. Rescribe quam citissime. Ex *Scaphusia* 15. Jan. 1528.

Erasmus Ritter, Tuus ex animo.

VI.

Jacobus Grotsch Brigantinus [2]) Zwinglio.

Gratia et pax a Deo per Jesum Christum Dominum nostrum. Carissime magister *Udalrice*, tibi misi his literis inclusum exemplum epistolae, quam *Georgius Dux Saxonum* contra *Lutherum* scripsit (modo enim e *Bohemia* veni) et cujus diebus natalibus Christi in *Bohemia*, *Misnia* et *Saxonia* exempla a principe obsignata palam affixa sunt. Multa quidem mira habui quae tibi scriberem, nisi longum esset; multa enim clandestina et capitalis invidia inter principes et proceres exsistit, ut neque ullus alii amicus sit neque fidem habeat. Ad id autem accedit, ut *Turci* promti sint et summis viribus bellum parent. Rex *Bohemiae* undique auxilium et pecuniam petit, cui tamen *Bohemi* non minus quam omnes alii alieni vel inimici sunt; adeo res in eo est, ut prorsus ab eo desciscant, nam nobiles quoque *Bohemi* contra eum faciunt.

Carissime magister *Udalrice*, dolorem mihi afferunt quae mala ut etiam antehac de me tibi referuntur. Utinam me quoque ipsum audire possis; nam quibus beneficci ii mihi male faciunt, quod ad Deum rejicio. Hoc autem scias, me *Zwinglii* amicum moriturum esse et si tibi unquam viribus bonisque servire potuero, libenter faciam; utinam enim scias ut dicere mihi non opus sit, quanto studio et alacritate hoc itinere saepe me *Lutheri* asseclis opposuerim, qui te et pium *Oecolampadium* palam acerrimis conviciis consectati erant, etiam *Francofurdi* libros vestros coëmunt, comburunt et in cloacas jaciunt. Denique multa de ea re habui quae tibi scriberem. Tamen multi pii Christiani sunt, quibus displiceat, quod *Lutherus* tam improbe scribit. Nihil ultra praeter votum ut Deus semper nobis impertiat clemens suum auxilium. De mea re agere velis ut te acturum confido. Dedi *Constantiae* 20. Jan. 1528.

Jacobus Grotsch Pregantinus.

---

[1]) Scilicet *Burgauer* se ad Lutheri sententiam de sacra coena inclinavit.

[2]) *Jacobus Grotsch* (vel *Graetsch*) *Brigantinus* parochus erat in *Stein ad Rhenum*, quem *Nicolaus Luchsinger* Turicensis administrator de concionibus Solis die ante S. Martini 1527 habitis accusavit, quibus Senatui Turicensi probro objecisset, quod haec civitati coenobii bona eriperet et eam hortatus esset ut adeant Senatum majorem Turicensem id rogatum. Quo facto ille relegatus est. Posthac 13. Aug. 1528 Senatus Constantiensis pro Graetschio intercessit, ut ei terra aperiretur et jusjurandum exilii remitteretur.

6.

Jakob Grotsch von Bregenz an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott durch Christum Jesum unsern Herrn. Lieber Meister Ulrich, ich schicke euch hie einen Brief, wie Herzog Jörg von Sachsen wider den Luter schreibt (denn ich kam erst aus Böheim), solche Briefe sind in der Weihnachtfeiertagen in Böheim, Meissen und Saxen öffentlich angeschlagen mit des Fürsten aufgedrucktem Secret. Ich hätte euch viel seltsamer Mähr zu schreiben, welches aber zu lang würde, denn viel heimliche tödliche Feindschaft regt sich zwischen Fürsten und Herren. Es ist keiner dem andern hold; es traut auch keiner dem andern. Daneben aber ist der Türke auf und rüstet sich mit grosser Macht und Stärke. Der König von Böheim ruft allenthalben um Hilf und Geld. Die Böhmen und jedermann sind ihm ungünstig und feind. Steht darauf, sie fallen gar von ihm, denn auch der Adel in Böheim ist ihm zuwider.

Lieber Meister Huldrich mich langet an, wie ich gegen euch vertragen aber werde, wie vor mehr beschehen, wollte Gott, dass ihr mich auch selbst solltet hören, denn denen ich Gutes gethan, thun mir Arges, das befehle ich Gott. Das sollt ihr aber von mir wissen, dass ich ein Freund Zwinglis will ersterben, und wo ich euch mit Leib und Gut je dienen könnte, wollte ich gern thun, dann wollte Gott, dass ihr wisstet, ohne mein Sagen, mit was Ernst und Freudigkeit mich auf dieser Fahrt oft gesetzt habe wider die Lutherischen, die euch und den frommen Oekolampad öffentlich hart gescholten und geschmäht haben, und euere Bücher auch zu Frankfurt aufkaufen, verbrennen und in die Secret werfen. Ich hätte euch desshalben viel zu schreiben; aber viel frommer Christen sind noch, denen des Luthers lästerlich Schreiben nicht gefällt. Jetzt nicht mehr, denn Gott verleihe uns allezeit seine Hilfe und Gnade. Seit in meinem Handel als ich euch vertraue. Geben zu Constanz 20. Januar 1528.

Jakob Grotsch, Pregantinus.

VII.

Zwinglius Magistro Thummisen.

Carissime Magister *Thummisen*, ea quae vos, coram Senatoribus et Civibus, confoederatis nostris, respondere decrevistis, mihi satis placent, siquidem id eo consilio factum erit, ne Dominus a *Geroldseck* a jure suo depellatur. Equidem enim rem sic intelligo, ut cum *Suitensibus* ejus causa litigare nolitis neque omnino in ejus res vos interponere. Verum enim vero ille contra jus e bonis se expelli non patietur, *Suitenses* autem arbitrabuntur, ne in vestra quidem urbe eum habitare vobis ferendum esse, quod quidem vobis in aeternum dedecori futurum foret, scilicet civem, qui jus quaesiverit, injuste vi expelli vos passos esse. Illum enim civem vestrum esse apertum est; nam quisque Abbas *Eremi* civitatis necessitudine vobis conjunctus est. Quoniam autem ei, qui

nunc Abbatis dignitatem habet civitatem dare recusavistis, certe Dominus a *Geroldseck* nec alius id jus sibi vindicare potest. Quare, viri carissimi, bene habent, quae responsuri estis, scilicet vos litigare nolle, dummodo ne illum Dominum a *Geroldseck* bonis fraudari patiamini; eamque vobis reputandum est, quanto detrimento vobis futurum sit, si in omnibus rebus a jure depellamini nulla alia causa, nisi quia quis pagus vos *Eremum* in judicium vocáre voluerit; videtis etiam eos nihil quaerere nisi quod vobis detrimento sit, quum ne uno quidem verbo adhuc indicaverint quid de Missa *Rutii* factum velint. In quam rem *Suitenses* non minus quam in hanc se immiscebunt et eam judicio *Eremi* constituto decernendam deferri postulabunt. Denique, viri religiosi, sapientes, amici omnia in optimam partem accipiatis, et in hac re agere velitis, ut vos, viri honestissimi, acturos esse certo spero. Dedi *Bernae* 28. Jan. 1528. Quod ad novas res attinet, novissimo Lunae die Missa et simulacra abrogata sunt.

7.

Zwingli an Magister Thummisen.

Lieber Meister Thummisen, euere Antwort, deren ihr euch vor Räth und Burger, unsern Eidgenossen zu geben entschlossen habet, sieht mich nicht übel an, sofern ihr die der Meinung geben werdet, dass ihr damit Herrn von Geroldseck von seinen Rechten nicht wollet dringen. Denn ich verstehe die Sache also: dass ihr mit denen von Schweiz nicht rechten wollet von seinetwegen, noch euch seiner beladen. Jetzt folgt aber, dass gedachter von Geroldseck ab und aus dem Seinen sich ohne Recht nicht wird lassen vertreiben, und werden aber die von Schweiz vermeinen, ihr sollet ihn auch in euerer Stadt nicht dulden, welches doch eine ewige Schande wäre, dass ihr einen Burger, der das Recht anruft, solltet rechtlos, mit Gewalt lassen vertreiben. Dass er aber euer Burger sei, ist wissenbar, denn Einsiedeln ist Burger bei euch. Nun ists aber der Abt nicht, denn ihr habet ihm einmal abgeschlagen, Burger zu werden, so ists ja der von Geroldseck, und mags kein anderer sein. Hierum liebe Herren, steht die Antwort wohl, wenn ihr sprechet, ihr wollet nichts rechten, sofern ihr damit gedachten Herrn von Geroldseck nicht lasset verdringen, denn ihr dabei ermessen sollet, dass euch ein gar grosser Nachtheil entstehen würde, solltet ihr allweg um eine jede Sache vom Rechten darum gedrungen werden, dass euch ein Ort berechten wollte zu Einsiedeln, und ihr sehet auch, dass sie nichts denn euer Nachtheil suchen, so sie sich noch nie haben mit einem Wort lassen merken der Mess zu Rüti halb. In welchem Handel die von Schweiz gleich als wol sich Sächer werden machen, als in diesem und damit aufs Recht gen Einsiedeln dringen. Verstehet fromme, weise, liebe Herren alle Sache im besten, und haltet euch hierin, als ich mir gegen Euer Ehrsamkeit wol versehe. Geben zu Bern 28. Januar 1528. Neue Zeitung. Auf Montag vergangen sind Mess und Bilder hinweg gekennt.

VIII.

Zwinglius (Oecolampadius, Capito et Bucerus) Senatui Bernensi, disputatione peracta.

Religiosi, sapientes, clementes, cari Domini et fratres. Quum igitur ex omnibus articulis et thesibus satis intellexeritis, nos non ubique omnes Scripturae locos ad hanc rem pertinentes protulisse sed satis habuisse adversariis ad ea quae contra dixerunt, respondere, quamquam illi loci justa et firma causa a *Berchtoldo* et *Francisco* [1]) concionatoribus vestris satis indicati sunt: haec omnia tantummodo sumtus qui aliquibus satis gravis est contrahendi et temporis lucrandi causa facta sunt. Si autem quis libello in disputationem vestram totam vel partim eruptionem facere ausus erit, nos Deo juvante processuros esse spondemus tales oppugnatores sustenturos et veritatem rerum tractatarum, quae tam perspicua in honesta et divina disputatione prolata est, Dei verbo defensuros esse. Neque vos sollicitet, Domini sapientes, quod pauci clarissimorum doctorum pro doctrina pontificia propugnantium affuerunt, nam etsi non ipsi, tamen sua doctrina, argumentis et caussis affuerunt, id quod confitentur quicunque eorum scriptorum periti sunt. Ceterum his literis vobis, Domini sapientes, indicatum volumus, nobis alia convicia et probra (ut *Eccii* impudica obtrectatio) non refellenda videri. Namque patienter quidem nobis ferendum est nos Dei causa conviciis affici, dummodo ne ea re veritas imminuatur sed confirmetur. Quid enim ii qui victi sunt sua ipsorum conscientia aliud faciant, nisi dolorem muliebri malitia effundere? Deinde quis est tam insipiens, quin intelligat, tam indecora verba non ex fiducia sed ex desperante animo venire? Itaque religiosi, sapientes Domini et fratres, Deus omnis pacis et solatii vobis det veram et firmam fidem, constantiam in omnibus bonis rebus, ut crescatis cum subditis vestris vita Christiana et gubernacula reipublicae ita tractetis, ut cum vestris et omnibus Credentibus laeti adsitis eo die qui omnibus Dei amicis gaudio et solatio, sed omnibus impiis aerumnae et terrori erit. Denique vos Deo omnipotenti commendamus et vobis suadere velimus, Domini sapientes, ut omnes eos qui propter stultitiam erraverint, et tamen maxima neglexerint, quae Deo et huic tempori debuerint, ea qua soletis benignitate et sapientia tractetis. Quae vobis diximus in optimam partem intelligere et accipere velitis. Gratia Domini nostri Jesu Christi omni tempore vobiscum sit. Amen.

8.

Zwingli (Oekolampad, Capito und Buzer) an den Rath von Bern nach der Disputation.

Fromme, weise, gnädige, liebe Herren und Brüder! Nachdem und ihr durch alle Artikel und Schlussreden hin wol vermerkt habet, dass

[1]) *Berchtoldo Hallero* et *Francisco Kolbio.*

wir nicht an allen Orten alle Schrift, die zu gegenwärtiger Sache diente, hervorgezogen, sondern uns vergnügt den Widersächern auf ihre Gegenwürfe geantwortet haben, wiewol hie mit rechter satter unentwegter Grund von Berchtold und Franz euern Prädikanten genugsam angezeigt, ist alles zu Einzug und Minderung des Kostens, der etlichen schwer genug und zu Gewinn der Zeit beschehen. Sofern aber jemand sammt oder sonders euere Disputation mit schriftlichem Ausbrechen zu widerfechten unterstünde, entbieten wir uns mit der Hilfe Gottes hervorzustehen und solche Widerfechter zu bestreiten, und gehandelte Wahrheit, die so klar auf der ehrlichen göttlichen Disputation hervorgebracht ist, mit Gottes Wort zu handhaben. Es soll auch Euer Ehrsamen Weisheit nicht kümmern, dass wenige der hochbenamten Doctoren, die dem Papstthum verfechten, zugegen, denn ob sie gleich nicht persönlich, sind sie doch mit ihrer Lehr, Argumenten und Gründen gegenwärtig gewesen, das alle die bekennen, die ihrer Schriften besessen sind, zeigen hiemit Euer Ehrsamen Weisheit an, dass sonst andere Schelt- und Schmähworte (als Eks unzüchtige Verschmälerung) unseres Bedunkens nicht zu verantworten sei. Wir sollen gern leiden, so man uns um Gottes willen schmäht, so fern die Wahrheit damit nicht geschwächt, sondern gefestnet wird, denn was sollen die so überwunden sind in ihren eignen Conscienzen anders thun, weder ihren Schmerz mit weibischem Schelken auswerfen? Und herwieder, wer ist so unweise, der nicht merkt, so ungebührliche Reden, nicht aus Vertrauen, sondern verzweifeltem Herzen kommen? Hierum fromme weise Herren und Brüder, gebe euch der Gott alles Friedens und Trostes, wahren festen Glauben, Standhafte in allem Guten, Zunehmen in einem christlichen Leben sammt eueren Unterthanen und Befohlnen, dass ihr euere Oberkeit also bewaltet, dass ihr sammt den Euern und allen Gläubigen fröhlich möget erscheinen an dem Tag, der allen Gottesfreunden fröhlich und tröstlich, aber allen Gottlosen jämmerlich und forchtsam sein wird. — Damit befehlen wir euch dem allmächtigen Gott, und aber euerer Weisheit empfehlen wir alle die aus Einfaltigkeit geirrt, und doch sich selbst zum höchsten gegen Gott und der Zeit versaumt haben, nach gewöhnlicher Güte und Weisheit mit ihnen zu handeln und unser Fürbringen zum Besten verstehen und aufnehmen. Die Gnad unsers Herrn Jesu Christi sei mit euch zu aller Zeit. Amen!

IX.

Henricus ab Eppendorf Zuinglio.

Salve. Institueram *Bernam* venire auditurus quomodo fratres scripturas conferretis, sed negotiis quibusdam ingruentibus post Sacra, ut ajunt, *Basileam* appuli, ex aliis percunctans quod ipse eram auditurus, nec tamen dubito, quin Christus suo affuerit negotio, utcunque reclamantibus iis, qui Antichristo patrocinantur. Sum nunc hic ut magnum

illum *Erasmum* ad palinodiam adigam. [1]) Sic enim coacervatis in nos mendaciis clam et me inscio apud *Georgium Saxoniae* et nostrum Principem me traduxit, ut non existimatione modo, verum etiam fortunis omnibus et vita periclitati sumus. Spero me sic acturum, ut senem malignitatis suae poeniteat. *Hutteni*, si quid haberes operarum, quaeso, aut transmittas ad nos, aut saltem significes et hoc in quatuor dierum spatio, non enim diu hic desidebimus, prospecturi ne ex merito desit defuncto suus honor. Interim bene vale. Ex *Basilea*, 3. Febr. 1528.

Henricus ab Eppendorff.

X.

Comander pio Huldrico Zuinglio Pastori Turicensi fratri suo carissimo.

Gratia et pax per Christum. Carissime frater. Bis tibi scripsi nec semel mihi rescriptum est. Quamobrem quendam quaevere jussi, quid agatur, neque id eo consilio, ut meliora negotia omittas et tempus mea causa conteras, sed quia veritus sum ne epistolae intercidissent. Sed *Benedictus* [2]) quidem mihi rescripsit, etiam inter alia, me obscure et parum scite scripsisse, ut sententiam meam intelligere non possés. Itaque illam rem taceo in praesens donec aliquando tibi plus otii sit. Nunc nobis omnes vires contra *Catabaptistas* intendendae sunt, qui apud nos convenerunt; multi enim inter cives sunt, qui in occulto vel palam eis indulgeant; etiam *Andreas* claudicans in urbe nostra versatur. Qui nobis multos perturbat et cives in suas partes trahit, denique tantum laborem et angorem illi homines mihi afferunt, quantum ne duo quidem pontifices mihi afferre possint. Tamen *Nicolaus* [3]) gnaviter a veritate stat, ut mihi non parvo auxilio sit. Aliqui eorum nunc capti sunt. Itaque ei qui illis favent, clamant: parochum reum esse, eum eos proscribere, eum insontem sanguinem morti dediturum esse. Atqui eorum morte minime gaudeo, sed miseret me quod non desinunt homines decipere. Disputationis *Bernensis* exempla velim, quamquam mihi nunc pecunia deest. Si *Christophorus* [4]) tempus solvendi prolatare voluerit donec festum paschale praeterierit, mihi pecunia erit; mihi igitur duo exempla alterum Germanicum alterum inter Italos mittendum Latinum tradita velim. Nam proximo solis die magnum certamen erit cum iis qui Imperatori student. In qua re disputationem illam nos adjuturam esse confidimus. Antehac quidem sex petivi, sed non habeo qui ea aliis perferat; itaque mihi acquiescendum est. Fortasse nobis ultro tradentur. Deus tecum sit. Dedi Curiae Martis die ante medium jejunium 1528.

Tuus *Comander.*

---

[1]) Conf. notam ad ep. 50 a. 1523 et *Hessii* vitam *Erasmi*.
[2]) *Evander*.
[3]) *Baling*.
[4]) *Froschouerus* bibliopola.

10.

Comander dem frommen H. Zwingli, Hirten zu Zürich, seinem lieben Bruder.

Gratia et pax per Christum. Allerliebster Bruder. Ich hab zweimal geschrieben zu dir und keine Antwort empfangen, darum habe ich lassen fragen, wie es zugehe, nicht das in der Meinung, dass du bessere Geschäfte unterlassest und dich mit mir versaumest, sondern dass ich gefürchtet habe, die Briefe wären mir untergegangen. Aber Benedikt hat mir wohl einen Bescheid geschrieben, auch dabei, ich habe finster und unverständig geschrieben, dass du meine Meinung nicht gemerkt habest. Darum will ich derselben Sache jetzt geschweigen, bis auf ein ander mal, so du vielleicht müssiger bist. Wir müssen jetzt alle unsere Kraft wider die Catabaptistas brauchen, die haben sich bei uns versammelt, und sind unter den Burgern viele, die heimlich oder öffentlich Ihnen glimpfen, und der hinkende Andres hat sein Wesen auch in unserer Stadt. Der verwirrt uns viele und hängt die Burger an sich, und ich muss also unter den Leuten arbeiten und geängstigt werden, mehr, dann wäre noch ein Papstthum. Doch steht Niklaus treulich bei der Wahrheit, und habe gute Hilfe von ihm. Man hat jetzt etliche gefangen, da schreien die, so ihnen günstig sind: der Pfarrer ist schuldig. Er durchächtet sie. Er will das unschuldig Blut in Tod bringen. Nun freut mich ihr Tod gar nicht. Mich bedauert aber, dass sie nicht aufhören zu verführen. Item des Gespräches von Bern hätte ich gern. Ich habe aber jetzt nicht Geld. Wenn mir Stoffel beitete bis nach Ostern, so wird mir Geld, und gäb mir ein Teutsches und ein Lateinisches, das wollt ich unter die Welschen schicken. Denn jetzt Sonntag wird ein grosser Tag werden mit den Kaiserschen. Da trösten wir uns, das Gespräch soll uns wol dienen. Ich habe wol vormals um sechs geschrieben. Ich habe aber keinen Boten, der mirs fertige, darum muss ichs anlassen stehen. Man wird uns vielleicht sonst zuführen. Gott sei mit dir. Geben zu Chur Zinstag vor Mitfasten 1528.

Taus *Comander*.

XI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et pax Christi Tecum, mi frater. Gratulamur, quod salvum Te Dominus ad tuos reduxerit. Sumus et nos salvi nostris redditi. Quin et *Argentoratenses*, delusa adversariorum expectatione domum pervenerunt, Gratia Christo, qui suos nusquam destituit subsidiis. Porro nostrates, exemplo *Bernatium* ne tantillum quidem moventur, ut jam manifestum sit, quam parum nobis curae sint divina, ne de aliis dicam. Vix enim vere civilis constabit prudentia, ubi Religionis parvi fit sanctimonia. Sed nolumus assignare horam Domino, qua finem his malis imponat. Jam sunt adhuc, qui hortantur, ut coram *Ferdinando* Rege,

qui nos tam atroci edicto proscidit, scriptis excusemus. Nescio, an edictum legeris. Si nondum Tibi copia ejus obvenit, fac resciscam, et habebis. Arbitrantur illi per *Tigurinos* facile viam inveniri, quo responsum nostrum Principi fideliter reddatur, nempe, si eo nomine, vicinus ille noster, *Salamanca* salutetur, tametsi ipse nesciam, quid de eo viro polliceri debeam. Scribam apologiam brevem, quam ad Te dabo. Tu, si consultum fuerit, meliorem apparabis. Perdamus aliquot horas. Sane *Faber* id in solos nos fabricatus est. *Lutheranis* multo clementior. Nuper accepi literas a Duce *Wirtembergensi* [1]) qui nos ambos salutat, mecum vero agit, ut *Landgravium* salutaturus accedam, esse enim me illi perquam gratum, ac desiderari ab eo Colloquium. Sed obstant pericula, ne tam longo itineri credere me ausim, tametsi fortassis expediret communi nostri omnium nomine tantum Evangelii patronum convenisse. Confutatio Suffraganei mei sub praelo est. [2]) Vicissim auctore concionatore Dominicastro alium in me libellum [3]) excudi faciunt, cujus copia nondum mihi factum est. Quam facile potuisset Magister noster id scandalorum e medio tollere. Sed necesse est, ut eveniant, quo exerceamur. Rediens e *Berna* parentem offendi lethaliter aegram, quae meo quidem adventu aliquantulum refrigerata, et paucos post dies laboribus et molestiis hujus vitae defuncta, obdormiit in Domino, me vero pluribus probandum reliquit, ita ut difficultas in re domestica onerosior sit, quam antea. Vale, et *Pellicanum Megandrum* ac *Sebastianum* saluta. *Basileae* XI. Febr.

Joannes Oecolampadius.

XII.

Berchtoldus Haller Zuinglio.

Salve. Scribunt nostri *Bernates*, carissime *Huldrice*, pro *Megandro*, *Sebastiano Oeconomo*, et ludimagistro *Curiensi* [4]), quem cumprimis *Megander* commendaverat, quod tum ad conciones, tum et ad lectiones aptus satis esset. De *Sebastiano* sic scribunt Domini, quod si Senatus vester eo carere nolit, alium subordinent, qui et docendi linguas et praedicandi provinciam aptus sit suscipere. Tu igitur pro tua in omnes Ecclesias solicitudine age, ut initiis nostris bene consulatur. Vocavit me Senatus noster, ut indicarem viros doctos, hos itaque indicavi ea fiducia, quod nos deserturus non sis. Age igitur, quem semper egisti, carissime *Huldrice*, nam non minus, imo multo magis tua egemus opera, ut quae Deus per te, etiam apud nos cepit, eadem et

---

[1]) *Udalrico.*

[2]) *Augustinus Marius* suffraganeus, concionator ad aedem cathedralem, contra quem *Oecolampadius* scripsit: „Widerlegung der falschen Gründe, dass die Messe ein Opfer sei. 1528. 8°.

[3]) *Ambrosius Stork* graece *Pelargus*, contra cujus „apologiam sacrificii Eucharistiae" *Oecolampadius* „repulsionem" scripsit. 1528.

[4]) *Nicolaus Baling.*

perficiat. Ceterum pro parochis ditionis nostrae introductorio te proxime monueram, quantocyus unquam fieri poterit congere et congestum mitte. Non deerunt nuntii, qui ad vos rursum referant, modo apud vos ocyssime excudi possit. De pensionibus instamus et urgemus maximopere et speramus propediem eventurum, ut similes *Tigurinis* doctrina et moribus nostrates evadant. Laborabis item, ut *Megander* cum *Sebastiano*, vel alio, festinent ad nos auditури conditionem omnem. Obsecrant nostrates Senatum vestrum; quatenus hac re auxiliares copias non neget. Instabis igitur et tu. Nam horum nihil tui sine te acturi sunt. Interea vale, salvique sint omnes fratres. Ligaturam pro Hernia a *Friczio* nemo ad nos ferat, nisi *Megander*, aut *Sebastianus*. Sic vero parate omnia, ut concionatorem habeamus unum in promptu cooperatorem, nam eo carere non possumus. Xenodochium nunc in consilio tractant, ad fratres praedicatores transferendum. Cogimur item et Nonnis Insulae concionari. Rursum vale cum thori tui geniali socia carissima. *Bernae* 12. Febr. 1528.

Tuus ex animo *Berchtoldus Hallerus*.

XIII.

N. Balingius Zwinglio.

Pudet me profecto, vir candidissime eam me potissimum semper expectare ad Te scribendi occasionem, unde semper necessitatis potius ratio, quam voluntatis, appareat. Caussam autem, si cogites, invenies esse plane nullam, quam quod nolo importunus quasi anser Cygno occinere. Nunc autem, cum vel amici esset perdenda salus, vel Tibi inopportune (quod vereor) obstrependum: satius esse duxi, in re periclitari (quae tamen veniam mereatur) quam maximam perdere, h. e. amici salutem, amici, inquam, quo mihi nemo familiarior, amiciorque. Homini nomen est *Benedicto*. Hoc autem est (ut tandem dicam) de Scholico illo munusculo apud Myconium, non opus est ut rem a gemino ovo (ut ait Horatius) exordiar. Vocatio D. *Sebastiani* [1]) et *Theodori* [2]) magno me gaudio delibutum reddidit. Haec omnia indicio sunt, ab his quoque negligi *Lutherum* cum *Wittenbergensibus*. Sed finiam. *Benedicto*, si fieri potest, ne desis, precor enixissime. Vale Vir syncerissime. De ceteris a *Joanne Tscharner* audies.

XIV.

Paulus Fagius Zuinglio.

Gratia et pax a Domino. Quod bonis avibus ad tuos redieris penates, peracto conflictu *Bernensi*, magnopere congratulor. Quamvis

---

[1]) *Hofmeisteri* alias *Oeconomi*.

[2]) Potius *Megandri* ad *Bernenses*, qui et de vocando *Artopoeo* cogitabant, at is demum circa m. Oct. 1528 *Curia* fuit, dimissus; referenda itaque epistola ad *Hallerum* videtur ad. a. 1528. *Simler*.

intellexerim quantas procellas Sathan tibi remeaturo paraverit. [1]) Attamen DEO gratia, qui te incolumem tuis restituit, nec ullis te periculis succumbere voluit. Mitto tibi hic literarum fasciculos, candide *Udalrice*, quos tu vel imprimis aequo ac benevolo animo suscipere velis. Improviso enim instinctu quorundam tuam humanitatem hac mea barbarie potissimum onerare persuasus, quam tu boni consulere velis, limamque tuam, sicubi operae pretium videbitur, adhibere ne dedigneris. Ut autem scias quales quales sint, qui me ad scribendum tibi jamjam impulerunt; scias eosdem esse, qui praesentes has tibi offerunt chartulas. Convenerunt enim me, postquam ancoram nostro injecissent oppidulo; exploratam enim sibi meam conditionem ex quibusdam amicis sciscitatis prius reddiderant, indicantes sese vel primo congressu (periculo a me facto, quae aëris tempestas istos in nostras detulisset terras) exulare propter nomen Christi. Hactenus enim (ut retulerunt) sub Ducatu Principis Austriae victitarunt, quem plane horrenda tyrannide in Christum, Christique fideles saevire ajunt. Et, ut nosti, quam pium mandatum ante compluscules dies ediderit, quo miris modis homines a Christo nostro Salvatore arcere nititur. Huic, inquam, edicto isti, ut ferunt, antequam auscultare, citius vel omnibus bonis destitui voluerunt, solum ut lucrarentur Christum: Considerantes scilicet, DEO magis, quam hominibus acquiescendum, patremque coelestem magis quam vel umbras hominum expavescendas. Eoque boni fratres dulcibus relictis laribus ad tuos properant penates, sperantes nonnihil solatii, consiliique apud te reperturos. Quare charissime *Udalrice*, tuam humanitatem impendio efflagitamus, ut eos ex me commendatissimos habere velis. Quantum enimvero mihi divinare licuit ex colloquiis ultro citroque agitatis nihil vel tantillum mali suspicare potui, ex omni imo parte beatos arbitror. At tu interim cui quotidiano experimento judicium exercitatius; eoque certius penitius introspiciendo, latius rem trutinato: poteris enim vel primo intuitu facile ex ipsis conditionem eorum expiscari. Videtur mihi alter Literarum non ignarus. At tibi se ipsos totos enodabunt. Quare tu ipsis pro viribus, quicquid commodo utilitatique fuerit, tanquam christianis impertias, frater, ne forsitan ipsis, admota aratro manu, retrospicere contingat. Vale in Domino. Raptim ex *Ysna* 13. Febr. 1528.

Otium si tibi suppeditabit, ne mihi iterum respirare dedigneris, rogo. *Conradum Pellicanum* ex me plurimum salutato. *Conradus Friccius* noster concionator, cui tu per me retroactis diebus nonnihil literarum admisisti, multa te quoque impertit salute, eodemque studio parique animo Te summopere precatur, ut fratres istos, sub tutelam tuarum alarum, quam officiosissime excipias. Vale iterum.

Paulus Fagius, Ludimagister Ysnensis.

---

[1]) *V pagorum* jussu primum Zwinglio et ejus comitatui portae oppidi *Bremgardiae* praeclusae sunt; deinde autem poenas minitantibus *Turicensibus* et *Bernatibus* apertae.

XV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et pax Christi Tecum. Mi frater, Amicorum consilio distuli profectionem ad *Hessorum* Principem, donec denuo ad me scribatur. Sunt autem subornati, qui ad id instigent, ut vocer. *Bucerus* vel *Capito* mihi comes erit. Nondum descripsi paucula illa, quibus *Ferdinando* regi innocentiam nostram declarare volueram, sed proximo nuntio mittam, si descripta fuerint. Neque urget tanta necessitas, quando Comitia *Ratisbonae* ob plerorumque Principum absentiam vel irritabuntur, vel parum proficient. Habes autem hic sermonem meum, quem *Bernae* habui. Eum *Pellicanus* binis Literis extorsit. Non potui totum ad memoriam revocare. Si curabitis impressum iri, vestro jure addite vel minuite, vel omnino rejicite. De *Althamero* nihil aliud mihi sum pollicitus, quam quod egit. Strenue nunc admonemus pro suggestu, ut consulatur paci Reipublicae, sublata Concionatorum varietate, sed obsurduerunt incircumcisae aures. *Basileae* 2. Martii 1528.

Tuus *Oecolampadius.*

XVI.

Zuinglius Cunhardo Somio.

Gratiam et pacem a Domino. Ego, charissime Cunharde, nihil habeo quod te magnopere scire referat, quam quod *Oecolampadius* et *Argentinenses* fratres salvi domum redierunt. *Berna* ascivit ex fratribus nostris D. *Sebastianum*, *Casparem*[1]) et *Rellicanum*. Caeteri *Helvetii* eodem modo furiunt, quo prius. *Claronae*, is est octavus pagus *Helvetiorum*, tres Ecclesiae sustulerunt imagines; quotidie fit aliqua accessio. *Althamer* insignia spargit mendacia; nulli licuisse libere loqui, se praeter voluntatem coactum disputare, provocatione *Francisci Kolbii*. Cum tu cum omnibus nobis scias, eis, imo ei praecipue copiam liberrimam esse factam, et quod volens ac libens passus est se a parte sua eligi ut oratoris munere in suggestu fungeretur. Sed quid victis aliud quam dolor? Acta disputationis diligenter et anxie excuduntur; nunc 34. paginae absolutae sunt; supersunt adhuc viginti, aut forsan supra. Praeest praelo Secretarius ex *Duna*,[2]) qui ex scribis unus est, etc. Vale, et fratres omnes salvos jube; nec obliviscere eorum quae praesente *Ambrosio* commenti sumus. Semper enim dirigenda sunt consilia in aliquem honestum et bonum finem, eorum quibus praesumus, etiamsi nihil temere sit audendum. *Tiguri* 7. die Martii 1528.

---

[1]) *Hofmeister* et *Grossmann* vel *Megander*.
[2]) *Eberardus a Rümlang*.

XVII.

Berchtoldus Hallerus Zwinglio.

Salve. Fausto itinere venerunt ad nos, carissime Huldrice, *Sebastianus* et *Rellicanus*. Cras senatum simul conveniemus ut ejus decreto, conditionem, functionem, habitationem, simulque omnia scire possint, et pro familiis supellectilique advehenda, quae consuluerint, ad vos transmittere. Quod si *Caspari* cordi fuerit, *Bernatibus* inservire, se non faciat difficilem, nec venire diutius cunctetur. Pollicitus si quidem est adventum suum ad Dominicam Laetare. Interim libentes exspectabimus, et ut singula disposita fuerint, vobiscum communicabimus. Ceterum, hac die ferme omnes Legati in agrum amandati rediere. In oppidulo *Lenzburg*, *Frutingen*, *Obersibenthal*, Reformationem imitari nolunt. Ceteram per totam ditionem, etiam in *Brugg*, *Arow*, *Zofingen*, ubi nulla spes erat, obvios se Magistratui nostro in omnibus exhibuerunt. Misit *Capito* libellum, quem procul dubio et Tu quoque habes, cui Titulus: Nüwe Zytung von der Disputation zu Bern gehalten. Cujus auctorem suspicor *Cocleum*, suggestione Nuntii, quem apud nos aliquot dies habebat. In quo simul omnes egregie mendaciis traducimur. *Capito* respondebit. Scribae nostro *Tunensi* non deero. Nunc non potui scribere. Mittas rursum, quae sunt excusa. Quod pro *Balingio* laboravimus apud *Rhaetos*, Te potius certissimo scire, quam jam primum olfacere credebam. Commendavit eum *Caspar*, collaturumque Tecum in via omnia promiserat. Id factum putabam, sed *Rellicanus* optime placet. De *Altheimero* commode apud Magistratum laborabimus. Plura scribere non possum, nec paucula haec relegi jam accinctus Concioni pomeridianae. Vale — valeant, valeantque uxor, liberi et fratres omnes. *Bernae* 8. Febr. 1528.

Sebastianum vocabam *Kleinmann*, *Megandrum Grossmann*. Obiit bonus ille vir, Junker *Bernhart Armbroster* qui Te in ultimo prandio vino *Burgundiae* donaverat.

Tuus *Bertoldus* (*Hallerus*).

XVIII.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Gratia et pax a Deo. *Guolfgangum* e *Glarona* proscriptum, Carissime Huldrice, *Bielam* misi, ut si illic *Jacobum Wirben* juvare posset. Nam Magistratum nostrum *Bielenses* omnino imitati sunt, dirutis ex fundo altaribus et imaginibus, unde *Jacobus* quotidianis concionibus, cum praeesse nequeat, per *Nicolaum Wyttenbach* ipsum amandavi, nec dum intellexi, mansurusne sit apud illos, nec ne. — De *Sebastiano* et *Rellicano* quid actum sit, ipsi scribunt. Non deero illis. Hoc unum novissime neglexeram: Idolum Mariae in *Bürren*, quod ultra 30,000 ℔ corraserat, abortivorum et mortuorum Infantium baptismo, palam, omnibus e coelo signa sperantibus, ante Templum a *Nollio*, Legato, combustum est. Interim misit *Capito* libellum

quendam, cui titulus absque auctoris et typographi nomine, talis erat: Nüwe Zytung von jez gehaltener Disputation zu Bern: Suspicamur omnes *Cochlaei* opera excusum iri, nam is ad octiduum ferme suum habebat famulum apud nos. Ad nundinas illas *Francfordenses* singulis responsurus est *Capito*. Interim de 4 exemplaribus nihil solicitus sis. Nam ubi *Christophoro* datum fuerit, excusa jam exemplaria, etsi non ad finem, ad nundinas vehere, cur non et illi liceret, 4 Tibi dare, modo sic agat, ut una hebdomada simul invulgentur, ne nostrates praeveniantur. Nihil nunc habeo, quod scribam, quam ut felicissime valeas cum uxore, liberis, familia, fratribus, totaque Ecclesia. Cetera *Thunensis* Scriba indicabit. Vale rursum. *Bernae* 10. Martii 1528.

Tuum ex animo minimum numisma (*B. Haller*).

Henricum Lincki ex *Schaffhusia* ad *Brugg* promovimus, modo plebis suffragio id fieri possit.

XIX.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Ex *Augusta* huc venit vir [1]) hic bonus, ut videtur, haesitque nobiscum dies 8. Cepit voluntatem adeundi vos, nam istic opificium suum viget, quod partim didicit, initia nempe artis textoriae tenet. Orat, ut se Tibi commendem. Apparet esse vir integer, nobisque super fidei articulis consentiens. Eucharistiae nempe veritatem agnoscit. Ceterum eruditio est, qualem protinus olfacies, non summa quidem, integritas major, et animus, ut apparet, firmior. Hospes meus *Johannes Hylectaeus*, qui nuper a *Bavaris Bernam* venit, attestatur de fama hominis, ait nempe nominatissimum ut inter rudes, concionatorem verbi extitisse. Nos vero multis abundamus tolerabilibus viris, eximii autem nihil habemus, ut et nobis usui esse nequeat. Et forte erit, quod apud *Bernates* novam fidei vestrae provinciam aget, quo Tibi Coloni admandandi sunt, qui gladio verbi eum pridem in Christi potestatem redegisti. Fac, quod in gloriam verbi facere te ultra nolim neque praeterea, quem commendo, ambire videtur. Vale felix cum familia tua et fratribus omnibus. *Argentorati* XIII. Martii 1528.

V. Capito, tuus.

XX.

Bucerus Zuinglio.

Gratia Deo. Quanquam satis erat, hunc Tibi, optime *Zuingli*, fratrem a *Capitone* esse commendatum, tamen quia id petiit, et accesit

---

[1]) *Paulus Rasdorfer* a *Kempta*, qui parochus factus est *Betschwandae* in pago *Glareano*, quem autem propter acres suas conciones post bellum Capellense relinquere coactus est. (Vid. *Schuleri* hist. pagi *Glareani* pag. 183. 184.

interim egregium de eo Civis cujusdam nostri, qui eum in ditione *Tirolica* familiarius novit, testimonium, etiam ego Tibi eum commendare volui. Qui vel eo nomine mihi studiosius videtur fovendus, quod nihil aeque ambit, quam labore vivere manuum. Attamen cum *Bernatium* ditio multis opus habeat ad docendum instructioribus, tuae prudentiae erit eum ut vas Domini habere. Alter, hujus comes mihi a *Bilicano* commendatus fuit, et serio. Hic operam suam addixerat iis, qui curant publicas Balneas, sed aestum continuum perferre non potuit. Si et ejus alicubi posset usus esse, oro, sis hominis memor. Nam vereor non paucos *Bernatium* Ecclesiis ministrare huic judicio et eruditione scripturarum haud conferendos. Sed recte facis, quod nemini temere docendi munus injungis, nisi et Tibi probatus fuerit. — Protonotarius *Nurnbergensis* nostro scripsit, suum Senatum gravi poena interdixisse, ne quis inferat Ditioni eorum Disputationem *Bernensem*. Tam egregie confidunt *Althameri* sui victoria. Vale et saluta Fratres, *Leonem*, *Pellicanum*, *Collinum*, *Franciscum* ac alios.

Fratri, quem Tibi commendavi, *Paulo Rasdorfer* nomen est, Comiti ejus, quem nunc detinent quaedam, ut nesciamus, si Te aditurus sit, *Balthassari Stundner*. 1528. (Tuus *M. Bucerus*.)

XXI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Optime Huldrice. Properat hic nobilis, ut videtur, sed interim Te ignorare nolim obvenisse mihi tandem uxorem [1]), pro votis, opinor, meis. Res ita postulabat, defuncta matre. Nostri pseudoadelphi inde nonnihil offensi sunt, ut declarent, quam syncere Evangelium ament. Tu vero Dominum ora, ut faustum fiat, in gloriam Domini cedat. Boni nominis vidua et juvenis est, aliquot praecipuos adversarios et amicos Evangelii in familia sua habet, sed pauperem dotem attulit, quem equidem ampliorem nollem. Spargentur aliqua mendaciorum plaustra, scio, sed ea non curamus. Per se evanescunt. Interea nihil mutatum est. Zunfftae pleraeque instant apud Senatum pro concionatorum concordia [2]), qui iterum mandatum suum nobis proponet. Verum nec sic pax constabit. Vale et amicos saluta. *Basileae* 15. Martii 1528. Tuus *Oecolampadius*.

XXII.

Joannes Chufferus Zuinglio fratri suo.

Gratia et Pax a Deo Patre et Domino Nostro Jesu Christo. Amen. Percommode mihi visum est, optime Zuingli, ut puerilem hanc aedi-

---

[1]) *Wibrandis Rosenblatt*, jam prima juventute marito primo *Ludovico Cellario* orbata, quam *Oecolampadio* mortuo *Capito* duxit, et hoc mortuo *Bucerus*. Vid. Hessii vitam Oecolamp. pag. 218.

[2]) Cf. *Hottingeri* hist. Eccles. Helvet. 3, 420.

tiunculam, avunculo meo Regalis Conflaturae Praefecto dedicatam, probatissimi tandem Theologi (qualem Te de re agnosco) limae subjicerem. Te igitur cum vicinitatis, tum fraternae necessitudinis jure precor, ut si quid dissentanei (quod ad amussim hierographiae exigi nequeat) huic insit, priusquam invulgetur, atque patrium solum repetat, evidens, ut nosti, perquiras, emendes, abrasites, quam si etiam propagandam dissuaseris, foco mandabitur. Sin publicitus edendam consulueris, utrumque me penes ratum fuerit. Vale immortaliter, meque, ut sedulo facis, commendatum habe. Ex conducto meo. Idibus Martiis 1528.

XXIII.

Martinus Seger Zwinglio.

Honores et officia quam maxima possum tibi ante omnia defero, carissime Domine et frater. Tibi misi libellum stultorum a me ipso et quidem ratione laicorum, rusticorum denique inepte conscriptum, quem corrigere velis. Quamquam enim intelligo, nugas meas non dignas esse quae excudantur, tamen eas a te correctas excusas velim idque bono consilio. Qui fuit [1]) clemens Dominus noster et frater in Christo cecidit ut ad Hebr. c. 6 legitur. Deinde proxima Dominica medii jejunii Rege *Ungariae* et *Bohemiae* postulante comitia *Curiae* habebuntur. Quid Rex velit mihi non compertum est. Illo igitur die disputatio *Bernae* peracta nobis opportunissima erit, quum novissimo conventu *Inlanciae* multa de doctrina Christiana disserta sint, quamquam omnia in tempus finitae disputationis dilata sunt. Quam si excusa est mihi tradere non recuses, nec non literas quibus VIII pagi et Bernates se vicissim edocuerunt quid de disputatione factum velint. Quod mihi gratum feceris. Denique me tibi deditum esse et doctrinae *Turicensium* quam maxime studere profiteor. Dedi in *Meienfeld* 17. Martii 1528.

Tibi ad omnia officia promtus *Martinus Seger*.

23.

Martin Seger an Zwingli.

Was ich Ehren und Guts vermag zuvor, freundlicher lieber Herr und Bruder. Ich schick euch ein Narrenbüchlein, hab ich gemacht, laiisch, bäurisch und ungschickt. Bitt Euch das corrigiret. Mag wol ermessen, mein närrisch Wesen in keinen Druck kommen mag, wiewol ichs euerem Corrigiren nach gern im Druck haben wollte. Geschieht aus guter Meinung. Unser gnädiger Herr und Bruder in Christo gewesen, ist, wie zu den Hebreern am 6. Capitel steht, gefallen. Item es wird auf jetzt Mitfasten auf Anruffung Königlicher Majestät von Ungarn und Böheim eine Tagsatzung zu Chur. Was ihrer Majestät Begehren ist, mag ich nicht wissen. Wäre die Disputation zu Bern ergangen fast gut auf den Tag, ursach auf nächst verschie-

---

[1]) *Russinger* Abbas *Fabariensis*.

nen Tag zu Inlanz so ist viel vom Glauben geredt, jedoch alles bis zu End der Disputation aufgeschlagen. Ob sie druckt wäre, so lasset nicht, schicket mir die, auch die Missiven so dann die VIII Ort denen von Bern, und die von Bern ihnen mit Schriften begegnet. Wollts gern haben. Damit der Euer. Ich bin ein guter Zürcher. Dat. Meienfeld 17. Merz 1528.

Euer williger Martin Seger.

XXIV.

Huldricus Zuinglius ad Nicolaum Wattenwiel. [1])

Gratiam et pacem a Domino. Pervenit ad nos rumor justam Senatus vestri partem in hoc esse, observandissime *Nicolaë* ut sacerdotes, qui episcopatu non funguntur, Sacerdotiis priventur; quam equidem sententiam severiorem omnino arbitror quam christiana mititas indulgeat, aut ferre possit. Scio quosdam esse, qui non sint confirmati, ut perpetuo fruantur Sacerdotiis, de quibus non contendo, quanquam et hic est senum et domesticorum fidei habenda ratio. At eorum Sacerdotia, qui, ut vocavimus, investiti sunt, arbitror non sine injuriae suspicione auferri posse. Tu ergo pro tua humanitate, apud *Johannem Jacobum* fratrem tuum [2]), meum autem Dominum cumprimis colendum, et apud alios amicos nostros, hoc age, ne ista in re peccetur. Sordida enim nota est, quid violentius egisse, compendii caussa. Caetera, ut tuam operam probo ac laudo, in multis enim nunc perspectam habeo; ita te hortor, ut brachia nunquam remittas. Gratiam Deo et tibi. Nisi enim coelorum Gubernatori tanta fide serviamus, quanta servivimus mundo, sed quid mundo? belluis rectius dixero; non probabimus nos esse, quod audire volumus. Tu ergo perge fideliter agere quod vides e re Christi filii Dei esse. Scio quam gravatim scribas; at literas nihil moror, cum, quae oportet, per te fiunt. Nam si quid voles nostra opera tempestive effici, tempestive scio, calamum corripies. Vale Ecclesiae vestrae et universalis etiam decus et fulcrum non vulgare. Salvos jube nostro nomine fratres tuos, amicos omnes praecipue Quaestorem *A Saepe* [3]) et *Trempium* [4]) meum, ac reliquos. Ad multam noctem scribo. *Caspar* veniet ad 25 diem Martii. Judicium eorum, qui ad vos veniunt a nobis tale habeto, sed solus: *Sebastianus*, acute judicat et vehemens est; *Caspar* autem diligens ac fidus; *Rellicanus*, solidus ac simplex. [5]) Doctrinam sic partiuntur: Argutus est insuperabilis *Sebastianus*, sed simul doctus satis; *Caspar*, constans et tractabilis;

---

[1]) V. Fuesslii Epp. Reformatorum pag. 58—60.

[2]) *Joh. Jacobus a Wattenweil* scultetus.

[3]) *Petrus im Haag* vexillarius.

[4]) *Zwinglii sororis maritus.*

[5]) *Bernates*, quum egerent viris linguas doctis, *Sebastianum Hofmeister*, *Casparem Grossmann* et *Johannem Rhellicanum* ad scholam suam literarum vocavernnt.

Rellicanus ex veris utriusque linguae fontibus plus hausit. Vale 19. die Martii 1528.

H. Zuinglius.

Inscriptio: Nobilissimo antiquissimoque viro Nicolao Wattenwiel Domino suo quamprimis colendo.

XXV.

Zuinglius ad Nicolaum Wattenweil.

Gratia et pax a Deo. *Claronae* res melius habent, quam sententia in Comitiis decreta polliceatur. [1]) *Jac. Wagner* legatus vester scite et prudenter omnia egit, atque non parvam laudem abstulit. Gratiae Deo, qui vobis tales viros quotidie germinat. Mihi sic placuit, ut non dubitem, eum propediem *Saepianis* et *Dillemannis* et integritate et rerum peritia fore similem. *Bremgarti* manum injecit Monacho isti, quem Doctorem *Jesum* (forte *Josen*) vocant, [2]) itidem constanter et moderate gesto negotio, ut optimi quidam eorum Civium magnopere commendent praematuram maturitatem. Sed nunc ista admonent, quorum caussa Te nunc maxime literis istis turbo. Cum *Jacobus* vester a Senatu *Bremgarti* postulavisset, ut Monachus aut prehenderetur, aut vadimonium praestaret (Verbürgnus in re capitali, pro legibus et more municipii hujus) [3]) prodiit *Huldrychus Mutschli* [4]) senator opulentus ac vadem se constituit. Permisit ergo Senatus, ut more Civium satis dederit Monachus, et pro Cive reputetur in hac caussa. Hic ergo suadent, qui isthic ab Evangelio sunt, ut, si vobis videatur, id postuletis a Senatu *Bremgartensi* quandoquidem *Joh. Burkardi*, id enim nomen habet Monachus, missionem honesti et boni viri (Brief und Sigel, dass er erbar und von Eren da sei; eine Kundschaft die einer bringt, so er Burger wird: Abscheid. [5]) nunquam attulerit *Bremgartum*, nec enim possit, non stetur vadimonio *Mutschli*, praesertim cum prius etiam aufugerit Monachus, donec *Mutschli* vadem se praestaret. Sic enim fieri putant, ut libere liceat quorundam conatibus obstrepere, qui eum contra leges et jus tuentur. Est autem manifestarius fur Monachus iste. Nos furtorum ejus multa genera habemus, certa et indubitata quae ab *Argentorato*, ubi admisit, ad nos dederunt amici, at isto momento ad manum non sunt, sed apud Abbatem *Capellae*,

---

[1]) Conventu 15. Martii habito populus Glaronensis parvo numero triginta trium suffragiorum vincente V pagis denuo promisit, se in vetere consuetudine religionis permansuros esse. Sed paucis diebus post duae parochiae simulacra fregerunt et lex jejunii non observata est. (Vid. *Schuleri* hist. pagi *Glaronensis* pag. 158—163.)

[2]) *Joannes Burkardi* concionator Bremgartensis, contra quem *Bullingerus* 1526 in Capel libellum de Scriptura et Missa edidit, quo questus est eum maledicere, quamquam ille juvenis ipse, studio flagrans id ipsum commisit.

[3]) Ita in margine *Zuinglius*.

[4]) *Mutschli*, qui reformationi amicus fuit et postea Scultetus factus est.

[5]) Ita in margine *Zuinglius*.

sed primo quoque tempore repetam. Istis interim duobus furtis contenti sitis, nam *Argentorati* sufficiens testimonium habebimus, magnum modum tritici furatus est ad cellam suam siti, per foramen, quod a meretricula sua divenditum est. Reddidit etiam. Et crucem auream, ein goldin Krytzel etc. Quae omnia ita sunt manifesta, ut nulla possint tergiversatione negari. Si ergo ante constitutum diem scriberetis senatui *Bremgartensi* profuturum putant, facile fiet tabellione vestro ad nos aliove proficiscente. Vale. 24. Mart. 1528.

Huldricus Zuinglius tuus, ocissime scripsi.

Salvos jube amicos et fratres omnes, praesertim tuos, et *Trempium*. Virum istum mire candidum et pium Tibi commendo, *Balthazari* nomen est, fideliter servivit in excudenda definitione, gravissima opera sustinere didicit, adeo ut ego admiror hominis tolerantiam. Frater fuit *Kungsfeldii*, uxorem isthinc duxit *Graveneggiam*, sorori tuae notam. Iterum vale.

XXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et pax a Christo. Quod bene precaris hymenaeo nostro, carissime frater, perquam gratum est. Exaudiet enim Deus optimus, quod pie petitur ab ipso. Animus bona praesagit. Spectavimus in hoc potius ordinationem Dei, quam hominum supercilia. Pauci hic gratulati sunt, atque vel ob eam caussam, ne perpetuo offendantur, ducenda erat uxor. Quae tu de *Suevico* foedere annuntias, eadem et *Capito*, nempe scriptum Senatui, foedus *Suevicum* ter centum equites deputasse, qui deprehensos ubique *Catabaptistas* et *Sacramentarios*, citra cognitionem juris plectant ultimo supplicio, eo quod utriusque Sectae numerus increscat. *Norimbergenses* nostri saevissimo edicto prohibuerunt, ne Disputatio *Bernensis* apud eos legatur, nimirum propter Eucharistiam. Hunc virum bonum, et Evangelio enuntiando idoneum, oro, *Bernatibus* commendes. Non est enim, quantum conjecto, ex triviali vagorum numero. Mallet laborare, sed dissuademus. Messis enim illa magna eget operariis, quos Dominus extrudit. *Christophorus* nulla exemplaria disputationis *Bernensis* hic reliquit, quae tamen desiderantur, magis ut exteris mittantur amicis. Suffuraneus meus impudentissimum libellum contra me scripsit. Amici censent indignum graviore responso, sed a poetico et dicaci ingenio festiviter excipi vellent. Quod si quis apud vos esset, notas in eum libellum transmitterem. Quid Tu Tibi de Civitate polliceris, ubi haec impune licet. Vale. *Basileae* 25. Mart. 1528. Tuus *Oecolampadius*.

XXVII.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. En Hoseam nostrum, ex quo gustum capies judicii nostri praecipua loca discutiens. Quod si minutiae quaedam inter nos

variant, charitatis summam non vitiabunt, qui in exaltato Christo tantopere concordamus. Tui memineram in Hosea. Probavit *Bucerus*, nisi quod verebatur domesticum fore testimonium et suspectum atque invisum malevolis, quod in tempore dictum pondus esset habiturum. Itaque expunxi, ne praecox studio caussae incommodarem. *Lutherus* et *Papistae* in Te choragum disputationis *Bernensis* incursionem facient, tum erit tempestivum, ut aperte sub tuis signis profitear, quod sum et animose et dextre fortassis facturus. *Bucerus* Tui nihil commeminit in Joannem, quod utrumque poenitet. Nam videtur *φιλονικότερον* praefatus, quasi suum celebraret Trophaeum, quod victor adversus *Tregarium* statuisset. Cui rei postera cura satis opportune medebitur, et acta quoque declarabunt, quantum in Te et *Oecolampadio* situm sit, et quantum aliorum. Nostra enim opera perpusillum profuit. Neque est, quod stultitiae crimen apud Te deprecemur, cui de animo nostro constat, et quem vitia nostra celare non cupimus, sed abs Te malumus emendari. Sunt, qui inter nos dissidium anxie praestolantur, quos sperato gaudio facile fraudabimus. Novimus integritatem, fidem, curam, longanimitatem, et veri in Te Episcopi dotes. Et Tu vicissim nostram simplicitatem et patientiam, qui possimus etiam adversariis cedere, unde certum suspicionis argumentum de nobis neutiquam praebebimus, quin furiosum *Saxonem* placiditate nostra degravabimus, qui nos dissentientes non solum mutuo ferimus, sed ex animo in suo quemque cursu, secundo applausu adjuvamus. Quae tamen de foedere *Suevico* certa modo ferebantur, incerta erant, quae nuper ex Literis ad Senatum destinatis nos ad Te scripsimus, quibus vana multa includebantur. — *Lutheri* colophonem: „den Garus“ brevi videbis. Placidissimum istud pectus aequanimitate sua disputationis *Bernensis* fraudes deteget. Sic enim promissum ab eo autumant amici. Tum erit occasio respondendi. Quod si non molestum est, oro interim saepe scribas, nam ad Reipublicae decorum Literae tuae conducunt etc. Leguntur enim multis, quae uni nostrum scribis. *Bucerus* Te vehementer salutat. Item et fratres reliqui. Vale. *Argentorati* 29. Mart. 1528.

Capito.

XXVIII.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Salve. Venerunt omnes salvi (ad) nos, carissime *Huldrice*, quos *Berna* vocavit. Conciones hoc ordine sumus aggressi, ut dominicis diebus prima fiat in novo hospitali Praedicatorum ab hora sexta, usque ad septimam, deinde in Ecclesia parocciana altera ab octava usque ad nonam. Tertia ibidem pomeridiana. Quarta vero hora vespertina apud Nonnas insulares, quibus etiam per hebdomadam *Sebastianus* bis concionatur. Deinde *Franciscus* feria secunda et tertia, *Bertoldus* quarta et quinta, *Caspar* sexta et Sabbatho. Interim a lectionibus feriamur usque Pasca transierit. At quod me nunc maxime urget, paucis accipe.

Venit ad nos *Georgius Chalybaeus*, [1]) quem *Bielam* promovimus. Interea vero nihil de eo percepimus. Is inter cetera simultatem quandam inter *Sebastianum* et *Casparem* referebat, quod alter alterum dedignaretur integritate sua, deinde quod *Sebastianus* homo nequam et malus esset, ideoque *Megandrum* tam diu suum ad nos adventum distulisse, ideoque mihi summopere cavendum ne Ecclesiam nostram vel temeritate sua, vel improbitate, vel morositate plus turbaret quam aedificaret. Quid ego aliud facerem, quam quod silentio transirem, donec omnes convenerimus. Mox *Caspar* omnia mihi retulit, quomodo Tu ipse hominem *Sebastianum* dedolaveris, ut optime de eo sperandum sit, atque animum, qui mihi pusillus factus erat, omnino reddidit. Fuerunt in aedibus meis *Sebastianus*, *Rhellicanus* et *Megander* in hunc usque diem, at nihil simultatis, nihil indignationis unquam a quoquam notare potui. *Sebastianus* ad omnia paruit, dum pede uno male valerem. Concionibus praefuit, et si eum plebs in omnibus angulis audire nequeat, tamen eum audire non dedignatur. Itidem et *Caspar* facit, etsi postremus venerit. Obsecro igitur Te, carissime *Huldrice*, ut, dum per otium licuerit, communem Paraenesin ad nos omnes scribas, qua horteris ad pacem et caritatem mutuam, ad convictum verbi Ministris dignum, item ut uxores nostrae non sint vani ornatus curiosulae, sed modestae, sobriae et nequaquam calumniosae. Sic praevenies, quae nobis non conveniunt et scandalo essent Ecclesiae. Et dum quisque nostrum suum habet defectum, nihilque ex omni parte integrum et beatum, obsecro, ut et me quoque quem coram didicisti a moribus et ingenio mihi depingas et ceteros quoque comministros, si quid habent, a quo ipsis temperandum esset, admone tuis ad me literis; ut adimere possim. Non deero in omnibus, quibus possum Domini gloriam, Ecclesiae aedificationem et Ministrorum commoditatem promovere. Cuilibet dati sunt coronati 6 item et 3 modii frumentorum, et vina quoque habebunt. *Roestio* dicas, rumorem ad nos devenisse, quod *Sabaudus Gebennas* obsederit, atque aliud nihil quam bellandum. At Cives ad omnia bella facti inviti, duos e Senatu, duos e Civibus mittunt, qui rem sic transigant inter utramque partem, ut pacatiores reddamur. Rumor autem ille hinc natus est, ut Cives nostros eo fortius concitarent. *Nicolao* [2]) absente literas aperuimus et *Jacobo Wagner* praelegimus. Is cum ad Senatum rem retulerit, decreverunt nuntium missuros ad *Bremgarten*, qui strepitu forensi hominem conveniat. Villani nostri inquietiores sunt, quod nihil illis de censibus indulgetur, nam nisi id sperassent, Missam non amandassent. Seditionem minantur. *Interlacenses* monachi totum regnum suum tradiderunt in manus Magistratus nostri circa 100,000 fl. singulis in unam summam redactis. Sic turbatur Magistratus, sic omnia turbas minantur, ut nisi Dominus custodierit, frustra vigilabimus omnes. Acta Magistratui mire placent. De *Althamero* cum *Tillmanno* et ceteris contuleram, quibus ob quotidianas molestias visum est, ne Senatum turbemus, eo quod in dies

[1]) Cf. ep. 4 a. 15??.
[2]) Wattenweil.

evangelici ad negotia et comitia amandantur, reliqui vero, qui negotio minus favent, nec pellem mutarunt, adsunt, et pro suo nutu consulunt. Quod si omnino visum fuerit rem ad senatum referre, tempora expectare oportet commodiora. Scriba *Thunensis* donatus est 50 Aureis a Senatu et Te perpetuo commendare non desinit. Vale itaque et super Ecclesiam nostram tuae solicitudini commendatam semper vigilato. Ultimo Martii 1528.

Tuus ex animo *Bertoldus (Hallerus.)*

XXIX.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et pax a Christo. Mitto hic caritati Tuae, Frater carissime, aliquot libellos, qui non essent hic excusi, nisi nobis iratus esset Deus [1]). Hactenus qualitercunque me consolatus sum, quum pro solis suggestibus partim pro Christo, partim pro Antichristo, declamaremus. Sperabam enim tenebras veritatis radio cessuras tandem, et adversariorum vanitatem, sua ipsorum temeritate, manifestandam. Non hoc per arrogantiam loquor. Vix est alia urbs, in qua, majore patientia et vigilantia, Verbum Dei diutius hoc seculo annunciatum est. Tyrus ac Sidon olim in sacco et cinere poenitentiam agentes, nauseassent suas abominationes, at nos non solum non haeremus, sed et retrocedere videmur. Itaque nunc valde terreor, non ignorans quantum periculi immineat civitatibus, falsos Prophetas amantibus et foventibus, veritatis autem minorem habentibus curam. Excoecentur enim necesse est. Coecae non evadant, quin cum coecis ducibus in foveas cadant, a quibus, cum iratum Deum habeant, qui solus liberare potest, educi nequeant. Sola *Hierusalem* admonere posset, ut prudentius sibi consulerent, si exempla spectare vellent. Solicitus ergo et anxius sum, nomine plebis, cui adesse me Dominus voluit. Est certe bona, si non major pars civitatis, quae toto corde dolet, tantis nos dissidiis laborare, et quasi ludere pro animabus Christi sanguine redemtis. Unde etiam Zunftae (tribus) quaedam supplicarunt Senatui.

Nos nihil omittimus. Porro Deus nos tardius respicit, nimirum negligentius orantes, siquidem aliquando respecturus est, et non penitus rejecturus. Videre ex libellis istis potes, quanta licentia adversariorum, quam nulli parcant.

Eccianae Epistolae hic excusae sunt, et facta est *Basilea Ingolstadium*. Quis Typographum [2]) impulerit, conjecturae sunt. Senatus facile potuisset rescire. *Suffuraneus* [3]), ut dilutas nugas, immo blasphemias suas, quas refellimus, tueretur, amplius blasphemat, calumniaturque tam aperte, ut refellere non juvet tam impudenter dicta. Haec novit tota civitas, et connivent, qui impedire possent. Interim male

---

[1]) Qui ab *Eccio* et *Fabro* contra reformatores scripti erant.

[2]) *Joannes Faber Emmeus*, *Juliacensis* typographus *Basileae*.

[3]) *Augustinus Marius* suffraganeus.

audit Evangelium, ac nos, et ipsa *Basilea*, pessime: vereorque, ne dum semper utraque sella sedere velit, utraque excludatur aliquando. Quid Christiani sentire de ea possunt, qui talia hic doceri et evulgari legunt? Quantum favebunt adversarii, qui nos audiunt haec publice damnare? Equidem civilium negotiorum ignarus sum, ut ex Prophetis nihil colligam, auguror tamen, quod vel eloqui exhorresco. Vae domui in se divisae!

Ex eadem officina et *Pelargus*, Monachus vere indoctus, suas nugas extrudit [1]), Graeca et Hebraea citat, cum vix Elementa earum linguarum teneat. *Atrocianus*, Ludimagister apud S. *Leonardum*, tam bellis carminibus pietatem juvari cupit [2]). An non libera civitas est *Basilea*, in qua et impiae blasphemiae impunes? Quid libelli autem mei olim passi sint, non ignoras. Adhaec nos in praesentiarum nihil egimus, quam quod plebi publice innocentiam nostram declaravimus, senatui quoque diximus, paratos nos et ad respondendum, sicubi putemur contra mandatum ipsorum docuisse, et ad ostendendum, adversarios nostros in multis contra Mandatum ipsorum docere. An non putes irato similem Deum, qui haec audit, et non emendat?

Scribo haec, Frater, fideliter Tibi, ut cures etiam isthic pro nobis preces fieri, si forte Deus nobis quoque id gratiae concedat, ut unanimes doceamus, ac pure, Christum, et excitet aliquot amicos huic civitati, qui eam admoneant periculorum suorum; quandoquidem surdis auribus nos praeterit. *Tigurini* fortassis, et *Bernates*, in hac re possent plurimum, utpote majore necessitudine nostratibus juncti, maxime quum intelligant, hujus factionis maledicentia, se et optimos quosque ac pientissimos contemtum iri.

Conjugium meum boni spero fore auspicii, quandoquidem mundo et nostris Hypocritis, Evangelium ore crepantibus, qui et ipsi mundus sunt, valde displicet. Video quanta res sit, et quam secura, vitam bona conscientia agere. *Pelargo* respondi Latine. *Wolfgangus* (*Wissenburgius*) in Hospitali vertet. *Suffuraneo* non respondebo, nisi jusseris. Indignus est ob apertas calumnias, tametsi illis interim papistica secta glorietur. Bene vale, et Deum pro nobis ora. Nunc *Basilea* talia dona mittit. Si placet exurito, vel inter thesauros collocato. *Basileae*, prima Aprilis 1528.

Jo. Oecolampadius Tuus.

Heinr. David, *Emeum* typographum conductorem sine dubio ob impressos illos libellos e domo sua excedere jussit ante ferias Paschales, sed nescio an facturus sit, quandoquidem nihil tale sperans ad anni spatium locarit.

---

[1]) Apologia sacrificii Eucharistiae.

[2]) *Joannes Atrocianus* qui Elegiam scripsit de bello rustico 1525. Epigrammata et epistolam hortatoriam ad bonas literas. Basileae 1528. Ludimagister erat ad S. Leonardi *Basileae*.

XXX.

Hartmann Schnider Zuinglio.

Fratri meo carissimo *Udalrico Zuinglio* Episcopo magni Monasterii Turicensis.

Gratia et pax a Deo Patre coelesti per Jesum Christum Dominum nostrum semper tecum omnibusque Christianis sit. Amen. Carissime frater, scias me novissima hebdomade nomine nostri collegii parochorum, jussum et vocatum a Dominis meis cum aliis fratribus collegii nostri *Bernae* me stetisse, ubi Domini nostri nos omnes hortati sunt, ut abhinc sibi solis obediremus (et quidem merito) et omnino Episcopo jusjurandum renuntiaremus, etiam ut iterum ageremus coenam Domini ad quam, quum egeamus pane, quamquam tempus adest, nondum parati sumus. Itaque cum ego aliique fratrum meorum id incommodum cum fratribus nostris praedicatoribus aliisque viris doctis, qui, a vobis profecti, nunc *Bernae* sunt, questi essemus, vestri illi putaverunt, nos *Turici* apud vos quem panem vellemus accepturos esse. Quamobrem fratres omnes collegii nostri quam instantissime rogamus, ut indices huic qui has literas tibi pertulit, ubi ad 5000 panum accipere possit, et roges aliquem fratrem, ut eum eis emendis adjuvet. Cujus officii gratiam tibi nos relaturos esse spondemus. Scias praeterea, me morbo affectum *Bernam* vectum esse et etiam majorem in modum affectum domum rediisse. Gratia Christi vobiscum omnibus sit. Dedi *Rudi* [1]) 3. Apr. 1528.

Frater tuus tibi omni tempore ad omnia officia promtus
Hartmann Schnider, decanus Rudensis.

30.

Hartmann Schnider an Zwingli.

An meinen vielgeliebten Bruder Ulrich Zwingli, Bischof im grossen Münster Zürich.

Gnad und Fried von Gott unserm himmlischen Vater durch Christum Jesum sei mit dir allezeit und allen Gläubigen. Amen. Vielgeliebter Bruder wisse, dass ich der vorgegangenen Woche im Namen des Capitels zu Bern, nach meiner Herren Befehl und Bott mit sammt andern Capitelsbrüdern erschienen und da von unsern Herren all ermahnt, dass wir jetzt fürhin ihnen allein gehorsamen (und das billig) und uns ganz und gar verzeihen bischöflichen Eids, auch dass wir wieder ausrichten das Nachtmahl des Herrn, zu welchem wir noch ungeschickt; und Mangel haben an Brod, und aber die Zeit vorhanden. Als mich nun desselben sammt andern meiner Brüder vor unsern Mitbrüdern Prädikanten und andern jezt Gelehrten zu Bern, so von euch gezogen, gebett und erklagt han, vermeinen die Euern, wir möchten wol überkommen bei euch zu Zürich. Deshalb unser aller Brüder in meinem Capitel ernstliche und trungliche Bitt, dass du Zeigern dieses Briefs wollest anzeigen, wo er etwann 5000 Brot überkommen möchte und

[1]) Ditionis Bernensis.

etwa einen Bruder bitten, der ihm solches helfe kaufen. Wollen wir um euch verdienen. Wisse, dass ich krank gen Bern geritten, bin und kränker wider hin. Die Gnad Christi sei mit euch allen. Dat. zu Rud 3. April 1528.

Dein allzeit williger Bruder Hartmann Schnider,
Decan zu Rud.

XXXI.

Zuinglius Cunhardo Somio Ulmensium Evangelistae.

Gratiam et pacem a Domino. Narravit mihi *Cunhardus Herman*, ut vanus sit apud vos in illum rumor sparsus. Scito igitur falsa esse omnia: nam et istud mendacium impudens fuit, quo superioribus annis degravatus fuit, quasi foeminam quandam rapuisset, etc. Tu quod ad hanc causam adtinet, tuto potes innocentiam hominis defendere. Ceterum ut omnes de salvo reditu tuo [1]) eramus solliciti, ita laetos omnes reddidisti, quum salvum rediisse accepimus. Quod hactenus nihil scripsi, non alia causa factum existimato, quam quod nostris nihil opus habes. Deinde ipse video, *Cunhardum Somium* talem esse virum, ut amicitiam deserere non possit, etiamsi quis scribere desinat. Ludimagistrum vestrum non potui vel saltem convivio excipere, tu meas occupationes excusabis. Apud *Froschouerum* nihil adimere precio quivi; ne ergo putet meam illi defuisse fidem ac sedulitatem; ego enim vobis cum primis multa et debeo, et cum datur pendam. Vale, et persuasum habeas, tibi *Zuinglium* ferreis olim vinculis devinctum; nunc ubi fretus est bonitate et humanitate tua, adamantinis catenis esse alligatum. Cunhardum dignum atque fidum arbitror, qui alicubi praeficiatur. Ne ergo desit ei opera tua. Debemus tales, qui malis exerciti et indurati sunt, ad hujusmodi munera evehere. *Tiguri* 3. die Aprilis 1528.

XXXII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi Tecum. Nihil hinc novi, mi *Huldrice*, quod oblectare possit, mittimus, at felicius *Argentoratum*. Habes hic quod *Capita* dedit, quod non potuimus antea mittere. Vidimus unam ex Disputationibus *Bernensibus* et probamus insignem diligentiam. Spero, ubi innotuerit, quam modeste omnia gesta sint, poenitudine laboraturos, eos, qui tam sancta vetuere legi. De concionibus autem *Bernae* habitis nihil adhuc comparuit. Fortassis in proprium libellum digerentur. Bene vale. *Basileae* 5. Apr. Saluta *Pellicanum*.

Tuus *Oecolampadius*.

[1]) A disputatione Bernensi.

XXXIII.

Capito Zuinglio.

Gratia et pax charissime frater. Dici non potest quantum prosit irati *Lutheri* petulantia. Nam amicos, quos personata illa autoritate hactenus detinuit, offendit graviter, confirmat nostros. *Hessus* in hoc fuit, ut coram *Oecolampadius* et *Bucerus* causam agerent. Sed nova turbatio Principum intercessit, quam opto et spero feliciter desituram. Pace reddita, videtur congressio futura. Te putant fines Elvetiorum temere non egressurum, quem ob bene facta malorum hominum acerbissima odia observant, et fortassis impotentem adversarii animum magis exacerbares coram agens, qui absentis moderato stilo tantopere exasperatur. Magna Principes moliuntur. *Hessus Norimbergae* nuper fuit, Equitibus tantum 14 comitatus. Caussam facile suspicis. Agitur caussa ducis *Wirtembergensis*, [1]) quo Patriae reddito bene sperandi materiam nobis objectam sperarem. Facile cum vestratibus coalesceret exilio diutino multatus Princeps, cui sustinendi essent tot adversarii. Unum orant amici omnes, hoc est, Principes et Proceres, rerumque publicarum Magistri, qui Tuae parti favent, ut *Luthero* responsurus, tui sis memor, neque sinas te hominis improbitatem agere transversum. Nam retaliando pessima commeritum, magis ornares, qui sua nefanda et prolixa maledicentia sibi uni potissimum nocet. Et tamen artes perspicuis notis declarandae sunt, quibus inficere tentat veritatem; deinde, si quid verisimiliter ineptum respondet, refutandum; postremo vulgaribus lectoribus et crassulis scribendum omnino, qui eruditionis Tuae luce, perspicua brevitate, nervosisque argumentis plurimum capiuntur. Aequissimum vero in Te animum ex eo cognoscunt et depraedicant, quod abs Te dissentientem ferre potes; nam ille Te devovet, spiritosum, et Satanam ipsum facit; Tu contra duntaxat errantem, sed periculose ac protervius errantem. *Bucerus* totus in ea modo caussa desudat, cui potius congruit abstergere lutum convitiorum, quam Tibi, quem impetiit. Praeterea si quid in mea parvitate situm fuerit, non deero occasioni, quae nunquam non aderit. Modo mi frater, pro animi istius magnitudine magnifice ipse contemnas muliebriter convitiantem, idque praeter etiam suspicionem veri, tantum abest, ut queat officere. In humilitate nostra vincet gloria Dei. Si forte in scribam urbis vestrae *Mangoldum* et Consulem *Roestium* incideris, nomine *Buceri* et meo eos diligentissime salutabis. Tu quoque vale felicissime cum familia tota. Soleris, quaeso Te saepius *Oecolampadium*, cui nuptias vereor obtigisse difficiliores, ob rumores hominum, quos tenere patitur. *Argentorati* 15. Apr. 1528.

V. Capito.

---

[1]) *Ulrici.*

XXXIV.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Observande *Zuingli*. Totus furit *Lutherus*, Tu quaeso totus mansuescas, ac ut furentem fratrem tractes, blandiendo nimirum, ut illi vera ostendas. Hoc et caussa, quam agis postulat, et judicium, cui illa approbanda est. Sunt in eo Principes, et alii viri boni, atque graves, ut Colloquii copia fiat. Id impediretur, si et nos hostes vellemus esse. In quaternione V fatetur, inter panem et corpus Christi esse unitatem, non naturalem, non personalem, non operationis, sed sacramentalem. Ex eo, si mihi scribendum esset, conarer ostendere, inter nos convenire, ut re ipsa re vera convenit, nisi quod ille justa contendit recitare haec verba: Hoc est Corpus et eo praesentem Christum statui etiam impiis. Piis siquidem et nos Christum praesentem esse, et edi fatemur, sed per fidem, et panem non esse neque dici Christi corpus, nisi sacramentaliter. Et si de *Luthero* parum spei sit, est tamen magna de innumeris, qui illi adhuc adhaerent. Ne hos alienemus, scribendum est, quemadmodum nos et illos, non ut decet *Lutherum*. Est autem aliud, mi *Zuingli*, quod in sinum tuum effundere coegit aegritudo animi mei. Quod verebare Tu, id accidit. Nimia consuetudine imposuit *Capitoni* nostro *Cellarius*, homo vere spiritu *Catabaptistico* correptus. [1]) De Baptismo, et aliis rebus omnibus, suas illi nugas persuasit. Privatim inter nos aliquoties velitatum est, sed *Cellarius* non ferens sua confutari, nos valere jussit. *Capito* nunquam adduci potuit, ut justo colloquio mecum rem expenderet, nescio quo *Cellarii* afflatu, hac in re sui dissimilis factus. Attamen promiserat, potius in totum nihil se docturum, quam contra nos docturum. Hac promissione fretus in praelectionibus munivi fratres contra commenta *Cellarii*, nam duabus praelectionibus sparserat ea *Capito*, cumque audissem spargi nos hic omnes cum eo facere, propter effusas laudes *Capitonis* libello *Cellarii* praemissas, in Joannem, paedobaptismum defendi, et de typicis interpretationibus fidei meae rationem tradidi. Utrumque locum indicat versa prima pagella, et si vacaret, cuperem, utrumque a Te legi. Misi libellum *Pellicano*, nam Te legendis gravioribus scio occupatum. Hoc facturum me *Capitoni* praedixeram, attamen nescio, quomodo id inter se *Cellarius* et *Capito* interpretati sint. Ille, audiente *Capitone*, blasphema docere me in os convitiatus est in medio foro, parumque abfuit, quin me verberasset, quamlibet pusio gigantem. Ita sui compotes sunt isti magni spiritus. *Capito* conatur hoc irae tribuere, sed non erat id convitii in ore natum, et falsum nondum ille agnovit. Post haec omnia, adduci se *Capito* passus est, ut paedobaptismum, et alia, contra nos oppugnaret, in Hosea suo verbotim mea, presso licet nomine, confutans. Expostulavi cum viro, quod clam me hoc fecisset cum antea inter nos communicaverimus omnia. Objeci datam silentii fidem, monui eadem opera in *Te* et *Oecolampadium* scripsisse. Respondit, sic se habere fidem suam, nec

[1]) Cf. ep. 99. a. 1526.

videre, quomodo Prophetae enarrari possint, suis, imo magis *Cellarii*, non receptis. Sed quid facerem? Liber editus erat, et ex dissidio nostro nihil nisi gravia scandala expectanda erant. Vici me ipsum, adjunxi iterum me illi, et familiarius, si quo pacto alienare eum possem a *Cellariis* et aliis *Catabaptistis*, nam et his jam se adjungit, praetexens, se eos ita velle lucrari. Interim illi ipsum perdunt. Laboravit diu insomnia vir, vere alioqui pius. Conflictatur cum quotidianis morbis, inde aucta atra bilis hominem turbat. Ita tamen studet unitati Ecclesiarum, et *Te* atque *Oecolampadium* observat, ut sperem, si moveris eum, et paulo gravius, ita tamen, ut Te adhuc amicum suum agnosceret, Te non parum apud ipsum profuturum. Idem *Oecolampadio* scripsi, et praeterea nulli mortalium haec indicavi. Sub finem libri ejus, et circa fol. 50. lege quaeso, quae contra nos scripsit, ut inde arrepta occasione eum monere queas. Cumque mihi de hoc voles rescribere, cura, ut mihi in manus literae praesententur, *Capitoni* enim jus est, mihi inscriptas resignare sic tentat et nos Satanas. Sed, spero, frustra nos scindere conatur. Presso enim dolore do operam, ut nobis virum restituam, et videtur eum poenitere facti, ac, ni fallor, et erga ipsum ita se habet *Cellarius*, ut sentiat non esse e coelo, quem jactat ille spiritum. Satis *Tu* et *Melanchthon* de homine nos monueratis, sed erat in fatis, et nos ab illo turbari. Lecta haec, obsecro, Vulcano consecres, et his non nisi certo nuntio rescribas. Bene vale. De reliquis Capito. *Argentorati* 15. Apr.

Bucerus tuus.

Publicae pacis ideo non sunt nostri soliciti, quia privata fruuntur, et imminentia non omnes sentiunt. Captatur nunc consilium de submovendis superstitionis reliquiis. Id si successerit, dabit forte oculos alios. Saluta nominatim Deo *Commendatum Dominum de Geroldzek*, *Franciscum*, *Collinum*, *Amandum* [1]) ac alios, praecipue *Leonem*.

XXXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et pax Christi Tecum. Carissime frater. Eventuum varietas etiam optima consilia interturbat, immo Deus ipse, citra cujus nutum accidit nihil. Satis turbulenta est civitas nostra; utinam non sint praeludia majoris dissidii. Zelotae quidam (quinque erant) ipso die Parasceves, citra autoritatem Senatus, neque ipso inscio, omnia idola in templo Divi Martini, ab aris in unum locum semoverunt, et ne unum quidem suo loco reliquerunt. Paucolorum istorum audaciam secuti sunt XXXIV. Hi, secunda die Paschae, repurgarunt etiam Augustinianorum templum, post concionem vespertinam. Sequenti die habitus est Senatus, et conjecti in vincula ii, qui in Templo meo Idola dejecerant. Quae res ceteris nihil terroris incussit, sed effecit, ut Senatui, nomine illorum, supplicarent, junctique sunt illis non pauciores ducen-

[1]) *Ammann.*

tis, et quum a Senatu domum redire juberentur, abire noluerunt, nisi pro sententia sua responsum acciperent. Tandem in domum Carpentariorum concesserunt. Et decrevit quidem Senatus, captivos dimittendos, et in quinque Templis omnia Idola dimovenda. Sed responsum hoc isthic conjuratis nondum satisfecit, quandoquidem de concordia Concionatorum nihil responsum est, ea propter urgent Senatum, qui hodie condictum Senatum omisit. Et ita quidem usque in hunc diem, qui est XVI. Aprilis, rerum status hic est. Quid igitur de legatione Vestratium et *Bernensium* ad nostrates consulendum putas? Utinam nunc in medio dissidio pacificatores adessent!

Quum referrem Tuum consilium ad amicos, nihil tale futurum cogitabamus. Non occultabo tamen a Te, quid illis fuerit tunc visum. Primum de civitate *Constantiensi* consultius videretur, si Vestrates primum diverterent ad *Solodorenses*, *Schaffhusanos* et *Apacellenses*, et certiores fierent, si bellum ingrueret propter *Constantienses*, an hi velint esse socii, et tunc majore autoritate, et serio, nostros inducere possent. Quantum ad res nostras attinet, jam olim divulgatum fuit, venturos hue Vestrates cum Bernatibus, ut Senatum inducant ad tollendam Concionatorum varietatem, quod plerique interpretati sunt, quasi adversarios, vi, ad fidem adigere nitantur, et propterea in suspicionem nos trahunt, quasi id per nos attentatum sit. Verum quid mali, si etiam essemus auctores facti sanctissimi? Itaque curandum, ut coram Diacosiis res agatur, sed timetur, ne aegre illi vocentur, nisi causa primum Senatui minori indicetur, qui ubi Vestrates adesse resciverit, conabitur primum persuasionibus, illos CC in suam sententiam trahere: Ita parum nobis spei relinquent. Quare apud eos, quos Diacosios vocare solent, vel testandum, quod nihil detegere legati a suis jussi sint, nisi coram magno Senatu, qui est Diacosiorum, vel causandum aliud quippiam, utputa quod in comitiis nostrates adversariis juncti simul pronuntient, vel tale quippiam. Verum secundum hoc minus probatur. Deinde coram magno Senatu rem magna exaggeratione et fervore proponant, cum recitatione periculorum, et quanta mala ex altera parte expectanda, nempe longe gravior servitus, si Papistae rerum potiantur, quam ulla fuerit unquam. Auspicentur a gratiarum actione, quod *Bernam* legatos et doctos miserint, pro concordia ipsorum, et quantum boni apud Vos pariat unanimitas concionum dilucide dicant: *Eccianas* Epistolas hic excusas mirentur, et adhuc adesse Concionatores, qui tam strenue contradicant, tantaque imprudentia per Typographos extrudant; vestratium autem esse eam erga Deum et ejus verbum religionem ac Zelum, ut, si quid solidi ac sani etiam hodie adversarii afferre possent, quod Deo magis probaretur, ab instituto cessuri essent ipsi, idque cum magna gratiarum actione. Nolint autem pugnare cum Deo, quod omnium malorum est seminarium, et ita petere, si adversarii possint docere certiora, adducturos se polliceantur ipsos Doctores ac concionatores, qui *Basileae* edoceantur publice, ac rationem reddant. Certe, si *Basileensis* Senatus tale quippiam a Vestratibus peteret, vestrates coacturos Doctores ac Concionatores suos, vellent nollent, ad reddendam rationem, et ejecturos, nisi veraces doctores comprobarentur. —

„Hoc ideo utile censent nostri, ne fortassis adversarii nostri qui hic sunt, huc vocarent Proceres Cantonum aliorum, qui urgeant, ut nos hinc moveamur. Qui tamen nihil tale polliceri audebunt. Omnes enim doctores illorum lucem formidant, et praeterea nondum firmarunt juramentum septimi anni pro veteri consuetudine. Non multo plura amici de his rebus consuluerunt.

Ceterum ex aliis accepimus, rumorem spargi, qui et ipse opportunitatem negotio suppeditabit. Audisti nimirum, quam se apparent *Austriaci* ad bellum; adversus quos ignoratur. Suspicantur quidam in *Helvetios*. Quod si verum, *Basilea* prima impeteretur. Sunt autem fere tales suspiciones, *Fabrum* coram Nobilibus quibusdam arcana effutiisse, deinde Capitaneos omnes ignorare adversus quos bellum inituri sint: Adhaec praecipi omnibus vicinis nostris, ut armati sint. Insuper tormenta, quae non possint commode alio transvehi, adornari. Ab *Argentina* petiti sunt ducenti centenarii pulveris tormentarii, qui promiserunt *Austriacis* centum centenarios. Dicitur et summa pecuniae grandis *Argentoratum* missa, pro conducendis militibus. Item magnam esse nobilitatem in *Enshaim*. Haec omnia vehementer suspicari faciunt quosdam, quasi in *Helvetios* moliantur quippiam. Utinam evanidae suspiciones sint, sicut et a nostris contemnuntur. Attamen, si tale quiddam timendum, magna se opportunitas offerret, ut Vestrates huc se quamprimum conferrent, et turbulentam civitatem pacarent. Ipse igitur cum amicis consulito, quid opus sit facto. Fortasse Dominus brevi nos respiciet, vel totos perdet in hoc seculo, ut alibi misereatur.

De *Lutheri* libello [1]) scribunt *Capito* et *Bucerus*, quod nihil magis sophisticum vel calumniosum viderint. In nos ambos debacchatur, in Te multo maxime, et proinde *Capito* orat, ut ego taceam, Tu vero respondeas, qui magis impetrare, qui et meam innocentiam possis in tempore excusare. Ipse nondum vidi librum XXX. arcus habere dicitur.

Bucerus significat in haec verba. „Re nobis consentit *Lutherus*, quantum quidem ad praesentiam corporis Christi attinet. Nam asserit in pane esse corpus Christi definitive, non circum. Item, quod haec praedicatio: Panis est corpus Christi, non est identica, neque panis et corporis Christi ea est unio, quae humanitatis ac divinitatis in Christo, neque quae erat ignis et naturae angelicae cum praecedente columna ignis populum Ebre, dicebatur praecedere angelus, neque Columbam esse angelum aut spiritum sanctum Columbae speciem, quae videbatur super Christum. Hanc vocat unitatem operationis. Inter panem autem et corpus Christi vult esse unionem sacramentalem, ob quam unionem alterum de altero praedicetur. Addit etiam, non credentibus adesse corpus Christi et jussos nos verba recitare", atque alia. Optat in respondendo fortiter depelli calumnias, idque dilucide, ostendique quod ei nobiscum conveniat, quantum ad praesentiam corporis Christi attinet. Quaternionem T et U monet diligenter legendam.

---

[1]) Confessio de sacra coena.

Capitonis alteras litteras Tibi mitto, ex quibus intelligis, quantum sibi ipsi parum fidelis sit *Lutherus*, et multos a se alienet etiam amicissimos. Vale. Scriptae sunt XVI. Aprilis, datae autem XVII. A. inc.

Tuus *Oecolampadius.*

P. S. Mi frater. Scis quid periculi in litteris, proinde cura dilacerentur vel exurantur. Incerta enim sunt, et parum spei ex hominibus. Exasperati sunt adversarii supra modum. Praeterea hodie supplicarunt et ipsi, nescio quae, senatui. Proinde dissidium hoc inter Concionatores diuturnum fore vereor, et si Vestrates non essent futuri compotes, satius foret, rem prorsus negligi, vel in aliquantum tempus prorogari. Igitur expende negotium melius quam a me scribitur, et literas perdito. Vale iterum.

XXXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia Christi Tecum. Mi Huldrice. Proximis litteris significatum est, quis nostrae urbis status, et quae facies. Potes autem ex hoc Senatus decreto intelligere. Mihi dissidium non sic emendari, sed foveri videtur. Nunc aperte in se divisa est domus. Mentietur autem Christus, si illa consistet. Utinam legati vestri promulgationem ejus antevertere potuissent! Aegrius rescinduntur, quae impie, quam quae sancte constituuntur, ut est humanum ingenium. Sed quia Domini negotium est, ut gloriosius regnet, poterit, ut solet, ex contrariis, quum maxime oppugnatur, opus suum perficere. Itaque res coram Diacosiis agenda, ea qua oportet majestate; interim nos etiam nostri officii memores erimus, tametsi de nostris non tantum polliceri potero.

Jam opus erit *Luthero* ut respondeas, placido et mansueto animo, non ut ille calumniandi Magister et Sophistarum princeps meretur, sed ut veritatis patrocinium postulat. Porro, quum me quoque crebro urgeat, et Tu fortasse in meis minus exercitatus es, sicut nec Tua scripta omnia mihi occurrunt, videtur mihi non inconsultum, si ea diluam, quibus me nominatim perstringit: Tu vero ea, quae in Te jaculatur peculiariter, et quae communiter tractat, depellas. Communia ego obiter tangam. Tu locupletius expendes, habita semper auditorum ratione, ut cognoscat mundus, nos Christi et veritatis ministros, nostra negligere, et quae caritatis sunt meditari. Verum si Tibi aliud quippiam magis probatur, fac sciam. Equidem non sine nausea tales calumnias lego. Quo pacto igitur absque molestia apologidion consarcinabo. Nihilominus, si suaseris, fretus benignitate Christi, accingar negotio; neque enim opus ut tantum chartarum perdamus. Vale. *Basileae* die XX. Aprilis 1528.

Tuus *Oecolampadius.*

Noster Cataseopus in urbe est, semper tempestivus adest suis.

XXXVII.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax, observandissime frater. Literas tuas per hunc tabellionem aut fratrem, qui has reddidit, missas, diligenter ostendimus amicis, quos modo in tempore salutas, nam de reliquiis Missarum labrogandis modo agitur. Hoseam nostrum, ut ureas tentationes cognoscas, lege, nam si quae seeus dico, quam vel res et veritas patitur, vel hactenus tractata sunt, id tribue non animo et ingenio malo, sed infirmo, quod in veritatem inspiciens aliud non potuit. Observo Te tuique, ut mereris, reverenter, per quem Dominus tanta praestitit. *Lutheri* furores, mansueto stylo, quanquam jugulum, et, ut Tu scribis, *τὸ καίριον* petant, duntaxat a Te dimoveas. Referire non est opus, cum sibi maledicentia gravissimum vulnus inflixerit, et tamen veritati adsis, ut soles, nervis omnibus. Non venditur liber ejus. Praestat et vos paucis agere, in caussam nitentes potius, quam hominem, cui opus esse Medico videtur, adeo rapitur atra bili. Potes enim pro ingenii et eruditionis tuae amplissimo modo, dilucido compendio, peragere. Nam fere pronuntiat orbis pro Te et illius quoque Sectatores. *Saxoniae* agricolae feruntur occulta conspiratione meditari res novas. (Scribitur enim 2000 signo Baptismatis, ceu Sacramento et tessera belli notatos esse, quibus ad flagitium par esse animus debeat) quod ego puto futurum esse, quo Principes suum quoque Evangelium, i. e. tyrannidem et avaritiam specie Evangelii, expedient. Ad Calendas Majas magna ex auditurus, quae modo vel indicare non est integrum. Dominus nos respiciat. Vale. *Roesthium*-Consulem et Scribam urbis, cum *Fabro* surdastro et bonis omnibus ex nobis plurimum salutabis. *Bucerus* item Te salutat. *Argentorati* 22. Apr. 1528.

V. Capito.

XXXVIII.

Sebastianus Oeconomus Zuinglio.

Gratia et Pax Christi. Nisi me pudor cogeret, nec dum scriberem, *Huldrice* carissime, quod nihil tam alienum a me sit, quam obstrepere istis hominibus, quibus omne tempus melioribus est occupatum, quam ea sunt, quae a me possunt aut scribi aut cogitari, potissimum cum non sit, quod eos scire admodum referat, aut cum sint alii, qui idem quod scribere velis, multo diligentius scribunt. Id quod maxime nunc nobis usu venit, dum tam multi sumus, qui de rebus nostris Te in dies admonere possunt, et ea sane cura a nobis in *Bertholdum* rejecta sit. Volui tamen adjicere Literis illius ista admodum panca, quod sane agimus, praedicamus, docemus, legimus, Evangelion pulchre provehitur, et spes est, ut omnia ad institutum christianum formentur: si modo Deus adspiret, ut a sanguinaria illa pecunia animos despondeant, vel hi solum, qui Evangelio volunt ex animo bene. Nos aliquandiu magna tenuit solicitudo, ne *Bernates* expeditionem pararent in gratiam *Ge-*

bennensium in Ducem *Sabaudiae*, id enim videbatur cedere in praesentem perniciem totius nostri negotii. Sed hoc metu liberati sumus. Partes exasperatis animis sua quoque negotia egerunt coram Senatu. Res opera et studio quorundam bonorum ad pacem spectat, partibus die condicta in *Peterlingen*, ubi de componendis illis agetur. Dux nihil a se tam alienum esse dicit, quam *bellare*. Suspiciones quibus gravabatur, prudenter a se discussit, paratus obaudire *Bernatibus* hac in re, modo *Grbennatibus* etiam modus statuatur temeritatis suae. Sunt, qui omnibus votis solicitant, exercitum in Ducem, non tam odio Ducis puto, quam quod hac occasione existimant, fieri posse, ut rebus cum Duce compositis, postea ad Regem proficiscantur, et militi, qui jam alioquin in armis sit, facile putent persuaderi posse, ne se euntes destituant. Tu nos tua solicitudine juvabis, si quid ultra de hac re scripserimus. Nihil tam metuo, quam expeditionem, quid enim putas facturos eos, quibus odio est verbum Christi si huc veniatur, ut arma sumant etiam quacunque occasione rerum. Esto nihil jam tentent, quid foret eis redeuntibus tam ferocibus, quam belluae sunt, maxime si quid fortunae illis adspirarit, aut sicubi feliciter cesserit. Nosti enim ingenium horum. Ego sane, ut alioquin nemini male volo, ita interitum horum precor, qui in hac re solicitant hanc lernam malorum. Video, nos multa hic posse et Christi negotium magno cum commodo docturos, si modo impium illud et execrabile foedus *Gallicum* levaretur. Sunt, qui omnibus nervis idem tuentur. Inauspicati sane homines, et qui patriae gloriam et ornamenta nihili ducunt, modo satis fiat avaritiae illorum, si enim fieri potest, ut illorum animis aliquid satis sit. Tu scribe frequenter ad amicos Senatores tuos, quos hic habes, de hac re ne quid cessent, nam ea res sane satis cepta est feliciter agi in Senatu, sed stimulis egent etiam boni. Tam dulce est aliena vivere messe. Utinam videam eum diem, quo nobis nihil amplius cum tam impiis armis sit, tum sane ausim nobis promittere veterem illam *Helvetiam* cum omnibus ornamentis redituram, maxime hic, quod populus *Bernatium* mihi prorsus videatur non tam corruptis moribus esse, quam sint etiam *Tigurini* nostri. Relucet enim in illorum vestitu et habitu nescio quid veterius illius *Helveticae* simplicitatis, et tractabiliores sunt, quam putarim. Utinam, mi *Huldrice*, vidisses, quanta gravitate, quanto studio, non solum vulgus, sed etiam primores illi ad Dominicum panem accesserint. Non defuit vel unus e Senatu, quantum licuit observare illis, qui probe omnes noscunt. Ea res magnam spem mihi injecit, de illis lucrandis, qui hactenus fuerant male morigeri verbo. Nos bona et honesta conditione vivimus. Ego παρὰ ἑστιαδαῖς in *Insula* domo duras sane et magna ex parte hostes verbi, nempe Praedicatrices, quid aliud facerent talibus usae praeceptoribus, qui semper obnixe restitere veritati. Tu aestima eas ex moribus tuarum in *Etenbach*,[1]) sed hac in re tanto pestilentiores, quod observantiam jactent, meram scilicet hypocrisim et pietatis pestem. Spes est, ut ad animum redeant. Co-

[1]) Oetenbach.

guntur audire (verbum). Interruptus est murus ille, qui in peristylium erat illarum et nostrum. Aperte videri possunt. Sunt autem inter eas, quae benigne audiunt, nos solicitamus, ne promantur tyrannide aliarum. Id tum fieri putamus, si illis copia fieret egrediendi, adeoque audiendi etiam alios. Id quod speramus propediem futurum. *Bertoldum* suus morbus vexat, etiam mihi aliquando infestus, quanquam diu est, quo non sensi malum. Hoc et noster etiamnum tam leniter sentit, ut possit ferre amicos et consultantes et confabulantes. Tu cura valetudinem tuam, et Te nobis serves. Imo servet Te Deus, quando tam nobis es necessarius. Saluta uxorem tuam meo nomine. Dominum meum *Engelhardum*, *Leonem*, *Utingerum*, Praepositum *Embraecensem*, [1]) et reliquos amicos. *Bernae* XXII. Apr. 1528.

Sebastianus Occonomus.

Non fuit datum literas relegere.

XXXIX.

Christophorus Landenberger Magistro Huldrico Zuinglio, Praedicatori Turicensi, meo eximio carissimo Domino et Fratri.

Gratia et pax a Deo. Carissime Magister *Huldrice*. Te certiorem facio, me perpetuo magnam invidiam et odium pati *Abbatis Sangallensis* nec non eorum qui ei sunt a consiliis, id quod magna ex parte intelliges ex sequentibus verbis. [2]) Quam rem te, mi carissime Domine et Frater, pro studio quo summo intimus animus in te mihi affectus est, celare nolui. Illam igitur quam patior invidiam et odium indicaturus haec tuis et meis Dominis Turicensibus scripsi.

„Gratia et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo. Christiani, graves, generosi, constantes, prudentes, conspicui, sapientissimi, clementes Domini, submissus mea officia debita vobis ante omnia defero. Deo Patri omnis misericordiae perpetuo laudes et gratias ago quod verbum suum semper tantum in modum apud vos auget et vos tam abunde donavit spiritu suo divino. Sapientissimi, clementissimi Domini, perinde ut Judaei sanguinem sitientes, quum Pilatus Jesum Dominum nostrum flagris caedi et coronari jussisset, nondum acquieverunt, sed iterum atque iterum postulaverunt ut cruci affigeretur, hoc enim nondum satis poenae esse: sic, Domini sapientissimi, clementissimi, Abbas *Sangallensis* et qui ei a consiliis sunt non satis habent dolorem, sumtum, et damnum quae innocens passus sum *Vilae* et *Lucernae*, sed etiam avidissimi sunt vitae mihi eripiendae. Quod quidem ex hoc intelligo. Concione 28. Oct., cum de ratione adorandi agerem, dixi: neminem nisi Deum solum, qui in Coelo est, adorandum esse, nullam naturam, nullos sanctos, neque angelos, neque homines, neque panem,

---

[1]) Brennwald.

[2]) Cf. Ep. 15. a. 1527.

ut adhuc a nobis factum sit; nos panem praecipue adorasse opinantes, Deum in eo inesse et tamen nusquam nisi in coelo esse; quae quibus Scripturae locis probavi opus non est dicere. Qua de concione qui *Vilae* Abbati a consiliis sunt cum audiissent, miserunt qui me arcesserent, et mihi ea exprobraverunt multis additis verbis, quorum ne in mentem quidem mihi umquam venit. Itaque cum rationem reddere jussus essem, de concione illa confessus sum, nec tamen de aliis verbis mihi additis. Quo facto mihi minati sunt, si amplius audierint me ejusmodi verba contra veterem et veram doctrinam christianam concione dixisse me prehensum et Episcopo Moersburgum traditum iri. Nunc 23. Apr. Abbas ipse per apparitorem aulicum me jussit 24. ejusdem mensis Vilam venire ad se et eos qui ei a consiliis sunt. Non minus obedivi. Deinde mihi exprobravit, me eum esse, qui hominibus mihi subditis (sic enim dixit) hoc sacro tempore jejunii, contra doctrinam Christianam praeceperim: primum, ne mihi peccata in aures confiterentur, quippe quod neque Deus neque Christus fieri jussisset, sed ut soli Deo neque mihi peccata confiterentur, quamquam id, ex iis quae sancti patres instituissent et conscripsissent veteribus moribus Christianis repugnet. Deinde, me Sacramento non justum nomen dedisse, cum id gratiarum actionem, mensam Dei, et recordationem nuncupaverim. Tertium, me homini Sacramentum (vel se nescire quid id esse putem) dare noluisse ea causa, quod sententiam meam et doctrinam sequi noluerit. His igitur criminibus mihi respondendum esse. Itaque cum surrexissem et defensorem rogassem (nam Centurio et qui Abbati a consiliis sunt aderant) tum me satis rationem redditurum esse promittens: Abbas dixit, se non pati, mihi ipsi respondendum esse. Cum in ecclesia tam multa crepare et gannire possim, mihi etiam ipsi rationem reddendam esse. Tum ad primum crimen respondi: Verum esse, me parochialibus meis praecepisse, ut nemini nisi Deo peccata confiterentur, ad quam rem probandam, si qui me adduxerint, multi Scripturae loci nobis praesto sint. Etiam nemini nisi Deo peccatorum veniam dare fas esse, id quod Judaei ipsi confessi sint, Matth. 9. Deinde cum amplius ejus rei rationem redditurus essem, Abbas me interpellans jussit pergere ad alterum crimen. Itaque porro dixi: verum esse, me Sacramentum (quippe quod nihil aliud sit nisi signum rei sacrae) fere nuncupasse: Sacramentum, Dei mensam, gratiarum actionem, vel recordationem. Sed cum indicaturus essem qua de causa, ille me iterum pergere jussit ad tertium crimen. Ad quod respondi: verum esse; omnes enim parochiales meos ad me venisse consilium petituros, quomodo sese pararent ad Dei mensam. Atqui illum solum id neglexisse, quamquam certo sciissem, eum anni spatio plus quater concioni non affuisse. Priusquam igitur cum eo agerem me ex ipso sciscitari voluisse, cujus fidei esset, mihi enim persuasum esse, me non magis juste in magistratum facturum fuisse, si ea re non cognita cum eo egissem. Si autem in his tribus rebus non ex Dei voluntate et digne Christiano egerim melius me edoceri pati. Deinde Abbas me decedere jussit. Sed non multo post cum me iterum vocari jussisset, dixit: se eorum clericorum, qui eadem ratione agerent, in dioecesibus suis majoris et minoris judicii plus habere et nisi destiteri-

mus se judiciis majoribus in nos usurum esse. Si autem separatim destiterim, me fortasse ea re fracturum esse. Sin non factum erit, ac amplius quid ageret visurum esse et quidem episcopo agnato meo (quem tamen minime offendere volui) nec non III. pagis scilicet: *Lucerna*, *Suitia* et *Glarona* adjuvantibus, se enim tutaturum esse quatenus posset nostram veterem et veram fidem christianam. His igitur dimissus sum. Quare vos, Domini sapientissimi, clementissimi, quippe quorum voluntati me subjiciam, quam maxime rogo, ut mihi consulatis, et me literis certiorem faciatis (nisi id parum modeste a me rogatum sit) quid mihi incipiendum sit. Haec quidem libenter praesens praesentibus vobis retulissem, nisi ego et familiares mei tantopere observaremur, ut hoc facere non ausus sim. Nolite igitur curare literas meas ineptas, sed, per caritatem christianam et fraternam precor, quae rogavi. Deus vos, urbem et pagum vestrum, confirmet verbo suo divino. Dedi k. Maji a. 1528 p. Ch. n.

Vobis, Domini conspicui, paratissimus
Christophorus Landenberger Capellanus Ober-Büronsis.

(In fine Zuinglio haec scripsit:)

Quod tibi hoc exemplo indicavi quae scripsi Dominis tuis, eo id consilio factum est, quo magis tu concionando nos miseros hic captos eripias e vi Pharaonis, ut tandem veniamus e deserto in terram promissam, nam profecto multos incursus patimur, atque quodcunque non potentibus addictum est ardenter sitit verbum Dei. Vulgo igitur gratissimum est, quod nunc Domini nostri Turicenses Abbati *Sangallensi* centurionem daturi sunt. Omnes enim certo speramus, eos nobis non impium, qui avaritiae magis obediat quam Deo, daturos esse, sed qui nos miseros desertos tutetur in iis quae divina sunt. Quare, mi Magister *Udalrice*, agere velis ut nos omnes te acturum confidimus et fac ut defendamur. Nihil ultra praeter votum, ut Deus confirmet in vobis spiritum suum. Amen. Datum mense et anno ut supra.

Tuus intimus *Christophylus Landenberger.*

39.

Christoff Landenberger an Meister Huldreich Zwingli zu Zürich Predicant; meinem insondern herzlieben Herrn und Bruder.

Gnad und Fried von Gott. Lieber Meister Huldrich. Ich lasse Euch wissen, dass ich stets ohne Unterlass einen grossen Neid und Hass erdulden muss von dem Abt von St. Gallen, desgleichen von seinen Räthen, wie Ihr denn zu gutem Theil wol werdet merken in den nachfolgenden Worten. Solches hab ich Euch als meinem herzlieben Herrn und Bruder nicht mögen verhalten aus grosser inbrünstlicher Liebe gegen Euch, und habe solchen Neid und Hass angezeigt euern und meinen Herrn von Zürich also lautend:

„Gnad und Fried von Gott unserm Vater und Herrn Jesu Christo. Christliche, Strenge, Edle, Feste, Fürsichtige, Ehrsame und Hoch-

weise Gnädige Herren, mit Erbietung meiner schuldigen unterthänigen Dienste zuvor. Ich sage Gott dem Vater aller Barmherzigkeit ohne Unterlass Lob und Dank, dass sein Wort also grösslich bei Euch stets zunimmt und Euch so reichlich begabt hat mit seinem göttlichen Geist. Hochweise, gnädige Herren, nachdem und die blutdürstigen Juden nicht benügig waren; da Pilatus den Herrn Jesum hat lassen geisseln und krönen etc., sondern sie begehrten zu dem dikern Mal ihn zu kreuzigen, denn dieser Strafe wäre noch nicht genug. Also Hochweise Gnädige Herren der Abt von St. Gallen, mit samt seinen Räthen hat nicht vor gut an meinem unschuldigen Schmerzen, Kosten und Schaden, der mir begegnet ist zu Weil und zu Luzern, sondern er ist auch grösslich durstig nach meinem Leben. Das ich wol verstehen mag aus Dem: auf den 28. Oct. da hab ich gepredigt von dem Anbeten: Man solle niemand anbeten dann allein Gott im Himmel, an keine Creatur, an keine Heiligen, Engel, Menschen noch Brot, als wir bisher gethan haben. Wir haben das Brot besonders angebetet, haben vermeint, Gott sei in demselben und sei doch allein im Himmel, und solches enthalten mit Schrift, nicht noth zu melden. Solcher Predigt sind des Abts Räthe zu Weil inne worden, und haben nach mir geschikt, mir solches vorgehalten, mit vielen zugelegten Worten, deren ich nie gedacht habe. Haben also begehrt meiner Antwort. Der Predigt bin ich kanntlich gsin, aber der andern Worten, die mir dazu gethan sind, nicht. Auf solche Antwort haben sie mir gedräut, wo sie solcher Worte mehr inne würden, als ich predige wider ihren alten, wahren, christlichen Glauben, so müsse ich gefänglich angenommen werden, und dem Bischof gen Mörsburg gegeben werden. Jetzt auf den 23. Apr. hat mich der Abt selbst durch seinen Hofweibel erfordert, dass ich soll auf den 24ten hernächsten Monats vor ihm und seinen Räthen erscheinen gen Weil. Bin abermals gehorsam gsin. Da hielt er mir vor, wie ich der wäre, der meine Unterthanen (also nannte er sie) unchristlich diese heilige Zeit der Fasten unterweist und gelehrt. Zum ersten: sie sollten mir die Ohrenbeichte nicht thun, sie wäre nicht göttlich noch christlich, sondern man sollte allein Gott beichten und mir nicht, das doch wäre wider alte christliche Bräuche, wie es dann die heiligen Väter hätten verordnet und aufgesetzt. Zum andern: so hätte ich dem Sakrament nicht seinen rechten Namen gegeben, sondern dasselbig genennt die Danksagung, den Tisch Gottes, die Wiedergedächtnuss. Zum dritten so habe ich einem Mannsbild das Sakrament (oder er wisse nicht, wofür ich es habe) nicht wollen geben von deswegen, dass er nicht meiner Meinung und Lehre habe wollen nachfolgen. Auf solche Klage solle ich Antwort geben. Da stund ich auf und begehrte eines Redners (denn es geschah vor dem Hauptmann und seinen Räthen), so wollte ich genugsam meine Antwort dazu geben. Da redte der Abt: Nein. Ich sollte solches selbst thun. Könnte ich so viel klappern und lafern in der Kirche, so soll ich auch selbst Antwort geben. Da redte ich auf den 1ten Artikel: Es wäre wahr, ich hätte solches meine Kirchgenossen unterweist und gelehrt, dass sie niemand sollten beichten,

denn allein Gott, darum wir viel Schriften hätten, die mich dazu wären reizen. Auch so hätte niemand die Sünde nachzulassen, denn allein Gott, das die Juden selbst waren bekanntlich gsin. Matth. 9. Ich wollte darauf mehr Antwort gegeben haben; da fiel mir der Abt in meine Rede. Ich sollte fürfahren und Antwort geben auf den andern Artikel. Da redte ich weiter: Es wäre wahr, ich hätte das Sakrament (welches doch nichts anders wäre, denn ein Zeichen eines heiligen Dings) etwa genannt: Sakrament, den Tisch Gottes, die Danksagung oder Wiedergedächtnuss, und wollte anzeigen aus was Ursache. Da hiess er mich aber fürfahren auf den 3ten Artikel. Da war das meine Antwort: Es wäre wahr, alle meine Kirchgenossen wären zu mir kommen und hätten von mir begehrt einen Rath, wie sie sich sollten schicken zu dem Tisch Gottes: Und er allein hätte solches verachtet und hätte dazu gute Kundschaft, dass er in Jahrsfrist nicht über viermal an einer Predigt wäre gsin, und wollte vorhin von ihm erkundigen, was Glaubs er wäre, und hätte ich ihn also geführt ohne Anzeigung, so wisse ich wohl, dass ich ihm aber nicht recht hätte gethan gegen die Oberkeit. Aber wo ich in diesen 3 Artikeln nicht göttlich und christlich gehandelt hätte, so wollte ich mich lassen eines Bessern berichten. Auf solches hiess mich der Abt hinaus stehen. Bald darnach erfordert er mich wiederum und sprach: Er hätte dieser Pfaffen mehr in seinen hohen und niedern Gerichten, die zu gleicher Weise handelten, und wo wir nicht abstünden, so wollte er die hohen Gerichte mit uns brauchen. Stünde ich aber besonders ab, so würde vielleicht ich dessen geniessen. Geschehe aber solches nicht, so wollte er weiter lugen, mit Hilf meines Freunds Bischofs (dem ich doch solches nicht zu Leid hätte gethan), auch der 3 Orten, mit Namen Luzern, Schweiz und Glaris: denn er wolle beschirmen unsern alten, wahren, christlichen Glauben so fern und es ihm möglich sei. Das war also mein Abscheid. Also Hochweise, Gnädige Herren, meine ernstliche Bitte ist an Euch, als an meine Gebieter, mir hilflich und räthlich zu sein, und mich lassen wissen in Schrift (ist es nicht unförmlich), wie ich mich halten solle. Ich hätte solches gern mündlich ausgerichtet, oder durch einen eigenen Boten, so ist es ein solches Aufsehen auf mich und meine Vertrauten, dass ich mich dessen nicht habe dürfen unterstehen. Und achtet nicht mein unförmlich Schreiben, sondern mein Anliegen, da bitte ich Euch um christlicher und brüderlicher Liebe willen. Gott bestäte Euch, Euere Stadt und Landschaft mit seinem göttlichen Wort. Geben auf den 1ten Tag Mai nach der Geburt Christi 1528 Jahr.

Euer Ehrenveste williger Capplan
Christophorus Landenberger zu Ober-Büren.

(Den Brief an Zwingli beschliesst er also:)

Darum ich solche Copie euch hab angezeigt, ist eine Ursache, dass ihr mit euerm Predigen uns armen Gefangenen hieaussen, desto eher aus der Gewalt Pharaonis helfet, damit wir auch möchten kommen aus der Wüste in das gelobte Land, denn wir wahrlich viel Anrennens

müssen leiden. Und was nicht dem Gewalt anhangt, ist wahrlich durstig und hitzig nach dem Wort Gottes und freut sich der gemeine Mann wohl, dass jetzt unsere Herren von Zürich einen Hauptmann dem Abt von St. Gallen sollen geben. Wir sind alle in guter Hoffnung, sie werden uns nicht geben einen Gottlosen, dem der Geiz lieber sei denn Gott, sondern er werde uns arme Verlassene beschirmen bei dem Göttlichen. Darum mein Meister Ulrich thut nach unser aller Vertrauen, und helfet, dass wir beschirmt werden. Nicht mehr, denn Gott bestäte an euch seinen Geist. Amen. Datum mense et anno ut supra.

Tuus intimus Christophylus Landenberger.

XL.

Franciscus Kolbius Zuinglio.

Gratia et Pax. Dilecte frater, mittimus ad Te illum *Joannem Lantspergerum* [1]) qui hucusque nostris precibus est apud nos cum fratribus minorum sustentatus, qui quidem mea suggestione Dominorum meorum ditionem peragravit, ut exploraret Parochorum nostrorum habilitatem et ineptiam concionum eorum, etiam ut eos in charitate instrueret. Quibusdam fuit gratissimus, aliis autem suspectus, quod traditurus sit eos apud Dominos nostros ignorantiae suae. Itaque Domini mei inceperunt singula deinceps collegia examinare et unum jam examinatum est. Tum demum quibusdam in mentem venit, haec fieri ejus suggestione et traditione; qui eum accusaverunt apud judicium canonicorum nostrorum, dedisse quasdam mulierum suarum ei crimini, cum se illicito affectu tentasse, quod tamen nos minime credimus, et quod quidem apud nos excusavit; sed quamquam ei opus est, non ubicunque eum calumniati sunt, se purgare potest. Quare ne propter eum male audiat verbum Domini, rogamus eum commendatum tibi propter Dominum. Vale. Saluta meo nomine uxorem tuam. Raptim *Bernae* 1. Maji 1528.

Franciscus Kolbius.

Seriose et mea sponte, non rogatus, haec scripsi, cum bonus ille vir hac in re mihi injuria affici videatur.

40.

Franz Kolb an Zwingli.

Gratia et Pax. Dilecte frater, mittimus ad Te illum *Joannem Lantspergerum* qui hucusque nostris precibus est apud nos cum fratribus minorum sustentatus, et vere mea suggestione durch meinen Rath umherzogen in meiner Herren Landschaft und erkündet Parochorum nostrorum habilitatem et ineptiam concionum eorum, auch dass er sie

---

[1]) *Joannes Landsberger*, theologus *Suevus*, cujus in Simleri collectaneis plures libelli excusi nunc rarissimi facti exstant, qui numero ingeniosissimorum illius aetatis sunt. *Bernae* mortuus est.

in charitate unterrichtete. Quibusdam fuit gratissimus, aliis autem suspectus, quod traditurus sit eos apud Dominos nostros ignorantiae suae. Nun haben meine Herren angefangen ein Kapitel nach dem andern zu examiniren, und haben schon eins ausgerichtet. Da sind etliche erst darauf gefallen, quod haec fiant ejus suggestione et traditione und haben ihn verklagt vor unserm Chorgericht, wie etliche ihrer Weiber klagen von ihm, wie er sie illicito adfectu angegriffen habe, quod tamen nos minime credimus, dessen er sich auch treulich vor uns entschuldigt hat. Kann aber nicht allenthalben an allen Orten sich purgiren, da denn sie ihn haben vertragen und ihm noth wäre. Quare ne propter eum male audiat verbum Domini, rogamus eum commendatum Tibi propter Dominum. Vale. Saluta meo nomine uxorem tuam. Raptim. *Bernae* 1. Maji 1528.

Franz Kolb.

Seriose, et mea sponte, non rogatus haec scripsi, denn ich glaube dem guten Mann geschehe zu kurz in dem Fall.

XLI.

Zuinglius Ambrosio Blaurero.

Gratiam et pacem a Domino. Equidem sollicitudinem tuam comprobo, charissime *Ambrosi*, quam in epistola tua sic video, ut etiam ipse sentire nonnullam ejus partem videar mihi. Veruntamen ut libere disserendum est de tantis quaestionibus, ne uspiam pro veritate recipiatur mendacium: ita quoque caute agendum est, ne dum maxime ab aliqua inaudita sententia abhorremus, quarum multae isto seculo temere proferuntur, in errorem aliquem deteriorem conjiciamur. Ipsa ergo *παῤῥησία* cum mihi, cum aliorum tum meo ipsius judicio vehementer sit propitia; cautio tamen adeo tenuis est, ut ipsam vix in re tam ardua in consilium advocare ausim. Ea tamen cum tibi (verbo absit invidia) abunde exuberet etiam, sic partiri negotium istud tecum constitui; ut ego liberrime tibi, quae in hac causa liquido nobis videantur, adperiam. Tu vero, quae multijuge tentem ac moliar, tua gravitate ac diligentia, imo maturitate et judicio ponderes: et instar laboriosae apis, quae mellis et cerae conductura facturae senseris, in alveum deferas, et favum inde compingas. Scito igitur charissime Frater, sententiam istam nobis ex *Lutheri* paradoxis natam esse, de quibus *Erasmus* aliquando, cum adhuc epistolis inter nos ageremus, ad hunc ferme admonuit modum: Visurus es *Zuingli*, quid aliquando paradoxa ista paritura sint, quae tu tantopere defendis, ex causa *Luthero* scribi. In hanc sententiam *Erasmus*. Nihil hic mi Frater, adfectui dabimus, propter eucharistiae dissensionem, sed ea tantum *ἀφθόνως* proferimus, quae et nos aliquando passi sumus, ut si quibus possint esse usui, citra periculum cauti aliorum periculo reddantur. Simultas enim, quam *Erasmus* erga nos exercet, si modo exercet, hinc nata est, quod *Lutherum* omnibus contra illum viribus defendi, et imprimis epistola quadam prolixa, qua senem acrius accepi. Nunc autem, cum ipse experiar, non pauca pru-

denter esse ab *Erasmo* tanta et praemonita, sero nimis oculos recipio. Cum alterum importunius defendo, tandemque alium offendo quam putavam, in testimonium scilicet stultitiae; alterum autem imprudens prudentem, hostem ejus causa facio, qui minus conciliari et amicus fieri potest quam is apud quem patronum ejus egi. Paradoxum autem est, quod ferme omnes *Luthero* propinante hausimus: Regnum Christi non est externum. Antequam enim epistolam tuam acceperim, aliam quoque legi hominis plane non impii, neque indocti, veruntamen impensius aliquandiu *Luthero* addicti, et ejus mentem atque scientiam nunc in dubium vocantis, qui nos quoque de eadem quaestione percunctatus est. Quam et si brevioribus, his tamen quae nunc dicemus simillimis, expedivimus. Regnum Christi non esse externum, isto maxime illius dicto firmant: Regnum meum non est hinc; aliis quoque: Negavit se his, qui aut regem facere cupiebant, aut judicem. Non considerantes interim, qua occasione, quo loco ista dixerit; interim vero negligunt, quae aeque sunt ab illo tum dicta tum facta. Cum ergo dicunt, Christianus Magistratus non debet imperare ista, quae offendere conscientias adhuc infirmas possunt: regnum enim Christi non est externum. Plane audio illos loqui de his externis, quae cum conscientia observavimus: qualia sunt, jejunia, delectus ciborum, locorum, temporum, dierumque custodiae, et similia; sed non considerant Christum ipsum (quem enim potiorem adducam, aut priorem?) offendiculum quorundam nihil in his curasse. Nam alioqui coëgisset discipulos suos ad jejunandum; neque enim parva offensio erat nata, cum jejunantibus Pharisaeis et discipulis Joannis, non jejunarent ipsi; sed posthabuit importunam superstitiosorum hominum cavillationem potius, quam cautionem libertati filiorum Dei. Sed num non erat externum jejunare, aut non jejunare? Externum erat plane. Sed non praecepit Christus jejunium, inquiunt: unde locus iste pro nobis facit. Quibus sic occurrimus. Prophetarum discipulos receptum erat jejunare. Cum ergo Christus suos jejunio non macerat, nonne contra publicum morem facit? nonne conscientias offendit? Cur autem, si *Lutheri* paradoxum sacrosanctum manet, Christus suos cum tanta offensione omnium asseruit? Sabbato decerpebant spicas, et manibus fricatas mandebant, cum omnium querimonia, violari dicerentur sabbatum discipuli. At quotos putamus tunc fuisse, qui non offenderentur, si iis compares qui adhuc legem mordicus retinebant? Qui lavandi traditionem (adeo commodam, civilem, et honestam, ut etiamnum impietatis suspicionem incurrat, qui manibus illotis mensae accedat) adeo observabant, ut discipulos ejus perduelliomis insimularent, dum hoc negligerent, cur confutavit Christus? Cur simul ciborum delectum, istis plane sacrosanctum, Christus confutat, qui dixerat, se legem ut impleret, venisse? An istud nullius est ponderis, in conscientiis legi addictis: Quod intrat per os hominis, non potest eum inquinare? Maximi est plane; nam perinde lex de ciborum delectu, atque traditio de mundificandis manibus, hoc verbo concidit. Sed dicent: Christus non praecepit, ut discipuli ederent illotis manibus, aut ut ederent promiscue interdictos et permissos cibos, sed liberum reliquit. Recte sane, nam hoc non volumus, puta quod mandaverit edere illotis

manibus: sed huc tendimus, ut ostendamus ista duo; illotis edere, et quidvis edere, liberum fecisse Christum, non habita ratione legis aut traditionis: neque etiam offensionis eorum, quibus coram ista disserebat. Et si Christi regnum ita non est externum, uti isti intelligunt: cur tuetur discipulos contra legem? cur iterum vetat Christus, ne secum ad Evangelii iter zonam, calceos, vestem, aut commeatum vehant? an enim ista externa non sunt? aut verbi Dei praecones esse nunquam potuissent, Abraham, Jacob, David, Solomon, Ezechias, Josias, ditissimi ac potentissimi homines? Cur ergo ab iis interdicitur Apostolis? non est enim, ut decorum alleges, aut tenuitatem: quod aut sic decuerit, aut vis verbi magis perspecta sit, cum autoribus contemptis in tantum modum creverit; non enim crevit fides Apostolorum praedicatione, sed spiritus, intus trahentis et illustrantis, vi. Ea autem vis dari potuit opulentissimo quoque ac ditissimo, Croesis scilicet et Crassis praedicantibus. At, inquiunt, omnino ad hunc modum placuit altissimo; nam et Paulus parsimoniam istam esse servatam perhibet, ut omnis victoria, laus, et gloria, verbi esset, non humanarum virium. Iterum non est inepte responsum; sed nos huc solum properamus, ut probemus Christi regnum etiam esse externum; peram enim non gestavisse, nec duas tunicas, externus omnino adparatus fuit. Vult ergo Christus, etiam in externis modum teneri, eumque imperat; non est igitur ejus regnum non etiam externum. Veruntamen videbuntur ista tibi alieniora ad hanc quaestionem quam proposuisti; puta: Num possit magistratus praecipere quae infirmorum conscientias feriant, et non potius permittere debeat quenque in suo sensu abundare. Sed non sunt aliena, cum nobiscum videbis semierrorem istum ex paradoxo *Lutheri* ortum, pervestigatis originalibus venis expendi. Accedemus igitur nunc propius. Circumcisionem ita venerabantur ecclesiae primitiae, ut infeliciter secum agi putarent, si ab ea excluderentur. Et quantum ex Tranquilli Domitiano colligere possum, vulgare fuit, Fratres, qui Christo nomen dederant, circuncidi: quos tamen ipse circunsectos, nimirum ex *περιτετμημένοις*, adpellat. Cum vero Paulus et Barnabas paulo clarius et interius quam vulgo discipuli viderent, quorsum tenderet symboli tam anxia et constans, ne dicam contumax, observantia, puta, cum ad operum ac ceremoniarum fiduciam, tum ad legis obligationem, errori se opponunt; confligitur apud Antiochiam de ea re, tam acriter, tantisque studiis, ut communibus tandem votis integram causam Apostolorum ecclesiaeque, quae Jerosolymis erat, atque ad legatorum quos miserant cognitionem rejicerent. Qui cum omnibus, tum isto maxime perpenso, quod sola gratia salus contingit, in hunc pronunciant modum. Ab eidolothyto Christi discipuli abstinento, aeque ut a scortatione, suffocatum et sanguinem non edunto. Quid hic credimus esse passos sive judaizantes, cum eis circuncisio recideretur, sive *νεοφύτους* exigentibus, quibus a sanguine interdicitur, et strangulato cum lepore tum turdo? praesertim cum, quod ad illos pertinet, comperiantur circuncisionem post latam legem nihilo minus propagavisse quam antea. Quo adparet, non tantum vehementer offensos esse abrogatione circumsectionis, sed ita mordicus tenuisse, ut iniquum putaverint antiquari. Cur

ergo secundum istos non parsum est eis? Cur non remissus est quisque ad conscientiam suam judicem? Cur vetuere Fratres, quod fas non erat vetare? Quod autem ad istos, hoc est, gentiles attinet, legem de suffocato et sanguine, videamus nunquam esse aut sancitam, aut receptam. Hinc enim leges sanciuntur, si servantur. Paulus autem ubinam epistolarum suarum non taxat istos, qui dicunt: Ne tangas, ne contrectes, etc. Adparet ergo, cum non mediocri offensione praeceptum esse, ne liceret strangulatum aut sanguinem edere. Nunc ad me redeo. Si Christianus magistratus nihil potest rerum istarum externarum, quae ad eam religionem pertinent, aut jubere aut vetare, multo minus possunt Apostoli et ecclesiae, quibus ab imperando interdictum est, jubere aut vetare. Cum ergo e diverso Apostoli cum ecclesia, et circuncisionem relegaverint, et legem de suffocato et sanguine tulerint, quae ad imperium videntur maxime pertinere: multo magis licet ei magistratui (qui in hoc ἐξουσίαν ὑπερέχουσαν est, ut externa recte et corrigat et temperet) dum Christianus est, cum ecclesiae consensu (nolo enim quicquam citra ecclesiae consensum intelligi) de externis istis, quae aut servata oportet aut neglecta, statuere. Quod si scioli isti occlament, Apostolis cum ecclesia etiam licere statuere, magistratui vero cum ecclesia non etiam, eis hoc modo respondebimus: πρεσβυτέρους non recte ab eis intelligi, in scripturis pro iis tantum accipi, qui verbo praesunt, cum et pro senioribus, hoc est, senatoribus et decurionibus, καὶ βουλευτῶν, accipiantur. Act. 15. sic legimus: συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Hic videmus, seniores pro consultoribus et senatoribus accipi, quos Graeci a consulendo, βουλευτὰς, Latini ab aetate et gravitate, senatores adpellant. Non quod existimem, Fratres tunc temporis senatum instituisse, qui rerum aut potiretur, aut vi cogeret ad fidei confessionem, sed qui in medium consuleret, si quid paulo impeditius obvenisset. Satis enim constat, eos qui hoc loci sunt πρεσβύτεροι adpellati, non fuisse verbi ministros, sed viros aetate, prudentia, et fide venerabiles, qui digerendis et agendis rebus id erant ecclesiae, quod senatus est urbi. Eodem loci, eodem modo habemus: τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, etc. et paulo post: οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ. En vobis utrobique primum Apostolos, secundo seniores sive presbyteros, postremo plebem Christianorum, Fratres, sive ecclesiam. Non quod putem presbyteros usquam aliter quam pro senioribus accipi, non etiam pro verbi ministris, sed in loco pro senioribus, et pro episcopis aut verbi ministris. Si vero quis vel hoc desideret, ut et apud Hebraeos probem πρεσβυτέρους pro senioribus accipi, hic Matthaeum legat, 26: τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ. Videmus hic πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, pro senatu; seniores enim transtulit Erasmus, cum antiquo interprete, qualiscunque tandem esset, cum populo poni. Perinde, imo evidentius est, quod Marcus scribit, 14: καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς, μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων παρὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν γραμματέων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων. In Actis vero multi loci sunt, in quibus πρεσβύτεροι pro senioribus, non pro episcopis aut prophetis accipiuntur. Adde, quod alicubi scriptura-

rum novi testamenti *γερουσία*, quae vox Graecis omnino senatorium ordinem significat, uni sive Apostolo sive Evangelistae ponitur, alteri vero de eadem re loquenti, *πρεσβύτερος*. Loci nunc non occurrunt; cum autem incidero, per epistolam indicabo. Statuerunt ergo Apostoli, seniores, et ecclesia tota, de circumcisionis antiquatione, deque sanguinis et suffocati interdicto. Quid ergo vetat, quo minus Constantiensis senatus, Christianus quidem ille, censeat, populus autem jubeat, etiam in re quae ad religionem pertinet? dummodo externa est, et quicquid statuitur, ad verbi divini praescriptum expenditur, etiam si non pauci offendantur; nunquam enim cum ulla uspiam ecclesia tam bene actum est, ut in ea prorsus nemo obstreperet, cum verbo, tum ejus ministris; quamvis sit modus in rebus. Circumsecuit Paulus Timotheum, quia citra turbam servare non quibat; aucto tandem credentium numero, compelli nullo pacto potuit ut Titum circumcisione cruentaret, quia tumultum nullum oriri posse videbat. At indubie plurimi erant, qui ad circumcidendum hunc urgerent, ut et plurimi fuerunt, qui cum eo Timotheum difficulter circumcidi patiebantur. Offensi sunt igitur circumcisi multi, cum Titus non circumcideretur, offensi sunt iterum multi, cum Timotheus recutiretur. Spectat ergo occasionem spiritus ille, qui docet alterum circumcidi, alterum servari debere. Etiam si interim fieri nequeat, quin contraria sint circumcidi et non circumcidi. Attamen utrunque suo loco admisit etiam coelestis providentia, nulla eorum qui pauciores erant habita ratione, dummodo pax vel tam difficili ratione constaret. Num enim non recte sentiebat Paulus, abhorrens a circumcisione Timothei? Cur ergo non relinquebat eum suae conscientiae, et Timotheum ei dabat irrecutitum? Et contra, qui circumcisionis sanguinem sitiebant, cur non eorum sententiae permittebat, istos quos libuisset circumcidi? sed aliquid ferendum imposuit iis, qui recte cum Paulo sentiebant, circumcidi non oportere ut pax tenacius coalesceret. Quanto magis, ea salva, aboleri aut immutari debent ista, quae ex diametro et cum Dei verbo et piis conscientiis pugnant? Nunquam quicquam etiam in rebus quotidianis recte facies, si tunc tandem facturus sis, cum nemo offenditur. Verum enimvero, senatus *Constantiensis* non est ecclesia, dicerent isti. Scio non esse ecclesiam, de qua nos loquimur, citra consensum ecclesiae totius, quae apud vos est. Sed curiata comitia habetis apud vos (ea sunt, quibus singulae curiae, hoc est, zunfftae rogantur) quae si consulantur, jam non est cur alium ecclesiae consensum desideretis. Fieri etiam posset ut ecclesiae sententia, causa aliqua etiam difficillima in paucos, ut in unum aliquem rejiceretur. Non enim tota ecclesia quae Antiochiae erat, Jerosolyma concedebat ad ventilandum circumcisionis negocium, sed paucis Paulis et Barnabis conferedebat. Jerosolymis autem communis quidem causa cognoscebatur, sed privata ex Antiochia relegatione. Curiatis itaque apud vos comitiis habitis (hoc enim modo nemo de ecclesia vestra manet inconsultus) cum verbi ministris, cur non licebit senatui vestro vel imagines, quae ad cultum prostant, vel missam, intolerabilem stoliditatem, abolendas esse censere? Num enim non jam censuerunt Apostoli, Seniores, et Fratres omnes, aut ecclesia universa? Christus, funibus

temere cum correptis, tum in flagrum compactis, violentia magna expulit vendentes, ementes, et trapezitas e templo, quod istic non liceret hujusmodi commerciis uti. Sed cur, secundum istos, rem externam curavit? imo imperium exercuit? Non rejicimus allegoriam Origenis: eum hoc facto, avaritiam sacerdotum et pecunias hostias eliminasse; sed interim quod fecit, visum non fuit, aut inane paradigma, quo solummodo aliud docetur quam fiat. Vere enim, atque cum verbere ac vi pellendo, et eorum qui tum peccabant audaciam corripuit; et nostram cum stultitiam, tum curiosam magis quam piam solertiam erudivit. Christo licuit vim inferre iis, qui fraudem fecerant; nobis non liceat ista exportare, quibus fraus fiat? Avulsisset saltem cathedras columbarum, et perticas e templo extulisset; jam viderentur suo quodam jure Catabaptisantes isti arguti esse, cum dicerent, magistratui in externa nihil licere, quod conscientias possit offendere. Sed cum et argentum χολυβιςῶν effundit, et ementes ac vendentes mordaci verbere pellit; jam indubie vim quoque in consilium vocandam esse docet, dum res postulat; quamvis caute velim hic vim intelligi, non quatenus est cum violentia et injuria conjuncta, sed cum prudentia, magnanimitate, et misericordia, quae quid aliud est, quam magistratus aequus et pius? Tolle a magistratu religionem, tyrannus est, non magistratus. Cato uterque, Camillus, et Scipio, nisi religiosi, nunquam fuissent magnanimi. Non continebatur tum religio intra Palestinae terminos, quia spiritus iste coelestis non solam Palestinam vel creaverat, vel fovebat, sed mundum universum. Pietatem ergo etiam apud istos aluit, quos elegit ubiubi essent. Sed ad rem redeo. Tam abest ergo, ut Christianus magistratus nihil differat ab ethnico, ut si Christianus non sit pius, ethnico deterior sit; et ethnicus, si piam mentem domi fovet, Christianus sit, etiamsi Christum ignoret. Romanis scribit Paulus, non esse Judaeum, cujus praeputium incisura reductum sit, sed cujus pectus praesectum est vanis cum cupiditatibus, tum spebus. Et Cornelius Deum colebat, orationibus et eleemosynis: Centurio, miles, sanguinarius, et quod simul omnia continet, Romanus. Nunc autem, si impium magistratum a Domino Paulus esse tradit, pius a cacodaemone esse dicetur? Aut impio magistratui parendum esse censebimus, dum in externis aliquid praecipit, pio autem minus? Impio magistratui debemus honorem, sed pio num non ampliorem? Ubi ergo manent domestici fidei, quibus ut juxta Apostolum primus honor in auxiliando, sic domesticis magistratibus primus honor in deferendo debetur. Non imprudentes et indoctae tantummodo voces sunt, Christianum magistratum nihil antecellere ethnico, sed impiae, et seditiosae. Pii ergo atque prudentes, qui rerum summae praesunt, nonnullum exemplar sive imperandi, sive cohibendi, in Christo habent; cum ille sabbato, omnibus offensis, jubet, ut a paralysi consolidatus grabatum suis ipse humeris domum baiulet, cum asino inscenso urbem invehitur, Rex salutatur: quo non laedebantur modo summates viri, verum etiam rumpebantur, cum, ut jam dictum est, lucriones templo eliminat, cum, ne vas quidem per templum, aut supellectilem perferri patitur. Et ille quidem regno externo tum inauguratus non erat, se quoque teste, Joan. 3. Non misit

Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum, etc. Sed iis a se peractis, ea vice qua non venerat, ut sibi serviretur, sed omnibus ipse serviret: exemplum nobis reliquit, licere et quorundam cohibere audaciam ac violentiam, quorundam pressorum et adflictorum aerumnam levare. Neque id allegoriis et pictis tantum παραδείγμασι, id est, exemplaribus, sed rebus vere, potenter et intrepide, sed simul pie, moderate et sancte gestis. Isti enim, de quibus paulo ante, cum pellendi essent quidam, non pellerent, ad vim tandem convertitur. Sic ubi quosdam videmus, quorum nunquam non sunt multi, qui temere obstrepunt, imo audacter et ἀλόγως, hoc est, violenter, quos verbi moderamen huc non adigit, ut aut faciant aut obmittant, quod longe major ecclesiae pars faciendum aut posthabendum externo et interno verbo docta censet, flagro monendi sunt. Hic perpetuo moneo, me loqui de iis externis tantum, quae μέσα esse non possunt, qualia omnes putant esse idolorum cultum, et Missae puppas. Censeat ergo senatus cum Apostolis, populus autem jubeat in externis quae media non sunt: et valeant quapropter ista tumultuantur; et *Lutheri* verbo, Christi regnum non esse externum, aut non recte intellecto, aut latius extenso, quam vel *Lutherus* ipse senserit, vel irrefragabilis veritas dictet, abutuntur. Quod si *Lutherus* putat, magistratui nihil in ea re licere, quae conscientias possit offendere, cur principi et suo et Saxonum autor est, ut in eucharistiae diversitate, cogat fateri ad concepta suae sententiae verba? Cur aqua et igni interdicit libris *Oecolampadii* et nostris? An ne, quod major fidelium pars diversum sentiat? non ergo esset opus principis imperio. Sed causae metuit, necubi liquido omnibus pateat et pelluceat hominis error. Hinc Norici violentia et artes; hinc epistolae pavidulae, quae lucis radios metuunt. Si putat, cur non liceat eodem jure licere Romano Pontifici execrare ac devovere quae aut odit aut metuit, quo sibi? Est ergo in nostra *Lutherus* sententia. Cum itaque Christus a nobis stet, Paulus, et *Lutherus*: quo se vertent *Lutherani*, cum de facto, ut isti ajunt, videant autorem suum, etiamsi non nobiscum sentire, sed re ipsa hoc agere quod nos sentire dicimur, tametsi non sentiamus? Sed nasum operiamus, vel uno saltem digito, et quod verum ac indubitatum est, brevibus hoc etiam loco confiteamur. De eucharistia sententia, non de iis externis est, quae isti propter infirmos toleranda esse censent, sed ex iis, citra quae perinde non potest pura et inconcussa fidei Christianae sententia doceri, atque si de capite ecclesiae non recte sentiatur. Ecclesiae Christi ipse caput est. Ecclesiae Christi caput Pontifex Romanus est. An ista duo diversa sunt? Morte Christi sola delentur peccata. Esu corporis Christi corporeo delentur peccata. An non et ista aeque distant? Non est igitur eucharistiae negotium inter externa detrudendum: sed iis accensendum, quae et fidem internam vere docent, et quae isti obstant, detruncant, et repurgant. Nullis ergo mortalium licet istis vi vel imperio obstare, quae ad puram fidei discussionem et cognitionem pertinent; nisi tam adperte aliqui essent convicti, et resipiscere nollent, ut nullis non piis pateret esse impios. Nunc autem, cum vera sententia in diem magis ac magis adolescat, inter eos quoque qui maxime

adparent esse pii, jam violentia est, et audacia, imperio premere velle, quae omnium est potentissima veritas. Verumenimvero, ut argutis ferme omnibus magis esse placet quam piis, ad ultima convertuntur adversarii praesidia, et ea plane misera, puta ad calumnias; quid enim muliebrius esse potest, quam malitia et basphemiis retinere instare, quod justa causa non possis? Ajunt ergo: Nihilo meliores esse sive respublicas sive populos, qui imagines et Missam missas faciunt imperio, cum tamen simul fidei hostibus occasio detur, diversas leges ferendi; quibus latis, non jam contenditur, sed belligeratur. Faciunt isti nae intelligendo, ut nihil intelligant. Quasi vero bonitas Christiani hominis aliunde aestimetur, quam ab operibus; quae tamen quantacunque sint, hominem bonum non faciunt, sed si bonus est, opera bona facit. Quod autem homo bonus sit intus et in cute, nemo praeter Deum videt. Quicquid ergo nos de bonitate mortalium pronunciamus, ex specie, non re ipsa, quae nos profundissime latet, pronunciamus. Specie tenus autem quis non bona dicat esse, *Munerariam* legem esse latam, *Tiguri* quidem olim (video enim *Lutheranos* istos et Catabaptistas non absque industria *Tigurum* vellicare) *Bernae* autem nunc promulgari? Aurum, argentum, gemmas, vestem, tum sericam tum sumptuosam, aut poni, aut divenditam in pauperes expendi? blasphemias, perjuria, compotationes, ludos amputari? Adulteria, scortationes, caveas claudi? petulantiam chorearum, quam diurnarum, tam nocturnarum temperari? imo nocturnarum interdici? arceri Pontificem, ad inferos pontem ac viam munientem, et ejus asseclas, impios doctores? relegari Missam, tolli statuas quae ad cultum prostent? eliminari cerimonias seductrices? et quod omnium est et elegantissimum et optimum, veritatem intrepide, sed sancte, luculenter, sed verecunde, fideliter sed non procaciter, praedicari? Atque haec omnia, non tam imperantibus Apostolis et Senioribus, quam postulante populo. Si hic referire liberet earum urbium statum atque gentium, in quibus Corycaei isti nihilo imprudentius omnium inoffensum consensum expectant, quam is qui ad littus adsidens, fluctus omnis usque ad finem enumerare tentabat, non deesset materia, et illa etiam uberrima. Apud Saxonas hactenus alius imagines exportavit, alius importavit, alius avertit, alius invertit, alius subvertit. Norici missant, sed germanice, multis irridentibus. *Basileae* Christus praedicatur, praedicatur et quaestus, praedicatur, pro Missa, et contra Missam. Hinc apud omneis transitur ad partes et studia. Magistratus autem, qui juri dicundo ex aequo et bono incumbere debebat, tractus et ipse in partes, per contumaciam ex adfectu pronunciat. Perit interim publica justitia, perit sollicitudo ista sancta pro fratribus, et vires universae quas in vineam Domini effundere debuimus. Sed haec satis tibi sint, fidelius omnia tecum reputanti. Quod autem hostibus Evangelii, veluti materia praebeatur, impia imperandi, dum inter Christianos pia imperantur, argute magis atque ex dolore ἡττίας objicitur, quam vere. An enim ignoramus, Reges, Pontifices, et Imperatores ad decreta et interdicta confugisse, priusquam ulla tum gens tum orbs pronunciaret, idola efferri debere? An adeo velociter excidunt fulmina Romana? Sed scripturae virtute agamus. Interdicebant recutiti pene, mente vero retusi Judaei,

ne quisquam nunciaret in nomine Christi, longe antea quam de non mutilando praeputio constituerent Christiani. At ob istam pervicaciam non sunt cunctati Apostoli, quo minus a circuncisione avellerent. Da, ut nulla neque urbs neque gens hodie sit ausa quicquam antiquare, quo quaeso loco res essent? an non ignobilis ista nobilitas, tanquam postliminii jure omnia retulisset, quae elata, et jure elata sunt? Si quis mihi dicat, Deum et suos et sua fuisse defensurum, respondeo: Quasi vero, qui cum senioribus et tota concione servant aut perdunt, ad verbi Dei praescriptum, extra divinam providentiam *ἐν ἀκοπίᾳ* quadam degant. Breviter: imperiti rerum, historiarum autem indocti videntur, qui tam imprudenter contendunt. Hactenus et scripturis et exemplis novi testamenti solummodo velitati summa, quod adversarii, ut ex te audio, vetus non recipiant in hoc argumento. Quos ego; sed praestat cohibere motus. Si Ezekiam, Jehu, Josiam, Heliam, et alios hac in re audiamus (aiunt) audiemus et Moseu, adulteros lapidibus obrui praecipientem. Par ratio, scilicet. Ceremoniae non solum in novo, verumetiam in veteri testamento a prophetis male audierunt; unde non est ut de iis, ut abolitae sint, disseramus. Sed judicialia exemplis tum Christi, tum Apostolorum esse abolita, nemo ignorat. Christus noluit sententiam in adulteram ferre, neque animadvertere in discipulos juxta legem, quod sabbato spicas decerptas fricarent. Paralyticum autem lecti baiulatione legi obnoxium, autoritate magis quam imperio defendit. Apostoli permittunt ea connubia, quae more et ritu gentilium contracta fuerant, indissociata etc. Porro religiosa, puta quae duobus istis praeceptis, amoris Dei et proximi examinantur, ubi quisquam repulit? An non Christus Davidem ipsum cum sociis sacratum panem edentem, pro defensione suorum citat? quos alioqui sacros, quod sacrum tractavissent, esse oportuisset. Qua autem ratione id fecit? Charitatis perpensione, quod ista hoc requireret. Apostoli ex lege hauserunt interdictum de suffocato et sanguine. Sequetur ergo secundum istos, lapidatio adulterorum? Sequetur indubie, si usus postulabit, si charitas dictabit, si Apostoli, senatus, et populus Christianus censeant. Si non censebunt, nemo tenebitur; nam non censebunt, nisi charitas moneat et religio. Sic imagines tollent cum Ezekia, *Tigurum*, *Berna*, *Constantia*, sed tum, cum charitas jubet, non ficta illa, quae dicit se infirmis parcere, et Deum reliquosque filios Dei negligit, sed ea, quae nusquam cessat, *ὃν ἐκπίπτει*, Deo placere et illius religionem fovere, ea, quae dicit, Deo magis erit mos gerendus quam hominibus, ea quae tam perspicua est, ut videat quid quando possit obtinere, ea quae scit, quantum debeat infirmis, et quantum perfidis ac deploratis. Cur ergo magistratus noster ex religionis communis debito non debeat nobis, quod Josias debuit, et praestitit etiam, Judaeis? excepto modo, nisi usus quoque eum postulet. Sic me intelligito. Cur non debebit magistratus Christianus imagines tollere (maxime dum videt publicum ecclesiae suae consensum accedere) et Missam? etiamsi non debeat istud, ut sacerdotes simul contrucidet; eam videlicet citra tam crudele factum consilium obtineri possit? Sin minus, jam nihil cunctabimur exempla etiam durissima sequi; dummodo spiritus illa *πληροφωρία* sic adest, ut Heroibus

istis adfuit. Ego enim, ut interim hoc dicam, video Episcopos non cessaturos esse a suis artibus, et turbis concinnandis, donec aliquem inveniant Heliam, qui mucrones in eos pluat. At interim dum charitas jubet bona spe illis parcere, parcendum erit. Cum contra eadem charitas monet, interficiendos esse, propter salutem reliqui corporis, jam consultius est, oculum caecum erui, quam totum corpus perire. Charitas ergo ipsa sciet, quid facto sit opus, quid neglecto, non hercle compulsa ulla litera; non enim sumus sub lege, sed sub gratia; sed quae nihil timet divina sequi exempla, cum ad eum locum ventum est, ut aut adversarius tollendus sit, si modo convictus erit erroris aut doli, et tam abest ut resipiscere velit, ut etiam contumaciter negotium facessat: aut religionis periculum ac damnum subeundum. Religionis dico, non nostrum. Si enim nobis inactatis, ipsa nihilo minus religio nostris manet integra, praebendum est jugulum Caiaphis etiam et Annis. Si vero Ezekiis, Heliis, et Iosiis defendentibus servari potest, cur non praestarent? Sin istis solis tranquillus status servari, et omnium tum, consensu tum opera potest, jam nemo cessabit. Negabit se Paulus, Titum circumsecturum, quicquid judaizantes inclament. Exemplum hic desiderant adversarii, dedimus flagrum, quo Christus foeneratores pepulit. Quod si minus recipiunt, hoc saltem discant, Christum per omnem vitam prophetae et Episcopi personam tulisse, non regis aut magistratus; noluit ergo quicquam ἄτοπον, id est, absurdum et indecorum huic personae gerere. Pro judice autem, aut rege, cum se nunquam venditaverit, saltem qui hac priore vice humilis adparuerat, una et altera vice ostendit quid magistratui liceat, imo quid prophetae quoque, dum usus postulat, et malum alias est immedicabile. Cum ergo iterum adversarii dicunt: Sic ergo compellemus quosdam ad fidem? Minime; sed pios tuebimur ab iis, qui vim, ut primum dabitur, ingerent, id quod cum primis aequi et justi judicis officium est. Sermo nobis est de externis, tum rebus, tum professionibus. Quot enim vides hodie, qui metu aut Pontificia externa sustinent, aut cum piis professione ficta consentiunt, quorum indubie fides alia atque alia est? Summa igitur summarum (ut finiam, non jam epistolam, sed librum ferme, etiamsi formula sit epistolaris) Charitate autore, utemur veteribus et novis exemplis, ad componendum externa ista, tam indubie, quam Christus ipse est usus. Est tamen interim istorum hominum zelus non iniquis modis objurgandus. Videtur enim facile ex fide talium hominum, quo animo tam procaciter erroneam opinionem defendant. Quod si hac gratia inveniantur facere, ut magistratus sibi paulatim nimium permittat, zelum laudabo, sed errorem corrigam. Si corrigi nolint, *Lutheranos* et Catabaptistas esse sinam, sed constantissime impugnabo. Ego enim virum Christianum id arbitror esse ecclesiae, quod bonum civem urbi. Quo circa, ut iste nihil patitur pullulascere, quod urbem perdere aliquando possit, etiamsi ingenue ad quaedam connivet, sed talia, quae statum publicum non possunt pessundare. Ita ille quaedam, etiam nocentissima, aliquandiu tolerabit, at non diutius, quam, ut primum liceat, eliminet; quaedam nusquam admittet; quaedam quae non sunt mortifera, sed per infirmitatem inemen-

dubiis, neque ecclesiae statum possunt invertere, nunquam non castigabit, sed simul nunquam non tolerabit. Ex primis sunt, Missa, et imagines, ac similia; tolerantur enim ea, donec omnium animi videant (omnes intelligo evidenter, majorem et saniorem partem) quid de eis sentiendum. Sic circumcisionem ferebant Apostoli, sed data occasione dejecerunt. Ex secundis sunt impia omnia et reditus ad vomitum, et receptio sive Missae, sive imaginum, quae et abolitae fuerant, et jure videbantur aboleri. Ex ultimis sunt, quae Christus docet esse permittenda, ut crescant cum bonis; non ut eodem jure augescant, sed quod ferri possint; qualia sunt levia ista, quae non praecipit adurenda esse cauterio, sed septuagies septies indulgenda. Decerpit ille noster ex omnibus quae audit, videt, legit, intelligit, quibus et pacem publicam custodiat, et omnem imbecillitatem adjuvet; non hercle quod legem ferre possint philosophi, dum nobis placita sua propinant, aut cogere historici, sed quod Charitas, quae domi flagrat, quicquid egregie videt vel etiamnum fieri, aut olim factum esse, instar flammae corripit, et suum facit; imo se debere videt et Deo et proximo, quod optimus quisque semper praestitit, etiamsi Antinous sit, non Abraham; Ulysses, non David; Miltiades, non Moses; Thrasybulus, non Ezekias, quem in exemplum sibi proponit, quamvis diversimode; quod enim alteri ex istis vel amore gloriae, vel rerum aviditate fecerunt, hoc noster faciat, amore Dei et proximi; id quod vere est, capillum et ungues praescindere. Responsationem istam non accipimus, qua contentiosus diceret: Equidem scio omnia esse probanda, et optima eligenda; at nondum coactus sum scripturis, quod magistratus debeat externa, dummodo possit, autoritate sua abolere. Cur enim cum contentiosis contenderemus? Porro, qui nondum vident, amantem Dei et proximi, omnia utrique debere, quorum ei est facultas (imo plura, nisi imbecillitas excusaret) cur non potius contentiosos censeam quam pios? Ligant ergo nos non Ezekias et Helias, sed alligat nos par charitas, atque idem spiritus, ad eorum exemplum imitandum, dum religio, usus, et pax postulant.

Haec mi Frater, cum non jam fuse, verumetiam confuse, veluti parrhesiae nostrae materiem prudentibus judiciis vestris temere contraxissem, exploranda et selegenda. Venit ad nos *Thomas* Germanus tuus, atque paucis abeuntem allocutus visus est mihi quid hujus sententiae resipere. Tu ergo cave ipsum hoc meo scripto patiaris offendi si modo posset offendi, audio enim eum teneriter observare *Lutherum*, qui utinam de se ipse tam recte sentiret, atque nos. At hoc erat in fatis. Furatus sum ipse mihi aliquot horas, quas necessario partim post mensam otio, partim vero negotio succidi. Tu vero aequo et bono in consilium vocatis (quid enim pietatis admoneam, cum nemo aequi bonique cognitionem justam sine pietate possit habere) et qualiacunque sunt, expende cum *Zuiccio* et quae supervacanea vel iniqua videbuntur, rescindite. Vale. *Tiguri* 4. die Maii 1528.

Huldricus Zuinglius vester.

XLII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Nihil praeterea novi; sed vides quid a Te expectetur. Vale. *Oecolampadius.*

Bucerus — Oecolampadio. „Salve. Audio Te respondendi *Luthero* munus *Zuinglio* demandasse, quod vel ideo probo, ne uterque a melioribus interim cogatur se subducere. Illum tamen velim diligenter respondere, quanquam et brevitatem adesse oporteat, quo et ematur et legatur responsio. Nimis multos adhuc tenet *Lutheri* nominis praepostera admiratio, ut quamlibet blasphema et verbosa scripta ejus emptores suos semper inveniant. (Nostri non ita.) Quanquam hae vice forte propter molem libri, et quod blasphemiarum quoque tandem obveniat satietas, liber hic *Lutheri* non ematur cupide. Nullus hinc ausus fuit, eum hic rursum excudere. Quod indubie fecisset aliquis, si spes fuisset distractionis. Ego apud *Lutheranos* nostros valde male audio hic, quod in Disputatione *Bernensi* negarim, ex Evangelistis posse probari, Christum per clausum sepulcrum et clausas fores transiisse, quia *Lutherus* ex his duobus novam adessendi aliquo corporaliter rationem commentus, ubique eum objicit. Vocat esse in aliquo corporaliter, non tamen comprehensive vel localiter. Si quando scribes *Zuinglio*, et ad rem facere videbitur, moneas eum, ut diligenter hoc commentum rejiciat, quando *Lutherus* tam multis et confidenter adeo ipsum simplicioribus obtrudat. Saluta uxorem, familiam et fratres. *Argentorati* VI. Maji. *Capito* ipse scribet. M. *Bucerus* tuus."

XLIII.

Paulus Fagius Zuinglio.

Salve. Alia ad Te jam scribo vice ob simile fere negotium, ob quod superioribus diebus tuam humanitatem meis adsperserim literulis, *Huldrice* erudite, quare primum omnium molesto ne suscipias animo, Te pro viribus precor. Non enim parvo afficior gaudio, sicubi mihi occasio qualiscunque datur, Te meis chartulis utcunque politis invisere. Nullatenus enim aegre ferimus, etsi inter eas, quae in scriniis tuis reservantur, vel omnium maxime sordescant. Sed Tu, quae dicturus sum paucis (ne inani forsan garrulitate doctas tuas aures, plus nimio obtundam) accipito. Mitto tibi hic hominem, literarum praesertim sacrarum non ignarum, evangelicae sane doctrinae studiosum. Annis ab hinc non multis prolapsis *κήρυκα τοῦ Χριστοῦ* apud *Memmingenses* et pium et fidum egit. Nomen est ei *Joanni Rott*, ex nostro oriundus oppidulo natus parentibus undequaque piis ac honestis, ante compluscul um annorum Penatibus etiam tuis familiaris fuit. Hactenus per aliquod temporis spatium, paternis laribus vitam transegit. Studio texturae, cujus peritus est, more Apostoli, victum propria manu quaeritans. At quia plerisque felicius cum homine agi visum est, si soli verbo Christi inculcando, suaeque vocationi non admodum infelici

inniteretur. Persuasus pius homo, ad tuas ecce navigat terras, sperans scilicet se tuo beneficio provinciam aliquam subeundam sibi nacturum: Confidens, nusquam etiam se tutius ad Christo regnum parandum, quam apud tuos futurum. Praesertim post christianum illum conflictum *Bernensem*, quo omnia tranquilliora reddita speramus. Quare *Huldrice* haud non observande, tuum candorem, e quo nunquam non indies ad plerosque multus redit fructus, ex animo precor, fratrem istum ex me, ut habeas commendatissimum, tuamque operam sicubi opus habuerit, ei te non denegaturum oro; id ego pro mea facultate, ubicunque potero promerebo. Audio enim, non parum ex te pendere, quotquot fere Ecclesiis hinc inde sub imperio Dominorum *Bernensium* sitis, praeficiuntur. Et quia frater iste cuipiam, si quae prae foribus praefici ambit, ad Te ipsum relegavimus. Tibi enim exactius judicandum relinquimus. Quantum vero mihi hominem explorare licuit, videtur mihi sane ab omni parte syncerus, et praeterea spiritu, in enodandis scripturis non infelici praeditus, adeo ut maxime sperem, commissum sibi talentum multo cum foenore foecundum redditurum. Porro nec est, quod ipsum aliqua faece Catabaptisticae doctrinae contaminatum suspiceris, quam Tibi prorsus invisam, nec immerito, scio. Quantas enim Tragoedias, quantos tumultus, pestiferum hoc hominum genus apud nos, proh Deum atque hominum fidem non excitat! Tollat e medio Deus! Mittimus igitur Tibi hunc hominem, ab omni parte beatum, quem tua humanitas pro more exosculetur. Vale in Domino, et in hoc me commendatum habe. Verbis meis plurimum salutato *Pellicanum*, et *Johannem Küferum*, qui modo apud Te exulatur. *Isnae* VII. Maji 1528.

Tuus, *P. Fagius*, Ludimagister Isnensis.

XLIV.

Marcus Peregrinus Zwinglio.

Pax Christi, quae omne desiderium exsuperat. Propugnator rei Christi, certamen et tumultus quibus Christus nobis crucem ostendit et quae ad eam rem pertinent tibi omnia nota sunt, *Bertholdus* enim literas tuas mihi indicavit, nec non *Roestius* Consul ipse praesens me certiorem fecit. Dominus autem, quippe qui non amplius quam sustinere possimus nos sollicitari sinat, calamitatem partim a nobis certaminis imperitis amovit. Quamquam nondum omnis solicitudo sublata est, namque etiamnunc in magno periculo versor, quum medios inter seditiosos haeream, multique ejus rei culpam in me conferant, ignari, illos libertatem Christianis dignam, quam concionibus docui, ad libertatem carnis et bonorum transferre velle; qua de re *Bernae* apud Dominos meos me excusare jussus sum, etiam, quum in seditione non tutus essem, intra montes exsulantem me continere coactus sum. Quomodo autem nunc res meae se habeant, *Conradus* [1]) qui has literas tibi pertulit, tibi narrabit. Dummodo memores nostri in ecclesiis vestris

[1]) *Conradus Schreivogel Ilnaviensis* e pago Turicensi cf. ep. 16 a. 1527.

et communibus Dominum assidue oretis. Etiam, vehementer te rogo, a praedicatoribus *Bernensibus* contendere velis, ut assidue magistratum nostrum hortentur, ut rus fideles, pii, christiani praedicatores mittantur, et respectus Personarum, sive populi, sive generis, sive aliarum conditionum removeatur, id quod maxime opus est. Nunc enim indocti et inepti, qui in coenobiis fuerunt, parochiis praeficiuntur non parvo detrimento et corruptelae. Adeo nondum dimidia pars sacerdotum apud nos satis idonei sunt ad docendos christianos. Alius igitur evertit quod alius exstruxit, quo vulgus rusticum, stultum, asperum non ad veram lucem ducitur sed eorum ignorantia obcaecatur; et nisi aliter actum et institutum erit per custodes Evangelium a nobis potius obscurabitur. *Conradum*, quem dixi, *Ilnaviensem* tibi notum esse spero, qui ejus mores sint, quem frater fratrem commendatum habere velit. Si ita ceciderit, ut in nostrum pagum vocetur, tu, velim, cum praedicatoribus *Bernensibus* indices, sin minus, agere velis ut bonus amicus omnium miserorum fratrum. Sed spero, si Dominus verbum suum apud nos propagare voluerit, eum ad nos vocatum iri; quippe quem eum cognoverim, qui sancte vivat et fidelis minister verbi divini sit. Commenda me omnibus fratribus in Christo praecipue *Leoni*, *Francisco Zinkio*, *Hallero*, quos nobiscum Dominus ex sua voluntate clemens commendatos habere velit. Dedi in *Steig* 12. Maji 1528.

Marcus tuus *Peregrinus*.

44.

Markus Peregrinus an Zwingli.

Pax Christi, quae omne desiderium exsuperat. Christlicher Vorstreiter. Unser Kampf und Aufruhr, dadurch uns Christus das Kreuz hat lassen sehen, ist Dir sammt allem Handel wol wissen, wann Bertholdus hat mir Dein Schreiben angezeigt, dessgleichen Burgermeister Röst selbst mundlich berichtet etc. Aber der Herr, so uns nicht weiter denn wir mögen tragen, lasst angefochten werden, hat uns, als noch den Ungeschikten zu fechten, das Kreuz zum Theil abgewandt, wiewol mit Sorgen, wann ich nochmals mit grosser Gefahrlichkeit umgeben bin, Ursach, dass ich mitten unter den Aufrührern size und mich viel des Handels beschuldigen, aus Unverstand, dass sie die christliche Freiheit, so ich geprediget habe, auf die Freiheit des Fleisches und der Güter wollen ziehen, deshalben ich mich zu Bern vor meinen Herren hab müssen entschlagen, auch in der Aufruhr Leib und Lebens nicht sicher, flüchtig, in den Bergen mich enthalten müssen. Wie es aber um mich steht, wird Dich Conradus, Zeiger dieses Briefs, berichten. Allein bei euern Kirchen und Gemeinden seit unser eingedenk mit emsigen Gebet gegen dem Herrn. Ist auch meine fleissige Bitte, Du wollest den Predikanten zu Bern treulich anliegen, dass sie fleissig unsere Obern anrichten, dass auf dem Land getreue, fromme, christliche Predikanten verordnet werden und respectus Personarum, als des Lands, der Geburt und andern Conditionen halb abgestellt werde, wann das ist die gröste Nothdurft. Es werden die ungelehrten,

ungeschikten, so in Klöstern sind gsin, auf Pfründen gesezt, zu merklichem Verderbniss und Verführung. Ist nochmals bei uns nicht der halbe Theil Priester recht christlich geschikt. Was einer erbaut, stosst der ander um. Damit wird das grobe, unverständige, rauhe Volk nicht zum wahren Licht geführt, sondern in ihrer Unwissenheit verblendet. Und wo nicht anders gehandelt wird und verordnet mit Wächtern, wird das Evangelium mehr durch uns verdunkelt. Angezeigter Conradus von Utnaü, ist Dir bekannt, als ich hoffe, seines Wesens halben, wollest in brüderlichen Befelch haben. Wäre Sache, dass er zu uns herein berufen würde, wollest ihn den Predikanten zu Bern anzeigen. Ist das nicht, so thu als ein guter Freund aller armen Brüder. Bin aber der Hoffnung, wolle der Herr sein Wort bei uns pflanzen, er werde zu uns beruft, wann ich ihn erkennt hab eines frommen Lebens, auch des göttlichen Worts getreuen Diener. Befihl mich allen christlichen Brüdern, insonders Leoni, Franzisko Zink, Haller, die mit uns der Herr nach seinem Willen in Gnaden befohlen wolle haben. Dat. zu Gsteig 12. Mai 1528.

Marcus tuus Peregrinus.

XLV.

Rudolfus Ammann parochus Cnonaviensis Zuinglio.

Gratia et pax a Deo Patre per Jesum Christum Dominum nostrum. Carissime Domine et frater in Christo, quamquam dignitatis, honoris, artium causa, quibus Deus te praeter multa millia hominum donavit in conspectum tuum venire mihi non licet, tamen cogito ut Christus nobis omnia in omnibus rebus factus sit, cujus quidem membrum quin tu sis minime dubito. Quoniam igitur omnes homines Christiani quousque valent viribus et bonis non sibi ipsis sed adjuvandis aliis vivere debent, caritatem tuam implorare ausus sum, ut mihi opituleris, consulas, et solatium praebeas, Deus enim eas dotes ex clementia sua, non tibi soli, sed aegris membris Christi solatio impertivit. Quare te rogo per Deum et caritatem tuam quam maxime possum, ne me fratrem miserum, a quibusdam fratribus malevolis propter studium perversum benevolentiae tuae captandae multis modis accusatum causa incognita condemnes, sed defensione mea et piorum hominum testimonio auditis, edoceas ut fratrem et in rectam viam deducas, libenter enim obsequar. Nam ego quidem, qui amicitiam tuam officiis mihi praestitam expertus sim, benevolentiam et caritatem tuam mihi nunquam non dum vivam conciliatam velim; scilicet tu etiamnunc memineris, quanto negotio et labore ab antichristo [1]) me liberaveris. Quamobrem, ut referam tibi gratiam fidei tuae et caritatis, non modo fortuna sed etiam vita, si opus fuerit, pro te periclitaturus sum. Et quamquam tunc illa molestia mihi gravis et

---

1) Nam Episcopus *Constantiensis* 1522 ob doctrinam eum expulit et vocavit in judicium episcopale, ubi eum *Zwinglii* patrocinio absolutum esse haec epistola docet.

acerba fuit, tamen mihi multo tolerabilius fuit contra diabolum inimicum meum quam contra te meum carum Dominum et fratrem pugnare. Quamobrem benevolentia tua et caritate (cujus perturbatae et sublatae frater noster qui *Hedingae* est propter perversum studium magna causa fuit) carere neque volo neque possum dum vivam. Illius igitur ex animo me miseret, quod, cum ejus dedecus pro viribus tegerem, eo beneficio accepto se ipsum non minus quam me sine omni causa mera honorum cupidine motus, tanta solicitudine affecit, ut mihi turpes literas meum et praefecti majorum judiciorum honorem contaminantes traderet etc. 14. Maji 1528.

45.

Rudolf Ammann, Pfarrer in Knonau, an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater durch Jesum Christum unsern Herrn. Lieber Herr und Bruder in Christo. Wiewol ich der Würdigkeit, Ehre und Kunst halben, mit welchen dich Gott vor viel 1000 Menschen begabt hat, vor Dir nicht darf erscheinen, jedoch so ich gedenke, wie uns Christus alles in allen Dingen worden ist, dessen Glied (als ich nicht zweifle) Du wahrlich bist. So nun ein jeder Christenmensch, mit allem das er ist, hat und vermag, nicht sein selbst, sondern zu Dienst seinem Nächsten leben soll, werde ich geherzt, Deine Liebe um Hilf, Rath und Trost anzurufen, weil Gott solche Gaben aus seinen Gnaden, nicht Dir allein, sondern dem kranken Glied zum Trost verordnet hat. Hierum so ist mein fleissig ernstlich Bitt an Deine Liebe zum höchsten um Gottes willen, mich Deinen armen unverhörten Bruder, auf das vielfältig Verklagen von etlichen meinen ungünstigen Brüdern mit falschem Eifer gegen deine Liebe beschehen, nicht verdammen, sondern nach meinem Verantworten und frommer Leuten Zeugniss, mich brüderlich unterrichten, weisen und lehren, will ich auch gern gehorsam sein, denn ich je aus empfangener Freundschaft, mir von Dir bewiesen, ohne deine Gunst und Liebe nicht leben will, als Dein noch wohl wissen ist, mit was grosser Müh und Arbeit du mich errettet hast von dem Endchrist. Darum ich zu Wiedergelt deiner Treu und Liebe, nicht allein mein Gut, sondern auch mein Leben (wo das noth thut) für dich zu sezen bin ich bereit. Und wiewol mir dazumal dasselbe Kreuz schwer und bitter, war es mir doch viel leidlicher wider den Teufel meinen Feind, dann wider Dich meinen lieben Herrn und Bruder zu streiten. Darum ich ohne Deine Gunst und Liebe (deren Zerrüttung und Zerstörung unser Bruder zu Hedingen mit seinem falschen Eifer eine grosse Ursache gewesen) nicht will, kann, noch mag leben, darum solches mich herzlich über ihn erbarmt, dass ich seine Schande nach allem Vermögen gedekt habe, und aber er über solche Gutthat, sich und mich, ohn alle Schuld, allein aus Geiz der Ehren Durst, in solche Unruh gebracht, als er mir ein schandliche ja eine unchristliche Schrift zuschikt, mich und den Obervogt an unsern Glimpf und Ehren berührend etc. (14. Mai 1528.)

XLVI.

Bertholdus Hallerus Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Quod modo de *Sebastiano* nescis, postea scies. Nam inconsulto factum non credas. De *Tuginis Batti* cranium allaturis, Quaestori locutus, qui Senatus decreto rem praevenit; sunt enim in *Interlaca* 4 ex Senatu et 4 ex 200 qui Rusticorum tumultum compositurі advertent per Exploratores, ut sacrificulus ille deprehendi posset. Ceterum de *Caspare* [1]) nihil solicitus sis, et Plebem et Magistratum sic sibi devicit, ut nec ipse quippiam magis aequo temerarium attentabit in eos, nec vicissim illi in ipsum. Ad Lectiones et Conciones poena duorum Ursigerorum [2]) sacrificuli coguntur. *Gebennenses* cum *Sabaudo* Comitiis in *Bajerno* habitis, et nunc *Bernae* conclusis, compositi sunt. Sic omnes speramus. *Christophoro Froschovero* dicas, Disputationis versionem in latinam linguam imparem esse humeris *Tunensis* Scribae. Quaerat ergo alium. Vale. Datum ocyssime 17. Mai 1528.

Tuus *Bertholdus* (*Hallerus*).

XLVII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia Christi. Mi frater. Si quid hic est jucundi, quod nescio, si quid varii, ut crebro, sin quid amari denique, ut non raro suspicamur, quanto melius narrare poterit *Cratander*, qui literas reddit, quam literae ipsae non tam verecundae, quam suspiciosae. Semper eodem haeremus luto, ne multa verba insinuam. Porro ex Te audire velim, num *Luthero* responsurus sis. Id sane tuo nomine fratribus pollicitus sum. Equidem ut interim minime otiosus ero, minimeque dormitabo, privilegio nuptiarum primo anno juxta legem, ut jocer, a proeliis abero, Tu conserito manum, propitio Christo. Hac hora exul quidam mihi exhibuit hoc edictum, quo ipse nolens consentire, extorris factus est, rediturus tamen ad *Wittenbergae* confines pagos, per quem paucos quosdam versiculos vel lineas et *Melanchthoni* et *Martino* scribam, e quibus videant, an simus phanatici *καὶ δαιμονόληπτοι*. De *Hesso* et *Saxonibus*, quid moliantur, incertum adhuc. Ita varia narrantur. Nihil auspicati praesagit animus. Atqui Christus Rex mundi et Dominus universae carnis. Gaudeo *Bernates* aliquanto pacatiores factos. Vale in Christo. *Basileae* die XX. Maji 1528.

Tuus *Oecolampadius*.

XLVIII.

Bertholdus Hallerus Zuinglio.

Salve. Habes hic, carissime Huldrice, vivam Epistolam, *Ema-*

---

[1]) *Megander.*
[2]) Bazen.

nuelem nostrum,[1]) qui et verbis et coloribus rerum nostrorum statum optime depingere poterit, quicquid ergo Tibi minus consulte actum a nobis videtur, increpa fortius. Nam post Magistrum nostrum Christum non parum a Te pendemus. Electus est *Emanuel* in judicem unum Consistorii. Unde, si per otium fieri posset, vestrorum consuetudinem inquirendarum partium, item cum sententia lata literis invulgari debet, quibus titulis, aut quo, ut vocant, instrumento id fieri soleat, illi communicares per copiam. Habemus siquidem ordinationem vestram impressam, at et acta judicii vestri si transscribere nostris expensis liceret, maxime ambiremus, ut rerum gestarum ordine et nostris sanius consulere possemus. Quod si tua autoritate fieri non posset, Senatus noster apud vestratem laborabit precibus, ut tantum condonent. Tu igitur, quaecunque ad rem facere putaveris, *Emanueli* communicato, qui nihil negliget. Ceterum consuluerunt in Senatu nostro, quatenus *Hallerus* vester[2]) ad *Frutingenses* vocaretur, populum mire cervicosum. Quod si malis *Zinggium* illuc promoveri, non deerimus, modo mox cum *Emanuele* rem conferamus. Nam precatus sum illum, ut antequam *Hallerum* conveniret, Te prius alloqueretur. Reliqua omnia *Emanuel*. Salutat Te tota *Berna*. Vale. Ultima Maji 1528.

Tuus ex animo *Bertholdus Hallerus*.

XLIX.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi Tecum. Mi frater. Reposueram a prima lectione furibundi *Lutheri* latratus, nunc eosdem repeto, quandoquidem id consilii vobis probari video, ut et ipse caussae nostrae non desim, tametsi Cyrillus ac Ezechiel, ut cetera taceam, tantum non obruant. Sed proderit esse occupatum, quo memor sim, hostem non esse acrius urgendum, si se ipsum praecipitet. Grata alias, nunc gratissima erit verborum parsimonia. Relinquam Tibi communia, et quae peculiariter in Te dicta sunt, refutanda; ipse ut ab hoc labore me statim liberem, quae in me vibravit jacula, depellam τοῦ θεοῦ ῥοπῇ. Jam consilium tuum, ut sermonem ad Principes vertamus, multum placet. Sed hoc Tibi magis integrum erit, quam mihi brevitatis rationem habituro, et vel minimas digressiones vitaturo. Fortassis ubi calamum in manus sumpsero, ut me tuae phrasi accommodem, etiam in hoc persuadebitur. Delicati Principes sunt, et adulationibus educati, parum illis grati erimus. Adulari nescimus, nec debemus. At si adulati non fuerimus, et tanquam deos non adoraverimus, ita interpretantibus malis consiliariis, contemni se arbitrati, magis irritabuntur, ὡς κινδυνεύει. Suum Apostolum salvum volent, cui nos per omnia parcere non poterimus. Itaque cautissime agendum. Ante omnia autem utile fuerit, si Senatus vester ac *Bernensis* dignentur amico scripto nos commendare, imò

---

[1]) *Manuel* vexillarius.

[2]) *Joannes Haller* parochus *Bülacensis*?

rem ipsam. Age, haec tuae providentiae relinquam, equidem mox accingar operi, ut succisivis horis, quantulum potero temporis, huic negotio furabor. Tu quoque vide, ne tardior laborem accedas. Angustum enim Tibi tempus praescribis. *Slesitarum* amicorum literas nudius tertius exuli cuidam Te visuro, ut Tibi reddat, conreddidi. Nescio an reddiderit. *Petrus Gynoraeus*, de Evangelio pessime meritus, virgis publice caesus, magnaque cum infamia hinc ejectus est. Mirum, quanta adversariorum jubilatione ac triumpho. Semper petivit a nobis commendari, homo tam male sibi conscius, portionem suam ponens cum adulteris, ipse bis adulter. Ita nos quotidie fallunt homines, et faciunt, ne quem commendare audeamus tandem. Vale. *Basileae* die — Junii.

Tuus *Oecolampadius.*

L.

Zuinglius Capitoni et Bucero.

Den hochgelehrten Herren D Capitoni und Buzer zu Strasburg, Predicanten, seinen lieben Herren.

Gratia et Pax a Deo. Esset charissimi fratres quod inprimis scribendum ducerem, si me meae occupationes non tantopere constringerent. Scripsit enim ad me *Sebastianus Oeconomus* hisce diebus ex *Zophinga Bernensium* municipio, quo missus est ad praedicandum Evangelium, se ex quodam, exule arbitror, intellexisse, *Cellarium* quiddam dissidii inter vos, qui isthic verbo praeestis, adparare. [1]) Dii meliora. Et mire gratulatur mihi *Sebastianus* de cognitionis spirituum dono, quod aliquando, cum ipse dixisset de *Cellario* loquens, forte mutabit animum, respondissem: quomodo potest eum mutare, qui ad hoc unum incumbit, ut Nomen magnum fiat, id autem tam expedita, attamen profunda hypocrisi, ut similem ipse nunquam viderim, sed hoc tamen videri non temere esse, qui ad eam profunditatem hominis penetrare possit. Talia, charissimi fratres, sunt quorundam otia, ut viam, nobis interim mille negotiis distractis, inveniant per quam seducant, non aliter quam boves assiduis laboribus fessos, qui quamvis herbam, quam otiosi fastidirent, decerpunt. Sed de his alias. Interim vobis duobus Theseo et Pirithoo, Davidi ac Jonathae, et praeterea nihil aliud esse per vos liceat, dissentiant alii; at vos junctis viribus ad pacem omnes compelletis etc. Lis est huic bono viro cum pessimo, nempe cum *Joanne Burkardo.* Vos igitur non obsecro, sed moneo, ut ei adsitis in producendo adversus nihilvirum testimonio consilio et opitulatione apud omnes. Nam si vicerit, hominem triliturum (?) oppido pellet, imo *Helvetia* tota, nisi nos nihil pudeat. Nihil ergo operae reliquum faciatis, quo compos voti fiat vir bonus et in Evangelio Christi frater. *Lutheri* librum cras legere ordiar, sed ne diffidatis brevitati temporis ad Nundinas *Francfordenses* prostabit. Interea

---

[1]) Cf. ep. Buceri ad Zuinglium 34.

fratres alii legerunt, et ineptissima quaeque, imo et firmissima quae isti videntur, obiter cum deambulante contulerunt, ut multorum responsionem non jam voverim, sed etiam excluserim. Valete candidissimi fratres, et unum sentite in Domino Jesu. *Tiguri* 17. Jun. 1528.

Huldricus Zuinglius.

LI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi Tecum. Mi *Huldrice*. *Argentinenses* fratres iterum monent, ne *Luthero* respondere cessemus. Nam ejus factionis homines, extra *Helvetios*, nostris perquam importuni sunt, et *Papistas* strenue imitantur. Pridem illis significavi, Te responsurum, sed verentur forsan, ne aliis occupationibus impediti negligamus, quod magis urget. Urgendus est scriptis tuis *Bucerus*, ut Dialogum quem super hac re scripsisse se indicat, cum nostris edat. Ego hac nocte calamum arripui, et sermonem ad Te verto, videorque mihi rectius sic queri posse, quam apud Principes, de tyrannide *Lutheri*. Tu vero perge mascula oratione Principibus loqui, et tanquam coram incorruptis judicibus modesta vehementia proponito. Porro, ut res hic habeant, ex familiarissimis illis tuis intelliges. Uxor mea Te ac tuam salutat. *Basileae* 21. Jun. 1528.

Oecolampadius.

LII.

Hedio Zuinglio.

Paratissimo Dei organo, *Ulrico Zuinglio* suo Praeceptori adorabili. Gratia Christi Tecum. Ornatissime *Zuingli*, *Jacobus Kirscherus* major Cancellarius Principis *Badensis*, vir ob multas eximias dotes plane adorabilis, filium, *Joachimum* nomine, habet apud *Oecolampadium* optimae spei adolescentem. Hunc cuperet parens curae alicujus boni viri apud vos committere, ut in discenda pietate et rectis studiis pulchre acta radice, superstrueret vitam inculpatam, et multorum usibus expositam. Hoc cum senex adeo averet, recepi me scripturum Tibi, qui amator es Reipublicae et probae puerorum institutionis. Idcirco mi *Zuingli*, hoc a Te peto brevibus, ne prolixis literis morer sancta tua studia, ut significes principio, quam eximios habeatis istic professores graecae et latinae linguae, nam quum adolescens optimo sit praeditus ingenio, cuperem optimis praeceptoribus elocari. Deinde, an possit apud honestum civem habere liberalem victum, liberalem, inquam, nam abominatur Parens istos, qui sordide cibant et potant studiosos. In hoc paratus est etiam solvere, quod aequum est. Tertio, qua pecuniae summa convictus, ut vocant, possit comparari. Haec ubi inquisieris, non graveris, rogo, ad me scribere, tum equidem Patri adolescentis vel coram referam, vel literis reponam. Amoenum est ingenium et

dextrum. Proinde Tibi a vestrae Iuventuti solatio futurum. Ceterum, quae hic fiant, et quae digna tua cognitione, cum *Bucerus* ac *Capito* nostri soleant diligenter ad Te scribere, non est, quod ego Te meis Literis quoque onerem. Christus Te diu servet electum organum ad testandum Evangelium Regni sui. Bene vale. Raptim die XXIII. Jun. 1528.

Caspar Hedio, tuus.

Inscriptio: Paratissimo Dei organo Huldrico Zuinglio, suo Praeceptori adorabili.

LIII.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Scite et callide Tu, neque minus feliciter, officium fecisti tuum, monendo de conservanda inter nos concordia, ita *Capitoni* animum permovisti. Sed Gratia Christo. Partim *Cellarii* vultibus parum bene respondens spiritualitas, et *Catabaptistarum* jam multorum inexcusabilis improbitas effecerunt, ut nostra homini rursus majore in pretio sint, tametsi Paedobaptismum nondum sustineat nostris rationibus probare. Fortiter autem resistit *Catabaptistis*, dum illum damnant, liberum enim agnoscit, quanquam adhuc somniet abolendum. Nuper nobis cum *Cutzio* [1]) colloquium fuit, o Christe, quanto cum Sycophanta, quamque dextro nato Mercurio. At gratia Domino, qui vaferrimos, etiam et carissimos, adde et facundissimos, veritati suae nihil nisi illico evanescentes, fumiculos sinit effundere. Ne pigeat Te subinde ad nos dare literas, omnia apud *Capitonem* potes, meque habes in Domino tibi addictissimum. Hactenus aliquot menses admodum nutarunt nostra excelsa relicta quatuor, nunquam tamen adhuc ruinae propius accesserunt, atque secundo hujus septimanae, hostibus Christi ἐν τῇ βουλῇ extrema nequicquam experientibus. Si, quod speramus, illa ceciderint, simul multa casura mala, et vicissim multa scimus bona constabilienda et nova accessura. Occasio etiam erit cogitandi — — [2]). Reliqua *Capito*. Unum Te oro. Credidimus *Christophoro* chalcographo vestro ego et *Capito* libellos aliquot *Bernam* amicis deferendos. Illi literas quidem nostros libellos offerentes, libellos autem minime perceperunt, quinta Junii. Eo enim die ad nos *Berchtoldus* scripsit. Oro, inquam, te, ut cum illo agas, ut libros *Bernam* deferendos curet. Si quid ejus caussa insumserit, nos reddemus. Optime vale, et saluta fratres nominatim omnes. *Argentorati* 24. Jun.

Tuus *Bucerus*.

LIV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi. Mi *Huldrice*. Ne sit Tibi molestum, quod apologiam meam cum hoc nuntio non acceperis. Multa enim sunt, quae

---

[1]) de *Caucio* vid. Ep. 63. a. 1527.

[2]) Quae verba hic sequuntur legi non possunt.

me impedierunt, et res ipsa intricatior, quam putabam. Praeterea curae mihi est, ut quantum ille insanit, tantum ego dissimulem ac placidus sim. *Chunradus* minister meus describere incepit. Absolvetur intra quatriduum, ut opinor. Mox curabo, per ministrum eundem, isthuc portari. *Bucerus* dialogo suo nos, opinor, praeveniet. Inhortatus sum enim eum, ne occaltet. In *Capitone* nostro aliquid desidero. *Catabaptistae* enim multum hic gloriantur, quod ipsis faveat, quandoquidem aliquanto benignius eos tractat, tametsi non dubitem, quod nondum assentiatur eis, velim tamen et per Te admoneri ipsum, at nolim, quod me prodas, nam et ego monui, et adhuc constat rumor. Fortasse hoc *Cellario* debebimus. Nuper ultra centum in vicino agro congregati fuere, e quibus aliqui captivi pertracti sunt huc in carcerem, qui antea virgis hinc et isthinc ejecti. Sciunt quo malo hic laboremus, et machinantur nimirum, vel nescii, quippiam. Ajunt enim et pestilentem *Cautzium* non deesse illis. Nos vigilabimus, quantum Dominus dederit. Sed quid si hypocritis tales debentur Prophetae. Vale. 1. Julii. *Basileae* 1528.

Tuus *Oecolampadius.*

LV.

Leonardus Trempius Zuinglio.

Plurimam salutem tibi dico, mi carissime Domine et affinis. Tibi misi his literis inclusa aliquot exempla epistolae mihi *Argentorato* tradita. Ipse inveneris a quibus mihi venerint. Scias enim, propter magnam occupationem nunc tibi me scribere non potuisse, quamquam nihil novi accidit. Legati enim vestri, quibus sacramentum diximus, tibi omnes res nostras enarrabunt et *Bertoldus* [1]) V. Cl. praedicator noster brevi ipse scribet idemque ego ut earum omnino certior fias. Nihil ultra praeter votum ut Deus te et quicunque tibi carus est tueatur. En libellum quem mihi tradideras, tibi rursus misi per hunc tabellionem, cum exemplum ejus jam domi habeamus. Fabro omnia ea comminisci et garrire licet, quae sperantur de homine temerario et mendaci; nunquam enim donec cum anima deficiat laude sua carebit, etc.

55.

L. Tremp an Zwingli.

Mein freundlichen Gruss etc. Mein lieber Herr und Schwager. Ich schicke Euch hie zu etlicher Missiven Abschrift, so mir von Strasburg zugeschickt sind. Ihr werdet wol finden, von welchen sie mir kommen. Denn so wisset, dass ich aus grösser Unmuss Euch auf diessmal nicht habe schreiben können, wiewol nichts Sonderes vorhanden ist: denn Euere Boten, denen wir geschworen haben, werden Euch wol aller Sachen berichten, wie es um uns steht etc. Es wird

[1]) *Berchtoldus Haller.*

Euch Herr Bertoldus, unser Predikant, in Kurzem selbst schreiben, wie es um alle Sachen steht, desgleichen ich auch. Nicht mehr, denn Gott halte Euch, und wer Euch lieb ist, in seiner Hut. Ich schicke Euch das Büchlein wieder bei diesem Boten; wir haben dergleichen auch eins daheim. Der Faber kann alles das dichten und schwätzen, so man hinter einem leichtfertigen verlognen Mann suchen soll, und er wird sein Lob nicht verlieren, alldieweil ihm der Athem ausgeht, etc.

LVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia Christi tecum. Affert hic meus *Conradus*, *Zuingli* carissime responsionem meam adversus *Lutherum*, quae arctior quidem, quam res exigat, diffusior vero, quam statueram. Quam vellem tantum suffurareris temporis, ut illam legas, et si quid minus tuae explanationi assimile, emendes, minuas, locupletes, ac quasi in re tua agas. Est autem et res tua, non solum quia Christi, sed quia pariter periclitamur, unamque causam agimus. Etenim quum tester nostram unanimitatem, Babylonem captam putabunt adversarii, si vel in minimo dissidere viderint. Locum ex 1 Cor. X de communione ac societate corporis, tuae sententiae repugnare non censeo. Tuum fuerit curare, ut sub prelo etiam fideliter excudatur. Quod si tibi non vacat, *Pellicano* vel *Leoni* id muneris injungito.

Minister ille meus tui videndi avidissimus fuit, quem tu hortaberis ut perseveret in ministerio meo. Valde enim mihi utilis est, et obsequens, et tanti ingenii ac docilitatis, ut illum olim honesto loco praeficere valeamus, tametsi etiam ipsum eo animo erga me esse non dubitem, quod aegre sinat se consuetudine mea avelli. Poterit tibi omnia mea recensere, et infelicitatem civitatis ac gymnasii *Basileensis* in recipiendo Christo. Tyrannis profundas radices egit. Exosi sunt, qui nos vel minimis officiis prosequuntur, immo quotquot audiunt Grati, et ad meliorem fortunam provehendi, quicunque nobis vel maledicere solent, etiamsi nulli vel pietate vel litteris sint. At Dominus pro nobis est, qui nos sub talibus hactenus servavit. Senatus innovatus, non magis pro nobis erit, quam antea, nisi quod noster ille, *Jacobus* [1] *a Stella nigra*, iterum Tribunum plebis gerit.

Est quod non parum a Te rogarim. Cancellarius [2] *Marchionis Badensis* inferioris, filium olim mihi commendavit, *Joachimum* nomine, qui nunc anni spatio mecum vixit, optime indolis adolescens, et per omnia obsequens. Is videns, quam frigeant hic bona studia et graecanica potissimum, et quam iniquo loco sit Evangelium, impetravit a patre, ut isthic sibi liceat divertere, ubi et litterae et pietas melius habent. Indulgens pater hoc illi non negavit, et ad me scripsit, ut vel apud Te, vel alium quempiam pium et eruditum virum, contubernium

---

[1] *Meyer.*

[2] Cf. ep. 52.

et convictum impetrarem, quo pariter et inspectorem vitae habeat et non egeat. Nihil morae erit in pretio. De hoc Tecum loquetur minister. Si igitur Tecum illum alere poteris, facies rem mihi gratissimam, sed et patri illius, viro praecipuo, et de Evangelio optime apud Marchionem merito. Imo solus ipse, qui se pro Evangelio opposuerit. Nihil eo viro integrius est. Quod si Tibi commodum non est, *Collinum*, precor, induceas, ne hunc ejiciat. Minime sumtuosus est. Poteris ex ministro ingenium percontari. Scio, si Tecum habitare posset, fore Tibi jucundissimum, atque adeo etiam uxori non poenitendum. Omnino curabis, ut vel Tecum, vel apud *Collinum*, vel *Leonem* vivere possit. Mallem eum apud me retinere, sed peccarem in tam egregiam indolem. Simplicior nonnihil videtur, sed vestra consuetudine etiam id vitii emendaret. *Argentinenses* nondum potuerunt Missam omnino abolere. Nuper accepisti, quid velim *Capitonem* moneri, sed nolim prodi me instigatorem. Ceteri *Catabaptistae* favore et benevolentia ejus abutuntur ac gloriantur. Saluta uxorem ac fratres. Vale. *Basileae* IX. Julii 1528.

Tuus *Oecolampadius*.

LVII.

Joannes Oecolampadius Huldricho Zwinglio.

Gratia et pax a Christo Domino nostro. [1]) En, frater fidelis et adjutor in ministerio verbi Domini, tibi tradidi quae scripsi in Lutheri confessionem de sacra coena, quae, si tibi quoque placuerint, responsioni tuae adjungere velis, ut omnes videant, nullam rixandi cupidinem in nobis esse, ut Lutherus affirmat quo quidem argumento imprimis contra nos utitur, ut suspecta reddat quae docemus: quamquam manifestum est et ipse contra se confitetur, sententiam unam et tantummodo verba alia esse. id quod videbit qui inspexerit ejus libuum sub litera S. j. Itaque neque ego tibi unquam repugnavi neque tu mihi, imo saepe verbis tuis usus sum neque meis te puduit usum esse. Etiam auditores nostri non tam surdi sunt, ut controversiam et dissidium nostra causa in ea re faciant. Quum igitur etiam libelli inter se consentiant et concordia nostra satis manifesta sit, ei ad illud opprobrium non respondebo, neque ad multa alia convitia et cavillationes, quippe quibus delectari non sit veri cupidi, neque habeo cui id gratum facerem; et si verum cognitum erit, omnia honorifice excusata erint. Ceterum non meliore conditione digni sumus quam Christus magister noster. Parvi aestimemus quod nos puerilem logicam docere vult, imo gratum nobis sit; namque

---

[1]) Hanc epistolam *Oecolampadius Zuinglio* misit cum libello suo sic inscripto: „Antwort auf die Bekenntniss Martin Luthers vom Abendmahl Christi," qui una cum Zuinglii libello ad eundem libellum *Lutheri* respondenti excusus editus est. Eo igitur Oecolampadius probavit: 1) Verba: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, tropice, ut ab ipso fiat, explicari posse; 2) Necesse esse ita explicentur; Tertia parte refutavit ea quae ei a Luthero objecta erant.

socii ejus diu nobis crimini dederunt, nos ea nimis uti. Quod nos stultos dicit et ineptos ex sua lingua, id ad refutandam astutiam pertinet quam alii magnam nobis tribuunt. Quod porro optima ejus verba sunt: fanatici, pueri, diaboli et alia id genus, [1]) id nos admoneat, quam infirma res sit homo quem ira vincit. Nos quidem ea re neque meliores neque pejores fimus. Quod autem multi in ea re offendunt, id vertere non possumus aliter, nisi nos excusando quam modestissime de doctrina. Dominus experiri vult quam earum cuique verum sit. Nullam adhuc rem comperi, quae occulta cordis humani partim simulatorum partim verum confitentium, tam aperta fecerit, quam res sacramenti. Blasphemationis causa, quam nobis et praecipue tibi propter Allocosim attribuit, Deus nobis non irascitur. Etiam adhuc nihil aliud in te vidi, nisi te unum Christum verum Deum et hominem confiteri. Facile enim quidem si captes hic et illic vocabulum reperies, quo cui doctrinam perverse interpreteris. Quod autem dicimur sacramenti hostes, eversores vel violatores, ea est res, qua vix ulla injustius nobis crimini data sit. Namque omnia quae scribimus et docemus eo spectant, ut sacramentorum teneantur quaecunque teneri aequum est, et ut eis justa reverentia habeatur. Quamquam non tam carnaliter, tam rustice, tam Capernaitice de sacramentis agimus, hanc ob causam non sacramentorum eversores sumus. Multi nobis maledicunt qui nesciant, quid credamus vel doceamus; etiam si eorum vita agatur dicere non possint, quid sacramentum sit, quamobrem institutum et quomodo eo uti debeamus. Si hanc ob causam sacramenti eversores essemus, quod panem non revera corpus Christi esse confitemur omnes Papistae sacramenti eversores essent; quin etiam Lutherani ipsi ab illa sententia desciscunt et dicunt: *sub* vel *in* pane est corpus Christi. Si hanc ob causam sacramenti hostes sumus, quod dicimus: materiam panis permanere in natura sua, etiam omnes Lutherani sacramenti eversores sunt; si hanc ob causam sacramenti violatores sumus, quod non mira signa, quae verbis exprimi non possint, in sacramentis inesse ponimus, S. Augustinus quidem qui hoc tam palam scripsit maximus hostis sacramentorum fuit. Si sacramenta hanc ob causam violavimus, quod ea non magna cum pompa, nec multis cum caerimoniis nec ut jubent inanes leges humanae administramus, ejus rei culpa in Christum et ejus apostolos conferenda est, qui simplicitati studuit. Si credimus et praedicamus verbum fidei, de quo scriptum est ad Rom. 10, 8 quo sacramenta sancta et sacramenta sunt, si docemus rebus oculis subjectis res non adspectabiles, neque in elementis spem ponimus, et in omnibus rebus analogiae fidei studemus, si mentem captam tradimus in obedientiam Christi, ut verum cognoscatur, si denique res divinas conferimus cum divinis, qui sacramenti eversores esse possumus? Si promissionem ex verbis sacrae coenae submoveremus neque concedere vellemus, panem sacramentum esse veri

---

[1]) Ut ejus scripta sic etiam epistolae plenae sunt coecae irae in *Zuinglium* et *Oecolampadium* effusae, quibus eos modo stultos modo diabolos depinxit. Vide Lutheri epistolas ed. a De Wette. Vol. III.

corporis et sanguinis Christi pro nobis effusi, ut quidam faciunt, suspecti quidem essemus. Si negaremus Christum filium Dei, ubique locorum et sacramentis et verbis agendi vim habuisse et revera mirifice egisse, non mirum esset, si tantopere oppugnaremur. Sed illa prorsus non eam sententiam habent; sed arcana fidei sacramentis indicamus quae autem nobis ad revelanda arcana data sunt nobis occultari non patimur. Deinde cum adversarii nostri conjunctionem sacramentalem concedere cogantur, et ipsi orationem translatis verbis componant, quae evitari non possunt, quamquam id fieri obstinate negant, etsi ubique deprehenduntur in accipienda hac re; etiam cum dicant corpus Christi non ut corpus panem esse circumscriptive vel localiter, sed alia cogitatione non comprehendenda ratione, quae autem corpori non magis attribui potest quam animo caro et ossa; nimirum dubitare licet utrum studium divinum an caritas fraterna an modestia christiana eos perducat, ut cum aliorum errores, quamquam quidam eorum multo gravius peccant, taciti ferant, nos perniciosissimos Dei inimicos pronuntient. Catabaptistam esse, quamquam septies melius est Papistas audire, eis non ita perniciosum videtur. *Nicolaus* pontifex judicio [1]) suo damnato bene se gessit, *Zwinglius* autem et *Oecolampadius* etiam jecur devoraverunt, ei hunc in modum diffamandi sunt. Tamen ii qui contra nos scribunt, in omnibus quae captant, ne unam quidem rem nobis deprehenderunt, quae ita intolerabilis sit. Sed utinam ita recte facta essent, ut non sunt. Et si animus nobis ita propensus esset, ut multis locis nobis jus fasque est, quam abunde eis gratiam rependere possemus. Cui autem prodesset? nostrisne? minime, hi enim veri cupidi sunt. Adversariisne? minime, hi magis exasperarentur. Reine ipsi? minime, ea enim magis obscuraretur. Nostraene iracundiae? minime hoc fiat. Deus est judex. Optimum erit miti animo respondere et injuriam aliquamdiu ferre. Hac in vita enim eo venit ut incertum sit, qui vituperetur vel laudetur. Namque homines inhonesti per adulatores efferuntur et innocentibus animis multae fraudes imputantur. Sed dies judicii Domini certe verum aperiet nec filii lucis intelligere non poterunt, qui a vero stet, nec nos eo minoris aestimabunt. Quid enim curamus judicium filiorum tenebrarum, cum certo sciamus in quo fiduciam positam habeamus; qui si nobiscum est quid omnis caro contra nos valet? Veritas valida est, quae puniat inimicos nostros; quidni igitur perpetuo aequo animo simus? Itaque satis est simpliciter et vere quam brevissimis de ea re respondere. Deus se propitium praebeat ut cum fructu aliquo fiat. Amen. En habes quae conscripsi, de quibus autem te agere jubeo ut tibi in rem esse videbitur. Quamquam enim non ignoro, te solum omnia bene refutaturum esse, tamen et ipse, cum mea quoque res agatur, feci quod ad me pertinuit. Denique Deo sis commendatus. *Basileae* X. Julii a. 1528.

---

[1]) *Nicolaus II.* Pontifex maximus quum *Berengarium* condemnaret.

57.

Joannes Ecolampadius Huldrycho Zwinglio.

Gnad und Frid von Christo unserem Herren. Hie überschicke ich dir getreuwer bruder und mitdiener im Wort des Herrn, mein Verzeychnung, so ich uff Luters Bekenntnuss vom Abentmal gstelt hab. Dise magstu deiner Verantwortung, wo es dich auch für gut ansicht anhencken, damit mengklich sehe, das keyn widerwertiger Geist in uns sey, wie es Luter fürgibt, und ist doch die bey seiner fürnemlichsten Bewerung eine, damit er argwonisch mache unser leer: wiewol kuntlich ist, und er selbs wider sich kuntschafft gibt, das es ein meinung und allein ander Wort seind. Man such in seinem buch, in dem buchstaben S. j. Nun hab ich dir nye widersprochen, und du hast dich auch mir nit widersetzt, ja ich hab mich wol selbs deiner Wörter gebraucht, wie du dich auch der meinen nit beschemmest. Es seind auch unser Zuhörer nit so taub, das sy ein span und zertrennung von unsertwegen hierin erhuben. Nun so auch die büchlin bey ein stond, und unser einmütikeit gnug kuntbar, wil ich jm das selb nit verantwurten, wie auch ander vil schmachwort und spottwort, dann welchem wol mit denselben, dem ist noch nit gach nach der Warheit. Ich weyss niemand darmit zu erbauwen: wirt die warheit erkant, so ist es alles mit eeren verantwurtet. In mitler zeyt sind wir nit besser, dann unser Meister Christus was. Es sol uns ein kleins sein, das er uns die puerilem logicam leren wil, ja lieb sol es uns sein; dann seine mitgsellen habend uns lang die fürgeworffen, wir brauchent jro zu vil. Das er uns narren schilt, und alber, uff sein spraach, sol sein ein Verantwortung des, das uns andere so vil arglistikeit zumessen. Dass seine besten wort sind, schwermer, buben, teuffel. und dero gleychen mer, sol unns ein erinnerung sein, wie gar ein blöd ding es umm ein menschen sei, den der zorn überwindet: wir sind noch dest besser noch dest böser. Das sich aber vil darab ergerend und stossen, vermögen wir nit anderst wenden, dann das wir auf das züchtigest, unns der leer halben entschuldigen. Der Herr wil brieffenn wie lieb yedem die Warheit seye. Ich weyss noch keyn handel, der die heimligkeit der menschenhertzen, zum teyl der gleyssner, und zum teyl der bekenner der warheyt, so frey geoffnet hab, als die Materi des Sacraments. Der gotzlesterung halb so er uns, und dir insunderheit, der Alloeosi halb auftricht, wirt Gott nit erzürnet. Ich hab ouch noch nit anderst erfunden bey dir, denn das du ein eynigen Christum war Gott und mensch bekennest. Man hat bald hin und har Wörtlin ufzwickt, einem sein leer zu verkeren. Das wir aber Sacramentsfeynd, stürmer oder schender genannt werden, sind wir kaum einer sach unbillicher beschuldigt worden. Dann alles unser schreiben und leeren, ist darauff gericht, das von den sacramenten gehalten werde, was sich darvon gebürt zu halten, und das inen ir billiche Eer bewysen werde. Ob wir schon nit so fleischlich, so grob, so capernaitisch von sacramenten handlen, sind wir darumb nit Sacramentstürmer. Es schilt uns mancher der da nitt weysst was wir glonbend oder leren; auch ob es

jnen das läben gulte, möchte er nit sagen, was da Sacrament, warumb es eingsätzt und wie man es brauchen söllte. Solten wir darum Sacramentstürmer seyn, das wir nit bekennen, dass das Brot wesenlich der leyb Christi sye, so müssen all Bäpstler Sacramentstürmer seyn, ja auch die Luterischen vallen nun selbs davon, und sprechen: under oder in dem brot ist der leyb Christi. Sollen wir darumb Sacramentsfeynd sein, das wir sagen: die Materi des brots bleib in seinem Wesen, so sind auch all Luterischen sacramentstürmer: sind wir darumm sacramentschender, dass wir nit wunderbarlicher, unaussprechlicher weiss wunderzeichen annemmen in sacramenten, so ist freylich S. Augustin ein ertzfeind der sacramenten gwesen, der es so offentlich schreibt. Solten wir die sacrament darumb geschendt han, das wir sy nit mit grossen Gebreng, mit viel Ceremonien, und nach deren gebot onnützer Menschensatzung aussteylen? so ist Christus und seine Apostlen schuldig daran, der sich der einfeltigkeit geflissen. So wir glauben und predigen das wort des glaubens, von dem da stadt Röm. 10: 8, durch welches die Sacrament geheilget und sacrament seind, so wir leren durch die sichtbare ding zu onsichtbaren dingen, in die element die hoffnung nit setzen, in allem sich der änlikeit des glaubens zu befleyssen, den verstand gfangen nemmen in die ghorsame Christi, damit die warheyt erkannt werde, so wir geystliche ding gegen geystlichen vergleichen. Wie mögen wir Sacramentstürmer sein? Wo wir die verheyssung uss den Worten des Nachtmals entfüreten, und welten nit zulassen, dass das Brot ein Sacrament were des waren leibs und bluts Christi für uns vergossen, wie etlich thund, so weren wir wol argwönisch. Wo wir verleugneten dass Christus der sun gotts, nit umb und umb sein krafft hette zu würcken mit den Sacramenten als mit den worten, und nit auch wunderbarlich würckte, so were es kein wunder, das man also sich uns widersatzte. Es hat aber glatt nit die meinung. Die gheimnuss des gloubens verkünden wir mit den sacramenten. Das dazu offenbarung geben ist, sol uns onverdunckelt sein, So auch unser widersecher müssent die Sacramentlich vereinigung zugeben, und selbs ein figurlich red in worten setzend, die sy nit mögen umbgon, wiewol sy es steyff leugnen, und man doch umb und umb sy ergreyfft, das sy es annemen. Auch so sy sagen, das der leyb Christi nit als ein leyb im brot seye circumscriptive oder localiter, aber sunst unbegrifflicher weiss, die aber dem leyb so wenig zugeben mögend werden, als dem geist fleysch und bein. Solt man wol schier dencken, ob sy göttlicher eyffer, oder brüderliche liebe, oder christenliche zucht dahin bewegen, das sy ander yrsal hin lassen schleichen, obschon etlich deren gröblichen verfälen, und uns als die schädlichsten gottsfeynd aussrüffend. Ein widerlöuffer sein ist jnen nit so schedlich; sibenmal were es besser Bäpstler hören. Der Bapst Nicolaus in seinem verworffnen urteyl, hat sich wol gehalten; allein Zwingli und Ecolampad, hannd das leberlin gfressen, die sol man dermassen ausschreyen. Und haben uns doch in dem allen, das die so wider uns schreyben, aufrupffent, nit in einem begriffenn, das so gar unleydlich sey. Ob were es als recht gethon, als es nit ist; und wenn es uns als wol zu hertzen wer, als

gut fug wir betten an vilen Orten, wie möchten wir sy so mit reychlicher massen ab bezalenn, und jnen widergelten? Wäm were es aber nütz? Den unsern? nein, dann sy bgeren der warheit. Den widersächern? Nein, Die wurdend dester mer erbittert. Der materi an jr selbs? Nein, Die wurd dester mer verdunckelt. Unser rachbegirikeit? Nein, Das sol nit sein: Gott ist richter. Das best wirt sein in lindmütikeit zu antwurten, und ein zeyt die schmach tragen. Es ist in der Welt dahin kommen, das man nit weysst wer gescholten oder gelopt wirt. Dann es werden eerloss leut durch schmeychler, hoch hinauff gesetzt, und werden unschuldig hertzen mit allerley schölmery beladen; aber der tag des Herren sol es wol eroffnen, auch werden es die kinder des liechts wol mögen ermessen, wer mit der warheit dran sey, werdend uns auch nicht dester geringer achten. Was leyt uns an dem urteyl der kinder der finsternuss? Wir wüssen wol wem wir vertrauwt haben; so der mit uns, was vermag alles fleysch wider uns? Die Warheit ist starck, die sölle sich an unseren feynden rechen. Warumm wolten wir dann die Gedult verlieren? Gnug ist es einfaltiglich und warhafftig, uff das kürtzest zur sach antwurten. Gott gebe sein gnad, das es mit frucht geschehe. Amen. Hie hastu mein verzeychnung, mit dem befilch ich aber dir zu handlen, wie du vermeinst darinn nütz zu sein. Ich weiss wol das du es alleyn jm alles wol widerlegenn wirst. Doch so hab ich das mein auch gethon, dieweyl ich nun auch so gantz im spil bin. Damit sey Gott bevolhen. Von Basel uff den X. tag Höwmon. Anno M.D.XXVIII.

LVIII.

Bucerus Zuinglio.

Salve observande *Zuingli*. Isti nostrates sic habent. Qui te appellabit simius ac gygas ut ego veritati studet, *ἀλλὰ λαλότερος*. Recalvus et subrufus ex ordine equestri est, et Senator pariter a partibus Christi *ἀλλὰ σοφώτερος καὶ λουθηρίζει*. Praepinguior Jurisconsultus, adhuc *τὰ τῆς Ῥώμης* spectat. Quartus junior et debilior corpore *ἀκμαιότερός ἐστι κατὰ τὸν νοῦν*. Vocabunt Te ad convivium. Quaeso pareas et moneas, ut in iis, quae Christi sunt, pergant, ac alia, quae ad rem faciunt. Damus modo nos socordiae nostrae poenas, difficilius quam putabamus loco moturi, ad quae suo tempore connivimus quatuor excelsa. Vix dici potest, uti illa Satan tueatur. Et utinam contingat, illa moveri sine aliquo incommodo. Ita obfirmarunt quidam *ἐν τῇ βουλῇ* animum, ut illa tueantur. At non erit nobis salus, ne in externis quidem, nisi totos ad Dominum nos converterimus. Cupide expectamus tuum Ischajah et Antilutherum. Nugas meas forte recitavit, aut summam earum narravit Tibi *Pellicanus*, si quid earum probas, mone. Ut *Christophorus* libellos quosdam fratribus *Bernensibus*, ut recepit, mittat, *Capitonis* Hoseas et meos Johannes, antea Te quoque rogavi moneres. Salutat Te *Capito*, luctans, ut solet, cum sua valetudine, cui tamen hoc solatii dedit Deus, ut brevi, spero, visurus

sit ex sua conjuge prolem. — *Hedio* in ditione Marchionis *Badensis* nunc invisit fratres, ex ea enim natus est. Proderit ejus illo accessus. Nutabant enim omnia, idque ob improbitatem —. *Hessus* exhibuit judicio, die lunae praeterito, *Othonem Pak*, equitem auratum et Doctorem *Misnensem*, qui fertur confinxisse literas foederis, de quibus audisti. Quid illi acciderit adhuc nescimus. Vale et rescribe, si non antea, saltem cum his nostris de rebus vestris. Fertur Episcopus *Hildesemensis* (Probst Waltkirch) etiam acturus aliquid cum *Constantiensi*. Hic perhumanum sese exhibuit. Vale. *Argentorati* 19. Julii 1528.

M. Bucerus tuus.

Saluta *Pellicanum* et fratres alios. Sequetur currus aliorum nostratium, at ii Φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ Φιλόθεοι. Non puto illos Te compellaturos.

Inscriptio: *Huldrico Zuinglio* observandissimo suo Praeceptori *Tiguri*.

LIX.

Zuinglius Ambrosio Blaurero.

Gratia et Pax a Deo. Commendo Tibi, carissime frater, virum istum, quantum ipse video, adprobe cum doctum tum pium tum denique moderatum. Supra annum apud nos degit, mirum dictu, quanta sanctimonia, humanitate et integritate. *Joanni Sneewolfio* nomen est, (*Chiolyeo*). Magnus immo immensus fuit inter eos, qui *Carthusiani* appellari gaudent. Provectae autem aetatis cum sit, nec inveterata novam insitionem facile recipiant, factum est, ut nostratem linguam ne verbo quidem agnoscere videatur. Nostri autem, praesertim *Bernenses*, quum a peregrina lingua vehementer abhorreant, conducibile videtur esse, si alicubi circum vos, aut vicinos vestros praefici possit Verbi ministerio, maxime tamen *Augustae*, *Ulmae* aut *Nordlingae*. Tu quod poteris, facito. Ego nunc in confutatione *Lutherici* libri versor, quam ad Calend. Septembres videbis. Equidem totus fastidio hoc pugnae genus; verum quid huic faciendum censent, qui punctim ac caesim petitur? Nonne omnes in propellendum hostem distinendum, et si aliter fieri nequeat, contrucidandum ducunt? Et nobis non essent machinae opponendae arietibus istis, quibus non jam Theologia omnis, sed fides veritas quoque labefactarentur? periret amicitia? et quicquid sanctum et moderatum est inter mortales contemneretur? Quid enim *Lutheri* liber aliud est, quam exemplum negandi, quod paulo ante dixeris? quam caligo, per quam Christi mysterium probe non possis videre? Quam scaturigo enormis maledicentiae? Vos, mi plane care *Ambrosi*, pergite constantes esse *Constantiae* Praedicatores. Ego mihi plurimum boni polliceor, si urbes dexterae conveniant ad deliberandum candide ac sine praejudicio. Vale, et pro nobis orate. *Tiguri* XXI. die Julii 1528. Salvi sint *Blaurerus Thomas* et *Zuiccii*.

Huldricus Zuinglius tuus.

Nihil immane expuemus in *Lutherum* quod inprimis ipse facere non debuerat; at quum factum est, memores erimus pietatis et christiani decoris.

LX.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Mi frater, Dominum oro, ut opus contra *Lutherum* prosperetur in manibus tuis. *Slesitarum* libellum cum *Pellicano* transmiseram. Miror, quod ille non reddiderat. Alterum eorundem apud me retinueram, quem nunc mitto. Videbis in eo, quod et illorum Dicta minus candide citarit. Ego eorum mentionem facere nolui, quod meas tantum partes susceperim defendendas Porro, si Tu quippiam in meis desideraris, jure tuo addere vel minuere poteris. Quae de *περιγραφῆς*, ut substantiali differentia veri corporis scripsi, ubi in eum locum incideris, velim Te expendere. Mihi sane videtur, ut non est homo, quin sit rationalis, ita nec corpus, nisi quantum. *Bucerus* quae scripserit, opinor Te accepisse pridem. Mitto tamen et exemplar meum, si fortasse nondum ad Te pervenisset. Fideliter per omnia egit. Adolescentem hunc Tibi commendo, si quando tua opera habuerit opus. Poterit enim aliquando pluribus prodesse, si fervorem isthic christianum hauserit. Vale. *Basileae* 22. Julii 1528.

Oecolampadius.

LXI.

Georgius Chalybaeus (Staehelin) Zuinglio.

Salve. Dummodo incertus sim minime, frater integerrime, mea felicitate Te summo gaudio affici, ob id, tum bene esse mihi, tum rem Evangelii prospere apud me agi, velaque ita ventis commissa, ut qui libet portus mea vota aequet, nuntio. Est mihi negotium adversus aulicos quosdam Episcopi *Basileensis* et aliquot Monachos praedivites. Senatui nostro nonnihil imponentes, quemadmodum *Bernensibus*, vicinis nostris, preliuni anceps est, adversus pecuniam *Gallicam*, ubi nec victoriam sperare possum, donec *Tigurum* plene ab hac perdita resipiscat pecunia, dum objurgationis impatientes nihil promtius atque contumacius objiciant, quam inter earum, quas ipsi pensiones, et *Tigurinorum*, quas pacis vocent, minimum interesse, licentiam illam utrique fore communem, ubi tuarum partium erit, etiam illis mederi. Ceterum, perpetuae meae querelae, pro debitis certis, quae tamen iniquum illum judicem nunquam flectere potuerunt, quem et Tu nosti; Te clam non sunt. Ego totum negotium cum literis meis *Joanni Asper* commisi. Et nunc Senatui scribo, ut si caussam meam juvare nolint, saltim literas caussae videre ne dedignentur, ne tam insignis injuria mihi illata, itidem homines tam injuriosi Senatum ita oculatum non fugiant, ut contempta persona, tamen peccatum non contemnatur. Similiter Abbati

Heremitico de hac re tam amice scripsi, ut dubium mihi non sit, si aliquando interpellatus *Tiguri* a bonis viris patroeinaturis *Joanni Asper*, exauditurum, atque absoluturum eum. Nam nebulo ille *Ort* nec veretur se jam gloriari, me sibi injusta voluisse imponere, me nec stare pactis etc. Iccirco caussam Senatui *Tigurino* vellem cognitam, etsi nihil amplius exequeretur. Tu vero semper, ut soles, patrem in re christiana agas. Vale felicissime cum uxore Tua chara. Dat. die divae Mariae Magdalenae 1528. (22. Juli.)

Uxor mea ceteris omnibus laetis, de tua nimia distantia torquetur, quae tuam familiam salute impertit.

Georgius Chalybaeus minister Verbi in Biel.

Habent pueruli apud nos tam gravem tussim, ut similem nunquam viderim.

LXII.

Christophorus Ballista, Parisiensis [1]), ornatissimo charissimoque viro D. Uldrico Zuinglio.

Ardens, summumque desiderium me rapit videndi tui, doctissime Uldrice, cum ob publicam famam, qua jam pridem edoctus sum, esse Te mirificum evangelicae veritati propugnatorem, tum quod Tuo mihi consilio opus est ad rem quampiam, quam paro. Tui candoris erit germanique animi, me quantumvis *Gallum* et barbarum in Tuum colloquium admittere, tempusque profigere, quo citra ullam tuorum vel domesticorum negotiorum jacturam convenire te possim. Id ut facias etiam atque etiam te hortor. Hominem me agnosces absque ullo fuco niveum, et aperti fenestratique pectoris. Vale et vive felix. *Tiguri* tumultuarie scriptum in diversorio Pedis Bovis. (s. cos. et die.)

Tuus ex animo *Christophorus Ballista*, Parrhisiensis.

LXIII.

Christophorus Ballista Zuinglio.

Salutem plurimam. Reversus a *Seduno* meus *Claudius* Literas abs *Farello* ad me dedit, quibus me hortatur operarium, ut agam gnavum et sedulum in messe Domini, se quoque daturum operam pollicetur, ut triturantis bovis os minime adligetur. Ego quamquam in animum induxeram meum, hic venari quampiam vivendi conditionem; videns tamen frigere hic philosophiae studium, quod desumpseram hac in florentissima urbe disseminandum, nolens praeterea Sanctarum Literarum quantulumcunque talentum mihi abs Domino creditum in terram fodere, jam abscessum in *Aquilejam* [2]) adorno ubi *Farellus* agit. Scripsit is

[1]) Medicus, qui scripsit: De re medica Lib V. et Concertationem in podagram versibus elegiacis ad D. *Philippum de Platea*, Sedunensem episcopum, impressa Tiguri. Bibl. Fries.

[2]) *Aigle.*

ad Te literas. in quibus si quid est, quod mea scire referat, id mihi communicatum velim. Des, precor, literas mihi ad *Bertoldum*, meumque illi negotium eo animo commendes, quem hactenus erga me gessisti, et facilem et propitium, itemque ad alios, qui *Bernae* sunt, Evangelii praecones. Si tuae literae brevi confectae essent, vellem quam ocyssime ad viam me procingere, ob summam, qua laboro, penuriam, majorem profecto, quam hactenus expresserim. Si ex vestri Senatus Eleemosynis viaticum mihi, Te procurante, conferretur, opus faceres cum pium inprimis, tum christianissima tua mente dignum. Id ut facias etiam atque etiam hortor. Facias quaeso quam citissime conveniendi tui copiam, ne cogar hic diutius manere. Vale in Christo. Scriptum raptim in tua Bibliotheca. (s. cos. et die.)

Tuus amicus, frater et humillimus discipulus
Christophorus Ballista.

LXIV.

Georgius Farellus Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. *Christophorus* [1]) *Gallus* istic agit, quantum audio, cui tu adfuisti, ut Medicinam profiteretur. Alio Dominus, ut spero, virum vocat, curationi animorum ut sit intentus. *Simon*, qui nuper in ministerium fuit cooptatus, istum non ineptum prorsus ad Verbum judicat, quamvis novos non inficietur, qui vel facile in his saxis rescindi possint nec potest talis esse, qui multo nobis commodior non sit lupis, quos hic ferre cogimur penuria Pastorum. Proinde Christi ardens gloriam, pro qua in horas mortem perfers, animatum istum ad nos celerius advolare des operam, ubi probe commoneferis officii et eorum, quae Ministro adesse oportet, quibus Te Christus in multorum aedificationem ornavit. Poteris et hujus admonere *Bertoldum*, ut a multis instructus aptior veniat, quo unanimes sic disseminemus verbum ad multorum salutem, ut barbara hac gente quod superest cultioris Galliae ad pietatem provocetur. Quandoquidem sic assolet magnus orbis Rector a desperatissimis exordia sumere. Aliis opus esset Ministris, sed extrudet eos Dominus. In qua re si nos juvare potes, labora quaeso. Evangelium reciperent multo plures, ni comes crux esset, ac spiritus libertatem carnis anteverteret, aut saltem sequeretur, quam cum non doceamus, mirum quam nos oderit mundus, qui utcunque insaniat, suos non deserit Dominus. Vale, vir Dei, et semper clariorem, gratia Dei, quae Tibi adest, redde Ecclesiam, quam cum omnibus Christus ab omni aquae et carnis aliaque prorsus liberet contentione, ut plene libera uni innitatur Christo. Salutato fratres cooperarios in verbo ac pios bonarum literaram Professores. Salutant Te *Simon* ac *Deodatus* ministri. *Aquilejae* 23. Julii 1528.

Tuus ex animo *G. Farellus.*

Inscriptio: Sapienti et fido dispensatori verbi *Huldrico Zuinglio* Ecclesiastae Tigurino — Tiguri.

---

1) De Ballista cf. ep. LXII et LXIII.

LXV.

Udalricus Colbiner et alii quidam Zwinglio.

Gratia et pax a Deo patre et Domino nostro Jesu Christo. Scias, carissime, benevolentissime Domine et frater in Christo, nos novum praedicatorem habere *Trogae* in nostro pago, *Pelagium am Stein* [1]) virum praeclarum, qui Domini verbum gnaviter pronuntiat. Idem Dei verbum pronuntiat in nostri pagi et *Rheni vallis* confinio, ubi magna multitudo hominum convenit sitiens ejus verbum. Itaque novus praefectus *Paulus unter der Halden e Suitia* [2]) literas misit per famulum S. Mariae Magdalenae vespere (22. Julii), quibus Dominos meos quam gravissime hortatus est, ut praedicatorem amoverent, multis verbis, quae scribere non opus est, id enim se non pati, quum magna multitudo hominum e *Rheni valli* in concionem veniret. In qua re ei non obsecuti sunt sed in praesens repulsam dederunt donec Senatus convenerit, tunc se visuros esse, quomodo de hac re amplius agant. Sed eum nihil profecturum esse speramus. Certo igitur confidimus Deo et vobis, fidelissimi, carissimi foederati *Turicenses*, vos miseris, afflictis, voluntati potentium obnoxiis hominibus aliqua ratione opitulaturos esse, quare ea vos ex bona fide celare noluimus. Has literas a Consule *Roestio* et magistro *Udalrico Zwinglio* lectas volumus et a quocunque eis libet. Nihil ultra praeter votum, ut Deus nobis augeat fidem quam nostra ipsorum infirmitate non possumus, etc.

Udalricus Colbiner et alii fratres tibi fidi *Abbatiscellani*.

65.

Ulrich Kölbiner und Brüder an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater und dem Herrn Jesu Christo. Wisset, lieber günstiger Herr und Bruder in Christo; dass wir einen erwählten Predikanten in unserm Land zu Trogen, Herrn Bolägam Stein, haben, der das Wort des Herrn gar treulich verkündet, der verkündet das Wort Gottes in unserm Land an der Lezi, die da stosst an das Rheinthal, da kommt grosse Welt zusammen, die da durstig sind nach seinem Wort. Nun hat der jetzige neue Vogt Bälly unter der Halden von Schweitz einen Knecht und Brief geschikt an Maria Magdalena Abend (22. Juli) und meine Herren gar trefflich und hoch ermahnt, dass sie den Predikanten wollen abstellen, mit vielen Worten, nicht noth zu schreiben, denn er möge solches nicht erleiden, dann es gehe aus dem Rheinthal eine grosse Menge Volkes

---

1) *Pelagius am Stein.* Vid. *Klareri* hist. reformat. Abbatiscellanorum in Simmleri Collectaneis I, 811.

2) *Paulus an der Halden* Praefectus vallis *Rheni* Praedicatorem *Balgacensem* vi in judicium trahere voluit in vico *Thal*, ubi ei ratio non reddenda erat. Incolae igitur vallis *Rheni* miserunt *Abbatiscellam*, qui auxilium peterent contra Praefectum, ex quo ad 400 homines *Balgaci* convenerunt; tum demum praefectus legibus se acturum esse promisit. (Vid. quae *Vogler* tradidit de reformatione vallis Rheni in Simleri Msc.)

an die Predigt. Da ist ihm nicht verwilligt worden und ihm jetzt zumal abgeschlagen unz an einen grossen Rath, und da lugen, wie man der Sache weiter thun wolle. Wir sind aber in Hoffnung, ihm werde nichts gelingen. Da sind wir in gutem Vertrauen zu Gott und Euch, treue liebe Eidgenossen von Zürich, Ihr werdet den armen, beschwerten, bevogteten Leuten in etlichem Weg zu Hilfe kommen. Solches haben wir Euch in einer treuen Meinung nicht verhalten. Den Brief soll lesen der Burgermeister Rösch und Meister Ulrich Zwingli und wer Ihnen geliebt. Jezt nichts mehr, denn Gott mehr uns den Glauben, den wir aus unser selbst Blödigkeit nicht vermögen, etc.

Von mir Uli Kölbiner und andere Eurer treuen Mitbrüder zu Appenzell.

LXVI.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Res nostras, mi *Zuingli*, mediocri sunt in statu, nempe ut esse possunt, sub nostro, i. e. imbecillium ducatu. De missa abroganda in spe semper sumus, quae maledicta multis Ecclesiae commodis obsistit. Concordia inter nos antiqua manet, et usque permanebit, volente Christo autore pacis, cui omnes studemus, eodem spiritu, disparibus tamen donis. Quod intercesserit quorundam sententiarum diversitas, nam pugna nulla est, nihil officit, neque propterea movemur, quod scimus, quemque sequi debere id, cujus ipse persuasionem induerit, modo congruat gloriae Dei et rationi fidei, tametsi doctrinis magnificis Ecclesiam nostram imbutam esse haud magnopere laboremus, quin potius operam damus, ut fide et caritate polleat, aut certe agnoscimus omnes id operae singulariter impendendum. Inter *Anabaptistas* discrimen video minime obscurum. Sunt praepositi et duces, quos *Καθηγήτας*, Vorsteher, nominant, qui me omnes, ut canis, quod ajunt, serpentem fugiant. Hos non amo, qui dolis ac sutelis scatent, quotquot equidem vidorim, sunt alioqui mira pollentes simplicitate, quibus retentus error impendio molestus est, et leniter tractati, spatioque sumto, propius se nobis adjungunt, quos nondum aversor, donec pertinaces post diutinam tractationem invenerim. Qua in re convenimus, nisi quod alius alio proprius pernoscit malevolorum artes. Sum natura verus, et a fuco et gloria abhorrens, ruri agresti vicinior, meaque vitia novi familiariter, neque dissimulo magnopere, at videor mihi vicisse studia sectarum, et aemulationes malas, adeoque nemo, recta pergens ad gloriam Dei, me est hostem, imo ne iniquum quidem unquam sensurus. Quare *Anabaptista* misere fallitur, qui *Balthasaris* et *Denkii* desiderium mei copia se putat levaturum, nam finge, animum esse infensum bonis, et qui percitus a Sathana cursum verbi aversaretur, impeditumque cuperet, certe hac naturae et ingenii dejectione nihil hujus consequerer, opus est ad eam rem ingenio arroganti, contentioso, vano varioque et omnia conante gloriae caussa, cujusmodi non parum multi extant, quorum finis interitus est, cadent sane, nobis

modum charitatis obstinate continentibus, postquam vitam vivant admodum inaequabilem pugnantibusque sententiis se mutuo collidant, et quisque sibi pugnet. Adde, quod veritas adversa omnia vincat. Admirator sum antiquitatis, quae mihi refert augustam quandam majestatem, lucemque videtur aliquam attulisse, verum cupiditati meae faveo nimium, similibus potius distringor et minutulis fratrum curis. Verum si quando vacat, scripturarum aliquid attingere, relictis Graecis ac Latinis, quae impendio deamo, Hebraea vetera perlustro, quorum eruditio hac nostra vulgari diversissima est, ut nunc videar attritus istorum spinis, quamlibet nihil inde emolumenti abstulerim. Quod rejecta gens sibi pollicetur, idem eis spiritus Domini sanctissime affirmat verbis adeo disertis, ut vanum putare ego nequeam, quod quidem regno fidei non repugnat, sed subfamulatur magis. Ea erat veterum quorundam sententia, autore Hieronimo. Quod si erro, mi *Zuingli*, erro sine periculo et pertinacia, quin tecum ad praecipua legis et Evangelii pro virili incumbo. Complanationem Isajae [1]) tuam non percurram, sed accurate percutiam et diutius immorabor, qui dotes istas egregias veneror et amo, neque inveniam, satis scio, quod queat conscientiam recti labefactare, sed quod ignorationem Dei dispellat. Ea nobis sententia est de tuis lucubrationibus. Porro quae in *Lutheri* furias expedivistis pariter legam, qui judex esse nequeo, quod alteri parti dare aurem nondum potueram, adeo horret animus ab infandis maledicentissimis hominis contumeliis. Fratres salutati, Te resalutant officiose. Idem quaeso operae insumas, ut nostro omnium nomine tuos Symmistas officiosissime salutes. Vale tu quoque Domino et ejus Ecclesiae. *Argentorati* ultima Julii 1528. *Paulo Rasdorfer* res suas adportandas curato per aliquem ministrum tuum. Commenda me Consuli tuo.

V. Capito.

LXVII.

Capito Zuinglio.

Salve. Vas hoc pertinet ad *Paulum Rasdorfer, Bavarum*, quem Tu apud *Glareanos* ministerio verbi praefeceras. [2]) Item pecunia aliqua, quemadmodum ex litteris *Oecolampadii* intelliges. Hodie tuas accepi et legi *Bucero*. Solicitudini tuae habeo gratiam. Verum omnia, nisi fallor, in tuto sunt, quod eras locupletius scribam, nam est, cui dem literas ad *Oecolampadium*, qui commode transmittet. Ultima Julii 1528.

V. Capito.

LXVIII.

Hedio Zuinglio.

Salve in Christo. Literas tuas 5. Julii datas 21. ejusdem mensis accepi. In caussa fuit profectio ad *Marchionatum*, ubi mihi patria

[1]) Edita Majo 1529.

[2]) *Betschwandas* cf. ep. XIX.

est, ad salutandos et exhortandos fratres. Nam Satan per organa sua, malos Praefectos, gravia intentabat cordatis verbi ministris per eum districtum, videlicet ut abolitas ex verbo Dei ceremonias reducerent. Sed non successit conatus. Citius enim laturi sunt exilium fratres symmystae, quam hoc facinus inexpiabile designaturi. Et puto Principis edicto abusos fuisse Praefectos. Id quod oblique etiam in gloriam Domini faciet. Nam ajunt, Principem lecta fratrum supplicatione, admisisse, ut in immutandis Ceremoniis agant, quod verbo Dei defendere possint. Praepositus *Walshutanus* sub festum Johannis Baptistae apud principem fuerat, et suspicio est, conatum istic cursum verbi remorari, ut Satan in filiis diffidentiae nihil non tentat. Sed novit Dominus iter istorum. Ubi *Argentoratum* redii, literas tuas legi et harum copiam ad *Jacobum Kirscherum*, *Joachimi* parentem misi. Huic admodum gratum erit, si dabitur filium apud Vos et eruditione et pietate formari. Ni fallor, in nundinis nostris *Cratander* recepit, se cum adolescente *Turegum* concessurum et curaturum omnia. Id si factum est, bene quidem. Sin minus, subinde fiet. Pater totus propensus est recte juvandis filiis. In hoc non parcit sumtibus, et habet Domini favore, quantum satis est. Haec volui in praesentiarum Tibi scribere, et meminisse gratiarum, qui amici caussam curaris diligenter. Vicissim nobis impera. Responsionem tuam in *Lutherum* libenter legam, sed longe libentius complanationem in Esajam, cujus meministi in Epistola ad *Capitonem*. Bene vale. Raptim. *Argentorati* 2. Aug. a concione pomeridiana. Saluta *Pellicanum*, *Leonem* et reliquos fratres ex me.

Tuus *Caspar Hedio*.

Inscriptio: Ornatissimo viro, *Huldrico Zuinglio* Praeceptori suo amatissimo.

LXIX.

Johannes Sapidus [1]) Zuinglio.

Incomparabili viro D. *Ulrico Zuinglio Tigurinorum* christianissimo concionatori, amico suo Theseo.

Adhuc memor sum, mi *Zuingli*, semperque manebo, donec licebit mihi inter vivos agere, quod me isthuc iter facientem tam honorifice exceperis, tot novis auxeris amicis, iisque non vulgaribus, sed eruditis sed christianis, id est, quales sibi quisque bonus maximo parare velit, insuper tot cumulatum beneficiis et dotatum libellis tandem, aegre tamen dimiseris, unde quidquid molestiae mihi meisque conatibus in illa nupera peregrinatione accidit, tu tua pia et amica bonitate extersisti. Jam non memorabo, quantum mihi accesserit felicitatis ex illa morum suavitate, qua rebus et hominibus ex unussi congruis, ex varia doctrina, qua nemini cedere videris. Crede mihi, invadit me ingens voluptas dum jam de his scribo. In hoc tamen mihi ais te miser factus sum, quod quum tuis meritis respondere non possim, ingratus cogar mori, nisi

---

[1]) De quo vide ad ep. 3. a. 1520.

forte tum beneficium relatum quoque sit, dum ingenue fatemur, quod reponamus, non opis esse nostrae. Quare si Tu quoque admittis me ad id genus gratiarum, bene habet, jam Tibi nihil debeo. Sed jam ad alia. Missae sunt ad me aliquot positiones, ut vocant, scholasticae, quarum copiam Tibi facio, ea lege, ut ceteri communes habeant, quos omnes salvos esse jubeo. Vale festinantissime.

Hujus etiam oblitus. *Philippus Melanchthon* me certiorem reddidit res *Lutheranas* adhuc esse in tuto et vado. Pestis coepit *Wittenbergae*. Vale iterum. (s. cos. et die.)

Inscriptio: Incomparabili viro D. *Ulrico Zuinglio* Tigurinorum Christianissimo Concionatori, amico suo Theseo.

LXX.

Oecolampadius Zuinglio fratri suo carissimo.

Gratia Christi Tecum. Tametsi, frater carissime de tua vigilantia et maturatione in Apologiis nostris [1]) edendis, nihil dubitamus, sunt tamen hic quidam morae impatientores. Quibus ut morem geramus, curabis, ut *Christophorus* aliquot exemplaria quamprimum huc mittat. Est hic *Mathias Limpergerus*, Suffraganei nostri nepos, homo candidus. Is ostendit, quam male audiamus et in *Hassia*, et in *Saxonia*. Non miror. Admittunt libenter tales Prophetae tam inanes rumores. Aliis sanctam *Τριαδα* negamus, aliis Christum *ψιλον* hominem docemus, unde nimirum *ἀλλοίωσιν* tam iniqua interpretantur. Bona spes est, si libelli nostri venundarentur publice, adversarios nostros propediem piscibus fore magis mutos. Itaque prudenter egisti, quod libellos Principibus consecrasti.

Erit et hoc in rem, ut quam fideliter reddantur. Ex *Buceri* litteris accipio, tandem Catabaptistarum fallacem spiritum *Capitoni* innotescere, ut quotidie eis minus fidat, sed nec *Cellario* tantum tribuit, quantum olim. Nihil habet dissidii cum *Bucero*, nec ab eo turba timenda est, tametsi *παιδοβαπτισμα* abolitum velit, et alia quaedam *Cellarii* in *Hoseam* infarserit, nihilominus synceritatem fidei probe contra eos tuetur; antesignanos et capita factionum ejiciendos censet, libertatem in externis, qua licet baptizare infantes, fortiter asserit. Nihil ultra exigimus ab illo. At fortasse ipse super ea re Tibi copiosius.

Aliquanti hic *Catabaptistae*, viri ac mulieres, in carcere tenentur. Fieri potest, ut quidam de vita periclitentur. Habeo hic vas quoddam et nonnihil pecuniarum, quae sunt *Pauli Rasdorfii*. Ea cum proximo vectore transmittam. — Bene Te ac fratres valere opto. Salutem ascribi jussere uxor et minister meus. Sit et Tua salva. *Basileae* die VI. Aug.

Joannes Oecolampadius.

---

[1]) *Oecolampadii* et *Zuinglii* contra *Lutherum* apologiae: „Ueber Doctor *Martin Luthers* Buch Bekenntniss genannt zwo Antwurten *Joannis Oecolampadii* und *Huldrychen Zwinglins*" quae *Joanni Saxonum* Duci et *Philippo*, *Hassiae* Landgravio a *Zuinglio* dedicatae fuerant 1. Julii 1528.

LXXI.

Georgius Regel Zuinglio.

Dei gratia vobiscum et nobiscum omnibus sit. Amen. Impera mihi quae tibi libet, Domine benevolentissime carissime. Qui has literas tibi pertulit vir clarissimus, *Nicolao Haider* nomen est, aliquando Abbas ad *Sanctam Crucem Donaverdae* in patria mea, me rogavit, ut se tibi literis collocandum commendarem. Quamobrem te quam maxime amicus amicum potest rogo, ut eum tibi commendatum habeas. Etiam ei per annum ut literis studere posset stipendiunculum praebere pollicitus sum, quamquam et hanc et alias suas res tibi ipse narrabit, multis enim scriptis me tibi molestum fieri non opus est. Denique semper Deo sis commendatus. Dedi *Constantiae* 7. Augusti 1528.

Georgius Regel.

71.

Jörg Regel an Zwingli.

Die Gnade Gottes sei mit Euch und uns allen. Amen. Gebietend günstiger lieber Herr. Zeiger dieses mit Namen Herr Niklaus Haider etwann ein Abbt zum Heil. Kreuz in Donauwerth in meiner Heimath, hat mich um ein Vördernissbrieflein an Euch zu schreiben gebeten. Desshalben bitte ich Euch gar freundlich: ihn Euch lassen befohlen sein. Ich habe ihm auch ein Jahr lang, damit er studiren könnte, ein Hilflein zu geben zugesagt, wie Er Euch seines Wesens auch wol berichten wird. Ohne Noth Euch hiemit viel Schriften zu beladen. Damit seit Gott befohlen allzeit. Dat. Constanz 7. Aug. 1528.

Jörg Regel.

LXXII.

Ambrosius Blaurerus Zuinglio.

Gratia tecum. Pium hunc et vere venerabilem *Werdensis* Coenobii Abbatem christianice hoc est, simpliciter tibi commendo, clarissime, idemque charissime frater. Cur enim multis te admonerem officii, quod ultro nunquam non strenuissime facis? Exilii sui causas ex ipso, si voles, ad longum cognosces, qui etiam studiorum suorum gustum tibi aliquem hoc est, Psalmos aliquot, carmine redditos, exhibebit, id quod tametsi non adeo prospere successit (nec enim ejusmodi sunt versus, quales isthic *Colinus* vester, rara quadam suavitate et felicitate fingere solet) non possis tamen studium hoc, et dignos christiano homine conatus non candide probare. Porro hic non peto abs te, mi frater, ut sua caussa vel levem rei tuae jacturam facias, sed tantum, ut tuo beneficio conditio illi aliqua, quantumvis tenuis obtingat, aut si istuc quoque fieri nequit (id quod vehementer timeo) esse valeat alicubi apud bonos homines, ubi parvo minimoque vivere possit tantisper dum magis propitia sibi fortuna arrideat. De rumoribus in tanta

mendaciorum licentia nihil prorsus scribere juvat. Quid liberae civitates statuerint aut jam meditentur rescire hactenus adeo hic non potui, ut ex te discere istuc cupiam. Vale mi ornatissime *Zuingli*. Nec enim te pariter et me remorari diutius volo: te, qui nunc *Luthero* respondes; me, qui eam responsionem impatientissimo desiderio cum multis aliis expecto. Salutant germanus frater meus cum *Zuicciis*. Saluta omnes fratres. Ex *Constantia* 7. Aug. 1528.

T. Ambr. Blaurerus.

LXXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo Inveninus literas *Pauli* [1]) inter reculas ejus quas adolescens affert una cum pecuniis circiter 8½ florenos in Batzis, quas apud Te retine, ut vectori ex eis satis facias, et reliquum *Paulo* mittas. Nihil praeterea novi hic habemus. Adversarii nostri sua potentia satis abutuntur, sed verbo Dei praevalere nequeunt, ita ut retrocedatur adhuc. Orationibus tamen vestris et aliorum semper egemus. Gratum est, quod *Pellicanus* advigilat nostrae apologiae. Mittatur huc, quando commode poterit. Salvus sit *Pellicanus*, uxor tua et ceteri symmystae. Vale. *Basileae* 16. Aug.

Tuus *Oecolampadius.*

LXXIV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Subodoror, mi frater, vestros in futuris comitiis ἀποθύμως responsuros, neque ultra audituros. Quod consilii ipse nec approbarim nec improbarim. Nolim tamen ex Te, aut quopiam Ecclesiaste proficisci, ne forte, si quid male ceciderit, sancto ministerio imputetur. Vereor enim esse quosdam, qui Zelum qualemcunque pro virtute venditare velint, quasi a nobis sic edocti, ut nobis invidiam moveant, quibus nunquam satis fervent. Et verum est, minus fervent, quam velimus. Atqui Zelus iste illorum, vix fervor sancti spiritus est, sed τοῦ κόσμου τοιούτου. Adhuc satis bene audiunt nostri, et ob patientiam commendantur. Periculum est, ne male audiant, si audire alios etiam pacis cupidos dedignantur. Ne properemus nos. Maturatur fatalis hora et tremenda hostibus Dei. Vides, quid velim. Evangelii curam habeamus. Vale. *Basileae* 18. Aug. 1528.

Tuus *Oecolampadius.*

LXXV.

Martinus Seger Zwinglio.

Honores et officia quam maxima possum tibi ante omnia defero,

[1]) *Rasdörfer.*

Amicissime carissime Domine et frater. Apud nos Scriba *Uznavo* [1] priundus libellum habet subscriptum ab homine mihi notissimo qui aliquando *Turici* fuit et *Ruperti Villae* ludimagister. [2] Hic scriba inter *Papistas* dissipavit, illum quem dixi sacra scriptura vobis superiorem evasisse, etiam pii Senatores *Turicenses* hunc libellum excudi vetuerunt. Itaque cum curiositas me stimulavisset, ad scribam me contuli eum rogatum ut mihi libellum legendum commodaret, nec repulsam tuli. Quem cum inspexissem et in eo nihil nisi nugas invenissem, ei reddidi. Sed nondum comperire potui, ubi excusus sit, quamquam ejus rei certior fieri cupio. Abbas autem *Fabariensis* [3] si illum libellum accipiat ex eo ansam gloriandi sibi sumat, quippe qui desciverit a parte nostra, et vos, et opinor me quoque, inter homines victos jactat. Defectionem ejus tibi non satis narrare possum. Quid nunc fecit? Fratrem habet infirmum, imo toto corpore pravum, opinor, qui est sacrorum custos. Ei munus Decani recusavit, sed id clerico nulli regulae adscripto et quidem maximo papistae hujus orbis terrarum dedit, quem hanc ob caussam insignibus ordinis sacri ornabit. Profecto ille a diabolo agitatur. Porro Deus fortasse turpem impetum in judicium sacerdotum factum non tulit, quippe quo facto duo concilia Rhaetiae non minus ejusmodi judicia et quidem diocceses judiciales singula constituerint. Itaque ego quoque judicii nostri praeses electus sum. Te igitur ut amicum rogo ut me edoceas, quomodo vos Turicenses ejusmodi judicia peragatis: utrum praesidi alii judices sententias rogandi sint, et in quam sententiam plures pedibus ierint, ea tenenda sit an praesidi et ipsi sententiam dicere liceat. Te ut benevolentissimum, carissimum Dominum et fratrem rogo, ut mihi mittas per hunc tabellarium leges, ex quibus omnes eas res agitis, quippe quibus proxima dominica in concione mihi opus sit, etiam si quid novi acciderit mihi nuntics. Non enim officii ejus gratiam non referam. Quamquam non ignoro te magnis rebus utique oneratum esse. Tu igitur, precor, ne mihi irascaris, quod tibi utique in cervicibus haereo, id enim fit ex studio et fide quam tibi ut amicus amico habeo. Denique Deo sis commendatus. Dedi in *Mejenfeld* 1. Sept. 1528.

Tibi ad omnia officia promptissimus
Martinus Seger.

75.

Martin Seger an Zwingli.

Was ich Ehren und Guts vermag zuvor. Freundlicher lieber Herr und Bruder Es ist bei uns ein Schreiber, ist von Utznow, hat ein Büchlein, ist ausgegangen von dem Unterschreiber, etwann zu Zürich

---

[1] *Uznach*?

[2] *Joachim am Grüt.* Qui libellus haud scio an inscriptus sit: „Christenlich Anzeigung Joachims von Grüt, das im Sacrament des Altars wahrlich sei Fleisch und Blut Christi, wider den schädlichen verführischen Irthumb *Ulrich Zwinglins* zu *Zürich*." 4°.

[3] *Jacobus Russinger.*

gewesen, welchen ich wohl erkenne, weiland zu Rapperschweil Schulmeister gsin. Dieser Schreiber hat unter den Papisten ausgegossen, wie dass gemeldter Unterschreiber Euch mit Heiliger Schrift überwunden habe, haben auch die frommen Räthe zu Zürich solchen Druk zu druken verboten. Mich hat das Wunder gebissen, bin zu dem Schreiber gegangen, ihn gebeten, mir solches Büchlein zu lesen leihen. Ist willig gewesen. Als ich es besah, vernahm ich „Stämpnyen" darin, gab ich ihm solch Büchlein wieder. Nun mag ich nicht wissen, an welchem End solches gedrukt ist, wollte dessen gern Bericht haben, wenn der Abbt von Pfefers solch Büchlein vernähm, würde als ein Abgefallener daraus glorieren, welcher Euch, glaub auch mich, für andern aushüpet. Ich kann Euch seinen Abfall nicht genugsam anzeigen. Was hat er jezt gethan? Er hat einen Bruder, ist schlecht, glaub ganz krumm, ist Custer, hat ihm nicht wollen die Dechanei gönnen, sondern einem Laipriester dem grösten Papisten auf Erden. Wird ihm jezt den Orden anziehen, den hat der Satan besessen etc. Weiter hat vielleicht Gott den schändlichen Ueberfall des Chorgerichts nicht leiden wollen, darauf haben die 2 Bünde auch ein Chorgericht angesehen, hat jedes Gericht ein Chorgericht, bin auch bei uns zu einem Richter oder Vicari erwählt. Bitte Euch freundlich um einen Bericht, wie Ihr zu Zürich solch Chorgericht haltet: ob der Vicari bei den Beisassen Frag halten müsse, und was das Mehr unter denselben wird, dem geleben, oder ein Vicari eine Sentenz für sich selbst geben möge? Bitte Euch als meinen freundlichen lieben Herrn und Bruder mir, ob es möglich ist, die Artikel, wie Ihr alle Dinge haltet, bei dem Boten zu schiken, wenn ich auf jezt Sonntag vor der Gemeind zu gebrauchen nothdürftig wäre, auch was sonst Neues wäre, zu senden. Ich wills nicht vergebens begehren. Ich weiss wol dass Ihr mit grossen Dingen allweg beladen sind. Bitte Euch, nicht an mir zürnen, dass ich Euch allweg auf dem Hals liege, beschicht aus freundlicher Meinung und Vertrauen. Damit seit Gott befohlen. Dat. Majenfeld am 1. Sept. 1528.

Euer williger Martin Seeger.

LXXVI.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Misissem nunc, tabellionem nactus, responsiones nostras ad *Lutherum*, nisi nihil dubius essem ad vos dudum perlatas esse. Aliud est, quod nunc volo. Agunt privati homines *Milhusani*, quamvis non privata autoritate, sed eorum jussu, quorum maxime refert, ut in Civitatem *Tiguro-Bernam* recipiantur. [1]) Id autem obscure adhuc, h. e. caute et clam. Nos, a secretis, et ego, rem nondum retulimus, hanc potissimum ob causam, quod et vestram petitionem expectamus; et nullo negotio confectum iri speramus. Atque

[1]) Foedus ad veram Christianam doctrinam tuendam cum *Milhusianis* factum est Februario 1529.

interim illis bona pollicemur, quodque ad proxima 3 Urbium Comitia, si eis videatur, velimus referre, et quicquid e re sua putaverint fore, summa fide facturos. Haec nolui, ut vos laterent. Rescierunt enim *Milhusani*, vos in hoc esse, ut in Civitatem coeatis, sed non ex perfidis, verum ex fidelibus, qui sciunt, foedera urbium vestrarum, *Galli* et *Milhusii* dico, ferme esse simillima. Vos igitur, quicquid consultissimum credetis sequemini. Vale. *Tiguri* 3. die Sept. 1528.

Claronensis populus in fide verbi perstat.

Huldricus Zuinglius tuus.

LXXVII.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Scis, quae me moles in ipsa Panegyri adobruant, quo fit, ut brevibus Tibi et per capita et nunc respondeam ad tua, et de aliis moneam. Interim Senatui vestro obsequia mea per omnia pollicetor. Contuli cum nostro a Secretis, de petenda Civitate,[1]) is putat primo quoque tempore agendum esse, nulla enim Urbium Comitia brevi fore. Addidit, ex Comitiis *Badensibus*, ubi cum *Tummysen* legatione functus est, ad *Milhusanos* idem consilium scripsisse, ut non expectent proxima Comitia, de quibus incertum est, quando indicantur, sed felicibus avibus rem ordiantur. Cessi ego ejus sententiae, atque sic vobis esse venandam occasionem autumo, ut priores adveniatis. Scis Julii verbum: se malle primum esse in tenui oppido etc. Atque ubi aderitis, tum consilium capietur de profectione ad *Bernam* etc. Interim cum Primoribus istis rem agam, ut actum agi sperem. In Comitiis *Badensibus* novissime celebratis scriptum est ad *Helvetios*, *Ammannum Vogler* ad quoddam sacellum, ubi magnus populi concursus fuerit, ad concionem perversae doctrinae stetisse, atque album in manibus tenuisse, inclamavisseque: Si qui volent civitatem cum *Tigurinis* jungere, nomina dent. Legati nostri impudens mendacium diluerunt. At significandum bono viro arbitror. Isthic constitutum est, ut Ministri Verbi, qui nunc *Arbonae* et *Altstetten* praedicant, amandentur. Gratiae Deo, exspectabam, ut excoriarentur. Tantum mansuescunt feroces animi. At illi utrinque monendi et confirmandi sunt, ne quicquam moveantur. Urbes *Tigurum* et *Berna* edixerunt reliquis *Pagis*, se non laturos, ut, quod in negotiis fidei Suffragiorum multitudine statuerint, ratum sit. Foedera enim de fidei rebus nihil continere, quod eae ea aetate non fuerint in controversia. Discessum est imparibus animis. Hinc hilaribus et alacriter, isthinc fractis et amariter. *Arbonensi* nuncio, quid apud me fuit, consilium dedi, et quotiescunque et quantumcunque instent aut *Helvetii* aut *Pontificii*, ut hoc semper tenore respondeant: se omnia, quae jure debent, facturos, sed orare, ne adigantur ad expulsionem verbi Dei, de hoc enim nihil

---

[1]) Foedus ad veram Christianam doctrinam tuendam cum *Sangallensibus* factum est Novembri a. 1525.

cautum esse neque legibus neque moribus. Ac simul constanter Ministros et servent et tueantur. Sic enim favorabilem sibi facere arbitror etiam crudelissimum Judicem, aut saltem minus saevientem. Idem arbitror *Rhenivallensibus* esse faciendum. Urbes ambae, *Tigurum*, *Berna*, his verbis hortatae sunt reliquos Pagos: Wir bitten Euch fast, dass Ihr des Gottesworts halben keinen Auszug thuet; ja wir rathens Euch. Postremum et *Pagi* nostros oraverant, ut semper in hoc sint, ne bellum oriatur. En Tibi fractam contumaciam. Abbatis vestri, immo *τοῦ ἅδου καὶ τῶν Κακοδαιμόνων* Legatus, egregie tractatus est a Legatis nostris propter *Lichtensteigenses* et *Doggenburgios* meos. Sed longum esset. Vale, et quod soles, cor illorum esto, cum Senatu vestro, qui circum nos fusi sunt, tanquam reliqua membra circum pectus. *Tiguri* XI. Sept. 1528.

Huldricus Zuinglius tuus.

Rhaeti Consistorium *Pontificium* prorsus antiquarunt in caussa matrimonii, et per tres civitates suas tria hujusmodi causarum tribunalia constituunt. *Lazari* librum de vestibus super *Ulpiani L. Binderus* et quaedam alia complicuit, sed ut primum *Christophorus Francofordio* attulerit, ipse *S. Gallum* laturum recepit.

LXXVIII.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Ab *Andrea Eccio* [1]) jam accepisti, quid *Capito* et *Oecolampadius* apud nos egerint. Attamen summam ipsam nescio an secum attulerit. Ea est in hunc modum ad *Bucerum* perscripta fusius: Credimus, Evangelistarum et Pauli verba de Coena Domini vera et simpliciter accipienda esse, ut per Spiritum dicta sunt. Hinc fit, ut credamus, Christum vere esse in coena, quomodo dictum est, quod in medio duum aut trium sit, qui in nomine ejus convenerint, non tamen in pane, neque in adsumto pane, neque in se converso pane, adeoque nec naturaliter, nec corporaliter unitum pani, sed religiosae, nudae, purae ac innovatae menti, idque sacramentaliter, sive mysterialiter.

Eadem summa concisius: Fatemur, Christum vere et sacramenta-

---

[1]) *Andreas Ekius* Sangallensis, juvenis gloriae cupidus, qui 2. Sept. 1527 ipse Vadiano scripsit: „sibi semper placuisse sententiam: Foris arma, domi consilium, eam esse viam ad gloriam; quare jam septimum annum esse ex quo in exercitibus Imperatoris versatus sit, se armis aeque ac literis studuisse etiam inter alia in bello Maurico fuisse et aliquando non inter postremos patriam se defensurum esse sperare. Se meditari carmen quo laudet Helvetiam liberam et in rebus divinis et civilibus Scientiam suam se debere *Vadiano* (sine dubio quum hic professor *Viennensis* fuisset). Duobus mensibus se in patriam rediturum esse pollicitus est. Se Hispanis Vadiani editionem Pomponii Melae notam fecisse; cujus exempla exstiterunt apud bibliopolam Salamanticanum. Vadianum per omnes terras in occasum solis spectantes celebratum esse. Ekius ille cecidit in pugna in monte *Gubel* a. 1531 facta.

liter in Coena praesentem, nudae animae puraeque menti, ut Chrysostomus loquitur, sed non in pane, neque pani unitum.

Porro cum *Luthero* et illius Ecclesiis in verba *Niceni* Concilii, quae super coena Domini sancierunt, et nunc in Dialogo *Oecolampadii* nuper edito extant, conspirare, eademque palam nostris Ecclesiis adseverare haud gravabimur, modo liberum permittatur, ut quisque ea interpretetur, pro captu Ecclesiae juxta acceptum donum. Nam de industria semper uti inexplicatis et obscuris, ut non facit ad aedificationem, ita in Ecclesiis ne fiat, Spiritus Domini per Ap. Paulum cavit. Haec igitur conditio diserte adponatur, si *Nicenum* Decretum idoneum Concordiae medium visum fuerit. Cetera, vale et vigila. Hoc solus scito. *Rud. Comes a Sultz* rogavit *Heboldum Salodurensem*, [1]) in hoc sit ne ulla a nostris oriatur insurrectio, nam alias *Germaniam* tumultuaturam, et actum esse de *Caesare* etc. Vera scribo. Vide quid sit quod *Bucerus* timet. XII. Sept. 1528.

Huldricus Zuinglius.

LXXIX.

Zwinglii consilium, quid *Glaronensibus* Evangelii doctrinam profitentibus de eo agendum sit, quod *VII pagis* promisissent, in doctrina catholica se permansuros esse. [2])

Carissimi amici. Quae mihi de iis quae vestra causa *Thermis* acta sint referuntur haec sunt: ut Armannus [3]) summis viribus annitatur ad vos conciliandos, si autem id non potuerit, ut cuique jus sibi excipere liceat. Et quidem judicium ita instituendum est, ut primum vos ipsi, utraque pars aequum numerum judicum scilicet binos detis; qui si dissederint, ut *foederati* vobis arbitrum dent. Qua de re haec mea sententia est, ut quoniam non assequimini neque ut populus convocetur neque ut Senatus habeatur [4]) etiam adversarii vestri apud *foederatos* rem suam perficere statuerunt, vos autem in hac re *foederatos* intercedere non vultis, igitur primo contendatis ab Ammanno, ut universum populum S. Matthaei die quam gravissime convenire jubeat, nisi adversarii vestri ad proximum Majum quo populus ex consuetudine conveniet vobis non imminutam Dei verbo utendi potestatem concesserint. S. Matthaei autem die vos de iis quae foederatis promiseritis de integro suffragia ferre velle. Quum enim eo die quo *foederatis* tam impia promiseritis convenire jussi sitis, etiam amplius de eadem re vobis convenire licere. Namque vos VII pagis non pollicitos esse in aeternum in his nugis permansuros esse, ne unum quidem annum,

---

[1]) Qui Scultetus fuit ab a 1517 ad 1532.

[2]) Quod quidem legatis V pagorum in doctrina catholica permanentium in conventu Glaronensium majore numero suffragiorum saepius promissum est, postremum 15. Martii 1528.

[3]) *Joannes Aebli.*

[4]) Cum senatus et judicium munia sua intermisissent.

et vos eos jubere literas legere, quibus consignatum sit, si quid temporis praefinitum sit. Nullus enim certus numerus annorum reperietur. Si autem dixerint, rem in Concilium futurum dilatam esse, dicetis, vos eo falli, vos enim comperisse, clericos jam octoginta annos omnia concilia prohibuisse. Etiam ne foederatos quidem, quibus id promiseritis in maximis rebus Conciliorum leges neque tenere neque exspectare, utpote qui contra omnes Pontificis et Conciliorum leges clericos cogant hoc vel illud docere, praeter omnia jura prehendant, occidant, vel spolient quoscunque velint; quare vos, qui quidem multo mitiores sitis non cogendos esse, Concilia exspectare, quoniam ne ii quidem ea exspectent, quibus cum utilitate vestra simulantes aliquid ejusmodi promiseritis, nullo tamen tempore praefinito, ita ut vobis quovis temporis puncto id promissum irritum facere liceat, vos enim ad id confirmandum neque literas neque sigilla dedisse. Quod autem attinet ad id quod ea decreta sunt in comitiis, nullum decretum majorem vim habere quam ut quovis die tolli possit; quin foederatos saepe decreta rumpere quae a comitiis referantur, ante quam domum redierint. Si autem qui in concionem venire noluerint, tamen vos venire velle provisuros ut jus dicatur in pago et Senatus et populus consulat rebus vestris, et ut iis qui a parte vestra stent in pago in Dei verbo permanere liceat neque quisquam cogatur ab eo desistere neque contra id facere. Vos enim in rebus pagi vestri omnino uno populi scito et Senatus consulto agere velle ut inde ab antiquis temporibus factum sit, et qui ei rei obstare voluerit eum a vobis ad officium reductum iri, et quidem foederatorum auxilium vos petituros esse, ut qui obedire noluerint obedire cogantur. Neque eo die quisquam peregrinorum audiatur, ne legati quidem foederatorum. Neque omnino vos eo perduci patiamini neque ut arbitrum accipiatis a foederatis, neque ut mittatis qui petant ullam aliam intercessionem foederatorum, sed instetis, ut respublica vestra a vobis ipsis ordinetur. Jubete porro praetorem pagi populum convocare. Et si dixerit: populum non venturum esse, respondebitis: quicunque venerint, iis agere licere; qui enim venerint eos obedire, qui non venerint, eos non obedire et a vobis obedire coactum iri; ita ab aequitate et justitia stabitis. Haec igitur ratio mihi optima videtur. Quamquam si quid satius vobis videtur vobis agere licet. Facite ut concio *Schwandae* habeatur vel iterum ad montem *Tänniberg*. Cetera quidem omnia Dei gratia bene habent, sed certum est, *foederatos* in dies infirmiores fieri. *Bernae* decretum est, ut qui amplius rixas moverit de eo palam judicetur in via quam vocant Kreuzgasse. *Pütschelbachio* [1]) et *Thormanno* non amplius in urbem venire licet. Hodie parochus *Stekborensis* prosequente equite domum remittitur. Deus vobiscum sit. Jovis die 17. Sept. *Lichtensteigii* de eadem re consilium habebitur a Senatoribus pagi. Constantes sitis et res Deo dirigendas permittatis. Dedi 16. Sept. a. 1528.

---

1) Qui propter adulterium senatu motus erat (Hallerus Vadiano 20. Apr.) Antea praefectus fuit superioris vallis Simmenthal et inimicus reformationi.

79.

Zwinglis Rath, wie sich die evangelischen Glarner wegen der Zusag, die sie ehedem den VII Orten gethan, bei der katholischen Lehre zu verbleiben, zu verhalten haben.

Liebe und gute Freunde. Ich werde also berichtet der Handlung, so Euerthalben zu Baden beschehen ist, dass der Ammann allen Fleiss ankehren soll, Euch zu vereinbaren: wo aber das nicht sein mag, so soll jedermann das Recht vorbehalten sein.

Und soll das Recht also gebraucht werden: dass Ihr im Land zu beiden Seiten einen gleichen Zusaz von jedwederer Part zwei sezet. Und demnach so fern und die zerfielen, die Eidgenossen Euch einen Obmann geben.

Hierüber ist nun mein Bedunken, sintemal die Sache so fern kommen ist, und Ihr keine Gemeinde noch Rath erlangen möget. Auch Euere Widerpart bei den Eidgenossen ihre Sache auszurichten vorgenommen, Ihr aber Euch der Eidgenossen in dem Fall verzigen habet —

Dass Ihr für das Erste an den Ammann begehret, dass er Euch eine ganze Landsgemeind auf S. Matthäus Tag berufe bei dem höchsten Bott. Es sei dann Sache, dass Euere Widerpart Euch frei und unbekümmert lassen wollte bei Gottes Wort bis auf nächste Majengemeind.

Und auf den Tag S. Matthäus wollet Ihr von des Zusagens wegen, das Ihr den Eidgenossen gethan, frei mehren. Denn so man Euch auf den Tag habe können versammeln, da Ihr den Eidgenossen das ungöttliche Zusagen gethan, so solle man auch Euch weiter um desselben wegen wol mögen versammeln.

Ursache:

Ihr habet den VII Orten nicht verheissen, ewiglich bei dem Boppenwerk zu bleiben, ja nicht ein Jahr, und begehret darüber eine Abschrift zu verhören, ob man neis was Zeits bestimmt habe. Wird kein Zahl Jahren erfunden. Dass man aber sagen wird: Es sei bestimmt auf ein künftig Concilium, sejet Ihr betrogen, denn Ihr berichtet werdet, dass die Geistlichen in die 80 Jahre alle Concilia erwehrt haben. Auch unsere Eidgenossen, denen Ihr das Zusagen gethan, in den allerhöchsten Sachen, der Concilien Ordnung nicht halten noch erwarten. Als dass sie wider alle Päpstliche und der Concilien Ordnung die Pfaffen zwängen, dies oder jenes zu predigen, sie über alle Rechtverbote fahen, töden oder berauben, wie sie wollen, deshalben Ihr die doch viel ziemlicher wären, nicht sollen genöthet werden, den Concilien zu warten, so doch die Ihnen nicht warten, denen Ihr aus vortheiligem Fürgeben etwas Zusagens gethan, doch unverzielet, mögends deshalben alle Augenblike abthun, denn Ihr darum weder Brief noch Sigel gegeben habet. Des Abscheids halben habe kein Abscheid mehr Kraft, denn dass man ihn möge von einem Tag an den andern abthun. Ja unsere Eidgenossen brechen oft die Abscheide, die man ab Tagen bringe, ehe sie heim kommen.

Wollen aber neiäliche nicht an die Gemeinde kommen, so wollet doch Ihr erscheinen und da Einsehen thun, dass in Euerm Land Ihr Gericht Rath und Gemeind haltet.

Und beim Gotteswort bleiben auch die Euern im Land und davon und dawider niemand dringen. Denn Ihr wollet schlechtlich in Euerm Land mit einer Gemeind und Rath handeln, wie von Alters her, und welcher dawider sein wolle, den wollet Ihr zu weisen etc. etc., das ist andere Eidgenossen um Hilf anrufen, die Ungehorsamen gehorsam zu machen.

Es soll auch auf den Tag niemand Fremder gehört werden, auch unserer Eidgenossen Botschaft nicht.

Und lasset Euch keineswegs dahin führen, dass Ihr weder einen Obmann von den Eidgenossen nehmet, noch zu den Eidgenossen weiter schiket, sondern dringet, dass Euer Regiment im Land aufgerichtet werde.

Heisset den Ammann eine Gemeind versammeln. Spricht er: sie kommen nicht; So antwortet: Wer kommt, der kommt. Wer kommt, ist gehorsam; wer nicht kommt, ist nicht gehorsam, den wollen wir gehorsam machen; damit wird der Glimpf und das Recht auf Euerer Seite stehen.

Das dunkt mich der richtigste Weg. Was aber Euch besser bedäuchte, nehmet an die Hand. Haltet die Gemeind zu Schwanden, oder wieder am Tänniberg.

Sonst steht es von Gottes Gnaden aller Dingen halb wol, und ist gewiss, dass die Eidgenossen täglich schwachen.

Zu Bern ist erkannt, welcher sich mehr widerwärtig halte, dass man zu dem offentlich an der Kreuzgasse richten soll. Pütschelbach und Thormann dürfen nicht mehr in die Stadt kommen. Heute schikt man den Pfarrer zu Stekboren mit einem Geleitsreuter wieder heim.

Gott sei mit Euch. Auf den Donstag 17. Sept. halt man zu Lichtensteig einen Landrath auch von der Sache wegen. Seit standhaft und lasset Gott walten. Geben auf den 16. Tag Sept. 1528. Jahr.

LXXX.

Simpertus Sorg Ligniacensis Zwinglio.

Venerabili, doctissimo Udalrico Zwinglio Turicensi, carissimo, benevolentissimo meo Domino.

Gratia et pax Dei tecum sit. Amen. Domini mei et fratres *Ligniacenses*, *Schwenkfeldius*, *Krautwaldius*, *Ekgelius*, *Theodorus Ambrosius Leimbach*, *Hieronymus Valentini* et omnes me jusserunt te, Domine venerande, convenire suo nomine tibi plurimam salutem dicturum, sed cum parum temporis mihi reliquum fuerit, id tibi per hunc tabellarium nuntio; etiam a te contendere, ut tandem sibi pro caritate tua et amicitia scribas, id quod nondum factum sit, quamquam literas tuas cum summa voluptate acciperent, tibi enim, Domine aman-

tissime, et ipsi et clemens Dominus meus amicissimi sunt. Spero *Christophorum Froschoverum* [1]) cognatum meum nunc *Turico Augustam* profecturum esse, per quem tu, Domine venerande, eis omnibus literas mittere velis; namque affini meo quinto decimo quoque die occasio est eas *Ligniacam* mittendi. *Bucerus* quoque et alii literas *Ligniacam* tradendas *Augustam* affini meo mittent. Denique Deus Omnipotens te, Domine amantissime, suo numine tueri velit ad aedificandam suam domum. Amen. Dedi *Francofurdi* 17. Sept. 1528.

Simpertus *Sorg* typographus *Ligniacensis*.

80.

Simprecht Sorg von Liegnitz an Zwingli.

Dem Ehrwürdigen und Hochgelehrten Herrn Ulrich Zwingli zu Zürich, meinem lieben und günstigen Herrn zu Handen.

Die Gnad und Fried Gottes sei mit Euch. Amen. Ehrwürdiger Herr. Ich thu Euch kund, bei meinem Boten, dass mich meine Herren und Brüder, die zu Liegniz, Schwenkfelds, Krautwald, Ekgel, Theodorus Ambrosius Leimbach, Heronimus Valentini und Alle befohlen haben, ich soll Ihnen Euere Ehrwürden salutiren mundlich, ist aber mir die Zeit zu kurz worden, auch anhalten, dass Enere Lieb Ihnen freundlich doch einmal zuschreibe, das noch nicht geschehen, welches sie mit grossen Freuden empfingen, dann sie Euer Lieb hochgeneigt sind, desgleichen mein gnädiger Herr. Ich versehe mich, mein Vetter Christoff werde jezt von Zürich hinaus reiten, bitt ich Euer Ehrwürden wollet Ihnen bei dem Froschauer miteinander schreiben, denn mein Schwager mag es alle 14 Tage gen Liegniz schiken. Der Buzer und andere werden auch gen Augsburg meinem Schwager die Briefe schiken gen der Liegniz zu antworten. Damit wolle der allmächtige Gott Euer Lieb in seinem Schirm erhalten zur Erbauung des Hauses Gottes. Amen. Dat. Frankfurt den 17. Sept. 1528.

Simprecht Sorg, Buchdruker zu Liegniz.

LXXXI.

Jacobus Grotsch Brigantinus [2]) Zwinglio.

Gratia et pax a Deo patre coelesti per Christum Jesum Dominum nostrum. Carissime magister *Huldrice*. Omnem spem posueram in eo, quod collegium sacerdotum conventurum erat, quum autem audiissem, illud non conventurum esse, tum demum perterritus sum, namque diutius exspectare non possum. Itaque ipse scripsi Dominis meis rogans,

---

[1]) *Froschaverum* typographum et bibliopolam Turicensem a domo sua *Froschau* nominata nomen accepisse et ejus nomen gentilicium fuisse *Sorg* verisimile esse haec epistola docet. Siml.

[2]) Qui parochus fuerat in *Stein ad Rhenum*.

ut acquiescant in poena mea neque ut patres respiciant, etiam rationem habeant tantopere deprecantium *Constantiensium* et *Lindaviensium* [1]). Etiam amicus me certiorem fecit, se eo animo esse, ut mihi libenter opitulaturus sit. quamobrem ei iterum scripsi. Idem putat, si modo res mea tractanda proponatur fore, ut mihi consulatur. Quare, mi magister *Udalrice*, tu, per Deum precor, auctor esse velis ut literae meae si possit eras tractandae proponantur. Vereor enim ne quo diutius res differatur eo plura negotia accidant. Si autem res prorsus male evenerit, hoc mihi gratum facere velis, ut mihi des literas commendatitias ad *Bernenses*, praedicatores et aliquos amicos inter Senatores, *Caspar* enim et *Rellicanus* nuperrime cum *Bernae* essem id mihi suaserunt, idem dixerunt, se certo scire, si eas attulerim, fore ut mihi consulatur. Agere velis ut te acturum confido. Nihil ultra nisi ut Deum ores pro me quod idem pro te quam maxime faciam. Dedi *Constantiae* 17. Sept. 1528.

Jacobus Grotsch Brigantinus.

81.

Jakob Grotsch von Bregenz an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott unserm himmlischen Vater durch Christum Jesum unsern Herrn. Lieber Meister Huldreich. Ich hatte alle meine Hofnung auf das zuklinftige Kapitel gesezt, weil ich aber höre, dass es nicht vor sich geht, bin ich erst ganz erschrocken, denn in meinem Vermögen nicht ist länger zu warten. Nun habe ich jezt meinen Herren selbst geschrieben, dass sie ein Begnügen wollen haben an meiner Strafe, und mich väterlich betrachten, desgleichen ansehen, die treuliche Fürbitte derer von Constanz und Lindau. Ich bin auch berichtet durch einen guten Freund, dass er des Gemüths sei, dass er mir gerne helfen wollte, deshalben ich ihm jezt aber geschrieben habe. Er vermeint auch, wenn nur mein Handel vorkame, so würde mir geholfen. Hierum mein Meister Ulrich, so bitte ich Euch um Gottes Willen, Ihr wollet helfen, dass mein Brief fürkommen auf morn möcht sein. Denn ich sorge je länger es anstehe, je mehr Geschäfte zufallen. Ob aber Sach wäre, dass alle Dinge hinter sich gehen würden, so thut doch so wohl, und gebt mir ein Förderniss gen Bern an die Predikanten und etwann an einen guten Rathsfreund, denn der Caspar und Rellikanus haben mir das zum nächsten, da ich zu Bern war, geredt, sagten auch, sie wissen wol, wenn ich die brächte, dass mir geholfen würde. Thut als ich Euch vertraue. Jezt nichts mehr, dann betet Gott für mich, das will ich für Euch auch treulich thun. Constanz 17. Sept. 1528.

Jak. Grotsch von Bregenz.

---

[1]) Cf. ep. VI. h. s.

LXXXII.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Gratias ago plurimas pro responsione tua et *Oecolampadii*. Indubie confirmabuntur illis non pauci, neque nulli quoque lucrabuntur, utcunque illis aqua et igni passim interdicatur. *Pomeranus Lutheri* simiam iterum insaniendo contra nos agere voluit, edita confessione sua de Eucharistia, quasi referat adeo multum scire, quid illi credant, et non potius quod credendum doceat verbum Dei. Mitto vicissim Tibi *Tzephaniah* a me utcunque explanatum. Non procul a fine de impletione propheticarum promissionum tractavi, id velim fratrem aliquem faceres tibi legere, et de eo tuum mihi judicium scriberes. Omnino fidei analogiae adversari videtur, quae de medio Christi adventu, et de terrena Ecclesiae felicitate, ante apparitionem Domini novissimam futura. *Cellarius* scripsit, doletque (sc. mihi) ea adeo Capitoni probari. Sed placet Domino, ut et dissentientes fratres amemus. Probe, ut semper, inter nos convenit, et constat vera in Domino amicitia, etsi probet ille, quae probare ego nequeo, uti contra ille mea non potest probare omnia. Satis nocuit nobis *Cellarii* et *Anabaptistarum* in hoc viro, hypocrisis. Falsum scripsi de Te, fratrum tuorum verbis adductus. Promisi enim ad hoc emporium accepturos fratres tuum Jeschaejah. Vide ut fidem hic meam brevi liberes. Saluta nobis *Leonem*, *Pellicanum* et fratres alios. *Argentorati* 26. Sept. 1528. Salutat te *Capito* et fratres reliqui.

M. Bucerus tuus.

Ne offendas, quod in praefatione in Tzephaniah non fortius atque plenius caussam Eucharistiae egerim. Inservire quorundam nimis teneris ingeniis volui et declarare, quam abhorreamus nos a tanto dissidio, quamquam inique nobiscum agat, imo impie, *Lutherus*. Scio apud multos plus illum hoc modo scripti gravavero, quam si illo dignius scripsissem.

LXXXIII.

Zwinglius Consuli Roestio et Magistro Tummysen legatis Thermas missis.

Gratia et pax a Deo. Pii, conspicui, sapientes, benevoli, carissimi Domini. Hic cursor est homo prudens et imprimis idoneus ad speculandum et audiendum. Itaque eum omnibus aliis rebus posthabitis cum cursore *Glaronensi* [1]) apud vos devertere jussi, quippe qui vos omnium rerum certiores facere possit et cui credere possitis. Utrum ibi maneat an protinus domum redeat, in ea re consilium vestrum sequetur. Optimum faciatis fidelissimi carissimi Domini. Ceterum res *Doggiorum* Dei gratia optime habent, omnes enim omnibus locis summas vires inter se conferre satuerunt. Hodie Domini mei Senatores et

---

[1]) Cf. ep. LXXIX. h. a.

Cives *Vilensium* causa coegerunt. Hi enim se multo pluribus suffragiis evicturos esse sperant, ut Evangelium in ecclesia doceatur. Sed assequi non possunt ut populus convocetur. Quod *Abbas Sangallensis* coenobio *S. Joannis* patrocinium renuntiavit, id ita est: ut literae quibus pactio patrocinii consignata est dilucidis verbis dicant, *Abbatem Sangallensem* patronum esse debere, usque dum habeat comitatum *Doggium*. Etiam *Doggii* cum hortati sunt, ne patrocinium renuntiaret neque literas ejus pactionis ederet. Sed omnia irrita fuerunt, ita ut apertum sit, eum omnis jurgii et controversiae auctorem esse. Vobiscum Deus. Datum 28. Sept. 1528.

Vobis omni tempore promptissimus
Huldricus Zuinglius.

83.

Zwingli an Burgermeister Roest und Meister Thummysen, Sandtboten (zu Baden).

Gnad und Fried von Gott. Fromme, Ehrsame, Weise und Günstige liebe Herren. Dieser Läufer ist ein wohlverständiger getreuer Gesell, und insonderheit auserlesen, dass er aufsehe und höre. Nun hab ich ihm empfohlen, alles hintangesezt, zu Euch einzukehren mit dem Läufer von Glaris, dann er kann Euch aller Dingen berichten, und dürfet Ihr ihm wol trauen. Wirt Euern Raths folgen, ob er warten oder von Stund an wieder heimkehren soll. Thut das Beste getreuer lieber Herr. Es steht sonst von den Gnaden Gottes im Dokenburg fast wohl. Denn sie sind in allen Gegninen einhellig Leib und Gut zusammen zu sezen. Heut halten meine Herren Räth und Burger, beschicht von deren von Weil wegen, die möchten das Mehr weit machen, als sie hoffen, das Evangelium öffentlich predigen zu lassen, so mögen sie zu keiner Gemeind kommen. Des Schirms halben, so der Abt von St. Gallen dem Kloster S. Johann aufgesagt, steht also: dass der Schirmbrief mit heitern Worten ausdrukt, dass er, der Abt von S. Gallen, Schirmherr sein soll, alldieweil und er die Grafschaft Dokenburg habe. Auf das hat ihn eine Grafschaft vermahnt, er soll den Schirm nicht aufgeben, noch den Brief hinausgeben. Hat alles nicht geholfen. Darum man sieht, dass er alles Haders und Spans ein Ursach ist. Gott mit Euch. Geben 28. Sept. 1528.

Euer allzeit williger Huldrych Zwingli.

LXXXIV.

Oecolampadius Zuinglio fratri suo carissimo.

Gratia et Pax Christi Tecum. Diu nullum ad Te proficiscentem vidi nuntium, unde *Christophorum* nostrum exspectare coactus sum, per quem ad te scriberem. Gratias primum habeo Christo Jesu, qui tibi in defensione contra *Lutherum* sic astitit, ut, quod ille vel nos contemnens, vel parum sibi fidens, silentium sponte delegit, nunc habere cogatur,

nisi se et suos summa confusione aspergere velit. At nunc prodit *Bugenhagius*, illius simia, asserens et ipse confessionem suam ultimam, magisque hoc spectat, ut de *Bucero* ac te se ulciscatur, si posset, quam ut firmis argumentis vos impetat. Me quodammodo vitare ac declinare videtur. *Bucerus* praefando in *Sophoniam*, cornu ejus fere attrivit, petit tamen, ut vel ego, vel Tu, illum plene excipiamus. Et mallet quidem *me* respondere illi, cui nihil privati negotii cum *Bugenhagio* intercidit. At mihi consilium nondum probatur. Nemo enim justius congredietur cum eo, quam unus eorum quos ipse invadit, tametsi in rem Ecclesiae ac veritatis esset, neque id molestiae detrectarim. Interim hic nihil novatum est.

Danielem praelegere cepi, pro cujus exordio, quum axiomata quaedam disputanda, juxta morem scholasticum, affixissem, accidit, sacrificum quendam, vidente *Thoma* [1]) *Augustiniano*, Schedam a valvis Templi auferre et dilacerare. Ubi cum illo *Thomas* expostulavit, quare non magis Scripturam sacram perderet et nos vinceret: Mox ille ad arma prorupit, vulneraturus redarguentem. At noster *Thomas*, insignis, praevenit hominem, et in terram abjecit, potuissetque, nisi sibi imperasset, sicarium occidere, sed pepercit. Accurrebant homines imperantes pacem, tunc *Thomas*, ut securus, illum et gladiolum suum reliquit, sed ille, contemta pace publica, arrepto gladio *Thomae*, ipsum leviter in capite sauciavit. Vulnus quidem leve est, sed audacia hominis et facinus temerarium non carent crimine. Hinc rumor vagus patientiam Evangelicam traducit, et vana pro veris commemorat. Nolim autem Te ignorare, non esse ita a Fratre nostro peccatum, ut male audire debeat, nisi quis defensionem sui corporis, a sicario invadente, inter crimina recensere velit.

Ceterum, si *Bugenhagio* respondere velis, qui libellum suum *Brentio* inscripsit, legas oro, quid *Brentius* stolide in Te scripsit, ad finem fere Commentarii sui in Ecclesiasten, si fortasse et illi temeritatem suam ostendas una opera. Item ea, quae in sextum caput *Joannis* scripsit.

Joachimum [2]) meum sui officii admoneto. Ante multos dies monuerunt Fratres *Argentinenses*, quomodo *Marchio Badae inferioris* [3]) decem parochos, pios et eruditos, e terra sua excedere coegit, non ob aliam caussam, quam quod a papistica Missa cessarunt. Hi nunc *Argentorati* apud Fratres morantur. Digni operarii in messe Domini. Si qui *Pagi* isthic, vel per *Helvetiam*, egerent bonis pastoribus, possent ex illis selectissimi et probatissimi evocari, nimirum *Mantelius*, olim *Stutgardiae* aliquot annos propter Evangelium vinctus, et *Ambachius*, qui *Moguntiaci* in carcere etiam ipse propter veritatem detentus fuit. Tales utique viros colligere oportebat. Fortassis *Argentinenses* etiam ipsi super hac re litteris egerunt, certe voluerunt ut ego Tibi significarem. Vale. *Basileae* 28. Sept. 1828.

Oecolampadius.

---

[1]) *Gejerfalk.*
[2]) *Kirscher.*
[3]) *Philippus.*

LXXXV.

Bertoldus Haller Zuinglio.

Salve. Novissime scripseram ad Te, carissime *Huldriche*, rerum nostrarum miserabilem et ferme deploratam faciem, quae adeo non mutatur, ut quotidie in pejus cedat. Seditiosorum concursus sunt quotidiani [1]). Nunc illud, nunc aliud malum minantur. Recusant census, decimas, omnia jura, omnemque obedientiam Magistratui praestare, nisi ad omnia conniveat. Revocant Missam. Mittunt Missatores *Sylvani*, quotquot nostrates petunt. Interim *Marcus* [2]) *a Steig*, *Simon* quidam ex *Aeschi*, *Heinricus Rellicani* levir ex *Grindelwald*, et multi alii ex suis parochiis truduntur. Succedunt Missarii. Acceditur quotidie congregationi eorum. Interim Senatus noster dissipatus, vindemiarum praetextu, stupidus totus, ab Evangelicis desperatus et omnis consilii expers, ab impiis mussitant, susurrant, — — [3]) nunc nunc suum Messiam advenisse sperantes. Cives et Diacosii obmurmurant, dolent, clamant, sed sine Zelo, sine consilio, sine ratione. Ita languet Christus apud nos. Clamamus Ministri verbi, urgemus, monemus, obsecramus, a periculis, ab honestate atque ab omnibus persuademus; sed surdo narratur fabula. Hoc siquidem omnem incutit timorem, quod *Berna* nescit, quos vere filios habeat per totam ditionem, quosve spurios. Exercitum in seditiosos haberet copiosissimum, sed cui tuto se credere ausit, vix hominem superesse timet, quod si viri *Tigurini* advocentur, nostri male consulent, si ipsi non primi fuerint. Congregato Senatu et Diacosiis sese mutuo non audiunt. Quod Senatus prorogat, rem deliberate agere volens, id male suspicantur Cives. Ita inconsultis rebus discedunt. Hac die vocantur e vindemiis Senatores omnes. Clamant impii: Man soll nicht hizig sein, die Sache wol betrachten. Interim numero seditiosorum additur. Ah, quis nos tandem liberabit? Christi res agitur, quod si is perpetuo sua auctoritate abesse velit, peribimus omnes. Consultum mihi videretur, modo et Tibi, quod si Magistratus vester Legatos *Bernam* amandaret, qui consolarentur, monerent periculorum, exhiberent auxiliares *Tigurinorum* copias, et similia, quibus *Ursus* vel e somno excitatus rebus suis fortius dispiceret. Subordinavimus hodie *Trempium*, ut coram Diacosiis exigat Legatos ad vos mitti. Quod si consultum fuerit, eo melius, nam cito amandabuntur. Sin minus, a tuis mitti non incommodum fore sperarem. E meo omnia sunt. Obsecro, age, consule, cum tuis confer, quibus tandem mediis huic malo commode succurri possit. Consuluerat novissime Magistratus, omnem violentiam passurum, usque dum montes nivibus opplerentur, et jam *Sylvanis* non pateret aditus ad nostrates, nec nostrates ad eos fugere possent. Sic citra omnem belli apparatum noctu capi possent primarii et seditionum capita. Sed quo magis res prorastinatur, eo magis invalescit Satan et Antichristus. Tuae igitur prudentiae committo omnia perpendenda. Nam video, multa a nostris

---

1) In superiore pago Bernensi.

2) *Peregrinus* in Steig ad Interlacum. v. ep. XLIV. h. a.

3) Duo verba sensu carentia.

turpiter negligi. Et nos quoque erga seditiosos traducunt impii, quod non desinamus excitare Magistratum et plebem adversus eos. Sed haec nihil. Habes cordis mei vulnera penitissima, carissime *Huldriche*. Vale. 7. Oct. 1528.

Tuus ex animo *B. Hallerus*.

LXXXVI.

Janus Cornarius Zwiccaviensis Zuinglio.

Salutem dicit. Excusarem me longius, ornatissime vir de audacia mea seu temeritate potius, quod ad Te et doctissimum et pientissimum virum, ego in literis plane mediocriter versatus, deinde Tibi penitus ignotus, ac insuper in his regionibus peregrinus, tam confidenter scribam, nisi ea, quae prohibere imprimis visa essent, non tantum id non facerent, sed etiam instigarent amplius, ut nihil pavefactus tanto viro salutem adscriberem. Ea sunt, insignis illa, jam multis annis, apud multas etiam nationes, praedicata in literis omnibus ac linguis eruditio, deinde studium pietatis, in quo plane triumphas. Nam etsi sunt hodie non pauci qui et in literis et linguis adsequendis egregiam operam navarunt, videas tamen fere nescio quo earum usum a plerisque referri, nimirum ad ostentationem ac vulgaris aurae aucupium; ab aliis etiam ad quaestum, minime vero eo, quo proxime conveniebat, ad juvandum videlicet Republicae commodum ac pietatem. Rectissime tu, optime mi *Zuingli*, facis, quod eo omnes nervos intendis, ut quam plurimos in sincero Christianismo integre imbuas, ac Domino lucrifacias. Hunc enim scopum Tibi propositum esse, et hi, qui Te docentem audiverunt, et qui tua, quibus Christum annuntias, legerunt, attestantur. Neque ego hactenus doctissimos quosque viros aliud sentire percepi atque idem sentio mecum ego. Quare, ornatissime vir, non tantum humanissima Eruditio tua aut pietas incitabit Te, ut istam meam audaciam boni consulas, sed et privatus ille meus erga *Zuinglium* amor coget, ut amantem vicissim redames. Quod ut minime dubito Te facturum, ita confidentius pergam deinceps enumerare, quantum velim mihi a Te benevolentiae ac officii charitatis impetratum. Medicus sum, eoque nomine ultra citraque oceanum magnum jam sex continuis annis nobilis, si quidem ejus artis experientiam ac usum *Livoniorum* urbs insignis *Riga* postea etiam Illustrissimus *Megalopyrgensium* Dux *Henricus* annuo stipendio cohonestarunt, fecissentque id amplius, quam diu placuisset apud eos vivere. Sed aetas nondum 30 annorum suasit plures regiones invisere. Peragrari itaque hoc proximo anno universam *Germaniam inferiorem*, *Flandriaeque*, ac *Galliae* partem, satis magno viatico instructus, sperans artem etiam pro viatico suffecturam. Sed ubique tam frequens hoc hominum genus, quod se Medicos adpellat, occurrit, ut hactenus nullus rursum locus contigerit, ubi artem exercere commode potuissem. Nec adhuc quicquam spei. *Basileae*, quo postremum deveni, adfulget. Consilium autem dederunt amici quidam, posse facile me locum apud Vos *Turegii* reperire eoque enitendum, ut

vel ipse adirem, vel praecipuos quosque vestrum mihi conciliarem. Ea est, ornatissime *Zuingli*, caussa, cur ad Te potissimum scribo, si ex re mea futurum putas, aude pro amico quantumvis novo aliquid naviter, ut scilicet publico salario annuo conductus apud Vos vivam, rerumque medicarum usu publice, quantum Deus concesserit, multis prosim, arte mea, ut spero, dextre usurus. Nolo jactare quantum in ea re possim. Illud Tibi persuadeas, me annisurum, ut ne a quopiam incusari possis me temere accitum. Quod si quid de eruditione dubitas, scias me et *Lipsiae* et *Wittenbergae* medica didicisse, ubi simul quoque tum utriusque linguae, nec inter postremas habitus Professor, Illustrissimi Principis *Friderici* liberalitate evectus, extiti. [1]) Rogo igitur doctissime vir, me inter amicissimos Tibi refer, redama, ac quantum potes in hac re juva. Ego ero gratissimus h. e. tuus. Vale. *Basileae*, 15. die Oct. A. Ch. 1528.

Ecclesiastae Tigurino venerando deditissimus
Janus Cornarius Zuiccaviensis.

Inscriptio: Et doctrina et pietate insigniter splendido viro D. Ulrico Zuinglio apud Turegios Ecclesiastae, amico suo in Domino venerando.

LXXXVII.

Christophorus Clauserus, Archiater Tigurinus [2]) Zuinglio.

Salutem dicit. *Janus Cornarius* (cujus ad me pridie in Hippocratis prognostica misisti praefationem) annos ante aliquot Hippocratis aphorismos graece imprimi curavit quibus item praefationem praemisit, in qua verba subnecti sequentia: apud alios neglectas esse literas, praesertim sacras apud alios et jam Sacramentarios qui jactant scilicet divini spiritus Colloquium, ex cujus viva voce pendere ac edoceri omnes nos volunt, quum sint et hi inter Principes hujus temporis reputati, qui περὶ τῆς εὐχαριστίας evulgatis Libris, non dico, ambigant, sed plane, quod hactenus concreditum de illa est, apertissime negant. Haec *Janus*, cujus opusculum a *Leone Judae* per Te mihi olim datum adhuc habeo, quae de Eucharistia sentit, et jam Tu hic habes. Ceterum, si mihi licet, judico ipsum virum in utraque lingua medicaque re, praesertim Theorica, doctissimum, cujus praefatum in Hippocratis prognostica praefationem, si vis Tibi reddi aut secus agi, me redde certiorem. Vale per Christum. S. cos. et die. (Post 15. Oct.)

Tuus *Christophorus Clauserus*, Archiater Tigurinus.

LXXXVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax Christi Tecum. Mi frater. Gratias habemus, quod

[1]) Idem Basileae praelectiones habuit de Prognosticis Hippocratis. Assiduus scriptor fuit, cum et ipse libros conscripserit et medicorum graecorum et patrum ecclesiae ediderit et verterit.

[2]) Qui diu calendaria in Germania acceptissima scripsit.

pro nobis, imo pro Ecclesia Christi, quae hic, tam solicitus es; et in tempore mones. Sic ut pergas, praemia nimirum ampla a Christo ipso Domino nostro percepturus, oramus. Porro, ab amicis anxie quaesivi, nunquid tale quippiam, ut *Tuginus* a *Lucernate*, et ab illo Tu accepisti, Senatus noster decreverit. Verum constanter negatur, atque adeo nemo ejus rei conscius esse vult. Imo plane diversa decrevit, et legatis suis etiam in scriptis commisit, quod *Suitensibus* adversus *Tokenburgos*, vel etiam quibusvis aliis, adversus quoscunque in re fidei suppetias nunc ferre nolit. Ceterum jussit, si negotium pacifice componere possint, id sedulo curent. Id Senatus decretum fuit quicquid tandem illi 7 pagis proposuerint. Nihil certe retulerunt istius modi a se actum. Verum quum nobis sint perquam infensi, et a parte verbi Dei non stent, ferme in suspicionem adducor, *Lucernatem* illum non omnino vanum. Jam si sat certis testimoniis convinci possent, tam sinistre sua legatione functi, utique brevi poenitudine facti ducerentur. Nondum amicis persuasum est, eos sic sui officii oblitos. Fortassis in rem esset, certius quiddam cognosci. Ad futura Comitia speramus fideliores mittendos, et apparebit innocentia Senatus. Fieri autem potest, in hoc erratum esse, quod Senatus annuit, Foedus septennio innovandum juramento, quod 7 Pagi hactenus neglexerunt, si nunc petiverint, non denegandum, verum non illis esse supplicandum, ac sic fortassis de illa antiqua fide *Helvetiorum* aliquis sermo habitus est. Atqui literae tuae longe aliud declarant, quod tamen hoc minime timemus. Itaque bono sis animo. Quid si *Lucernas* commentus est tale quiddam? Verum utcunque res habent, Tibi pro fide solicitudineque tua sint gratiae. *Joannes Cornarius*, Medicus, graece, latineque doctus, qui et bonas literas, ut medicam artem *Wittembergae* professus, audiens deesse vestratibus Medicum, orat per me Tibi commendari, si fortasse illic salario publico foveri possit. Commendatitias mihi ab amiculis commendato negare non debui. Ex Epistola gustum hominis percipies. Ipse modium salis cum eo non edi. Rescribere illi digneris amice, si fieri voti compos non potest. *Capitonem* monui, quidnam suos moretur in Civitatis vestrae foedere petendo. Salva sit uxor tua, *Pellicanus*, et quicquid amicorum. *Basileae* 17. Oct. 1528.

Tuus *Oecolampadius*.

LXXXIX.

Martinus Seger Zwinglio.

Benevolentissime, carissime Domine et frater. Literas tuas cum aliquot libellis excusis gratias agens accepi, nihilominus te mihi scribere volo quid eorum pretium sit, quod solvam. De Abbate [1]) tibi antehac scripsi, sed ad ea tam multa accedunt ut non omnia scribere possim. Clericum habet Papistam, cui tu aliquos libellos misisti. Is cum fuisset Evangelicus descivit, cujusmodi sunt ea quae pro suggestu dixit (ut

[1]) *Russinger, Fabariensis.*

hic tabellio qui Evangelicus est tibi narrare potest), honorem enim tuum verbis contumeliosissimis contaminavit. Ferunt *Basileam* et *Augustam* ad Papistarum sectam rediisse; tu, velim, ejus rei et si aliud quid novi acciderit, me literis certiorem facias. Dedi *Mejenfeldii* Martis die post S. Galli 1528.

Tibi promptissimus *Martinus Seger*.

89.

Martin Seger an Zwingli.

Freundlicher lieber Herr und Bruder. Euern Brief samt etlichen gedrukten Büchlinen hab ich mit Danksagung empfangen, nichts desto minder begehre ich, was die kosten, mir das schreibend, will ich zahlen etc. Vom Abt hab ich Euch vormals geschrieben, kann nicht so viel schreiben; es ist noch viel mehr. Er hat einen Papistischen Pfaff, welchem Ihr etwas Büchlin geschikt habet, war Evangelisch, hat sich gewandt, dessgleichen an den Kanzeln gehört ist, als dieser Bot, der Evangelisch, Euch wol zu berichten weiss, hat Euch fast an Euerer Ehre geredt und hoch gescholten etc. Es wird geredt, Basel und Augsburg haben wieder der Papisten Sekt angenommen, bitte mich dessen und anderer neuer Zeitung schrifftlich berichten etc. Dat. Mejenfeld Zinst. nach Galli 1528.

Euer williger Martin Seger.

XC.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Mi *Huldrice*. Quae Tu nuper de legatis nostrae urbis significasti, ea non multo aliter Cives quidam a *Tugio* huc redeuntes, non paucis amicis verbi aperte indicarunt. Itaque si nostrates pituitosi esse, ac sibi ipsis deesse volunt, non est, quod posthac vel in Deum, vel in nos culpam rejiciant. Nam et ille occasiones multas obtulit rerum emendandarum, et nos amice admonere non cessamus. Adversarii certe interim non dormitant, et quotidie nova ineunt consilia, neque attendunt, quot et quanta in hunc diem usque Deus irritarit, cujus nisi negotium esset, et nisi ipse protegeret, haud mirum, si vivos nos absorpsissent. Ille spiritu suo, speramus, se vivere, et sceptrum in manibus suis gestare declaraturus est, nec sinet admonitionem tuam fidelissimam supervacaneam esse. Si quid praeterea in ea caussa intellexisti, poteris per hunc scribere. Statuimus enim et publice, si opus fuerit, plebem admonere. Tibi cum ob haec, tum ob alia beneficia grati ac devincti erimus. Vale. *Basileae* 21. Oct. 1528.

Tuus *Oecolampadius*.

XCI.

Bertholdus Hallerus Zuinglio.

Salve. Video *Interlacensium* et *Septemvallensium* audaciam, temeritatem et inobedientiam quotidie augeri, carissime Huldrice, et longe majorem fieri prudentia, sedulitate et vigilantia Magistratus. Num id ex pusillanimitate fiat, vel quod potius suspicari cogar, nonnullos sic connivere, ut Missam reducem faciant, ut abscondita cordium Domini negotio adversantium non revelentur, et ut tandem, quamdiu possit, virga Magistratus differatur. Denuo urgent *Gebennenses* nostrates contra Ducem. Et *Helvetii* in *Turgoia* parturiunt nescio quid? Ante adventum siquidem nuntii vestratis monuit Praefectus quidam 8000 pedites et 500 equites a *Caesareis* Praefecto *Turgoiae* adfuturos, quibus *Lutheranos* subjuget. Interim a *Tiguro* adfertur, cibaria parari oportere. Monuerunt *Bernates* Cives suos *Friburgenses* et *Salodorenses*, quatenus auxiliares copias addant exercitui nostro; missis legatis; negant, cum id bellum ratione novae fidei et non foederum conservandorum, suscipiatur. Detegit illis Senatus eum Diacosiis rusticorum perjuriam etc. Praelegit illis articulos Civilitatis quod scilicet tenentur adesse nobis, et quaeritur ab illis, ut rotundo ore, vel ajant vel negent, se pactum Civilitatis servaturos. Respondent, a suis super hac quaestione nihil commissum. At si rem pacificare possint, citra belli tumultum, parati sint et polliceantur omnem operam. Proinde monent nostrates, quatenus mature super hoc negotio deliberent, satiusque fere redire ad pristinam Antichristi religionem, qua scilicet et concives et confoederati facti sint. Ad primum respondit Senatus, se nolle ut quicquam pro componenda lite laborent, nam violentiam hanc *Ursus* omnino punitam velit. Proinde ne veteris religionis ne amplius cogitent quidem. Sic amandati sunt Legati Civium nostrorum. Mox quidam *Winterthurensis*, qui a casu pontem in vallibus struxerat, literas adfert a *Frutigen*, *Hasle*, *Interlacensibus*, *Obersibenthal*, *Aesche*, quod ad defensanda 7 Sacramenta conjuraverint, expostulentque, a Magistratu, num connivere velint, aut eos hac de caussa debellare. Nihil respondit Senatus. Feria quinta elapsa in *Interlacu*, violenter bove mactato LX rustici se illic congregarunt. Accurrunt et decurrunt insani homines. Expectant *Sylvanos* et procul dubio majores copias e ditione nostra. Mittunt ad quosvis pro auxilio. His ipsis diebus amandati sunt Nuntii ab Urbe ad universum agrum ad abrogandas juramento pensiones, et injuriam illam detegendam, quatenus sciri possit, quinam a rusticorum aut Magistratus parte stare velint. Deliguntur nescio quot millia ad vexillum, vulgo Baner. Ex Senatu vero ad exercitum delecti sunt, Capitaneus Scultetus, Panerherr, Fenner *Willading*, ordo enim Laniorum vexillum attigit, deinde *Sebastianus a Diesbach*, *Tilmannus*, *Emanuel*, *Hagius*, *Nollius*. Reliquos ipse considere, qui domi pro consiliis relinquuntur. Ita ex Diacosiis quoque optimi quique deliguntur. Mandant praeterea, quod non delecti domi maneant. Interim perpetuo Magistratus negligens est, hinlässig, langsam und plug, ut nisi Dominus manu forti nos liberet, actum omnino

vereamur. Juxta carnem profecto omnes plus in negotio nostro tam prudentiae quam constantiae, magnanimitatis et fortitudinis *Tigurinis* nobis adfuturis tribuunt, quam sibi ipsis. Consultum igitur videtur, ut Legati prudentes, et quibus tam Christi negotium, quam utriusque urbis Respublica cordi esset, ad nos mitterentur, qui non modo operam vestram sponderent, sed et animum, et consilia et calcaria adderent. In summa, Te monent, quotquot Christo nomen dederunt, quatenus sedulo vigiles, et suggeras quaecunque pro gloria Christi et Reipublicae saluti commodare videntur. Nam periit sapientia a Sapientibus, consilium a consulibus, magnanimitas et constantia tam a Magistratu, quam a plebe, etsi plebs in Urbe moritura citius sit, quam Missam reducem aut violentiam Villanorum pati. Sed quid haec inter tot et tantos venatores robustos. Hac hora congregati sunt Diacosii, sed nescio quid illic consultent. Nos interim, qui Verbum ministramus, perstamus immoti. Sic libuit effundere cor meum erga Te. Vale interim. 26. Oct. hora meridiana 1528.

Tuum minimum Numisma (*B. Hallerus*).

XCII.

Valerius Anshelmus Zuinglio.

J. H. S. [1]) Gratia et Pax, robur et patrocinium per Christum a Domino.

Obtulit mihi Dominus amicos experiundi necessitatem *Huldriche*, Domine ac frater in Christo charissime, quod hisce diebus versa in inermem me irati Senatus vi, Parocho praesidio tribuum salvo, intentata, pactam in 8 annos stipem mihi dedixit, quod, nisi nullo fructu deteriora expectare velim, novercae patriae [2]) cedam. Ad amicos igitur confugio dato, te inter primos pietate clarum literis primo, tum mox, si jusseris, pedibus adeundum esse duxi quatenus victus tuo vel omnibus patenti suffragio nanciscar hospitium, quod me usque ad melioris conditionis eventum commode sustentet. *Bernam*, plus patria mihi notam; ac liberis meis natalem, domum reducem cupio, sed hujus opportunitatem jamjam vel ideo non habeo, quod illa potens civitas, toto agitante Satana, sit occupatissima et Medicum foveat inutile pro alieno aere pignus, quae si creditores soleis penset, vel quod optarim maxime, Ecclesiae illi pax detur, jamnum me recipiendi opportunitate facta, concupita sede per amicos potiri daretur adcommodissime. Interea vellem, ut *Basileae*, vel, atque mallem, apud te, mihi casula concederetur, ubi, si nihil aliud operis acciderit, in excudenda Cronica nostra, si frugi dignaque probetur, hyemem transigam. Te ergo piorum patronum mutua pro fide, gratiaque nostra pie adpello, et obsecro, ut quantotius poteris, juxta vires omnes suas obsequi tibi parato, con-

---

[1]) Sine dubio: Jesus, Heiland, Seligmacher.

[2]) Quam patriam *Anshelmus* hic dicit oppidum *Rothwila* est, ubi natus est. Ibi paulo post injuriae illatae sunt Evangelium profitentibus, quae quadringentis demum hominibus expulsis finem habuerunt.

silium fidele tuum adscribas; aut venire ad Te jubeas; sed et si *Bernam* scripseris, atque necesse est, frequentissime simul et diligentissime nunc in tam formidolosa illius perturbatione scribas, item oro, communes apud amicos mei non obliviscaris. Ceterum parochus noster a Senatu publicis in Comitiis ob *Lutheranismum*, atque privatas criminationes officio destitui postulatus, tribuum suffragio aliquantisper ereptus, non liberatus, mox, et simul *Constantiensis* Vicarii, item nunc officialis, criminali foro, item et gnatonum sacrificulorum, caninaeque cucullae probris usque ad male propitium tribunal adeo vexatur, ut si, atque per Christum speramus, vicerit, victoriam hanc esse Christi plane cognoscamus. Quis contra, si pro nobis Deus, in quo per Christum ut perquam robustissime tota honesta cum domo tua, ceterisque tuis cum amicis valeas, *Cingille* in Christi ministerium conjunctissime, *Valerius* ille tuissimus ego ardenter precor, et opto, seque ames et amandum amicis commendes, ac quam possum maxime, rogo, flagitoque, ubi, scio, *Franciscum* et *Leonem* fratres nostros minime insalutatos praeteribis; idque fideliter face, ad quod suapte bonitate tua promtissimus es, atque semper fuisti. Iterum perquam felicissime vale, *Valerii* nunquam dememor tui. Responsionem redditurus, si non alio, saltem per fidum nostrum *Henrichum Beyer Schafhusanum* commode reddes. Nondum novissimas ad *Lutherum* responsiones tuas et *Oecolampadii* vidi. *Rubeneti* die 28. Oct. 1528.

Valerius Anselmus tuus in Christo filius.

Inscriptio: An den gottsgelehrten, frommen und getreuen Diener Christi zu Zürich, Huldreich Zwingli meinem als Vatern und günstigen Herrn. Zürich.

XCIII.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Nuper *Oecolampadio* respondi ad ea, quae habes adversum nos. Non sumus negligentes, sed cautiores admoniti crebris periculis. De Missa abroganda multa tentantur, tam in procinctum omnia videntur. Verum toties lusi sperare non possumus, donec spei locum ipse exoptatus eventus eripuerit. Sunt, qui sic supputant. Post abolitam Missam census pendere vicini Principes recusabunt, quibus bona pars urbis vivit, quam jacturam novo consilio sarcire nostri cogentur Hoc pacto conficietur, quod alioqui infectum nolent. Nobis instrumenta agendi pleraque ademta sunt. Ecclesiam occupant alii. Nobis templa sunt remotiora, neque possumus conari, nisi per cuniculos incertos, interim plerumque remotiores. Nobilitas intelligit, quo nos tendamus, et sibi interea nonnihil prospexit, quod non erit diuturnum. Id quod magis conjectandum Tibi, quam mihi scribendum est. Tot Conventus Principum, tot Rerumpublicarum foedera vel sancita, vel sancienda in nervum quotidie erumpunt. Tu fac, pro more constanter agas, prospiciens etiam amicis remotioribus. Nam Satan non cessat suas firmare partes. Haec ad literas *Oecolampadii*. Ceterum qui has

perfert maritus est uxoris *Elvetiae*, cui fortassis maritus superest, sed infamis adulter, qui puellam deseruit, et bella sectatur. Postulabit a vestro Magistratu nescio quae bona ad conjugem attinentia. Si quid potes, adesto, nostri caussa, nam est alioqui matrimonium non admodum faustum. Porro da negotium *Pellicano*, ut nobis modum et usum Coenae vestrae describat, nam abrogatis Missis vestram aemulari Ecclesiam conabimur. Vale. 1. Nov. 1528.

V. Capito.

XCIV.

H. Bullinger Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo Rogo Te plurimum, *Zuingli* mi, ut paucis mihi mentem tuam adaperias, atque edoceas, quid rei sit, quod Christum ad inferna descendisse confitemur. Sunt enim ex doctis hodie non pauci, qui mira hic comminiscuntur; interim ut nihilo minus ipsi sese torqueant et lectores avidos a se dimittant. Vale.

Heilrich Bullingerus tuus.

XCV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Ut monebas, mi *Huldrice*, *Capitoni* insinuavi fideliter de civitate nostra [1]) impetranda. Is in haec verba scripsit: „Nescio quid ad tuas respondeam. Non sumus ignavi, sed oportet ut omnia per occasionem. Queruntur varii varia. Bellua multiceps est. status Reipublicae popularis. Horrent plerique incertissimas actiones amicorum nostrorum. Sunt, qui *Constantiam* ob Christi professionem communem sibi de futuris sociis pollicentur. Sed nova omnia gnaris suspecta habentur. Audi nunc alia. Venere huc *Metenses* quidam, ii nuntiant, praeclaram famam apud suos esse de foedere Civitatum sanciendo 12. Nov. quo die foedus meditatum sancietur, nam articulos ajunt conscriptos esse et ferme comprobatos. Verum de ea re nobiscum summum est silentium; tametsi non dubitemus, sic esse conventum inter primores Rerumpublicarum *Germaniae* hujus nostrae. Reliqua conjice et pronuntia quid qua occasione interea.“ Haec *Capito* in sinum tuum effundi voluit. Ipse non omnibus nuntiis fidit. Ceterum nos hic memores erimus, quid per *Christophorum* commiseris. Utinam audire nos dignentur nostri. *Bernensem* tumultum speramus in magnam gloriam Christi cessuram, tametsi a traditoribus, illi Ecclesiae metuamus, ne optimates in periculum, unde vix evadunt, introducantur. Versor nunc in Daniele. Supputationem LXX Hebdomadarum juxta Eusebii mentem tractabo. Tu si certiorem habes, oro communices,

[1]) Foedus cum *Argentoratensibus* ad veram doctrinam Christianam tuendam factum a. 1529.

nam omnes aliae tam Hebraeorum quam Ecclesiasticorum minus quadrant, neque satis faciunt, quae *Bucerus* in Matthaeum et *Capito* in Oseam. Certa enim hoc loco expectantur. Praeterea non Te latet, quomodo *Benedictus* (*Burgoverus*) *Erasmo* nostro (*Rittero*) in *Schafflusia* in materia descensus Christi ad inferos adversetur. Ipse sic definio mecum: animam quidem Christi a corpore solutam, divinam, commigrasse ad Patres, quocunque tandem loco illum quieti cum Abrahamo expectarint, et illos sui revelatione, ad majora introduxisse gaudia, ut ipse primogenitus illis aperuerit Paradisum. Scio quidem, spiritus locis non circumscribi, definiuntur tamen alicubi esse. Unde et Patres, mea sententia non impie tradiderunt, Christum ad illos descendisse liberatorem. Si Tibi haec sententia non improbatur, bene, gratiae Deo, qui ita unanimes idem sentire facit. Sin minus, ostende paucis, quid tu sentias, ut si quaestio illa vulgo ventilari coeperit curiosius, non dissentiar. Facile enim cedo meliora afferentibus. Vale. *Basileae* 8. Nov. 1528. *Oecolampadius.*

XCVI.

Ulrich Funk Zuinglio.

Crastina die ad *Baden* nitor. An de civitate christiana *Argentinensium*, *Basiliensibus* tractandum est, vel non, mihi latet etc.

Ulrich Funk.

XCVII.

Janus Cornarius Zuinglio.

Salve. Quicquid apud vos instituetis, quod ad Reipublicae maxime christianae commodum, plurimum pertinere videbitur, id precor, feliciter magno multorum bono procedat, doctissime vir, atque si mavis, carissime frater. Non dubito enim, quin omnia a vobis summa prudentia aestimentur, quae sperandum est, Deum non minori successu prosperaturum. Quod autem ad me attinet, non etiam sine mente reor, sine numine divum, accidisse, ut relictis una atque altera, in quibus et honeste et commode vivere perpetuo potuissem conditione, novas sedes requiro, quanquam serius se promat, quicquid id est, quod citius sperabam adfuturum. Grato animo accepi consilium tuum, quo de loco medico apud *Veldcircienses* consequendo admonuisti. Scribo ergo jam ac rogo, ut qua potes occasione, me in hoc adjutes. Nullius nomen in ea urbe mihi notum est, quum tamen et *Lipsiae* et *Wittenbergae* pluribus familiariter *Veldcirciensibus* innotuerim, quam *Hieronymi Pappi*, ad quem, quo mihi in hac re patrocinetur, scripsi. Cui rogo, Literas meas eo demittas, ac simul si quos habes isthic, amicis commendes, quale ac etiam majus officium a me nunquam frustra es expetiturus. Vale, doctissime *Zuingli*. *Basileae* 10. Nov. 1528.

Janus Cornarius, Medicus, tuus.

XCVIII.

Petrus Rümelin [2]) (Constantiensis) Zwinglio.

Gratia, Fides et Vis Dei semper apud vos augeatur. Carissime Magister Udalrice. Literae consolatoriae, quas mihi misisti, quam maxime me delectaverunt et confirmaverunt contra impetus qui quotidie Dei nominis causa in me fiunt cum multa contumelia et conviciis. Injuriam enim et contemtionem non modo mea ipsius, sed doctrinae et concionandi causa e die in diem audio et patior. Nulla facinora, neque quae per malitiam neque per petulantiam fiunt, quantacunque sunt, puniuntur, cum civitatis administratio, judicium et senatus, quibus afflicti defendi debent, sublata sint. Quare improbi absque omni metu judicii quotidie in probos machinas, insidias, minas exercent, quas excogitatas mireris. Etiam nuper a Magistratu impetraverunt, ut omnia quae ad ecclesiam et Dei cultum pertinuerunt et a majoribus Dei in laudem instituta sunt, aequis partibus inter eos distribuerentur. Tamen omnia ad festum natale Christi in ecclesia manere volunt, cum altaribus et idolis; deinde quemque idolum suum promere, quo ecclesia distribueretur et foenoribus et capitibus privaretur. Maximum autem, verendum est, ne nova idololatria, Missis habendis in sacello non longe a vico nostro exsistat, quum improbi jam nunc se sejungant et baptismum more Pontificio per improbum clericum, qui Capellanus fuerat, peragant et vi defendant. Etiam pii fuerunt, qui a me peterent ut proximo festo natali Christi Coenam sacram secum peragerem; quum autem adhuc tantum dissidium et discordia sit et parum spei ea in melius cessura esse incertus sum quid faciam. Te igitur ut amicum rogo, ut mihi hac in re bene consulere velis, quo magis Dei gloria et rei publicae utilitas augeatur. Carissime Magister *Udalrice*, tibi quam maximas gratias ago omnis negotii et laboris, quem mea causa praecipue propter epistolam habuisti nec non libri mihi donati, ex quo vis veritatis et fidei, invalidum mendacium et simulatio pietatis ab omnibus piis intelligi potest. Me tibi semper ad omnia officia promtissimum futurum esse spondeo. Denique Deo sis commendatus. Dedi *Schwandae* 11. Nov. 1528.

Magnus Wichser, cujus hospitio utor, te quam maxime salutatum vult.

Petrus Rümelin, tibi promptissimus.

98.

Peter Rümelin (von Konstanz) an Zwingli.

Gnade, Glaube und Stärke Gottes mehre sich allzeit bei Euch. Lieber Meister Ulrich! Euer tröstlich Schreiben mir gethan, hat mich grösslich hoch erfreut und in täglichem Anlaufen, so mir mit allerlei Schmach und Scheltung um des Namens Gottes willen begegnet, ge-

---

[2]) *Petrus Rümelin*, *Constantiensis*, parochus *Schwandensis* fuit in pago Glaronensi, ubi, cum nimie incenso animo concionaret inter alios multorum malorum auctor fuit, a. 1532 pago cedere coactus est; idem ei accidit *Zurzaci* et *Frauenfeldi*. Denique ex Helvetia discessit.

stärkt. Denn ich Unbill und Verachtung nicht allein meiner Person, sondern der Lehre und Predig halb für und für hören und leiden muss. Keine Frefel noch Muthwillen, wie gross sie immer sind, werden gestraft, denn das Regiment, Gericht und Rath sind aufgehebt, durch welches der Gedrängte sollte beschirmt werden. Darum ohn alle Furcht des Rechten üben sich die Böswilligen mit Practiken, Rathschlägen, Dräuung täglich gegen den Gutwilligen und erdenken allerlei seltsame Fünde. Haben auch jezt neulich Verwilligung von ihnen erlangt, alles so zu der Kirche und Gottesdienst gehört hat, und die Alten Gott zu Lob dazu verordnet haben, gleichling miteinand zu theilen. Doch soll es noch alles bis zu Weihnacht in der Kirche bleiben, samt den Altären und Gözen, darnach jeder seinen Gözen herausnehmen: also würde die Kirche zertheilt und ihrer Zinsen und Gülten beraubt. Das allergrösste aber, zu fürchten, dass eine neue Abgötterei mit Mess haben in einer Kapelle, nicht weit vom Dorfe, erwachse, denn schon jezt die Gottlosen sich absöndern, und ihren päpstlichen Tauf durch einen gottlosen Pfaffen, Kaplan gewesen, brauchen und mit Gewalt beschirmen. Auch bin ich von etlichen Gläubigen angelangt, das Nachtmahl Christi auf künftige Weihnacht mit Ihnen zu halten; weil aber noch so grosse Spaltung, Zweitracht, Unfriede und wenig Besserung ist, weiss ich nicht was ich thun soll. Bitte Euch freundlich, Ihr wollet mir in diesen Dingen Euern treuen Rath geben, damit die Ehre Gottes und gemeiner Nuz gefördert werde. Lieber Meister Ulrich, ich sag Euch grossen Dank aller Müh und Arbeit, so Ihr von meinetwegen, besonders des Briefs halb, gehabt habet, auch um das geschenkte Buch, darin die Kraft der Wahrheit und Glaubens, Ohnmacht der Lüge und Gleichsnerei von allen Gläubigen wol mag erkennt werden, Erbiete mich Euch allzeit ein willigen Diener, damit seit Gott befohlen. Dat. Schwanden 11. Nov. 1528.

Magnus Wichser heisst Euch fast grüssen, bei dem bin ich zu Herberg.

Petrus Rümelin, Euer williger.

IC.

Ex Zwinglii literis ad Joannem Wichser et alios Glaronenses Evangelicos, quibus eos edocuit, quid iis de Turicensibus et Evangelio V pagis respondendum esset. (Nov. 1528.)

Omnibus promiscue respondeatis, vos foederis leges fide et honeste observaturos esse.

Turicensibus vos contra jus non facturos esse neque quatenus valeant vires et bona vestra fieri passuros, quod idem eos vobis facturos esse legibus foederis freti speretis.

De Evangelio vos anno priore decrevisse, vos in eo permansuros esse et si *Turicenses* vos in eo defendendo adjuvare voluerint vos quo-

que eodem modo vires et bona cum eorum conjuncturos esse nec non cum aliorum pagorum qui Evangelium obtinere voluerint.

Vos etiam, si *Turicensibus* placuerit, libenter omnium praefecturarum incolis scribere velle, vos eos nusquam contra jura et mores a veteribus acceptos cogere voluisse, neque impedivisse neque impedire quominus Evangelium accipiant, quamquam legati vestri forte nonnunquam ibi in comitiis sederint ubi id fieri putetur.

Etiam atque etiam te reputare velim, ut jam ab aliis inter nos dictum est, *IV pagos silvanos*, nisi eis restitutum erit, in omnes pagos dominari ausuros esse.

Salvos esse jube *Fridericum Elmer*, *Zaeyum*, *Gorium Wichser*, *Largium Begliger*, *Fridolinum et Philippum Brunneros*.

99.

Aus Zwinglis Schreiben an Hans Wichser und übrige Evangelische in Glarus, was sie Zürich und des Evangeliums wegen den V Orten antworten sollen. (Im Nov. 1528.)

Jedermann gemeinlich zu Antwort geben, die Bünde treulich und ehrlich zu halten.

Denen von Zürich wider Recht nicht thun, noch wider Recht, so fern euer Leib und Gut lange, gethan werden nachlassen. Versehet Euch gleicher Weise zu Ihnen, denn die Bünde vermögen das.

Des Evangeliums halb habet ihr vorigen Jahrs erkennt, beim selben bleibet Ihr, und so fern die von Zürich Euch dabei wollen helfen handhaben, wollet auch Ihr gleicher Weise zu ihnen Leib und Gut hierin sezen, auch zu andern Orten, die das Evangelium handhaben wollen.

Ihr wollet auch, obs denen von Zürich gefalle, gern helfen in alle Vogteien schreiben, dass Ihr die nienen wider ihr Herkommen, Gerechtigkeit und Bräuche dringen wollen, auch ihnen das Evangelium nienen verhindern, noch verhindert haben, obgleich eure Boten, etwa da sassen, da man vermeint, solches geschehe.

Gedenk auch eigenlich, wie unter uns geredet ist, dass die 4 Waldstätte, wo man ihnen nicht widersteht, sich unterstehen werden, alle Orte zu meistern.

Grüsse Friedr. Elmer, Zäyen, Gorius Wichser, Largi Begliger, Fridlin und Philipp Brunner.

C.

Paulus Rhodocomus (Rasdorfer) Zuinglio, Tigurinorum Antistiti, Praeceptori suo carissimo.

Christi Gratia et Pax. Quanquam pluribus alias Te in dies obrutum negotiolis, quo Te his defatigari literulis minime licuisset, noverim.

Sed tamen hominis hujus praestigia Te praeterire silentio ferre non poteram. Ut quibus utatur ad obfuscandam veritatem technis cerneres. Non enim flecti, nec dulcibus nec amaris quaesitus potest. Ut autem fundamenta ejus, quibus fidit, agnoscas, responsiones ejus binas Tibi obiter rimandas isthoc Tabellione, *Joh. Wichsero*, patrono meo, destinavi. Altera enim Epistola mea quondam stercoribus oblinita et mihi remissa, cujus immodestiam hujusmodi probro dignam perspicere ne dedigneris, suis est annexa, si verbulo duntaxat plus aequo eum lacessaverim, aut calamo aut nuntio, obtestor, indicato, et Eloquii plasmatoris [1]) nostri et ovicularum istic pereuntium zelus ad haec me pepulit. Cetera calamo credenda *Wichsero* hauries. *Joh. Landsperger* conterraneus meus num adhuc praesto sit, certior fiam curato. Ceterum est, magnis et inauditis, et plus me Petrus [2]), requirimur contumeliis. Sed faxit creator summus, quo non sine fructu haec sic eveniant. Optat Te et conjugem tuam uxorcula mea salvos. Vive felix. Actum *Rütti* (*Glaronensium*) de 14. Nov. 1528.

Paulus Rhodocomus Ecclesiastes isthic.

Literae hae omnes a Te lectae, fac, precor, remittantur.

CI.

Alexander Grat Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo Domino servatore nostro Jesu Christo. Mi *Udalriche*. Christum in Te regnare, fari, multifariam verbum suum profundere externus audio, audiamque usque in diem domini magnum, citra assentationem loquor. Et ita me agitat Deus. A cunis ad literas missus, *Wittenbergam* profectus, cumque ingrueret pestis et grassaretur *Alpes Sueviae superioris* natale solum repetii. Agentibus fatis *Heidelbergam* studium, quod dixere universale accessi. Ab studio urgente pauperie discesseram aliquandiu, aulas vidi, et vitam male christianam. Jam in decennium ab Actis scriba fui *Engentinis* in *Hegaviensi* campo. [3]) Sub tyrannide vivimus, mi *Udalrice*. Ex familia bonisque meis jam partis 80 aureos numinos parare possem; et fortassis latiores, quos ad pedes tuos projicerem Evangelio favens, si vel minima conditio praestari mihi posset, qua felicissime viverem. Cum populo satis christiano et a Te et Missis erudito haec loquebar Christo fidens. Vale felicissime in Christo. Si tuas literas viderem Deum humanitus viventem tueri me arbitrarer. Vale. *Engentini Hagenaviae* 15. Nov. 1528.

Alexander Grat olim Philosophiae Doctor Heidelbergae cis Necharum jam ab Actis Engentinensibus.

---

1) Verbi creatoris.

2) *Rümelin* parochus *Schwandensis*.

3) *Engen*.

CII.

Huldricus Werdmüller Zuinglio.

Salve. Christum quem praedicamus, in quo et stamus, noscere cupientibus operae pretium duxi dextras porrigere, mi humanissime Pater. Igitur opem, pias aures, solitam et tuam benignitatem praesentium Latori ostende, qui non in sermone, sed vera pietate Evangelii negotium callet, cujus nunc christianus animus consilii est expers super conflictus et accusationes Parochi in *Gachnang*, qui suo dentato ore cum contubernalibus pias mentes lacessere non cessat, et Christi doctrinam, ad quam stat, ut asinus ad lyram, infamare. Calamitosum dictu hujusmodi Lernae (cum Parochia *Gachnang* partim ad Dominos nostros *Thuricenses*, in hoc negotio, me judice, nimium frigidos, verbo absit invidia, spectet) connivere. Quid deliberatur? Cum turpe sit in re deliberare et quae per se sancta, justa et honesta est; quousque animi fidelium Pagi *Tigurini* suspenduntur? cujus messis non albescit solum, sed carbunculatione vexatur. Miserum est, agrum tam fertilem et populosum ob paucos sanguine claros, ne dicam, sanguine christiano se pascentes, et Turcis immitiores, sceleratissimis insigniores, aratro, ligonibusque et bidentibus Philosophiae Christi non proscindere. Sit erga juste tuum Christianum pectus propitium huic, adversus hunc in *Gachnang* non rectorem, verum nebulonem, impostorem, turpiorem quovis Phormione, et Lenonibus famosiorem, mi *Huldrice*, quem non dimidium animae meae, sed una Tecum facio. Gratia Domini Tecum. Ex pago *Rickenbach* 1. Dec. 1528.

Huldricus Werdmüller, humillimus et servulus deditissimus.

CIII.

Wolf Berkinger Zwinglio.

Gratia et pax a Deo per Christum. Carissime Domine et frater. En tibi literas mittit vir nobilis, pius, christianus *Udalricus Rechlinger*, Consul hujus civitatis. Omnia igitur quae tibi scribit in optimam partem accipere velis ut te utique accepturum sperat quippe quod optimo consilio factum sit; ille enim vir, id quod profecto ex animi mei sententia dico, te cumprimis diligit et tibi maximam fidem habet, quod quidem saepe ex ipso cognovi et expertus sum. Utinam Deo volente contingat, ut alter cum altero coram loqui possitis de multis rebus, de quibus non aeque scribere licet. Tu, Domine benevolentissime, carissime, velim, viro pio saepius, quam adhuc scribas id enim ei nihil gratius neque nullo cum fructu fiet, sed cum multam vim et auctoritatem apud eum habeat, multis ex partibus plurimum prodesse potest. Vir pius mihi magna beneficia praestitit, quorum Deo gratias ago et quae ab eo in me profecta esse merito confiteor. Deus

---

1) Leonardus Huber.

multas et magnas res efficit per hunc virum: quamquam is profecto magnum onus fert, quod haud scio an nimium grave esset nisi Deus ex clementia sua eum adjuvaret, quare consolatione et hortatione ei admodum opus est his temporibus iniquis. Tu igitur, ut soles, ei rei operam dare velis neque literas meas simplices, quae vera exhibent inique accipere etc. De praedicatoribus nostris a Magistro *Michaële*[1]) certior fies. Quem tres Doctores, qui hic Plebani sunt, vehementer infectantur, iidem adhuc vehementer instant ut *Lutheri* sententia et opinio valeat, id quod Deus in melius vertat etc. *Praepositus Waldkirchensis* nondum huc venit et ut hic fertur, non amplius sperare licet eum venturum esse ad conventum, quamquam rumor est conventum imperii indictum iri etc. Hic *Woywoda Hungarus* iterum summis viribus bellum parare fertur, non minus *Ferdinandus* Rex cum aliis eum coërciturus; et omnes satis acturi esse putantur. Deus fortasse hac ratione cavere vult, ne eorum consilia procedant. Tibi sine dubio notissimum est, quam male res se habeant per terras *Italiae*. Quae Dr. *Eccius Ingolstadiensis* contra Disputationem *Bernensem* excusa edidit te jam vidisse spero. Quae quamquam falsa et inepta sunt, tamen sunt qui velint eis responderi ut aequum est, ut tandem Deo juvante principes *Bavari* oculos aperiant intellecturi quam caecus sit et quantopere eos in errorem ducat. *Urbanus*[2]) librum de sacra coena editurus esse fertur et ea dixisse quae antea nunquam ab eo audita sint, tamen ex *Lutheri* sententia. Quod si verum est et factum erit, curabo ut librum mature accipias, tum eum tibi commendatum habeas et excipias ut meretur. Meo nomine salutare velis piam uxorem tuam aliosque Dominos et amicos. Denique Deus nobiscum omnibus sit. Dedi *Augustae Vindelicorum* die Mercurii 2. Dec. 1528.

Wolf Berkinger frater tibi promptissimus.

103.

Wolf Berkinger an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott durch Christum. Lieber Herr und Bruder. Es schreibt Euch hiemit der Edle, fromme, gottesfürchtige und christliche Mann Ulrich Hechlinger, Burgermeister allhie. Wollet es alles so er Euch schreibt in allem Besten vernehmen, wie er es denn auch gut und treulich meint, und sich dessen gänzlich zu Euch versieht, wann wahrlich ohne Heucheln zu reden, er Euch insonderheit liebt, und ein gross Vertrauen zu Euch hat, wie ich denn solches oft von ihm verstanden und erfahren habe. Wollte Gott, es möchte dazu kommen, dass ihr beide mundlich miteinand reden konntet von vielen Dingen, davon sich auch nicht geziemen will zu schreiben. Bitte Euch als meinen günstigen lieben Herren, Ihr wollet dem frommen Mann etwa öfter schreiben, denn Ihr bisher gethan habt, wann Ihr ihm kein grösser Wohlgefallen thun möget, und wird nicht ohne Frucht

---

[1]) *Cellarius.*
[2]) *Rhegius.*

abgehen, wann solches viel bei ihm vermag und nicht ein klein Ansehen hat, kann auch in viel Weg fast wohl erspriessen. Der fromme Mann hat mir grosse Gutthat erzeigt, und erwiesen, darum ich Gott danke, und ihm billig das verjähen soll. Gott wirkt viel grosser Dinge durch diesen Mann, wiewol er wahrlich ein grosse Bürde auf ihm tragt, die vielleicht zu schwer, wo Gott nicht zu Hilf käme mit seinen Gnaden, darum auch Trost und Vermahnung wol vonnöthen bei diesen geschwinden gefährlichen Zeiten. Wollet demnach, wie Ihr wol wisset zu thun, geflissen sein, und mir mein einfältig Schreiben, so ich mit Wahrheit thue, nicht verargen etc. Ihr werdet von Meister Micheln wol Bericht empfangen der Predikanten halben allhie. Die 3 Leutpriester Doctores sein ihm heftig aufsätzig, auch dringen sie heftig noch auf Luthers Meinung und Opinion. Gott woll es bessern etc. Propst von Waldkirch ist noch nicht herkommen, und wie die Sag allhie, versieht man sich nicht mehr, dass er kommen soll auf den Bundtag, wiewol das Geschrei, es soll ein Reichtag angeschlagen werden etc. Die Kundschaften lauten allhie, wie der Weida in Ungarn wieder in grosser Rüstung sei, desgleichen König Ferdinand auch mit sammt andern sich rüsten, ihm zu wehren. Und wie man vermeint, werden sie wohl alle genug zu schaffen gewinnen. Gott will vielleicht also verhüten, damit ihre Anschläge keinen Fürgang haben. Euch ist ohne Zweifel gut wissen, wie übel die Sache in welschen Landen steht. Ich hoffe, Ihr habet nun wol gesehen, was D. Ek von Ingolstadt wider die Disputation zu Bern hat in Druk ausgehen lassen, wiewol es lugenhaft und ungeschikt Ding ist, noch wollte man gern, dass ihm solches, wie sich gebührt, verantwortet würde, ob doch einmal Gott Gnad gebe, dass die Fürsten von Baiern die Augen aufthun möchten, seine Blindheit und Verführung erkennten. Es ist die Sage, wie dass Urban ein Buch wolle ausgehen lassen, des Herrn Nachtmal betreffend, und sich dermassen hören lassen, wie vorhin durch ihn nie beschehen, doch auf Luthers Meinung. Wo solches wahr ist und geschieht, sollt Ihr es bald empfahen, wollet ihn alsdann Euch lassen befohlen sein, wie er wol würdig. Wollet von meinetwegen fast grüssen Eure fromme Hausfrau und andre gute Herren und Freund. Damit sei Gott mit uns allen. Dat. Augsburg Mitwoch 2. Dec. 1528.

Wolf Berkinger Euer williger Diener und Bruder.

CIV.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Apud nos novarum rerum nihil tanto pendere volutatur, ut vos magnopere referat scire, quam quod *Bernenses* mihi videntur, pro sua dignitate, nodum hunc, quemadmodum Alexander Macedo Gordium, dissectari. Tyranni enim isti *Immontani*, satis nimirum sic trahentibus, neglecto omni humano sensu, in diem violentiores

sunt. Audi ab *Huldrycho* nostro [1]), quonam modo dies *Eremum Geroldseggii* caussa dicta, transacta sit. Vos ergo accincti estote; sed dissimulanter. Qualem *Eccius* librum ediderit in Disputationem *Bernensem* jam ex aliis abunde intellexisti. Isajas noster sub prelo nunc gemit, cruces imperitorum hominum, imo Hippolyti Rhedas, cum prodierit, experturus, nisi fortunatius omnia cadant, quam nobis *Pellicanus* promittit, etiamsi opera ei probetur. *Roschachensibus Huldrychum Acrogoniaeum* hac potissimum caussa misimus, quod multis malis exercitus est, ac simul multa vidit. Iudicio praestantior est, quam eruditione, quanquam et illa major est felicitate. Hic cupit Tibi per nos commendatus esse. Fac igitur, et *Mario* eum commendes meo nomine, non jam ut caput debentem et animam, sed ut vicinum; opus enim est his hominibus consilio. Quod apud vos et amplissimum Senatum vestrum nunquam non numeratum inveniet. Vale, et salutatis fratribus ac amicis constantiam per omnia inculca, hac enim perrumpemus. *Tiguri* 9. Dec. 1528.

Huldricus Zuinglius tuus.

CV.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Opportune tua cohortantis ad curam Reipublicae gnaviter obeundam auctoritas objicitur, quod hoc articulo temporis vulgi voces illud efflagitent. Neque enim cum Assyriis vulgo aiunt foedus ineundum, sed tutum consilium esse, ut Ephraim cum Juda conjungatur. Nihil hujus fiet, nisi Missa abrogata. Die lunae h. e. sexto abhinc die, Senatus frequens super ea re diutissime prolixissimeque deliberavit. Consilia sua etiam amici celant. Nobilitas me unum observat, qui solus propemodum hunc lapidem volvo, *Bucero* studiis suis occupato, quae plus justo, et plus quam expediat nobis, deamat. Nam ut Medici in pharmacis propinandis, sic nobis singula momenta observanda, quo consilia salubria non obsint. Quod Legati nostri, et tales, vestras ea causa adierint Respublicas, non sine utilitate magna contigit. Sunt enim hujus Reipublicae pectora. Duo id optant fieri, quod nos, et occasionem venantur. Tertius non admodum repugnat, et praesensit pridem, sic fore aliquando, nosque illuc totos incumbere, quamlibet dissimulemus. Summa est: Nos Ecclesia caremus, et numero mediocrium sociorum non aliter impedimur, atque populi status multitudine consultorum. Et tamen semper speramus meliora. Brevi enim intra moenia *Bucerus* et in cor urbis vocabitur. Hoc enim do operam. Tum erunt omnia secundiora. Equidem nihil cesso, tametsi toties admonitus, quod facio sum facturus devotius. Epistolam tuam subinde repetemus. Hoc tamen scito, nos occasionem periculi non admodum cavere. Bene nobis, si discrimine impendente, saniora consilia in tempore fuerimus amplexi. Igitur ex minis et velitatione hostium res no-

---

[1]) Haud scio an hic vir *Udalricus Funk* fuerit.

strae felicius, quam nobis tuto consultantibus, curantur. Vale feliciter, et ne despera de nobis. 12. Dec. 1528. *Buceri* nomine Te saluto plurimum. *Capito.*

CVI.

Oecolampadius Zuinglio, Ecclesiae Tigurinae Viro clarissimo, suo fideli fratri.

Gratia et Pax a Christo. Care Frater. Nihil de hebdomadis apud Danielem respondisti, sed non est opus, ut in his sudes, alias occupatus. Absolvi enim per gratiam Christi totum Danielem: Si non fefellerit Typographus edendum curabo. Ceterum de nostris rebus, haec Tecum lege, et cogita, quid in rem Christi.

Ante paucos dies senator quidam in senatu surrexit, et indicavit, quanta inter Concionatores hic sint dissidia, et quam male senatus audiat, ferens blasphemias istas et convitia, quibus hinc inde nos mutuum aspergimus, et culpam quoque in senatum rejicimus. Quibus dictis addidit, se nunquam assessurum aliis, nisi eam causam prius tractarint, et discordibus concionibus finem imposuerint. Et sic exiit. Est autem vir bonus et constans, qui bene nobis vult. Hinc expectatur rerum novatio. Ubi enim rationem redditurus est in senatu, fieri potest, ut, si non agatur juste, ex senatoribus habeat exemplum suum imitantes. Quod ubi acciderit, plebs, quae magna ex parte accensa est, et fervere incipit, indignitatem dissimulare non poterit.

Itaque si quid disturbiorum exoriri cognoveris, amice Te oro, ut cum optimatibus Tuis quam primum agas, ne desint paci componendae. Nam, nisi fallor, ad ferias istas, si non ante eas, plebs instanter petet, ut unanimiter praedicetur Christus. Interim, tanquam in re ambigua, insinuabis illis, quid fieri possit, et quid hic tandem futurum conjectes, et quod officium illorum. Rem, opinor, accipis. Vestrae urbis constantia nostris pusillanimis aliquid animorum addit. Gratiae Christo, qui ultra Vobis benedicat. *Eccianas* nugas ubi legero, quid mihi probetur indicabo. Noster *Pelargus* etiam hic aliquid contra me edet. Properat, opinor, finis illorum hominum. *Lutherum* ferunt de Verbo externo quaedam in Jesaja contra nos scribere. Ibi iterum strenue se geret. Vale, mi frater, et ora pro me et Ecclesia nostra *Basiliensi*.

Basileae die XV. Decembr. 1528.

Oecolampadius.

CVII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Carissime Huldrice, Scio Te quidem occupatum variis negotiis, sed quod nunc Tibi injungo, occupationes ceteras omnes rejiciat. Veritatis enim evangelicae promovendae negotium geritur. Hoc saxum nunc magno molimine volvimus. Succurras igitur opera tua amicis et rem hanc quamprimum et diligentissime Consulibus

et Senatoribus fidissimis commendato. Plebis *Basilcensis* praecipua, vel saltem justa pars, Senatui suo hodie instantissime supplicat, ut finem imponat discordibus concionibus papisticaeque Missae, nisi ea justa et sancta esse, Scripturis comprobetur. Hoc autem animo convenit, ut a supplicando desistere nolit, quoad honestissimis illis precibus Senatus annuat, polliceturque alioqui servaturum se modestiam christianam per omnia. Quid Senatus sit responsurus ignoratur. Ipsa obfirmavit frontem, ne a cepto desistat. Injunxit igitur, ut de hisce rebus ad Te scriberem, oraremque Te per communem Christum et sanctissima caritatis foedera, rem hanc Consulibus et Senatoribus mox indices, nempe quod plebs, quo majori fide, vestratibus alioqui confoederatis carissimis cohaerere possit, et gloriae Evangelii, ac pacis et concordiae amplior hic sit proventus, ita junctim Senatui supplicet, vestratium autem, uti eqrum, qui negotio veritatis et sincerae religionis, amplius afficiantur, opem imploret, in hoc, ut mittat duos primarios ac graves Viros, nomine suo, qui his nostris, suis vel consiliis, vel intercessionibus, apud Senatum assistant. Rem habes. Demereberis in hoc et Tu et Civitas tua plebem *Basiliensem* haud mediocriter. Scriptum autem est et *Bernatibus* in eandem sententiam. Excusabis, quod non aliis Literis et nuntiis negotium geritur. Sat fidei habes, scio, chirographo meo. Res haec moram nullam patitur. Plebs enim interim congregata manebit. Cura, ut tui quamprimum advolent, oraque Deum cum Ecclesia tua, ut omnia prospere in gloriam Christi cedant. *Basileae* XXIII. Decembris A°. 1528. *Oecolampadius.*

CVIII.

Huldricus Werdmüller Zwinglio.

Gratia et conscientiae Pacem etc. Quod exordium sumam, mi humanissime *Huldrice*, ut tuae Paternitati declarare possim, in *Frauenfeld* quo palam fiat, et nostris Dominis *Thuricensibus* ipsorum contemta autoritas, et Turcorum ibidem morantium crudelitas. Cum non hercle solus ob actus inhumanos illos in stuporem mentis deciderim, et omnes piae mentes rem pensantes, qui et audiunt, in coelum clamant: Quid Domini *Thuricenses* agunt? quousque animas tollunt nostras? Cum nudius tertius illud evangelicum plebiscitum in *Winfelden* etiam sacramentis firmatum cassetur. In summa, tota *Thurgovia* hac re perterrita est et nisi Domini nostri clementes providerint, videbitis Deum gladio suo de iis utentem, quum re probatum sit, Deum de nobilibus homicidis et sanguinariis ob vastationem agere solere ut de Pharaone egit. Quare nisi Domini nostri clementes festinanter providerint, ut omnes sentiant eos ut patres nos custodire et tueri, ut se facturos esse et ipsi et fortes christianique Bernates Winfeldiae polliciti sunt, nihil aliud nisi de Dei verbo in Thurgovia otiosi erunt. Profecto nunc id solum exspectatur, quid Domini nostri clementes de hac re dicturi vel acturi sint. Utinam, mi Magister Udalrice, homicidas triumphantes et minitantes audias, utinam videas, quomodo denuo

rem fortiter aggrediantur neque cuiquam pareant, qui eis sive noctu sive luce sive mulier sive vir in manus venit et qui eorum consilio non obsequi vult: ita ut omnes iniqua patiantur et de Dominis nostris clementibus clament: Nisi *Turicenses* nos defenderint eos nos promissione sua nihil nisi in lanienam tradidisse. Deus misereatur quod ea de Dominis meis audio. Ultra nihil dicam, nisi peto, ut tuas solitas aures illis certe piis fratribus praebeas et Dominos nostros gladio divinitus tibi concesso confodito, ut rem ultione dignam strenue pensent, quo tandem illa ulligo ex tam fertili agro Dei ut est *Tigurinus* Pagus radicitus extirpetur. Gratia Domini Tecum. Ex *Rickenbach*, ipsa die Stephani 1528.

Tuus humillimus *Ulricus Werdmüller.*

108.

Huldricus Werdmüller Zwinglio.

Gratia et conscientiae Pacem etc. Quod exordium summam, mi humanissime *Huldrice*, ut tuae Paternitati declarare possim, in *Frauenfeld* quo palam fiat, et nostris Dominis *Thuricensibus* ipsorum contemta autoritas, et Turcorum ibidem morantium crudelitas. Cum non hercle solus ob actus inhumanos illos in stuporem mentis deciderim, et omnes pine mentes rem pensantes, qui et audiunt, in coelum clamant. Quid Domini *Thuricenses* agunt? quousque animas tollunt nostras? Cum nudius tertius illud evangelicum plebiscitum in *Winfelden* etiam sacramentis firmatum cassetur. Summa: Ein ganz Thurgau ist erschroken auf diesen Handel und thun Unsere Gnädigen Herren nicht dazu, so werdet Ihr sehen, dass Gott Schwert über sie wird brauchen, so sich an der That befindt, dass Gott mit dem mörderischen Adel und Blutmezgern der Verheerung halben, ist handeln wie mit Pharaone. Thun Unsere Gnädigen Herren nicht eilends dazu, dass männiglich spürt ihr väterlich Aufsehen und Schirm, wie sie sich mit samt den tapfern und christlichen Bernern zu Weinfelden erboten haben, so gehen sie nur des Worts Gottes halb im Thurgau müssig. Zwar allein ist jezmal ein Aufsehen, was Unsere Gnädigen Herren dazu wollen reden oder handeln. O mein Meister Ulrich, hörtet Ihr triumphiren, dräuen die Mörder, wie sie erst redlich daran wollen, und da niemand schonen wer ihnen werde bei Nacht und Tag, es sei Weib oder Mann, der ihres Vornehmens nicht geleben wolle, sie müssen alle leiden und schreit jedmann auf Unsere Gnädigen Herren. Schirmen uns die von Zürich nicht, so haben sie uns mit ihrem Erbieten auf die Fleischbank gegeben. Erbarm Gott, dass ich solches muss von und auf meine Herren hören reden. Ultra nihil dicam, nisi peto, ut tuas solitas aures illis certe piis fratribus praebeas et Dominos nostros gladio divinitus Tibi concesso confodito, ut rem ultione dignam strenue pensent, quo tandem illa ulligo ex tam fertili agro Dei, ut est *Tigurinus* Pagus radicitus extirpetur. Gratia Domini Tecum. Ex *Rickenbach*, ipsa die Stephani 1528.

Tuus humillimus *Ulricus Werdmüller.*

CIX.

Janus Cornarius Zuinglio.

Salutem dicit. Ex nundinis *Basileensibus* scripsi Tibi, doctissime vir, gratias agens pro amico consilio ac fraterna adeo consolatione, quam literis tuis transscripseras. Nimirum de loco apud *Veldcircenses* adsequendo, a quibus ajebas Medicum desiderari. Incluseram autem tuis literis alias, quas petebam a Te obnixe quo curares *Veldcircium* deferri. Erant enim inscriptae cuidam isthic, ut puto, civi, *Hieronymo Bappo*, cujus ante 10 plus minus annos mutua cognitio mihi contigit *Vittembergae*. A quo veteris consuetudinis gratia petebam, ut me in eo loco consequendo juvaret. Post id tempus autem, quum Tu nihil responderis, datis etiam saepius ad *Oecolampadium* literis, dubito Tibi literas meas redditas esse, et quanquam redditas Tibi quidam, cui commiseram deferendas, adfirmarit, dubito tamen adhuc anne tuis illae inclusae alterae *Bappo* a Te sint ad *Veldcircium* transmissae. Nam non puto, si accepit, tam inofficiosum esse, ut tamdiu me dubio ac suspenso falsa spe animo sineret fluctuare. Feceris ergo gratissimam et commodissimam rem mihi, optime ac doctissime *Zuingli*, si mea animi solicitudine quantocyus liberaveris, quod Te per eum rogo ac obtestor, ex quo pendemus omnes, ne segnius praestes, si potes vel eum isto nuntio, me enim habebis vicissim tuum et quidem totum. Vale. *Basileae* V. Cal. Jan. 1529. (28. Dec. 1528.)

Janus Cornarius, Zuiccaviensis, Medicus.

1529.

I.

Wernher Bygel [1]) Zuinglio.

Miraberis forsan, et me impudentiae non abs re argues, doctissime Zuingli, ut qui ignotus, et plane stupidus, mea necessitate adeo importune ausim lacessere tuam humanitatem, literisque et precibus eum onerare, cum quo hactenus nulla unquam intercessit vel literarum vel familiaritatis consuetudo. At corpore absens in tui personam Zelotypus, mente tuam praesentiam, nedum contemplari, sed et sedulo deosculari, consuevi. De candido igitur planeque christiano tuo animo, quo ingenia et literarum studiosos colere, egentes sublevare, ac patriae et Reipublicae *Tigurinae* verissime semper consulere soles, et qui viris alioqui eruditis non bene velle non potes, confisus, quin Te totius *Helvetiae* decus negotio meo non molestarem, memet cohibere non potui. Quum Te plane norim ad ministerium Reipublicae idoneorum promotorem studiosissimum. Fama siquidem apud nos provolavit Scribam illum primarium Urbis Tigurinorum *D. Mangoldt*, summae alioqui eruditionis prudentiaeque et magni consilii virum heus lectulo aegritudinis decumbere, et propediem summi Jovis arbitrio haud absque gravi *Tigurinorum* jactura, quod dolentius refero, hinc migraturum. Ut ego alioqui *Tigurinus* ex *Kussnach* modica licet honesta familia natus substitutioni illius studerem, ab amicis commonitus; quum tuus animus in bonos viros alias propensissimos fiduciam meam augeret, measque optima de Te praesagiret, de eo periculum facere fatique aleam jacere statui. Qui licet non ignorem (Vir piissime) juxta Platonis viri exquisitissimi planeque divini judicii sententiam, nec alios ad officia publica idoneos, nisi qui huc nolentes pertrahuntur, et pro divinarum literarum doctrina, nec ulli ultro currenti, et non vocato, munus tute credendum esse. Saepius tamen herbae vili et ignotae virtutem natura insitam esse praestantem, quae si cognita saluti male habentium maxime accommoda dinosceretur, sapientes non dubitarunt. Et quum nuncii

---

[1]) *Werner Bigel Küssnachiensis* natus sub a. 1493 a Commendatore Küssnachiensi de fonte sacro susceptus et quum pater ejus mature mortuus esset filii loco habitus est. Idem Commendator ille curavit, ut *Basileae* jura disceret, ubi deinde in Cancellaria operam locavit et matrimonio necessitudinem iniit cum honesta familia et civis factus est. *Turicenses* cum *Mangolt* scriba civitatis a. 1529 mortuus esset, nullum jurisconsultum habuerunt, quamquam eo ad hoc munus opus erat: id igitur Bygel sine dubio Zuinglio praecipue suffragante obtinuit et reformationem gnaviter adjuvit. Munus autem illud usque ad mortem a. 1545 gessit. Simler.

Tigurinorum modo in turbinibus nostris *Basileae* agentes, ab amicis candidis qualitatis et conditionis meae vel obiter certiores redditi, meque non fugiat, quantum tua, et jure quidem, apud fortissimos illos *Tigurinos* Athletas Christi (ut qui illius ac verae pietatis caussa, omnes casus humanos, non solum forti et infracto, verum etiam alacri pertulerunt et perferunt animo) valeat auctoritas, ad Te, velut salutis meae anchoram, confugiens Te in visceribus charitatis christianae hortor, obnixiusque per Jesum oro, ut cum aliquando rem de suscipiendo scriba, equidem non sine candido tuo consilio et assensu, tractari contigerit, acrique tuo et ceterorum judicio, me interim Reipublicae *Tigurinae* ac exercitio muneris hujusmodi commodum, et mea tenuitate ipsi muneri per se licet amplissimo, aliquid splendoris, seu et ornamenti accessurum. Si quid denique utilitatis de me aliquatenus speraveris, mei memor esse, ac me apud inclytum Senatum *Tigurinum* promotum et benigniter commendatum iri, ac in ea re boni viri digneris adhibere officium. Certo et in veritate ipsa Tibi persuadeas, quod si ad muneris hujusmodi susceptionem me inhabilem dubitarem, praeter jactantiae fastum, panem hostiatim commendicare, ac honestissimam illam *Tigurinorum* Rempublicam persona mea gravare mavelim. — Quorum commodi, laudis, gloriae ac felicitatis promptissimus semper ero fidissimusque propagator ac defensor. Tu fac, ut patrocinium tuum, hac in re, ut optatum, ita et candidum sentiam. Illud polliceor, mihi nec fidem nec studium defuturum, quin aliquando pro facultatis tenuitate vices etsi non correspondentes, deditissimas tamen sim repensurus. Equidem oratione nihil polliceri, sed re ipsa praestare curabo, quicquid est amici sinceri, ex animo bene volentis, facturus denique in hoc officium longe gratissimum, quo obligatiorem me Amplitudini tuae reddes, ut nullum mancipium aeque sit in rebus heri sui. In praesentiarum apud nos Evangelii virtute, fratrumque infracto intrepidoque conatu, Satan ad evacuandum tandem solium regni sui arctius constrictus, vafris praestigiatorum et Missistarum atra candida esse asserentium, technis, ne locum Spiritui Sancto dare cogatur, mirum in modum juvatur. Confracto tamen aliquando divina virtute rictu illius, cum adhaerentibus in ima ruet. Quod faxit Deus Optimus Maximus Tu interim cum dulcissima tua conjuge vale, meque Tui amantissimum benigniter promovere cura. Manum [1]) et stilum hic habes, quae boni consulere velis oro. Ex *Basileorum* Urbe, secunda Jan. A°. 1529.

Tuus ex animo, *Vuernherus Bygel*, Tigurinus
Notarius Curiae et Civis Basiliensis.

II.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Mi *Huldrice*, *Wernherus Biel*, inter Notarios, qui hic agunt, ingenio, arte, et usu facile primus, ut intellexit

---

[1]) Certe pulchram, pro ratione illius temporis. Siml.

Scribam Civitatis vestrae primarium propediem munere suo defuncturum ac cessurum, rogavit me cum amicis, ut se Tibi plurimum commendarem, insinuatione quam fidelissima pollicendo sane omnem fidem ac operam, ita ut nec me commendationis, nec Te patrocinii suscepti poenitere debeat. Erat aliquanto tempore addictus Consistorio, quod vocant, spirituali, sed semper enitebatur, ut se inde eripere posset, et nunc hac occasione evasurum se sperat. Itaque illum Tibi haud vulgariter commendo. Si adhuc locus vacat, fac ut Tui experiantur fidem hominis. Nihil obsit ei, aliquantisper in foro vel impio versato. In hac arte momenti plurimum habet exercitatio, favoremque meretur, si non cum primis, saltem in tempore Pharisaeis vale dicere. Quod si ille tuam fidem jactare poterit, id fortassis nonnullos ex amicis ejus mihi quoque conciliare poterit. Fidelem spero Te habiturum hominem, quem non indigne juvabis. Ceterum de rebus nostris hic nihil adhuc certi promittere possum; fama adhuc tam ambigua. Constantia plebis non desistentis a precibus, bonam spem mihi facit. Vale. *Basileae* 3. Jan. 1529.

Oecolampadius.

III.

Marcus Bersius Zuinglio.

Salutem. Accepimus ex legatis vestris, brevi Vos opus habituros Secretario. Est autem apud nos optimus vir *Wernher Bihel, Civis Basileensis* mihi notus et a pluribus annis familiarissimus, cujus tam integritas quam pietas mihi est perspectissima. Linguarum latine et theutonice non vulgariter sciens, rerum forensium tam arte, quam exercitio peritissimus. Nam in foro judiciario non minus XX annis non sine laude versatus est, nec facile invenitur apud nos, qui ei in practica consistoriali possit conferri, et proinde nihil dubito, si eum virum officio huic praefeceritis, nunquam poenitentia Vos ducendos. Rem facies nobis inprimis gratam, si opera tua ei adfueris. De motibus nostris alii melius Te docebunt. *Leonem affinem* meum carissimum meo nomine salutabis. Vale. 6. Jan. 1529.

Marcus Bersius, tuus apud D. Leonardum Basileae.

IV.

Bucerus Zuinglio.

Salutem in Deo. Valde probari oportet tuum consilium, [1]) quod nuper ad nos scripsisti, omnibus, qui serio velint gloriam Christi illustratam. Sed nobis non tam animus, mi frater, quam agendi opportunitas, tum et facultas deest. *Bernae* semel in mensa hospitii tui paucula dixi,

---

[1]) De recipiendis *Argentinensibus* in civitatem christianam loqui videtur. Siml.

sed sunt praeterea multa, quae obstant. Verum si Dominus dederit liberari reliquiis idololatricis, spes est, multa bona consequutura. Multum autem a Te dissentio, qui nostrorum in hac caussa legationem parum probas. Non inter Magistratum *Bernensem* et seditiosos, sed inter universos *Helvetios* componendum esse, huc scriptum fuerat, atque sic ardere omnia, ut inter pauculas horas, postquam advenerant literae, fuerint nostri extrusi potius, quam amandati. Utrumque sane, consuescere, et familiaritatem seri inter bonos, optabile est. Jam iidem *Basileae* sunt, spero id profore. Tua prudentia non requiret a bove et equo parem cursum. Non dantur omnia omnibus. Et sunt qualescunque bonorum inter se societates, imo amicitiae, haud quaquam aspernandae. Scripsi fratribus quibusdam, quae puto ad Te perventura. Si id consilium placeret, posset tentari. Et indecorum non puto Christianis, si cordatiores et circumspectiores provocent eos, qui non ita cordati et circumspecti sunt, ut sibi ipsis consulant. Sed utcunque eadat res, praesagit animus, brevi bonis multa obventura optata. Si liberavit nos Dominus ab idololatria, mihi dubium non est, pariter liberaturum a multis malis. Illud autem prorsus videtur instare. Dominus nobis adsit. Hae, quo aequiore esses animo de nobis, ad ea quae scripsit *Capito*, ego antea, et quae puto e *Constantia* ad Te mittenda, volui adjicere. Boni omnibus consule, et, ut soles, Regno Christi fortiter advigila. Is, in gloriam suam, vestrates concordes reddat. Non parum enim tot apud vos motus et tam gravia dissidia infirmorum animos deterrent. Bene vale cum fratribus universis, et *Pellicanum* quaeso jube, mihi semel respondeat ad ea, quae jam pridem ad eum scripsi. *Argentorati* 7. Jan. 1529.

M. Bucerus, tuus.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio Ecclesiastae Tigurino, viro sancto.

V.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratiam a Christo, mi Huldrice. Quum redderentur umbones tui, accingebantur ad iter legati vestri, utpote negotio jam confecto [1]), de quo ab illis satis edoctus es. Optabamus Regnum Christi integrum, at deerant *Josiae*. Scis enim urbem hanc non Democratia, sed Aristocratia gubernari. Quotus quisque autem Procerum sinceriter facit pro Evangelio? Plebi nihil imputandum erit. Contenta interim decreto Senatus, spem habet, propediem sequuturum, quod nunc extorquere noluit. Zelum ejus ne ferventior esset, temperavit unanimis Senatorum legatorumque consensus, et plane mansuefecit habita Evangelii ratio, ne ipsum apud exteros male audiret, quasi ejus praetextu Magistratui simus iniquiores, quum alioqui id negotii magis vim verbi, quam gladii amet. Erat item periculum, ne quorundam versutia scinderetur, et

---

1) Pactione, quae breve tantum tempus mansit, et qua neutra pars contenta erat.

pars in suo instituto persisteret, pars vero Senatum sequeretur, unde nihil boni expectandum. Proinde ipse videns res nostras inclinari, hortatu Fratrum, justa concione per gratiam Christi plebem in officio retinui, ne quid Evangelio indignum admitteret. Habemus igitur gratiam pacificatori Christo. Cecidit enim bona ex parte Antichristus, quandoquidem jam pro suggestu nemo reclamare audet, unde spes est, et alia bene se habitura. Ceterum suam malitiam dies quique nihilominus allaturi sunt, non enim cessabit Satan impedire.

Hodie advenit Episcopus, quam ob rem ignoratur, sed nihil efficiet. Hodie *Berus* [1]) praeposituram *S. Petri* et Canonicatum in summo senatu resignavit, sic tamen ut succedens det sibi CCC coronatos pro expensis. *Christophorus* exhibebit Tibi Hyperaspismum *Pelargi* [2]), quem opposuit innocentissimae repulsioni meae. Plebs, praesentibus adhuc legatis a senatu libellum illum supprimi, utpote infamem, petiit, et impetravit, at nuper, quum Vestri abiissent, Typographo senatus reddidit librum, vendique permisit, suggerentibus quibusdam, bonum esse librum. Si vacat videbis ex inscriptione cujus farinae sit. Ipse coram senatu indignitatem exposui, sed parum me profecisse video. Hinc igitur colligo quantum nobis vigilandum. Populum Israelis aegre dimittet Pharao. Sed aderit suis Dominus.

Vale XI. Januarii 1529. *Oecolampadius.*

VI.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Mi *Huldrice*, *Hieronymus* ille *Rhetus* fideliter indicabit Tibi, quo in statu res nostrae sint. Quae nuper decreta sunt, periclitantur, nam et adversariis nostris iterum datus est locus concionandi. Quam vereor tandem Civitatem nostram pessundandam, si non alia fidei ratio habita fuerit. Equidem plebem non libenter solicito, ut se in libertatem asserat, quandoquidem Evangelio tumultum praejudicaturum timeo. At frontes perfrictae contemnunt reprehensionem nostram. Plebi illudere sanctum, ut opinor, arbitrantur, id quod ex papisticis legibus habent. Ceterum Tu cum amicissimis cape consilium, et quamprimum ad me scribito. Profecto, ni Legati vestri et *Bernenses* plebem ad conditiones illas suscipiendas induxissent amicis persuasionibus, longe aliter hodie res haberent. *Hieronymus* ille mea commendatione apud Te non eget, nosti enim jam olim hominem esse nostrum et favore tuo dignum. Modeste tamen id petit. *Wernherus* quoque, qui Scribae munus isthic ambit, commendatitias a me denuo petit. Ejus Tibi conditiones nuper scripsi, arbitrorque non sine laude id officii gesturum. Vale, et Deum pro Ecclesia nostra ora, ne quid indignum Christianis admittat. *Basileae* 17. Jan. 1529.

Oecolampadius.

---

[2]) *Ludovicus Berus.*

[3]) Al. *Ambrosius Stork.*

VII.

Hieronymus Rhetus ad Zuinglium (ut videtur).

Amantissime Pater. Minime dubito, quin jamdudum mihi succenseas, quod tam diu nullas ad Te dederim literas, praesertim cum sim in tali loco, *Basileae*, ubi semper aliquid novi aut fieri aut audiri solet: verum hactenus nihil habui, quod Te oblectare posset; at nunc nuncio, quod non sólum tuum, sed omnium Christianorum cor oblectare possit, quem te inprimis scio plurimum expectare eventum famae de *Basileensium* seditione, quae jam aliquot annis fuit, quae etiam in dies augeri coeperat, tandem cum diabolo visum fuit tutissimum, erupit. Sed bonus ille Deus optimus maximus, optimus Christi fidelium custos, quod male coeptum fuerat, optime finiit, ita videlicet ut nemo pius, licet detur optio mutari velit, ita ut jam res sunt *Basiliensium*. Sed dicam ut actum est. Pius ille *Oecolampadius* cum aliis pastoribus nunquam desiit in concionibus admonere, orare et cogere fere tandem, sed non nisi verbo salutis, ut scilicet aliquem modum inveniret Magistratus, quo illa seditio sedaretur. Fideles semper suum officium faciebant, Papistae contra multo etiam impensius Missas celebrabant, et contemnebant pios, si quando praeterirent eorum Templa, irridebant, et quod majus erat, in Judiciis quoque sic fieri dicebant, mali favebant malis, pii piis, sed hi erant pauciores, et multi licet cupidissimi pietatis, tamen erumpere non audebant. Sed quid multis? Omnia jam quodam misero et confuso ordine agebantur, ita ut omnino Civitati excidium et interitum minitarent. Id providens ille Pastor bonus Deus excitavit aliquos ex Christianis, qui intercederent apud Senatum, ut omnino hos seditiosos concionatores desinere juberet, aut suae doctrinae rationem redderent. Hi cum diu adirent Senatum, auferebant nihil nisi vanas pollicitationes, et ita semper malus ille Satan viam Evangelii impediebat pollicitando multa, nil servando. Interim tamen adversarii nescio quid timentes, malas struebant machinas. Audiebatur jam alienum ordinatum exercitum, item domus Papistarum et Baal sacerdotum jam armis munitas, postremo cum nostrates, puta Christianos, haec conquererentur, mali ut in Juda factum, imo omnibus impiis fit, cum ipsi admonentur impietatis non meliores, sed pejores redduntur, ita illi seditione facta in armis erant noctu Diei Nativitatis. Quod cum audirent quidam ex nostratibus, statim suscitabant e somno hinc inde suos. Sic utrique in armis erant. Quo facto statim Senatus colligebatur, illi sedebant (suadebant) ne confligerent mutuo. Adversarii erant primo an der Spalen una pars, altera ultra Rhenum. Nostrates auf der Gartner Haus, longe major copia quam aliorum. Hos primo adibat Senatus. Orabat ut arma deponerent. Ipsi negabant se facturos, nisi prius alii deponerent dispergerenturque quilibet rediret ad suas aedes, quod factum est, prius tamen utrinque ex totis copiis electis nonnullis, qui vice omnium apud Senatum causam defenderent. Nostri ex quaque Tribu eligebant viros duos fideles, cordaces rerumque peritos. Illis rem omnem committebant, ita tamen praevidebant, ne quid sanciretur cum Senatu clam populo. Interea temporis veniebant Legati *Tigurini*, *Bernenses* et

Argentinenses. Illis permittebatur, ut intercederent apud populum, ut quiete viverent, donec Senatus componeret et decerneret, quod toti civitati esset optimum. Sic illi electi utrinque ex utraque parte intercedebant apud Senatum quousque rei finis imposita est. Ita Senatus decreverat: primo, ut Papistae sacerdotes missas celebrarent, qui vellent, nullum coactum esse, quilibet pro suo ageret arbitrio, nec ob id abrogari Sacerdotia, tametsi non celebrent. De Concionatoribus autem omnino se velle, ut praedicarent unaniniter verbum Dei, et ne quid assererent, quod non possent Bibliae testimoniis probare. Quod ut diligentius servaretur, omni hebdomada ad minimum semel convenirent Pastores, et Scripturas conferrent, se mutuo errati commonefacerent, peccata corrigerent etc. Illis sic dispositis per omnes Tribus congregabantur omnes cives, nostrates (*Lutherani* ut vocant) convenirent ad Monasterium Minoritarum, *Papistae* ad Monasterium Praedicatorum. Quibus collectis Senatus primo adibat nostros, Decreta praelegebat, multis verbis orando, ne ea facere recusarent. At posteaquam legerat scriba, quidam e plebe clamitabat: hoc non fiet: das wird nicht geschehen. Alter: wir wend d'Mess nit liden, nun nit eine. Senatus porro, cum audiret animum, secedebat ut aliter consuleret, prius tamen illis clamoribus compositis. Interim dum ille in penetralibus consuleret, plebs, ut fit, quilibet ad proximum dicebat: nos plane ea non feremus aut moriemur omnes: Wir wend unser Supplication geleben. Ea impressa est. Fortassis jam legisti. Is status petitionis nostrorum erat, ut illae praedicationes discordes tacerentur et Missa eradicaretur. At altera pars minitabat proelia, si Missam rejicerent. At dum Magistratus consultabat, interea nostri concludebant, se omnino Missam nolle, si nollent verbo Dei victi ultro a missando quiescere, ut juxta communium *Helvetiorum* foedera per suffragia deponeretur. Ita videlicet ut ex utraque parte segregarentur e Monasteriis i. e. ex illis Copiis quae erant in Monasteriis, omnes, qui Cives non essent, nec essent constricti juramento: all Pfaffenknecht und ander Hudelmanns Gsind, quorum erant multi apud adversarios. Cumque rediret Magistratus e penetralibus, illi, de plebe puta, per Praeconem, qui etiam unus ex electis erat, dicebant, quid interim Plebs consuluisset. Respondebat Magistratus cum Legatis *Helvetiorum*, *Tigurinorum*, *Bernensium* et *Argentinensium*, ut irent domum, se consulturos in ea re. Ivimus domum. Magistratus ibat ad alios, nostros hostes, qui auditis nostris animis, jurabant se immorituros Missae, nec, si demant Missam, Sacerdotia permissuros sacrificis. Ita nostri Missam volebant, illi nolebant. Magistratus Concilium iniit, et in eo sanciverunt, quod sane pium omnibus videbatur, et non dubium est, quin Deus cum ipsis fuerit et fuit haec sententia: ut in tota urbe non plus quam tria sacrificia fieri deberent auf *Burg*, apud *D. Petrum* et *Theodulum* ultra *Rhenum*. Tertia die, ut prius, convocabantur utrinque et priusquam Senatus veniret, aderat *Oecolampadius*, adhortans suos adeo humaniter ac pie, ut nemo non commoveretur, et profecto fere mihi lacrymas excussisset. Is erat status orationis, ut pararet animum eorum, et leniret qui sic animati erant, ut plane nullam Missam vellent; quod nunc omnino fieri non posset,

sed ut reciperent hoc futurum Senatus Decretum. Item: ut essent mansueti, ut honestas ab ipsis probari posset etiam apud exteros, denique ut omnino caverent, ne verbum Dei propter illos male audiret. Postremo unanimiter omnes Deum orabant, ut suam ostenderet voluntatem. Post *Oecolampadium* Praeco ascendit suggestum, idem obsecrans, quod *Oecolampadius* ut honeste se gererent. Aliaque multa acta sunt, quae brevi ex me audies, quae hic scribere fuerit perlongum. Venit Senatus. Prologum dixit Tribunus plebis, homo, qui si pius non est, paucissimi *Basileae* sunt pii, orabat, ut reciperent, quod praelegeretur, nam plane conforme esse eorum precibus, et pium esse, et si vellent, aliter tamen fieri non posse. Scriba legit, ut nisi tria sacrificia haberi deberent, idque non diutius quam ad festum Trinitatis, tunc commnnis deberet fieri Disputatio, et qui illic vicerint, judicium penes populum esto i. e. ut per omnes Tribus acta Disputatione per suffragia Missa omnis eradicetur, interim omnes unanimiter praedicent, ut supra de his. Postea ascendit Legatus unus *Bernensium* Quaestor aerarius. Nam Quaestor *Tigurinus Werdmüller* praecedenti die concionem habuerat ad populum. Post *Bernensem* Quaestorem ascendit Legatus *Argentinensis* qui adeo doctam habuit orationem, imo et christianam, ut nemo esset, qui non admiraretur divinam in eo eloquentiam. Hi duo persuaserunt populo ut omnes uno ore reciperent et approbarent Magistratus sententiam. (Circa 17. Jan.)

(Cetera desunt.)

VIII.

Bertoldus Hallerus Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Mittitur ad vos nuncius, carissime *Huldrice*, quod omnium rerum turbine factio *Sabaudica* et *Gebennensis* sic, occiso quodam nobili *Sabaudo* [1]) *Gebennis*, tumultuantur, ac utrinque sic animos excitant, ut intra bella pessima res transigi posse non videatur. Habet *Dux* apud nos suos, et in Magistratu potiores, qui pacem desiderant. Habent *Gebennenses* suos ex Civibus primarios, maxime tamen temeritatis homines, qui nil nisi bella contra Ducem moliuntur et minantur. Habet item nobiles aulicos innumeros belli avidissimos. Mussitant interim *Helvetii*, sperantes hac via vel sic omnia turbari posse, ut nemo fidei nostrae amplius accedat, vel omnia Antichristi reparari posse. Procul dubio Sylvanis probe consultum foret, ubi tam noxia susciperentur bella. *Tigurinis* vero et *Bernensibus* quid futurum, ipse facile conjecturare poteris. Nam *Berna* tam *Duci* quam *Gebennensibus* devincta est. Proinde visum fuit Senatum vestrum reddi certiorem, (nam ubi ille litem hanc non composuerit, nemo facile id efficiet,) quo Legatos mittat, qui provinciam hanc sibi injungi petant indictis Comitiis. Scribit Quaestor *Werdmüller Roestio.* Conferre poteritis omnia et consulere, quomodo his malis obviandum. Ceterum

---

[1]) *De Pontverre.*

habet Urbs nostra nuntios apud *Salodorenses* et *Friburgenses* expostulaturos forte jura Civitatis ubi non respuerint. Sed quid dicam? Misera, vacillans tepidaque carnis prudentia nostratum quorundam, nisi Deus, adverterit, misere nos perdet. Omnia consilia eo vergunt, ut citra constantiam omnem effugiamus crucem. Tertium nunc portentum *Murnerus* edidit contra Respublicas datam a *Bernatibus* 7 aut 8 Pagis *Helvetiorum*, Disputationem [1]) negantibus. Obsecro judicium tuum de *Basileensi* negotio depingas, nam non omnibus probatur Missarum illa trinitas. Ceterum de Disputatione illic futura quid? Monui praeterea de Leprosorum divortiis et conjugio quid agendum foret, paucis notares, nam Senatus exigit, num scilicet mundo liceat divertere ab immundo et alteri nubere. Deinde: num liceat immundum cum immundo contrahere. Si liceret, Te jam occupatissimum optimis sane laboribus, ab iis ad horulam avocarem, ut responderes: sin minus, dabit Dominus quid agendum. Vale cum conjuge et liberis felicissime. Salvi sint Fratres, *Leo*, *Pellicanus*, *Clivanus* et ceteri omnes. Salutant Te *Megander*, *Franciscus* et ceteri *Bernae* 18. Jan. 1528.

Tuus ex animo *Berchtoldus Hallerus*.

IX.

Petrus Schneider et Erasmus Ritter Zwinglio.

Benevolentissime, carissime Domine et frater. Ecce, ad te venit Dominus *Lazarus Sig Diessenhofiensis*. Quae a te petit ipse tibi dixerit. Vir iste is est, qui 4 annis ante fratri *Joanni* parocho in dioecesi *Diessenhofiensi* opitulatus est. Hic enim istius frater publici tumultus auctor fuit *Diessenhofiae* quum me concionante in ecclesia contra me loqueretur. Ex quo usque adhuc uterque omnibus viribus nobis repugnavit, sed cum nuper Dei Gratia *Diessenhofiae* nostra pars pluribus suffragiis vicerit, iste nunc concionatorem simulat, quin id munus rogavit; idem divitem viduam nuptiis ambiit, omnia autem ei evenerunt ut meruit. Haec sunt quae profecit iste postquam illa suffragia lata sunt. Eundem *Erasmus Schafhusianus* ita cognovit et expertus est a vita, ut nobis, uno verbo, ad id munus non jam idoneus videatur. Quare te hortamur, vir amantissime, ut civitatem oppidi et agri *Diessenhofiensis* tibi commendatam habeas, tantum enim ad te pertinebit, Senatores enim improbi sunt, improbi clerici, etiam hic est magna multitudo improborum et infensorum monachorum coenobii. Haec igitur te optimo consilio celare noluimus, quae tu festinanter scripta in optimam partem nobis accipere velis. Dedimus in *Laufen* die Martis ante Sebastiani a. 1529.

Petrus Schneider et *Erasmus Ritter* uterque frater tuus in Jesu Christo Domino nostro.

---

[1]) Badensem.

9.

Peter Schneider und Erasmus Ritter an Zwingli.

Getreuer lieber Herr und Bruder. Es wird hier erscheinen Herr Lazarus Sig von Diessenhofen. Sein Fürbringen werdet Ihr wol vernehmen. Es ist ein solcher Mann, der vor 4 Jahren einen Beistand gethan hat seinem Bruder Johann, so im Diessenhofer Gericht ein Pfarrer ist und einer offentlichen Aufruhr ein Ursacher, wider mich zu Diessenhofen in der Kirche geredt, da ich gepredigt. Seither sich in allweg des Widerspiels beflissen, samt seinem Bruder bis jezt auf das Mehr, so zu Diessenhofen aus Gnaden Gottes beschehen, sich ein Prediger gleichsnet, darum gebeten, dazu eine reiche Witwe um die Ehe angelangt, und mit Recht ihm zu Diessenhofen ausgangen. Das ist seine erste Frucht und That gsin nach diesem Mehren. Desgleichen von Erasmus zu Schafhausen also erkennt und Erfahrniss seines Lebens halben, dass er endlich uns zu solchem Amt nochmals nicht gut däucht. Vermahnen Euch also, dass Euer Lieb wolle eine Stadt und Gemeinde auch Landschaft Diessenhofen lassen befohlen sein, dann an Euch so viel langen wird, desgleichen sind die Rathsherren böswillig und böswillig Pfaffen, auch ein guter Haufe der Widerwärtigen an bösen Mönchen und Kloster da etc. Solches wollen wir Euch im Besten nicht verhalten, und Ihr in Eil im Besten von uns aufnehmen. Dat. zu Laufen Zinst. vor Seb. 1529.

Petrus Schneider und Erasmus Ritter beide euere Brüder in Christo Jesu unserm Herrn.

X.

Petrus Schneider Zwinglio.

Gratiam et pacem nobis praebeat Deus Pater per Christum Dominum nostrum. Benevolentissime, carissime Domine et frater. Quum Turicenses Domini nostri clementes novissimis his diebus honesta sua Legatione *Scafhusiae* functi sint et eam absolverint, hodie Sabbati die duobus coenobiis *Scafhusianis* notum factum est, per Quinque quos vocant, ut sine mora ante Pentecosten quae bona in *Hegavio* ad ea pertineant vendant; deinde die Mercurii decretum est, ut in iis quae pertineant ad Dei verbum inscio et invito Senatu majori nihil agatur neque decernatur. Et quamquam Turicenses Domini nostri clementes iis quae *Scafhusiani* decreverunt et responderunt de aliis locis sibi propositis non admodum gaudeant, tamen multum boni ex duabus quas dixi rebus reduntaturum esse sperare licet, et ne filum gliscens penitus exstingueretur (id quod murorum, a *Scafhusianis* in Turicensium Dominorum meorum terra insolenter dirutorum damno repetendo fieri possit) ea te, benevolentissime, carissime Domine et frater, gravissime jussus ab *Erasmo* fratre nostro, qui nunc infirmi capitis causa scribere non potest, optimo consilio celatum nolui, interim enim alia quoque nefanda tollentur. Porro *Bucerus* carus frater noster nobis

scripsit, *Argentinenses* nunc in eo esse, ut quatuor Missas in magnis ecclesiis collegiatis peragendas funditus abrogent. Etiam te quam maxime rogamus, ut *Diessenhofienses* concionatorum causa respicere velis, ut novissimo die Martis nos ambo tibi, carissime frater, brevibus scripsimus. Deus benignus et misericors nos conservet in aeternum. Amen. Dedi in Laufen Sabbati die post Vincentii 1529.

Petrus Schnider, concionator Laufensium.

10.

Peter Schneider an Zwingli.

Gnad und Fried verleih uns Gott der Vater durch Christum unsern Herrn. Getreuer lieber Herr und Bruder. Als unsere gnädigen Herren jezt vergangener Tagen ihre ehrliche Botschaft zu Schafhausen haben gehabt, und abgeferket etc. ist auf heut Samstag verkündet und zu wissen gethan, durch die V (also genennt) zu Schafhausen den 2 Klöstern, dass sie unverzüglich binnen Pfingsten ihre Gulten feilen und verkaufen sollen, so ihnen zugehörig sind im Hegau. Desgleichen auf Mitwoch endlich entschlossen, alles so antrifft das Gotteswort ohn Wissen und Willen des Grossen Raths nichts zu handeln noch entschliessen. Und wiewohl unsere gnädigen Herren der Abscheid von Schafhausen und Antwort anderer Artikel halben, so sie angebracht haben an die Schafhauser, nicht als gänzlich freuen möchte, ist sich doch viel Guts aus diesen 2 obgenannten Sachen zu versehen, und damit das glintzet Döchtli nicht gar abgelöscht werde (als mit dem Anfordern der Mauren, so von Schafhausern auf Meiner Herren Erdreich frefentlich zerrissen geschehen möchte) will ich getreuer lieber Herr und Bruder, auf ernstlichen Befehl unsers Bruders Erasmi, so jetzt aus Blödigkeit seines Haupts nicht schreiben mag, im Besten nicht verhalten haben, denn in mittler Zeit werden gewiss andere Gräuel auch abgestellt. Es schreibt auch unser lieber Bruder Bucerus, wie jeztmal vorhanden sei zu Strassburg in Abgang gänzlich die 4 Messen in hohen Stiften zu verrichten. So ist auch unsere ernstliche Bitte, auf die Diessenhofer der Prediger halben zu schauen, wie auf Zinstag verschienen wir beide mit kurzen Worten Euch, unserm lieben Bruder geschrieben haben. Der gütig und barmherzig Gott bewahr uns in die Ewigkeit. Amen. Dat. zu Laufen Samst. nach Vincentii 1529.

Petrus Schnider, Prediger der Gemeinde zu Laufen.

XI.

Joannes Schindler Vesensis Zuinglio.

Gratia et pax a Deo Patre etc. Carissime Magister *Huldrice*, accipere velis quae cives et ego abs te petimus. Deo enim juvante idololatriam omnesque alias pravas consuetudines mutare ausi sumus, et cogitamus Dominica proxima, si Deo placuerit, idola comburere. Sed nobis indicatum est nos fortasse graves legatos accepturos esse a

Dominis nostris (Glaronensibus) missos, qui id prohibeant rogando, judicio vel minis. Vulgus autem nostrum profitetur, se eos non curaturos esse; num victuri sint, Deus solus scit. Quare carissime Magister *Huldrice* agere velis ut Dominus benevolens et amicus et nobis consulas in hac re. Satis enim scimus, ea Deo non placere et si praetendunt nobis modeste agendum esse, nobis videtur satis ita actum esse. Ego a Missa destiti, quare me dilacerare volunt; sed nihil valent. Itaque optimum agere velis ut te acturum confidimus. In rebus civilibus et quae ad Dominorum nostrorum imperium pertinent obedire et praestare volumus quae debemus, neque minus neque plus, si Deo placuerit. Fac ut novi quid sciamus, sed proxima dominica. Deus tecum sit. Dedi 27. Jan. 1529.

Joannes Schindler Wesae.

Inscriptio: Magistro *Udalrico Zuinglio* benevolentissimo suo Domino et Fratri.

11.

Hans Schindler in Wesen an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater etc. Lieber Meister Huldrich, wisse das Anligen meiner Mitburger und auch mein. Wir haben mit Hilf Gottes unterstanden die Abgötterei, auch alle andern Missbräuche zu ändern, und sind des Willens, ob Gott will, auf Sonntag (die Gözen) zu verbrennen. Nun ist uns kund gethan, wie vielleicht wir eine treffliche Botschaft werden haben von unsern Herren, solches zu wehren, mit Bitte oder mit Recht, oder mit Drohworten. Und ist aber doch jezt des gemeinen Manns Sag bei uns, sie wollen sich nicht daran kehren; ob sie bestehen weiss Gott wohl. Darum lieber Meister Huldrich thut als ein getreuer Herr und Freund. Rathet uns in dem Handel. Wir wissen wol, dass es wider Gott ist, und geben sie uns für, wir sollen Glimpfs fahren, so dunkt uns es sei genug. Ich bin von der Mess gestanden, da wollen sie mich nun zerreissen; es gilt aber gleich. Also thut das Beste als wir Euch trauen. In weltlichen Händeln das unserer Herren Herrlichkeit antrifft, wollen wir schuldig und gehorsam sein, für und nicht hinter, ob Gott will. Thut uns etwas zu wissen, aber jezt auf Sonntag. Gott sei mit Euch. Den 27. Jan. 1529.

Hans Schindler in Wesen.

Aufschrift: An Meister Ulrich Zwingli seinen günstigen Herrn und Bruder.

XII.

Ludovicus Roesch [1]) Zwinglio.

Carissime Magister *Udalrice*. Tu, vir clarissime, non ignoras,

---

[1]) Fortasse is quem *Zwinglius* a. 1513 *Vadiano* discipulum commendaverat *Viennam* profecturum. cf. ep. 2. a. 1513.

me nuperrime apud te fuisse et *Joannem Schindler* virum praeclarum tibi mea caussa scripsisse, ut me adjuvares consilio operaque, quippe quod mihi opus sit. Neque magis ignoras quid caussae fuerit, cur ad te venerim, scilicet aegerrime fero quod Missas habere cogor nec mihi licet simul salutem praedicare, quo more antehac aliquantisper usus sum, quamobrem tibi nunc iterum scripsi te consilium et auxilium rogaturus, ut tunc, eadem enim res quae antehac et in dies magis me sollicitat, quum Domini nostri *Suitenses* et *Glaronenses* iterum apud nos *Vesae* fuerint et *Jodocum Zopfi* virum praeclarum et me ad se vocaverint. Illi deinde nobis praetenderunt veteres mores quos vocant hortantes ut caveamus ne ii aboleantur sed potius augeantur (id quod Jodoco gratum factum est) et praecipue in Missis habendis, et ne respiciamus Plebanum, sive Missas habeat sive minus. Se de eo quoque aliquando aliter acturos esse, se non pati eum in se dominari. Se nos ea facere jubere quorum causa praebendae nostrae institutae sint. Quae res me adduxit ut tibi scriberem a te benevolentissime Domine et frater auxilium et consilium petiturus, ut si quantuluncunque munus in Dominorum meorum *Turicensium* ditione vacuum sit, id mihi deferendum provideas; quamquam enim me parum idoneum esse mihi conscius sum, tamen Deo juvante (qui neminem qui id ab eo petit adjuvare recusat) industriam ponere velim in vera salute praedicanda. Tu igitur mihi optime consulere velis ut eripiar ex hac conditione abominanda, nam profecto si quid haberem ut omnino nihil habeo, id *Turici* consumerem, manens donec mihi aliquid provideatur, *Bernae* enim nullum munus vacuum esse ab *Henrico Schnewli accepi*, ad id accedere, quod tam ingens multitudo ad munera accurrentium sit, ut si quid vacuum fiat, continuo caterva eorum adsit qui id sibi rogent. Vale. Scias *Joannem Schindler* virum praeclarum in dies fortiorem esse in Dei verbo docendo.

Ludovicus Roesch tuus.

Inscriptio: Doctissimo Magistro *Udalrico Zwinglio* praedicatori Turicensi carissimo meo Domino et fratri.

12.

Ludwig Rösch an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich. Euch ist wol zu wissen, wie ich zunächst bei Euch gsin bin und Herr Hans Schindler Euch von meinetwegen geschrieben hat, dass Ihr mir hilflich wäret mit Euerm Rath und sonst, denn ich sein nothdürftig wäre. Nun wisset Ihr auch wol, was die Ursach war, darum ich zu Euch kam, nemlich dass mich das Mess haben übel beschwert, und nicht dabei auch das Heil verkünden, wie ichs denn vormals ein Zeitlein gebraucht hatte, darum ich Euch jezt abermals schreibe und Euch um Rath und Hilf bitte, wie dazumal, denn mein Anliegen ist wie vor, und beschwert mich je länger je mehr, denn es sind unsere Oberherren Schweiz und Glaris abermals bei uns zu Wesen gsin und Herrn Jodern Zopfi und mich beschikt, uns aber fürgehalten die alten Bräuche, wie sie es nennen, dass wir lugen, und diese nicht lassen abgehen, sondern mehr

äufnen (das — Herr Jodern mit Lieb glebt ist) und insonders mit Mess haben, und nicht auf den Kilchherrn lugen, er habe Mess oder nicht. Sie wollen auch auf eine Zeit ein anderes mit ihm machen. Er müsse nicht ihr Herr sein. Wir sollen aber thun, darauf unsere Pfrunden gestiftet seyen, das wollen sie gehabt haben. Darum mich solches bewegt hat, Euch zu schreiben und Euer Hilf und Rath anzurufen, als meines günstigen Herrn und Bruder, wo etwas in meiner Herren von Zürich Gericht und Gebiet ledig wäre, wie klein es wäre, dass Ihr mir darum hülfet, wiewol ich mich ungeschikt genug zu sein erkenne, so wollt ich doch mit der Hilf Gottes (die niemand, die sie von ihm begehren, abgeschlagen wird) Fleiss ankehren, das wahre Heil zu verkünden. Thut mir das Beste, und helfet mir aus diesem Gräuel, denn in Wahrheit, wenn ich etwas vermöchte, als ich ganz nichts vermag, so wollte ich es zu Zürich verzehren und warten, ob ich möchte versehen werden, denn ich vom Herrn Heinrich Schnewli vernehme, es sei zu Bern nichts ledigs, dazu haben sie einen mächtigen Ueberlauf, wenn etwas ledig werde, so seyen bim Haufen da, die darum bitten. Vale. Wisset, dass Herr Hans Schindler je länger je tapferer im Wort Gottes ist.

Ludovicus Rösch, der Euer.

Aufschrift: Dem wohlgelehrten Meister Ulrich Zwingli, Predikant zu Zürich, meinem lieben Herrn und Bruder.

XIII.

Lucius Tanner Zwinglio.

Salus et Pax Domini cum caritate plane fraterna. Noveris carissime in Christo frater, me una cum conjuge ac natis salvum atque incolumem ex divina summi Dei nostri gratia. Itidem et tibi tuisque omnibus ex animo et intima cordis precor medulla. Ceterum id est quod dicere volebam. Christiane frater, fide consors, et operarie in re Evangelii, scias novissimis his diebus *Udalricum Baumann* socerum meum amice ad me venisse et ex nobis exquisivisse, num eo animo sim, ut si mihi in clementium Dominorum meorum Turicensium ditione iis adjuvantibus et consulentibus Parochatus vel aliud quid munus sacrum obtigerit, id sua causa accipiam, se enim jam senem esse et cum omnibus quae habeat apud me habitare cupere, ita ut omnia nobis communia sint, ut meo adjumento, solatio et consilio uti possit si forte sibi opus fuerit; et tu, mi frater christiane, ipse nobis in hac re consulere velis pro omnibus tuis viribus (cujus officii tibi laudes et gratias agam), sed antea sententiam meam accipere velis, ut intelligas, utrum id probem necne. Scias igitur, mi carissime frater in Christo quid velim et sentiam. Dei Gratia mihi bene provisum est, cum parochiales habeam caros et obedientes, nunc edoctos de Deo ejus Evangelio, qui efficere velit clementia sua, ut in ea re permaneant usque ad finem, neque alia causa ab iis discedere volo nisi uxoris patris et matris, qui me apud se esse volunt, ut ego et uxor mea sibi, si res postulaverit, opem porrigere

et tendere possimus. Quamquam apud nos idonei praedicatores non desunt, ut facile sit iis alium conciliandum curare. Si autem id fieri non possit, potius omnia deseram uxorem et liberos, patrem et matrem, quam ab iis discedam. Sed quod tu, mi frater, in hac re consulueris, id libenter faciam, et si nos ullo modo adjuvare potueris, ejus rei nullo tempore obliviscar. Si igitur ullo modo et jure fieri potest, cupio quidem apud vos mihi munus prospectum ut salubris tuae doctrinae christianae amplius particeps fiam. Sed quod tu mihi consulueris animo libenti faciam. Tu interim impera, jube, manda, tua illico capessam mandata, tuum enim est mandare, meum ac jussa capessere fas est. Jam vale in Deo salutari nostro, a quo tibi vera sit pax et veritatis integra cognitio. Ex pago seu aedicula nostra fuliginosa *Suomiswald.* 14. Cal. Febr. 1529.

Lutius Tanner tuus totus, atque utinam semper tuus.

Parce agresti calamo, nam haec quam celerrime exaravi negotiis undique obrutus. Salvum te esse jubent atque sanum fratres apud nos omnes, et omnia bona tibi precantur in Domino. Tu ora pro fide nostra et Ecclesia, ut Dominus illi et verbo et spiritu nunquam desit. Id quod contra nos pro fide tua agitabimus.

13.

Lucius Tanner an Zwingli.

Salus et Pax Domini cum caritate plane fraterna. Noveris carissime in Christo frater, me una cum Conjuge ac natis salvum atque incolumem, ex divina summi Dei nostri gratia. Itidem et Tibi tuisque omnibus ex animo et intima cordis precor medulla. Ceterum id est, quod dicere volebam: Christlicher Bruder und getreuer Mitgenoss und Arbeiter des Evangeliums. Wisse, dass in kurzen Tagen verschienen mein Schweher Uli Baumann mich freundlich heimgesucht, und von mir erforscht und erkundet, was Willens und Gemüths ich sei, so mir möchte in meiner gnädigen Herren von Zürich Gebiet oder Landschaft, durch ihr Hilf und Rath eine Pfarr und Pastoral werden, ob ich es nicht wollte annehmen von seinetwillen, denn er sei nun ein alter Mann, und begehrte dass mit allem was er habe, bei mir zu wohnen, und alle Dinge mit mir gemein zu haben, auf dass er Hilf, Trost und Rath von mir zu Zeiten etwann hätte; und Du, mein christlicher Bruder, wollest auch uns in der Sache helfen und rathen nach allem Deinem Vermögen (dess ich Dir gross Lob und Dank sage), Du wollest aber vorhin meine Meinung vernehmen und verstehen, ob ich den Willen wolle darin geben. So wisse nun mein herzgeliebter Bruder in Christo meinen Willen und Meinung. Ich bin von den Gnaden Gottes wol verschen, und hab lieb gehorsam Unterthanen jezumal wol unterricht und unterwiesen von Gott in seinem Evangelio. Er wolle sie also erhalten in seiner Gnade bis zum End, und begehre mich nicht von Ihnen abzusöndern von keiner andern Ursach wegen, denn allein von meines Weibs Vater und Mutter, die mich gern bei ihnen daheim hätten, auf dass ich und meine Hausfrau ihnen auch könnten Hand zuschlagen, wo es Noth erforderte oder häuschte. Deshalben ist bei uns kein

Mangel an geschikten Predicanten, dass sie wol wieder versehen möchten werden. Wo aber das nicht wäre, so wollte ich eher alles verlassen, Weib und Kind, Vater und Mutter, ehe ich von Ihnen wollte scheiden. Aber was Du mein Bruder mir in der Sache rathest, will ich Dir gern gehorsam sein, kannst Du uns auch je in dem Handel fürdern, und gehilflich sein, will ich zu keinen Zeiten dessen nimmer vergessen, ist es je möglich und mit Fugen mag gsin, so begehre ich wol, dass ich da aussen bei Euch versehen möchte werden, auf dass ich Deiner christlichen heilsamen Lehre weiter möge theilhaftig werden. Aber was Du mir rathest, das will ich gern mit gutem Willen thun. Tu interim impera, jube, manda, tua illico capessam mandata, tuum enim est mandare, meum ac jussa capessere fas est. Jam vale in Deo salutari nostro, a quo Tibi vera sit pax et veritatis integra cognitio. Ex pago seu aedificula nostra fuliginosa *Suomiswald*. 14. Kal. Febr. 1529.

Lutius Tanner tuus totus, atque utinam semper tuus.

Parce agresti calamo, nam haec quam celerrime exaravi negotiis undique obrutus. Salvum Te esse jubent atque sanum fratres apud nos omnes, et omnia bona Tibi precantur in Domino. Tu ora pro fide nostra et Ecclesia, ut Dominus illi et verbo et spiritu nunquam desit. Id quod contra nos pro fide tua agitabimus.

Aufschrift: Dem christlichen und gottgelehrten Bruder Ulrich Zwingli zu Zürich.

XIV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Carissime fratrum. Bona adhuc spe sumus, rem evangelicam hic felicem hoc anno exitum habiturum. Interim tamen est, quod nos exerceat. Torquebitur Satan, Christi gloriam invitus profitens. Hortamur itaque ad providentiam et concordiam. Non enim latent nos maligni versutiae. Bonum videtur, si terminus Disputationis non eo usque prorogatus esset, qui tamen periculo careret, si constaret prisca fides, et minus suspicionum se ostentaret. Porro notarius, quem commendavimus, ea quae scribere liceret, ipse melius coram exponet. Amicus quidam, vir multis exteris notus, vellet *Curiensium* caussam, et quae dolo apud *Rhaetos* attentata sunt, [1]) quamprimum innotescere, ut in Conventum Principum *Spirae* futuro quorundam auctoribus elevari queat. Itaque si quid certi habes, communica. Vale, *Basileae*, ultima Januarii 1529.

Oecolampadius tuus.

XV.

Zuinglius Oecolampadio fratri suo in Domino carissimo.

Gratia et Pax a Domino. Conditiones inter vos pactae non alia

[1]) Consilium oppido *Curia* pro Episcopo potiendi, cujus causa *Schlegel* Abbas ad *S. Lucii* poena capitis affectus est.

causa displicuerunt, quam quod tantum tempus injectum est vobis optimis ac fidelissimis vigilibus in grege Domini at minime versipellibus istis, ad resistendum opportunis. Dii enim boni, quas prestigiorum moles ob oculos vestros volutabunt, urbem extenuatum iri absentia Canonicorum, bella undique incubitura, amicitiam *Helvetiorum* infirmatum iri. Quae vos omnia, ut estis, ab omni duplicitate alienissimi, tantis laboribus diluetis, quo in officio plebs alias temere mutabilis permaneat. Jam aderit in porta hostis: jam ignavissimus aliquis eques *Sungaiae* civem vulneribus onustum liberis domum remittet. Perspectissimi sunt mihi quorundam *Basiliensium* animi. Haec, inquam, sunt, quae me vestra gratia turbarunt, contra vero solatur, quod nisi Dominus urbem servet nos omnes incassum vigilaturos. At dolet, quod tam difficulter vobis, et praesertim Tibi ad meliora nato, christiana pax ceditur.

Qui *Tiguri* sumus verbi ministri, Senatum adivimus, ut nostrum [1]) conveniat, quo disputatio quam liberalissime indicatur. *Bernenses* cum ad eos quoque nostri sententiam nostram retulerint, paulo gravatius capiunt consilium nostrum, quo non cupimus, velut incerti, ab *Eccio* et *Fabro* veritatem doceri: Sed ad Ecclesiarum utilitatem plane de controversis disserere, et veritatem tueri, quo etiam apud perfidos melius audiat. Nunc iterum referunt Legati nostri, ne soli ad vos scribamus. At quid *Ursus* ille secum musset, aliquando intelligemus.

Melchior iste qui saepe literas inter nos transportavit, *Argentorati* has omnes accepit ad vos perferendas, per occasionem vero alio raptus, nobis attulit, tuum ergo resignavimus. Monebat enim, Capitonem permisisse, ut si non recta vos praeteriret, hujus rei copiam nobis faceret.

Apud *Rhetos Abbas S. Lutii* vir mediocriter latine doctus, proditionis reus factus, capite ad 23 diem Jan. h. anni plexus est. Universum ferme negotium Pontificiorum et *Ferdinandicorum* nunc sciunt *Rheti*, partem bonam ipsi per amicos didicimus, Senatus tamen *Curiensis* nostro promisit omnia communicaturum. Id quum factum erit, habebis. Hoc unum scias, ex quo cetera, velut ex ungue Leonem. Abbas ut in nervum esset conjectus, mox scrinia literaria excussa sunt, cumque ad eum esset ventum, et interrogaretur super hisce rebus, de quibus literae proditoriae testabantur, constantissime negare quicquam harum rerum se scire. Hoc tamen fiducia ea faciebat, ut crederet, se ita septum esse conjuratorum praesidio, ut et literae in tuto essent. Postremo, ubi palam intellexit, proditionis omnia instrumenta jam esse in Senatus potestate fassus est omnem proditionem. Moriens fideliter monuit, ut Philipporum amicitias fugiant. De Evangelio ne verbum quidem fecit. Breviter, magna nomina conjurationis hujus capita sunt. Id autem cujus ille caussa periit, h. e. quod Episcopo Ecclesiam suam vendere satagenti suffamulatus est. Ubi — — — — — — — simularunt *Marcus Psittacus de Emsa* et Comes *Myssae* nuptias suorum, ibi per occasionem ac praetentum deducendorum hinc inde conjugum, cohors mille armatorum in urbem *Curiam* ubi venisset, jam arcem

[1]) Episcopum *Constantiensem* intelligit, ut videtur. Siml.

Episcopalem, et quae posset capere, constitutum erat. Hic jam perierant *Comander* et *Balingius* sancti et doeti homines.

Bucero per epistolam suggesseram, ne legati eorum in caussa *Undervaldia* interveniřent. Ita enim res postulat. Interim tamen ubicunque per opportunitatem illis licebit cum *Tiguro* et *Berna* congredi, id vero nobis volupe est.

Cui, infelici suis, nobis autem felicissimo auspicio, nomen a perdendo [1]) datum est, in hac conjuratione caput invenimus. Videbis brevi, si Deus volet, egregia in illius gloriam edi exempla.

Byelus tuo solius testimonio noster est a secretis factus. Tantum enim potuit apud me fides tua, ut me superbissimae familiae opposuerim. Deinde paucis votis superavimus. At ille suą fide et industria omnia redintegrabit. Haec ipse ignorat forsan. Tu tamen potes omnia commode monere, nisi enim testimonio tuo responderet, me quoque pessundaret. Vale carissime frater, et det nobis Dominus benedictionem suam h. e. manu teneat in fide et constantia Ecclesiam vestram, Amen. Quae *Argentoratensibus* fratribus hinc nuntianda censes nuntia. *Tiguri* 4. Febr. 1529. Satis alias mihi placet hominis ingenium, *Byeli* dico.

Huldricus Zuinglius tuus.

XVI.

Nicolaus Baling Zuinglio.

Negotium, quod in praesentiarum me vexat, vir praestantissime, a *Comandro* nostro audies. Rogo Te enixissime, ne me deseras. Tu solus es, qui me juvare potes, ne in hac Charybdi peream. Quod si feceris, facies autem scio, rem mihi et caram, et omnibus modis necessariam facies. Puellae mores, et institutum vitae mihi supra modum placet. Dotem nihil moror, si non sua sponte offerat Pater. Sed finiam, nam occupatior es, quam ut ego Te debeam indoctissimis meis literis a severioribus multo avocare. Rem omnem, ut est, a *Comandro* audies. Vale. Vir fortissime. *Curiae* 7. Febr. 1529. Hic novaram rerum est nihil.

Nicolaus Balingius, tibi addictissimus.

Virginem, vir ornatissime non decepi, neque inescavi aliqua re, ut esset promtior ad faciendum hoc, satis temporis ei fuit ad praemeditandum id, quod tandem obfirmavimus. Me bene intelligis.

XVII.

Simpertus Schenk [2]) Zwinglio.

Deus tecum sit et nihil tibi deerit. Venerande Domine et Pater. Scriba civitatis nostrae *Ulma* rediit 21. h. m., qui de foedere grata

---

[1]) *Ferdinandus Rex.*

[2]) Concionator *Memmingensis.*

nuntiavit, socios enim foederis admodum poenituisse, quod nostrum Legatum foederi conciliando [1]) domum miserunt. Alter Consulum mihi dixit, foederis socios velle cerevisia rursus in dolio esset. Die 23. Febr. tertia hora pomeridiana *Ferdinandus* Rex fere cum 400 oppidum *Memmingam* invectus est et 24. sub horam octavam rursus *Ulmam* ad conventum foederatorum profectus est. Magistratus noster in oppido admodum magnas excubias disposuit et omnes res, quasi pugna futura esset, occulte providit. Novi nihil ultra comperire potui, nisi Senatum et civitatem nostram de Dei verbo maxime consentire et eo animo esse, ut in Evangelio permaneant nunquam oculos referentes. Dedi *Memmingae* 24. die Febr. 1529.

Simpertus Schenk.

17.

Simpert Schenk an Zwingli.

Gott und Gnug. Ehrwürdiger Herr und Vater. Wisset unser Stadtschreiber von Ulm kommen seie, am 21 dieses Monats. Hat gut Mähr gebracht des Bunds halben, denn es den Bund übel gerauen, dass er unsern Bundrath uns heimgeschikt. Sagt mir einer aus den Burgermeistern, der Bund wollte, das Bier wieder im Fass sein. Am 23. Tag Febr. um 3 Uhr Nachmittag ist König Ferdinand zu Memmingen fast 400 stark eingeritten und am 24. um die Acht wieder hinweg Ulm zu auf den Bundstag. Haben meine Herren in der Stadt eine trefflich grosse Wache gehalten alle Ding, als miest man ein Schlacht thon. heimlich fürgesehen. Ich kann nichts Neues weiter inne werden, weder dass ein Rath und Gemeind im Gotteswort wol eins, beherzget sind bei dem Evangelio, ohne hinter sich sehen, zu bleiben. Dat. Memmingen 24. Tag Febr. 1529.

Simpert Schenk.

XVIII.

Marcus Fontanus Zuinglio.

Salutem et Pacem Dei. Perchare frater. Cum tot seculis non unicas ad Te literas direxerim, forte me suspectum habes, quasi verbo divino obstreperem, quod procul absit. Subeant poenas hujusmodi Nebulones. Sed id certe in caussa fuit vel *προσαπώδοσις*. Videbatur mihi pluris esse ac consultius, ut nunc hominum res habent, ad tempus nemini quicquam scribere. Impii enim homines, quorum non parvus est numerus, hucusque non pauca mendacia de Ministris Evangelii ventilaverunt: Nullum hominum genus tutum fuerat apud nos. Sed dum tempora respectu horum impiorum sunt modo mitiora, quam evolutis annis, non possum mihi temperare, quin meam mentem tibi funditus exhauriam, et exactam fidei meae rationem reddam ut 1. Petr. III.

---

[1]) *Joannes Keller* Consul. (Vide Schelhornii: Ref. Gesch. v. Memmingen.)

Confiteor omnes conclusiones *Bernae* examinatas in Sacris Literis bene fundatas et supra Petram; sed de Sacramento Eucharistiae adhuc animo fluctuo, dum peritissimi orientalis et occidentalis Ecclesiae, adeo antiquissimi auctores, apostolorum (tempora) mox sequentes, scilicet, Cyrillus, Tertullianus, Chrysostomus, Bulgarius, Cyprianus, Theophylacus, Jeronymus etc. qui et Christianismum morte sunt testati, qui non aliter interpretati sunt: hoc est corpus meum, quam quod sub specie panis sit vere corpus et sanguis Christi. Peto tamen, mi frater, semper informari. Vidi Acta *Lutheri* contra Te adeo (atque) *Oecolampadium* de Sacramento Eucharistiae edita; legi et lucubrationes tuas in Sacramenta ad *Franciae* Regem jampridem dicatas, et dummodo amborum est, ultra diu duratam, privata opinio, adhuc perplexus sum, et neutiquam in conscientia mea confirmatus. Ignoro, cui Theosophiae interpreti credam, cujus tandem prophetiam accipiam. Tu acervum literarum Veteris et Novi Testamenti ad tuam opinionem confirmandam adducis, contra et alii in Scripturis potentes. Supervacaneum haec hic recensere. Sed quid possum incautus secum in animo de hac re non parva versare? Deus det nobis suam lucem. Haec autem mea multiloquia non cures, sed potius indesinenter munus apostolicum, ad quod vocatus es, ad plenum reddito. Nolo Te longius verbis immorari, continget forte, quod perpusillum temporis ad Te veniam, si saltem rerum ratio, ac temporis conditio permittit, dum de hac re consultamus. Vale mi frater. Me commendatum apud Te et Magistratum tuum continenter habe. Ex aedibus nostris 4 Cal. 1529. Haec mea scripta modo apud Te contine supplico.

XIX.

Jacobus Hewer Zwinglio.

Carissime amice et frater in Christo. Tibi dicam, *Jacobum Riner Sangallensem* [1]) virum praeclarum omnibus suffragiis incolarum Praedicatorem vici *Thal* electum esse, si quidem id impetrari potuerit a Dominis meis *Turicensibus* et *Sangallensibus*, quorum praedicator est, qui idem aliquot hebdomadas hic Evangelium praedicavit, id quod a viris hac causa istuc missis acceperis. Illud igitur a Dominis meis minime recusandum mihi videtur et ille, ut nunc omnes res habent, magis quam ullus alius pietatem et sanctam vitam augere posse. Porro tibi dicam, parochiales hominum multitudinis et occasionis causa praedicatorem adjutoris vice conciliare statuisse, quare sunt qui putent me ejus collegam futurum esse. Quare id gratum mihi facias ut me commendes viris nunc istuc missis. Etiam *Riner* vir ille praeclarus se maximam benevolentiam omni tempore mihi praestiturum esse profitetur, quod idem usque adhuc fecit, cum me minime impedierit quominus, quotiescunque vellem, pro suggestu Evangelium praedicarem, quod

[1]) *Jacobus Riner* sub. a. 1526 concionator ad *S. Laurentii* ecclesiam *Sangalli* fuit, unde *Rorschachium* iit.

tamen nequaquam facere volui, cum intelligerem eum plus boni efficere posse quam me. Quare, carissime frater, si Dei voluntate fieri posse tibi visum erit, autor esse velis, ut adjutoris vice accipiar, et omnino me in perpetuum tibi commendatum habere. Denique tu, et quicunque tibi carus est Domino commendati sitis. Non minus uxorem tuam salutatam volo. Dedi in *Rheineck* Lunae die post Laetare 1529.

Jacobus Hewer ex animo frater.

19.

Jacob Hewer an Zwingli.

Guter Freund und Bruder in Christo. Ich thu Euch kund, dass Herr Jakob Ryner von S. Gallen einhelliglich von einer ganzen Gemeind angenommen ist, zu einem Predikanten gen Thal, so fern man solches vermöge an meinen Herren von Zürich und denen von S. Gallen, welcher Predicant er ist, und jezt etliche Wochen hier verkündt hat, wie denn Ihr durch die Botschaft um solches Willen geschikt wol vernehmen werdet. Däucht mich auch solches von meinen Herren in keinerlei Weg abzuschlagen sein und möge jezt zumal nach aller Gestalt der Sachen mehr zu Erbauung und Besseruug dienen, dann sonst kein anderer. Weiter lass ich Euch wissen, dass man von Viele und Grösse wegen des Volks und Gelegenheit des Sinnes ist, dass man einen Zudiener zum Wächter oder Predicanten haben müsse, demselben nach meinen etliche, ich werde zu demselben kommen mögen. Darum thut als wol, und befehlet mich den jezt geschikten Boten. Es entbeut sich auch Herr Ryner gegen mir alles Liebs und Guts zu allen Zeiten, wie er dann untzher auch gethan hat, und mich ganz und gar nichts gehindert, sond mich lassen anstehen zu verkünden, wenn ich hab wollen, dass ich doch in keinen Weg hin wollen thun, wo ich verstanden hab, dass er möchte mehr Gutes schaffen, dann ich. Darum lieber Bruder deucht es Euch mit Gott zu thun sein, so seit daran, dass ich zu einem Helfer angenommen werde, und lasst mich allzeit befohlen sein. Ihr und alles was Euch lieb ist, sei hiemit dem Herrn befohlen. Grüsst mir Eure Hausfrau. Geben zu Rheinek Montag nach Laetare. 1529.

Jacobus Hewer, ex animo frater.

XX.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Deo. Deo gloria, qui vos ubique victores facit. Mitto hic epistolam ad *Symbertum Memmingae* Episcopum quam Tu ea lege debes et resignare et legere, ut tumultuarie scripta non ignores, atque in loco ad consulendum non sis imparatus, etiamsi semper paratissimus sis. Enecant me quidam, amplissime Vir, sua cunctatione, et intempestivo sive metu sive procacia, dum videre nolunt, bonam germanici orbis partem citra sudorem et pulverem momento nostram fieri

posse. Deinde Perdinandorum artes non jam vulpinas, sed asininas, nihil quam impotentem ac desperabilem metum esse. Id quod res gestas et hominum ingenia ex monumentis non docti adeo cuuctanter vident. Tu vero vere doctus et sapiens, perspicis etiam non vana esse quae scribimus. Sed cum dii volent, immortales expergefiamus, et temere jacens imperium lugemus, quomodo ille cui ob felicitatem artificiosa Graecia Nassam adpingebat in quam fortuna provincias ageret. Epistolam ubi legeris tua charta munies, ac germanica inscriptione, et primo quoque tempore, per fidos *Memmingam* transmittes. Satis enim anxie semel per *Blaurerum*, iterum per *Symbertum* suum privato isthic homines consilio, alias Senatores, meum consilium postularunt. Quod aliter quam plane et candide dare nec debui, nec potui. Intellexi, quid fratres apud vos animi ac spei de statu suo habeant. Nos omnia pro virili gnaviter tentabimus et urgebimus. In *Thala Vallis Rheni* ratam habuit Senatus *Jacobi Rhineri χειροτονίαν*. Deinde *Vitali* et *Huldrico Stollio* sororio meo convenit, ut Te oremus, multis alias occupatum, sed brevibus ac commodis omnia potentem, octo primariis istis, qui *Thalae* rebus hisce nostris praefati sunt, *Jacobum Hewensem* commendes, hominem vere et doctum et sanctum ut Diaconi ministerium ei offeratur. Nescis quam integer sit et constans. Eloquens non est admodum, id quod ipse non ignorabam cum mitterem; sed Ecclesiam tantam esse plane nescivi. Ipse se priore epistola de ponte dejicit, posteaquam et Ecclesiam vidit, et vocis tenuitatem suae audivit, sed non alia re quam sui extenuatione. Age igitur istis nostra suffragia significes. Destinaveram ipse Thalam *Sebastianum Ransbergerum* civem vestrum, qui in praefectura *Groningae* nostrae episcopatum tenet, et *Rhinerum* vestrum ad *Elgoiam* nostram, ubi *Bovillus* precibus nullis retineri potuit, quo magis Episcopatu fungeretur. Vale vir clarissime. 12. Martii 1529.

Huldricus Zuinglius tuus.

XXI.

Capito Zuinglio.

Salutem a Deo. A *Christophoro* accepimus querelam adversus *Elvetios* vestrae Reipublicae. Dolemus nonnihil de offirmatione perditissimorum hostium; interea solatur tamen, quod vulgus plerumque sapiat, et improbe conantibus videatur esse repugnaturus. Nostra conditio meliuscula facta est, adjuvabunt ad reliqua inimici, dum aperte hostes reddentur. Alioqui nihil possumus per nos novare, ut sumus homines tuendi nominis constantiae curiosiores, et tamen satis caussae esset ex infandis minis imbellium sacrificorum, ut et nostrae securitati prospiceremus. Refriguit sub initio primus conatus mystagogorum, nam adhuo agnoscimur tanquam de numero Imperialium, adeoque gradum pristinum obtinemus in hoc conventu Principum, de quo nos dejectos quidam frustra cupiverint. At dejiciant dum libet in locum certe meliorem restituemur. Haec nos deinceps servamus, mi *Zuingli*, sed ut

solemus, valde lente, multa enim aspera latent sub hoc placido mari. *Mantellum* brevi mittemus, nam abierat superioribus diebus ad ducem *Wirtembergensem*. Ad ferias Paschales expectatur. Adjungemus comitem non omnino ingratum. De *Solodureno* dispiciemus, quemadmodum ex hoc nuntio intelliges. Gustum Esajae vidimus et probamus. Ne tamen, Te quaeso, Ebraeorum commentaria nimium negligas, quae simplicitatem spiritus ut est in Te naturalis optime tuentur. Sed moneo memorem et per se satis currentem. Verum ita soleo officium in Te meum attestari. Vale 15. Mart. 1529. *Bucerus* Te salutat.

V. Capito tuus.

XXII.

Ambrosius Blaurerus Zuinglio.

Gratia Tecum. Syncerum hunc hominem a *Symperto* [1]) *Memmingensi* diligentissime mihi commendatum, multis quoque vitae et eruditionis non vulgaribus argumentis mihi exploratum, Tibi jam, ornatissime *Zuingli*, christianice et quantum possum officiosissime commendo, ut, si videbitur, manus sibi imponas. Non frustraberis, mihi crede, spe tua et praesumta ex mea commendatione integritatis et mediocris eruditionis opinione. Dicet Tibi ex me alia quaedam meis verbis, quibus perinde ac mihi fidem habeas, Te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale, et me, ut soles, ama. Non est mihi vel tantillum otii, quo possim aliquando meum Tibi animum ubertim effundere. Ex *Episcopicella* 15. Mart. 1529.

Tuus *Ambr. Blaurerus*.

XXIII.

Comander Zuinglio.

Gratia et Pax per Christum. Carissime *Zuingli*, Scripsit ad nos *Benedictus Evander*, ac super illas respondimus *Nicolaus* [2]) et ego. At eae Literae redditae Tibi sint nec ne, ignoramus. *Willii* filio a nobis commendatae fuerant, qui *Tigurum* non pervenit sed nautae *Tigurino* se commendasse asseruit. Dubii igitur solicitique haeremus, quonam demum pervenerint. Summa literarum haec fuit: a consilio jussuque tuo pendemus uterque, quocunque enim ablegaveris, parebimus. Nihil profecto hic agimus, nisi quod tempus inutiliter perdimus, et labore casso maceramur, quod mihi jamdudum videbatur. Nihil omnino me hic retinet, quam vocatio Dei, cui satisfacere firmum propositum, Deo adjuvante, teneo. Deinde, quid Tu faciendum censeas expectavi. Demum quoque non parum me miseret fratrum, qui in agro *Rhetico* passim morantur, laborantes Domino, si illi relicti lupis ex-

[1]) *Schenk*.

[2]) *Baling*.

positi flaccescerent. *Nicolaus* pro scholastico munere potius anhelat, quam ullo alio. Huic igitur morem geras precor, nam labor ille ejus animo ita insidet, ut innatum putem. A Praedicatione vero abhorret nimium.

Ilanzi Comitia celebrarunt post Laetare. Sed quidquid impiis placuit, prodiit, sancitumque fuit. Proxima nunc *Curiae* habebuntur, nos operam navabimus, quatenus collationem publicam concedant. Quod si renuerint, renunciabo meo muneri, juxta consilium quod interim a Te expectamus. Opus Prophetarum per Te editum jamque excusum desiderio magno expecto. Dic igitur *Michaeli Suitzer* ut mihi paret codicem ligatum. Ego cum proxime nuntius mihi fuerit commodus, advectari faciam. Si praeter hoc Prophetarum opus alia nova abs Te, vel fratribus fide dignis, edita fuerint, ad nos mittantur si fieri potest, et pretium eorum mihi adscribatur. Promisit namque *Michael* se missurum mihi, quicquid poscam ex officina sua. Vale. Ex *Curia* 20. Martii 1529. Tu Senatum nostrum jam exploratum habes, qualis sit. Sed *Nicolaus* noster omnem rem Tibi melius certiusque scripsit, quam ipsi fecissent aut potuissent facere.

Comander tuus.

XXIV.

Rhelicanus Zuinglio.

Salutem et conscientiae pacem per Christum. Quum *Felix* propinquus meus nuper me hic inviseret, inter cetera mihi retulit, se tua et aliorum eruditorum opera, ad Musarum castra revocari, propterea quod mira Doctorum paucitas brevi futura sit, ni prudentium et piorum ductu ingeniosi adolescentes publico stipendio in literarum studiis alantur; mei officii esse arbitratus sum, Tibi adolescentem non invita Minerva literas discentem indicare. Ceterum quum is *Steinae* natus sit, nescio, num *ἀντὶ ἐπιχωρίου νεανίσκου* habeatur, nec ne. Quod si nullo discrimine *Tigurinus* et *Steinensis* habetur, facili opera hoc a Te impetratum iri speraverim, sin minus, non est, quod quicquam sperem. Porro ne Te lateat, quisnam adolescens sit, et quare haec ad Te scribam, paucis accipe. Primum quum adolescens uxoris meae germanus, prima Literarum Elementa in patria sua utcunque didicisset, ego pueri, ut tum erat ingenio perspecto, persuasi socrui meae, uti eum studiis literarum manciparet, meaeque disciplinae commendaret. Impetravi, eumque hactenus in utriusque linguae rudimentis institui, ut latine tolerabiliter et scribat et loquatur, graeca vero cum latinis conferre queat. Idque cum *Steinae* tum *Tiguri* didicit. Hic vero et Hebraica rudimenta attigit, *καὶ τῆς ῥητορικῆς προγυμνάσματα*. Deinde haec scribendi ad Te caussa fuit, quod *ἐκνρά μου πολίτεννος οὖσα*, sumtum, quem adolescens in literarum studia insumit, diutius ferre nequit, neque ego tam vili pecunia apud me fovere (annuatim enim 10 duntaxat aureos se mihi numeraturam spopondit) possum, nam et ego liberis augeor. Audisti, quaenam abs Te petam, nec opus est, ut pluribus

Tecum agam. Scio, namque quid jam olim mihi in mandatis dederis, ut paucis, quid velim, expediam. De Te nihil dubito, quin et mihi et adolescenti prospecturus sis, quantum in Te situm fuerit. Quid vero Tibi hac de re visum fuerit, pervelim a Te certior fieri. *Bertoldus*, *Franciscus* et *Caspar* et Te et comministros tuos salvere jubent. Salutabis et Tu vicissim meo nomine eos omnes, de quibus nuper memini. Vale. Ex *Berna* 24. Mart. 1529.

Tuus *Rhelicanus*.

XXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Nisi res *Basileenses* per legatos vestros uberius et certius indicatae Tibi fuissent, *Huldrice* carissime, eas a nobis percepisses. Unde otiosum putabam, et actum agere existimabam, si scriberem. Nihil hic innovatum interea. Accersitus est *Paulus Phrygio* [1]) ad concionaturam S. Petri, quem expectamus. Cras, opinor, Senatus consulto decernentur ordinationes ecclesiasticae, vestris non multum absimiles. Sed quales illae futurae ubi approbatae fuerint, cognosces. Proximum erit, ut et Gymnasium reformemus literarium. Jam ex comitiis *Spirensibus* retulerunt nuper Legati *Saxoniae* et *Hessiae* Principum, qui hac ad *Imperatorem* contendunt, *Ferdinandum* et *Episcopos* rescidisse decretum superioris Conventus, quo permittebatur in sua quisque religione liber, prout Deo gratum, et apud Caesarem excusabile putarit; praeterea totum papisticum regnum instaurare tentare. Ad interim sequutus est alius tabellio, nuntians, nostros non solum militiam in *Turcam*, sed sumtus quoque pro regimento alendo negaturos, donec securi sint a Sacerdotibus, quorum animi satis declarati sunt. Nihil dubitemus, Dominum suis affore. Bene Tibi ac domui tuae precor. Vale. *Basileae* 28. Mart. 1529.

Oecolampadius.

XXVI.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Veniunt *Mantel* et comes ejus. Ambo valde probati fratres, quibus tuto possis Dei Ecclesiam credere. *Mantel* in *Hessia* parochiae praefectus erat, sed dum, quod recte de Eucharistia credit, confessus est, ad nos remissus est. *Spirae Faber* fortiter fabricat. De his et aliis fratres isti narrabunt. חזרתנו spero maturescet aliquando. Non hic solum testudines sumus, sed praestat hoc quam

[1]) *Paulus Phrygio* Schletstadiensis parochus factus est ad S. Petri et a. 1532 professor Basileae, a. 1535 professor *Tübingiam* abiit.

canoros. Saluta fratres. Per *Christophorum* [1]) plura. Vale in Domino, et ora pro nobis, quos valde turbant male juncti. Utinam omnibus tua consilia ita placuissent, ut vera experimur. *Argentorati* 29. Mart. 1529.

M. Bucerus tuus.

XXVII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Quoniam fideli ministro utor, frater carissime, rem paucis delinio, uberius ex eo cognoscendam. Ordinationes ecclesiasticae et politicae hodie per Senatum majorem approbantur, in quibus Senatus minor pollicetur, se Gymnasium quoque instauraturum. Volo igitur, ut *Chunradus* [2]) ille videat, quem vos morem habeatis, et quid Tu putes, nostro Gymnasio profuturum, ut aboleatur tandem vaniloquium istud, quo nos insimulant ut bonarum artium hostes. Scimus enim et nos, artes liberales dona esse Dei, quibus boni bene uti possent. Igitur haec, et si quae alia sunt, a Te, uti viro cordato, amico, Reipublicae utilitatis studiosissimo, per Ministrum discere gratissimum fuerit, tantum abest, ut erubescam, mi frater; in die judicii hoc maxime nobis gloriosum erit, quod caritate ferventes solicitudinem et pericula pro fratribus non detrectamus. Salutat Te ac Tuam uxor mea. Bene Vale. *Basileae* prima Aprilis A°. 1529.

Oecolampadius.

XXVIII.

Wolfgang Wissenburg Zuinglio.

S. Hactenus, quantum potui, ornatissime vir et frater in Domino colende, calamo temperavi, ne Praestantiam tuam alioquin occupatissimam, mea barbaric interturbarem: nunc autem tantam nactus occasionem, imo necessitatem, cessare non potui, neque etiam licebat, quin et Tibi in hac parte molestus sim nonnihil. Tu igitur pro tuo candore, non mihi sed ipsi negotio peccatum, si quidem est, adscribito. Est apud nos *Jacobus* quidam, dictus *Lew*, *Badensis*, homo satis pius, atque sincerus Verbi Dei amator, quem si non noveris facile, quisnam sit, ex *Utingero* nostro perdisces, quem ante hos menses aliquot Abbas *Wettingensis*, ut suae factionis Monachum Oeconomiae suae, quam hic habet, praefecit, sperans forte ex eo hypocrisin nonnihil auctam hoc modo. Is gratia Dei doctus jam, non modo ob Senatus decretum; sed multo magis ob laesam conscientiam, qua se ipsum a vera Dei Ecclesia ejectum sentiebat, si hoc vestimentorum aliorumque mundi elementorum delectu diutius teneretur, cucullam cum reliquis Antichristi signis exuit,

[1]) *Froschaverus.*

[2]) *Hubert.*

et ne posthac, sicut antea, scandalo, per maximum fornicationis crimen, esset, matrimonium secum tacitus adoptavit. Quod ubi Abbas suus cognovit, sui Monasterii Priorem, quem vocant, minis horribilissimis onustum dimisit, sperans forte, ita posse Deo jam dicatum templum, ob ventris escam, in suam hypocrisin reducere: Sed Dei dono factum, ut Domini *Basileenses* omne negotium in se receperint, abbati nunciantes, ne quid in eum, vel ob exutam cucullam, vel ob contrahendum matrimonium moliatur. Illi tamen Abbatis Legati, se nihil impetrare sentientes, eam, quam uxorem elegerat, et jam aliquandiu mala conscientia satis aluerat, quasi alterius viri uxorem diffamarunt: hucque devenere res, ut ista se a priori marito jure solutam literis, aut bona judicis fide testaretur. Quandoquidem autem hoc negotium ante annos duos aut circiter, sub notario *Utingero*, judicibus autem *Leone*, et Doctore *Engelhardo* apud vos actum fuit, negligentia autem quadam factum, ut literas intermitteret, non sperans tandem fieri, ut ipsis opus haberet; si quid ergo apud te mea vilitas potest, oro non propter nos, sed propter Christum ipsum, ut hujus mulieris causam audire non dedigneris. Qua detecta facile, ut tua est solertia, quanam parte juvari possit, cognosces, ut sui divortii causas, similiterque latae sententiae prioris testimonium nanciscatur, ut huic *Jacobo* posthac non scortum, sed uxor legitima adhaerere possit. Vale in Domino frater observande, et meae temeritati ignoscas. *Basileae* 3. Apr. A. 1529.

Tuus *Wolfgangus Wissenburg*,
verbi minister apud S. Theodorum, Basileae.

Inscriptio: Doctissimo juxtaque piissimo viro Domino Huldrico Zuinglio Domino suo observandissimo.

XXIX.

Mantellus Zuinglio.

Salve vir amplissime in Domini pace. En vir colende, veni cum fratre uti desiderasti, a fratribus *Argentinensibus* et inveni locum provisum duobus fratribus valentibus in verbo veritatis, quos spero praefici negotio evangelico et eligi a communitate, num absit a me et fratre, quod nomine nostro quispiam a Domino electus et a Communitate ordinatus repulsam patiatur. At facturus verbum Domini, cras, Deo volente, veniam ad te invisere vos gaudio et accipere, quid faciamus pro gloria Dei. Non potui, observande vir, citius venire urgentibus causis. Vale in Domino. Ora pro me. Fit vicissim. 4. Apr. 1529.

Joannes Mantellus Tibi devotus.

XXX.

Conradus Luchsinger Zwinglio.

Mi religiose, conspicue, benevolentissime Magister *Udalrice*. Quae has literas tibi pertulit *Pelagii Feltheimensis* viri praeclari, qui ad

beatitatem aeternam pervenit, uxor rite desponsa cum sex parvulis pueris a Dominis meis petit, ut redditus Parochatus sibi in annum prorogentur, quod si impetraverit, *Martinus* a *Monte sacro* vir ille praeclarus et benevolus, ut adhuc, sic in illud tempus bonis *Mejeris* officium suum in hoc munere administrando praebebit, ut hominibus istis benefaciens Dei gratiam sibi mereat. Nec minus parochiales pro ista rogabunt. Quocirca id facere velis, quod optimum esse scis. Amen. Cujus officii gratiam referre non obliviscar. Dedi Martis die ante festum Paschale 1529.

Tibi semper promptissimus *Conradus Luchsinger*.

Magistro *Francisco* (*Zingg*) dicere velis me cupere id quod se mihi promisisse non ignoret, mihi praestetur.

30.

Konrad Luchsinger an Zwingli.

Frommer, Ehrsamer, Günstiger, mein Meister Ulrich. Zeigerin des Briefs Herrn Boleyen sel. von Felten ehliche Hausfrau mit 6 kleinen Kindern begehren von meinen Herren noch ein Jahr die Pfrund, so will der gut Herr, Herr Martin ab dem Heil. Berg die guten Meyer versehen fürhin wie bisher und dem Völkli um Gottes Willen. Es werden auch die Kirchgenossen für sie bitten. Hierum thut das, so Ihr wohl wisset. Amen. Steht mir gegen Euch zu beschulden. Dat. auf Zinst. vor Ostern 1529.

Euer allzeit williger Konrad Luchsinger.

Saget Meister Franz (Zingg) was er mir zugesagt habe, dass mir gehalten werde. Er weissts wol.

XXXI.

Leonardus Trempius Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Mi carissime Domine et affinis, epistolam tuam accepi, ex qua intellexi tibi omnino displicere pacem invalidam et pravam, quam nos clam vobis cum hominibus perfidis conciliavimus.[1]) Quum igitur Legati ex Senatu vestro missi ore et literis gravissime exposuerint, quam ignominiosam pacem vobis clandestino acceperimus, quod quidem auditum de hominibus prudentibus, qui esse volumus, eos me non excepto dedecet; et quum jam manu teneamas, nos rem male gessisse, aperte dicimus, id Dominorum vestrorum culpa factum esse, ea causa quod Legatos suos cum arbitris quibuscum colloqui possemus non ad nos miserint. Ita malum deverticulum quaerimus, quum nos pueriliter egisse videamus. In qua re nihil aliud faciendum est, nisi ut Domini vestri proposito suo, quod coram nobis exposuerunt immoti stent; si enim nemo nos amplius stimulet in ea re omnino acquiescamus.

---

[1]) Pacem cum *Subsylvanis* factam, qui seditiosos incolas *pagi superioris* adjuverant.

Ii Senatores sumus, ignosce mihi. Tam infirmi sumus imperio nostro, ut nunquam dum vivimus. Id effecerunt stipendia peregrina sublata; quum igitur hoc proximo festo Paschali Senatores utriusque ordinis eligendi sint, in magna solicitudine versamur, ne parum boni agatur, scilicet ne omnes ii qui usque adhuc de Dei verbo adversarii exstiterunt denuo potentia augeantur, quod si factum erit, nihil aliud tibi a nobis sperare licebit, nisi nos perpetuo nihil boni incepturos esse; acies enim adversariorum nostrorum tam magna fiet, ut nonnisi iniqua ab iis sperare possim. Deus nobis propitius adsit. Deinde tibi gratias ago libri a te mihi traditi quippe quem pulcherrimum donum existimem; Deus tibi vitam proroget donec meruerim. Uxor mea te et tuam quam maxime salutat. Nihil ultra praeter votum ut Deus tecum sit. Dedi *Bernae* Jovis die ante festum Paschale 1529. Omnium rerum nostrarum, quomodo festo Paschali evenerint, te certiorem faciam. Ex Legatis vestris ipsis audieris, quid iis responsum sit, quod hic non est opus dicere.

Leonardus Trempius tuus.

31.

Lienhard Tremp an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott. Wisset mein lieber Herr und Schwager, Euern Brief habe ich empfangen und darin verstanden Euer Missfallen des ohnmächtigen faulen Friedens halben, so wir hinterruks mit den meineiden Leuten angenommen haben. Und als nun Eure Rathsboten solches trungenlich schriftlich und mundlich dargethan haben, wie wir Euch hinterruks einen solchen spöttlichen Frieden angenommen, das doch schimpflich ist zu hören von wizigen Leuten, als wir gern wären, das rede ich von mir selber, und so wir nun greifen, dass wir gefehlt haben, so sagen wir jezt offentlich heraus, Euere Herren seien schuldig, aus Ursache, warum sie nicht ihre Botschaft mit den Schidleuten zu uns geschikt haben, so hätten wir uns können mit Ihnen unterreden. Also suchen wir eine faule Ausflucht, denn wir sehen, dass wir kindlich gehandelt haben. Nun ist der Sache nicht mehr anders zu thun, dann dass Euere Herren straks auf ihrem Fürnehmen bleiben, wie sie solches vor uns dargethan haben, denn wo uns niemand weiter stupfte, so liessen wir's recht eine gute Sache sein. Solche Rathsleute sind wir, verzeihet mirs. Wir sind als ungesund in unserm Regiment, als unser Lebtag nie. Das hat das Abstellen der Pensionen gethan, und als man jezt auf diese Ostern gross und kleine Räthe besezt, so stehn wir in grossen Sorgen, dass da nicht viel Guts gehandelt werde, denn dass alle die, so bisher von des Gottes Worts wegen sich als widerwärtig erzeigt haben, alle wieder zum Brett kommen, und wenn das geschieht, so versehet Euch darnach keines andern zu uns, dann dass wir für und für nichts Gutes werden anfangen, denn unser Widerpart wird so stark werden, dass ich mich keines Guten zu Ihnen versehen kann. Gott wolle uns seine Gnade senden. Dann so danke ich Euch des Buchs, so Ihr mir geschikt habet, dann ich es

für eine fast schöne Schenke habe, und lass Euch Gott leben bis ichs verdiene. Meine Hausfrau lasst Euch und die Euere fast grüssen. Nicht mehr denn Gott sei mit Euch. Geben zu Bern auf Donstag vor Ostern 1529. Wie sich unsere Sachen auf diese Ostern schiken werden, will ich Euch alles wissen lassen. Ihr werdet wol an Euern Boten verstehen, was Ihnen für eine Antwort worden. Hie nicht noth zu melden. L. T. d. V.

XXXII.

Christophorus Landenberger Zuinglio.

Gratia et pax a Deo patre et ejus filio Domino nostro Jesu Christo. Carissime frater. Perpetuo sciscitor, num Deus semper per te gnaviter agat in verbo suo; itaque audio (Deo laudes) Dei spiritum in dies magis valere. Idem ego Deum assidue pro te oro, non ut tibi plura dona praebeat, sed ut ea quae tibi dedit victoria ornet. Neque tibi non dicere possum, carissime frater, Dei verbum in parochia mea *Ober-Büren* parum augeri (Deus misereatur nostri). Cujus rei caussa est, quod virum nobilem in parochia mea habeo, cui plerique fundi sunt, quos parochiales mei colunt; eidem minor jurisdictio (major enim Abbati *Sangallensi*). Is igitur valde repugnat Dei verbo. Idem aliquas sorores in coenobiis habet, quae ei valde oneri sunt, quamquam id ei nihil nocet, cum divitissimus sit. Quum igitur diu concionavissem de Missa, sperans me eo effecturum esse, ut ea omnibus suffragiis parochialium tolleretur, tamen non potuit, canes enim non ignorant Dominorum voluntatem, et quum eam satis impugnavissem, quam gravissime in cervicibus meis haesit. Quare mea sponte a Missa destiti haec dicens parochialibus meis (id quod factum est circa Nicolai): Quum intelligerem, me a nemine ab hoc misero officio desistere jussum iri, me consilium cepisse mea sponte ab ea desistendi, neque unquam ullam dum viverem habendi; nisi forte meliora edoctus sim sacra divina scriptura; quod si factum sit, me a proposito meo destiturum esse; et si forte omnes vel aliqui parochiales censuerint mihi utique Missam habendam esse, quamquam me non sperare, eos tam miseros christianos esse, ut me cogere velint ad officium tam impium; iis me caussam dicturum esse in aequis locis. Vir ille nobilis et ejus asseclae indignati sunt. Tamen munere meo usus sum, quantum Deus me adjuvit et idola magis quam antea adortus sum, quamquam id satis feceram, si audire voluissent; sed usque ad hunc diem, quo plura de ea re dictito eo minus idola amovere volunt, qua re aliis parochiis pessimum exemplum praebent, quamdiu enim ea habemus, qui circa nos sedem habent dicunt, quum *Ober-Bürenses* ea stare patiantur, quamquam tamdiu ea amovere jussi sint, se quoque sua amplius retinere velle. Vir ille quidem nobilis idolorum causa parochiales convenire jussit, et se excusavit apud eos his verbis: Se audisse, rumorem late serpere, si ipse non obstaret, eos simulacra plus quam sex mensibus ante sublaturos fuisse. Itaque se eo animo esse, ut sua nihil intersit

sive tollantur sive maneant. Quare in eam sententiam plures pedibus ierunt, ut maneant, vera enim ejus voluntas non ignota erat et quotidie manifesta fit. Quippe qui omnes eos qui Evangelio repugnant, qui nos haereticos, fraudatores dicunt et omnem malitiam exercent, noctes atque dies in domum suam trahat. Ubi plures quam dici potest turbae fiunt et cujus rei maxime me miseret, blasphematur et propinatur ab ipso, ejus domesticis et asseclis, de qua re permulta habui quae scriberem, sed profecto mihi ad id non satis temporis fuit, quum qui has literas tibi pertulit me urgeret. Atque ex quo Abbas *Sangallensis* mortuus est, ille cum asseclis suis etiam magis quam antea furit, qui dicunt, omnibus annitendum esse ut novus Abbas fiat, quod nisi factum erit, nos penitus oppressum iri, quasi Domini nostri nobis contra jus faciant, cujus opprobrii quidem ex intimo animo me miseret. Etiam scio Deum nullis unquam hominibus inimiciorem fuisse quam iis qui ita pelli ovilla tecti veniunt, nec minus scio, a Deo ita institutum esse ut Magistratus res civiles administraret. Non magis te celatum volui, carissime frater, *Catabaptistas* me collegasque meos acerrime urgere, qui non patiuntur nos secum colloqui; itaque existimabamus Dominis nostris christianis *Turicensibus* consilio operaque efficiendum esse, ut amoveantur, quippe qui eos non magis in pago suo manere patiantur. Aliquo tempore ante ea causa priorem Abbatem *Sangallensem* adivi, qui mihi respondit eam rem penes Capitaneum esse. Quum autem ad Capitaneum venissem, is dixit: penes procuratores esse. Quamobrem te, carissime frater, quam maxime rogo, ut mihi consulas, quid mihi in rebus quas dixi agendum sit, quippe quarum me maxime misereat; quamquam non ignoro, mihi pulverem de pedibus excutiendum esse, id quod Christus me facere jussit, sed membra mea infirma sunt. Propter tormenta enim quae *Vilae* et *Lucernae* passus sum manu laborare non possum, id quod facere mallem quam eum parochatum habere. Tamen non dubito quin si vir ille nobilis destiterit a simulacrorum cultu, a temere jurando et propinando, idem parochiales facturi sint. Rogo te, ut has literas, si tibi non dedecere visum erit, Senatui proponas. Libenter enim Dominis quoque meis christianis, clementibus ipsis scripsissem, quae me sollicitant, sed dubitabam, utrum deceret nec ne. Si igitur potuerit fac ut mihi respondeatur, neque id respicere velis, quod inepte scripsi, sed magnam meam sollicitudinem; si enim non Dei honor ageretur, tibi literis meis non molestiam attulissem. Sed cum mihi notum sit studium tuum, facere non potui quin tibi haec scriberem, a te auxilium et consilium petens. Denique Deum pro me ora, ut mihi det patientiam et Spiritum suum. Amen. Dedi in *Ober-Büren* 13. die Aprilis 1529.

Tuus intimus *Christophorus Landenberger*.

32.

Christoph Landenberger an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater und seinem Sohne unserm

---

1) Cf. ep. 15. a. 1527.

Herrn Jesu Christo. Allerliebster Bruder. Ohne Unterlass habe ich Frage, ob Gott stets durch Euch kräftig handle in seinem Wort. Da wurde mir gesagt (Gott sei Lob) der Geist Gottes wirke je länger je mehr. Ich bitte auch Gott fleissiglich für Euch, nicht um mehr Gaben, sondern dass er die, die er Euch gegeben hat, an Euch siegreichlich bestäte. Ich lasse Euch auch wissen, o allerliebster Bruder, dass das Wort Gottes in meiner Pfarre Ober Büren wenig zunimmt. (Gott erbarm sich über uns). Und ist das die Ursache. Ich habe einen Junker in meiner Pfarre, dessen der Mehrtheil alle Güter, die meine Kirchgenossen pflanzen, zuhören; desgleichen die Niedern Gerichte, die Hohen gehören dem Abt zu St. Gallen zu. Dieser ist nun trefflich wider das göttliche Wort. Er hat etliche Schwestern in Klöstern, die thun ihm viel Ueberdrangs an und schadet aber ihm gar nichts, denn er sehr reich ist. Nun ein lange Zeit hab ich gepredigt von der Mess, und vermeinte, ich wollte damit zu wege gebracht haben, dass ich die einhelliglich mit einer Gemeinde wollte dennen gethan haben, das doch nicht sein mochte, denn die Hund wissen des Herren Willen wohl; da ich sie nun genug antastet, da lag sie mir so schwer auf meinem Hals. Stund selbst davon mit solcher Rede gegen der Gemeinde (das ist geschehen circa Nicolai): Ich sehe wol, dass mich niemand von solchem elenden Werk wolle heissen abstehen, darum sei jezt meine Meinung, selbst davon zu stehen, und keine mein Lebtag mehr haben, es sei denn Sach, dass ich eines Bessern werd berichtet mit göttlicher heiliger Schrift; so solches geschähe, so wolle ich wieder von meinem Fürnehmen stehen, und ob es Sach wäre, dass eine Gemeinde, oder etliche der Gemeinde vermeinten, dass ich sollte oder müsste Mess haben, als ich nicht verhoffe, dass sie so elende Christen seyen, dass sie mich wollten nöthen zu einem solchen gottlosen Werk, denselben wolle ich eines Rechtes sein an ziemlichen billigen Orten. Der Junker und seine Anhänger waren ungedultig. Doch ich brauchte mein Amt immerdar für mich, soviel als Gott Gnade gab, und griff die Gözen bas an dann vormals, wiewol es vor gnug wäre gsin. wo man hätte wollen verstehen, aber noch heut bei Tage, jemehr ich davon singe und sage, je minder sie hinweg wollen, und geben also andern Pfarren damit gross Aergerniss, denn dieweil wir sie haben, sagen unsere Umsassen, dieweil Ober Bürer solche dulden, und man es Ihnen so lang gesagt, so wollen wir die unsern auch mehr haben etc. Der Junker hat wol eine Gemeinde gestellt von den Gözen wegen, und sich vor ihr entschlagen mit solchen Worten; Er verstehe wol, es gehe weit eine Rede um, wenn er nicht wäre, so wären die Bilder mehr dann vor einem halben Jahr dahin. Nun sei seine Meinung, thue man sie dannen, so gelte es ihm gleich. Lasse man dann sie stehen, so gelte es ihm aber gleich. Also ward das Mehr: sie sollten da bleiben, denn man wusste seinen Willen wol und sieht man solchen täglich. Denn alle die, die wider das Evangelium sind, die kezern, schelmen und böswichten, die zieht er Tag und Nacht in sein Haus. Da wird unsäglich viel Unfur braucht und besonders das mich am höchsten bedauert, das gross Gottslästern und Zutrinken, das durch

ihn, seine Hausgenossen und andere seiner Anhänger geschieht, davon unsäglich viel zu schreiben wäre, dazu ich wahrlich jezt nicht Weil habe, denn der Bote, Zeiger dieses Briefs, ist mir überlegen gsin. Und seit der Abt von St. Gallen gestorben ist, so wüthet er und seine Anhänger noch vielmehr denn vorhin, und sagen, es soll jedermann daran sein, dass ein anderer Abt werde, denn wo solches nicht würde sein, so würden wir gar überherret werden, als ob unsere Herren uns wider Recht würden thun und handlen, das mich doch von Herzen hoch bedauert, und ich auch weiss, dass Gott an keinem Volk je hässiger gsin ist, dann denen, die also in Schafkleidern kommen, und eine weltliche Oberkeit eine Ordnung Gottes ist. Auch wisset, allerliebster Bruder, dass die Wiedertäufer mir und meinen Mitbrüdern viel Ueberdrang anthun, sie lassen nicht mit ihnen reden, und vermeinten, unsere christlichen Herren von Zürich sollten rathen und helfen, damit und sie vertrieben würden, sintmal und sie solches in ihrem Land auch nicht sind dulden. Ich bin vor etlicher Zeit dem vorigen Abt von S. Gallen nachgeloffen darum. Da gab er mir zur Antwort: Es stünde dem Hauptmann zu. Da ich zu dem Hauptmann kam, da sagte er: Es stünde den Amtleuten zu. Auf solches, allerliebster Bruder, ist meine Bitte und Begehren an Euch um Hilf und Rath, wie ich mich in den obgenannten Artikeln halten solle, denn sie mich sehr bedauern, denn ich wol weiss, dass ich den Staub von meinen Füssen schütten sollte, wie mich solchen Christus hat geheissen, so ist mein Fleisch blöde. Ich mag von des Folterns wegen, das mir zu Weil und Luzern begegnet ist, nicht arbeiten. Ich wollte sonst arbeiten, ehe ich solche Pfrund wollte besitzen. Ich habe keine Sorge, wenn der Junker abstehen wäre von den Bildern, schwören und zutrinken, dass die Kirchgenossen solches auch thäten. Und so fern es Euch füglich bedunkte, dass Ihr diesen Brief für einen Rath liesset wachsen. Ich hätte gern meinen christlichen gnädigen Herren mein Anliegen auch geschrieben, so war ich im Zweifel, ob es füglich wäre oder nicht. Ist es möglich, so lasst mich eine Antwort wissen und achtet nicht mein unförmlich Schreiben, sondern mein gross Anliegen, denn so solches nicht die Ehre Gottes beträffe, so wollte ich Euch meines Schreibens halb ruhig gelassen haben. Ich weiss aber euern Eifer, darum hab ich Euch solches zugeschrieben um Hilf und Rath, und bittet Gott für mich um Dultigkeit und um seinen Geist. Amen. Actum in Ober Büren 13. die Aprilis 1529.

Vester intimus *Christophilus Landenberger.*

XXXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve mi Huldrice. Vetus quidem consilium est, veteres amicos non facile mutandos, nescio autem quam salubre sit, si propterea novos, quorum fides magis spectata, et e quibus amplior speretur utilitas, excluseris. Quid illi hodie spirent, quid diu moliti sint, Te clam non

est. Praeter nomen foederis parum relictum est. Utinam autem non propediem in apertissimos erumpant hostes, quod fortassis consultius foret, si sic pergant. Porro ex nostra ipsorum fide conjectare licet, quid ex his, qui ejusdem Christi gloriam auctam cupiunt, expectandum sit. An non arctius cohaerebunt, qui in Christo connexi, quam quos carnis affectus conjunxit? Neutiquam improbo, si veteres sic lucrifacere et in officio retinere possemus. At si illa suos veteres fastidiant, et tantum non persequantur, quaenam utilitas fuerit, tales ac tantos interim non admittere? Quare negligitur occasio, quae fortassis posthac nullo aere, nullis precibus, nullisque beneficiis redimi posset? Haud opus est, coram Te commemorare, quantum ex his commodi, et pacis et belli tempore, conquiri queat. Quantum item hodie ad disturbanda consilia impiorum, ad frangendos insolentes illos animos, ad terendos saevos illos, cognita nostrorum cum illis societas faciat, utique nosti. Itaque si res adhuc amplius expendi potest, mi frater oro, Tu cum praecipuis deliberes, an expediat omnino illos praeteriri. Nostris sane secus videtur. Poterint enim novi spe non vana foveri, antequam solenniter sanciatur conceptum cujuscunque tandem nominis foedus, si forte veteres interim resipiscant, et communibus hostibus minus fidant. Divulgari nunc incipit rumor apud novos, quasi negotium sit plane peractum, nullusque nodus supersit. Ubi autem repulsas passos intellexerint adversarii, ad persequendum illos animos sument, ut nullam occasionem negligunt hujus seculi filii, et fere in generatione sua prudentiores sunt. Nollem autem insignem Ecclesiam Christi vel periclitari, vel ludibrio exponi, id quod sine nostra nota fieri non posset, si tam potens non sit veritas ad conciliandos pios, atque mendacium ad conglobandos impios efficax est. Quis posthac nostram fidem implorabit? Quis amicitiam ambibit? Et non est derelicturus suos Christus, etiam sine nobis. Interim autem ubi officium nostrum? Ubi vel consolatio? Quod non scribo, quasi jam in ancipiti discrimine versentur, ut opus sit τραγωδίζειν, sed quoniam Tribunus plebis ille noster de ea re mecum contulit et admonuit, ut Tibi scriberem, nequaquam detrectare volui imperatum. Tu igitur ipse dispice, quid magis in gloriam Christi, quidve magis ad honorem ac utilitatem patriae. Mihi sane videtur posse novos et tam fidos amicos colligi citra jacturam veterum, siquidem in fide et ipsi perstare velint. Quid enim illi petunt, quod veteres jure possit male habere, imo si saperent, ipsis obviis manibus exciperent. Porro scis, me parum valere consilio, sinceriter tamen scribo. Tu rem ipsam moderaberis, ut et illi contempti non sint, et si quid est, quod ad veteres revocandos attinet, non omittatur. Bene vale in Christo. *Basileae* 17. Apr. 1529.

Oecolampadius.

Fac moneri *Christophorum* Typographum, si noluerit Biblia juxta versionem Santis *Pagnini* excudere, remittat mihi duos quaterniones, ut faciam compingi Librum, qui alioqui solutus perit.

XXXIV.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax a Domino. Quod Senatus *Memmingensis*, virum doctum et prudentem requirat, gaudeo. Ventres enim ignavi spem in herba veluti enecant suis intempestivis simulationibus. Sed talium virorum rarissimus proventus est. Quotus enim quisque cum pietate, comparatam lectione multa multisque experimentis eruditionem conjunxit? Unum duntaxat *Zuinglium Tigurum* habet. Atque utinam singulis urbibus, imo singulis prope dixerim Nationibus sui habeantur istiusmodi Phoenices. Quod vero me illis ceu talem designaris, suaviter risi, quod sciam, quam noris attonitam meam simplicitatem, quae morbis continuis magis atque magis obscuratur; quanquam fortassis interim quaedam pro hujus Reipublicae modo tacitus praevideam, tanquam qui mores istorum domestice pernorim, quos probitas hoc tempore hostes habet acerrimos. Neque aliud ambio, quam prodesse, paratus quolibet locorum commigrare. Verum, mihi videor sine contumelia Christi hanc nostram Ecclesiam, me deserere non posse, praesertim cum se minae aperiunt eorum, quos hactenus occultos osores, tulimus. Audis, opinor, prolixe, quid pariant turgidi dudum mystagogi; proinde gratiam Tibi habeo, quod mei memineris, ubi deliberatio super viro probo incidit. *Jacobum Otterum* [1]) brevi mittemus, virunculum cordatum, et solide pium, illius opera uti poteris aut *Salodori*, vel *Memmingae*. Nam *Mantellus*, venerabilis senex, si ducem Verbi dederis gnarum, comitem praestabit sequacem ac fidelem. Latent apud nos pectora constantissima, et tamen vix ausim illis tanta initio concredere, etsi non dubitem, inauguratos alicubi nullius, etsi magnificam spem esse falsuros. Tu circumspice, an uspiam supersit locus mediocribus, sed pietate confirmatis ingeniis. Ad *Memmingam* fortassis auderem aliquem talium intrepide abmandare, qui *Simpertum* suspiceret in caeteris, licet non inferiorem. Laetum est audire *Johannem Henricum Tornaci* praefectum concessisse ad partes veritatis, nam hostis nomine multis inclaruit. De Isaja tuo tantum abest, ut aliquid metuam incommodi, ut mihi persuaserim malevolis ad res conturbandas aditum per Te praeclusum esse. Tam sapienter et graviter tantaque moderatione tuam sententiam asseris, ut neminem cupias perstrictum nisi praefracte erronem. Confiteor sententiunculis quibusdam diversificari nos, sed re ac veritate admodum consentimus. Quid igitur obstiterit, quominus aemulationem adoriar Tecum super modestia modoque affirmandi mea, vel verius citra aemulationem penitus, quia utrinque prospicimus, quid prosit multis, non quid opinionibus privatis patrocinetur, tametsi, quae Tibi pronunciata video, non ausim equidem vocare in dubium, sed eadem assevero, quamlibet ratio cuique sit explicandi sua, ut sua cujusque fert aut natura aut spiritus. Bene nobis quod fide convenit, verbis non adeo refert, modo juxta regulam spiritus quisque conetur. *Joannes*

---

[1]) *Jacobus Otter*, Concionator *Solodurensis*, deinde *Aroviensis* et rursus Solodurum vocatus.

Caspar a Bubenhofen officiose excepi convivio. Vir dignus est tua commendatione. Ex eo audies quae scribere parum tutum est. — — — — [1]) Nam Patriam istam meam puto. Quam rem dolenter audimus. Sed exitum felicem ostendet Dominus. Reliqua de nostris rebus a *Basilea* in dies facile accipies. Summa est, hoc magis ad libertatem suspirant Aegyptique commercium refugiunt, quod durius regnum imminet Israelitis. Mosen ducem, ut Tu multis es, tandem exaudient, quem audiunt jam in dies attentius. Dominus Te servet nobis diutius, animumque istum solidum in corpore sano nobis tueatur, mi *Zuingli*. Nam in Te Dei gloriam amplissime suspicimus. Vale et nostros aliquando communes amicos per occasionem salutabis. 19. Apr. 1529.

Capito tuus.

XXXV.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Vocavimus *Otterum*, permoti efflagitatione Scribae *Basileensis*, ut *Salodurum* invadat. Quod si Deus parum faverit coeptis, dignissimus videtur, quem *Symperto Memmingensi* adjungas. Fidei praestitit constantiam contra Tyrannos. Eum igitur homuncionem Tibi commendo. Gratulaberis brevi nobis, cum videris nos viros factos, et abrupturos, nedum dissuturos vincula et sodalitatem male fidam cum impiis. Sic nobis Deus occasionem objicit adoptatissimam. Literas quas novas accepisti a *Christiano Fridbold* [2]) putamus aperuisse futuram rerum expectationem haud infelicem. Ex eo viro nostra pleraque audivisti, quem video esse Tui observantissimum. O nos felices, ubi eum diem viderimus. Jurares divinitus nunc commotam urbem, atque utinam istinc contingeret audire laetiora, etsi mihi videantur male fore fidei, quae sunt fide pessima, vel deliniata vel absoluta. Vale mi frater. 28. Apr. 1529.

Capito tuus.

Alter frater *Martinus* nempe ex *Suevis* Syngrammatistis unus, nuper veritatem Eucharistiae ex tuo ultimo libello, si recte commemini, accepit. Quem quaeso aliquantisper audies patienter, nam sine magno commodo esse non potest, et Tecum paucis commentandi caussa tantum itineris aggressus est. Iterum vale. *Bucerus* Te diligenter salutat, utriusque nostrum nomine utriusque scripta legas.

XXXVI.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Carissime in Domino frater. Eo *Mantellum*

[1]) Quae verba Hebraea hic sequuntur legi non possunt.

[2]) *Christianus Fridbolt* Scriba civitatis Sangallensis fuit et Legatus ad comitia imperii *Spiram* et *Augustam* missus est.

senem venerabilem et Christi amantem, una cum comite viro non inutili, [1]) ut speramus, vineae Domini excolendae. *Solidurni* vir futurus est, tui cumprimis stomachi. Fac quod soles, ut modis omnibus perspicacem omnium Ecclesiarum Episcopum Te praebeas. Nostram conditionem ex *Mantello* audies. Nostra Respublica tota vestra est, h. e. Ecclesiae inter reliquas purissimae pure adhaeret. Interea circumspicitur anxie, quo famam integritatis et fidei tueamur, etiam erga illos, qui sunt fidei hostes devotissimi. At in necessitate fratri frater foret subsidium nihilominus. — — — [2]) etiamsi nihil accidit, praeterea, quod quidem oportuit, magnis accessisse, metus tenet malos semper, quibus auguratur animus, non semper omnino vana. Fiet enim tandem, quod est opus factu, quod ratio pietatis, quodque multarum Rerumpublicarum salus exposcit. Nos, qui animis vestratium cohaeremus vero animo, in ceteris praeeuntes imitabimur, nisi omnino Dominus averterit currentes. Habe nobiscum, ut ille ait, patientiam sed habebis, scio, si cogitas, qua arte tractanda sit bellua multorum capitum, ab eo praesertim, qui in postremo ordine collocatus, ab aliis aliorsum, invitus interim abripitur. Sed felicissimis auctibus affectiones expetitae vulgo gliscunt, ut jam rumor fiat publicus, de salute publica rationibus ex Deo mutuatis instituenda. In asino et bove aratio inaequabilis, *ἀλλὰ πανὶ ἀντιλαμβάνουαι* fide, moribus et conditione pares. Sic onus reddetur toleratu levius etc. Singulos fratres adversarius facile conficiet, conjunctos viribus et animo non item, etsi nihilosecius erimus interea conjunctissimi adjuratissimique tanquam ejusdem coelestis Reipublicae verissimi cives et unius externae quoque Ecclesiae Sacramento pares. O felices hoc die vulgi voces, quae libere sparguntur, nobis serio dissimulantibus. Audies apertiora ab *Oecolampadio*. Protoscriba *Basileensis* hic fuit his diebus. *Spiris* acris pugna est super Banno Imperiali decernendo adversus miseros *Zuinglianos* et *Catabaptistas*, nam haec duo genera haereticorum una execrantur, Scismatici *Lutherani* incipiunt (eos) amare prae illis, nam isti adimunt e mundo Christum, adeoque praestaret mundum collabi totum in primam rerum confusionem, quam panatio carere Christo, qui apud illos alia ratione esse non potest. Summa: Ulcus, mi *Zuingli*, nondum maturuit, etsi spectent omnia ad solidam sanitatem. Boni consule nostram tarditatem. Reliqua *Mantellus*. Nuper capti sunt 39 Anabaptistae, ferunt hodie adjunctos 18. quod agminatim soleant confluere contemptis edictis publicis. Inter se dissimillimi, adversus nos iidem semper manent. *Bucerus* Te salutat. Quae nuper de Esaja tuo sic accipe, quod aliorum judicio imprudens subscripseram, interea enim certius cognovi, quod aliquis desiderabat sano judicio decisum aut aliter relatum. Nam locus indicatus est utcunque, nihil enim certi potuit. Imprudentiam meam igitur — — — festinanter. Vale in Domino felicissime. *Argentinae* 29. (forte Apr.) 1529.

Capito tuus.

---

[1]) *Otter.*

[2]) Haec verba hebraea legi non possunt.

XXXVI. b.

Epistola quam quidam Zwinglio scripsit cujus nomen ignotum est. [1])

Gratia et pax a Deo. Carissime Domine et amice. Ad ea quae scripseras nihil aliud habui quod monerem, nisi me cum *Francisco Müller* ipso locutum esse et ex eo ista exquisivisse. Qui nihil aliud confessus est, nisi se *Brunnero* Capitaneo et Tribuno dixisse, Abbatem illum [2]) literis tuis commemoratum apud Consilium publicum Comitatus Doggii fuisse (id quod revera factum est), et literas legi audivisse, quibus exhibeatur conditio quae ei intercedat cum *Doggiis*, eundem deinde nobis multa bona promisisse et rogavisse, ut sibi optima faceremus seque Dominum agnosceremus etiam ut sibi Legatum ex Consilio *Vilam* ad concilium [3]) mitteremus. Ubi ei in summa responsum sit: nos cuique facere, quae debeamus. Id quod sibi minime gratum factum esse *Franciscus Müller* ille dixit; se enim, putavisse Abbatem antequam ex conclavi exierit *Doggiis* mille coronatorum per Legatum daturum fuisse; quamquam ille non dixit, Abbatem sibi hoc dixisse. Idem *Franciscus* ille dixit, se scire, Abbatem sibi mihique plus quam centum coronatos dedisse ut optimum faceremus, quamquam sibi de eo parum juste actum esse videri, idque se non primum ab Abbate ipso audivisse, qui nihilominus profiteatur, se tamen acturum esse ut probum virum et popularem, etsi sibi multa injuria allata sit. Itaque *Franciscus* quidem mihi bono consilio dixit, me autem vetuit cuiquam dicere, Abbatem sibi donum dedisse. Qua in re acquiescere velis quippe quae ei damnum afferre possit. Hoc autem palam dixit: Abbatem si in hoc munere permanserit sibi praefecturam daturum esse. Quae ut ita sint, tamen nihil aliud nisi eum a nostra parte stare intelligere possum. Denique Deus tibi consulat etc.

(Nec quo die nec ubi scripta sit, haec epistola exhibet; certe Aprili a. 1529 scripta est.)

Inscriptio: Magistro *Udalrico Zwinglio* carissimo meo Domino et amico.

36. b.

Ein Ungenannter an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott. Liebster Herr und Freund. Euerm Schreiben weiss ich nichts Anders zu erinnern, (als) dass ich mit Franz Müller selbst geredt und gefragt. Ist nichts anders kanntlich, dann dass er zum Hauptmann und Meister Brunner geredt, wie der vermeint Abt vor Landrath gewesen, als auch geschehen, seine Brief hören lesen, darauf uns viel Guts jezt erboten, und gebeten, ihm das

---

1) Tokenburgensis.
2) *Kilianus Germanus* Abbas nuper electus, cognomine *Käüffi*.
3) Cum pagis tutoribus habendum.
4) Tria haec verba intelligi non possunt.

Besst zu thun, ihn für einen Herrn zu kennen, ihm auch einen Rathsboten gen Weil auf den Tag zu geben. Da im Antwort worden in Summa: dass wir jedermänniglich thun, dass wir schuldig. Das er nun nicht zu Gefallen gehabt; da er vermeint, dass er, der Abt, der Landschaft 1000 Kronen ehe er aus der Stube gegangen, gegeben hätte, dass ihm der Bot zu geben wäre, und aber nicht geredet, dass ihm der Abt solches gesagt. Er, der Franz auch weiter geredt, er wisse, dass er nun ihm und mir wohl 100 Kronen geben, dass wir das Besst thäten, —·— — als auf sein vermeinen, nicht das erste von ihm dem Abt gehört; da sei aber nicht minder, er geb aus etc. Wolle aber nichts desto minder thun als ein guter Landmann und Bidermann, wiewohl ihm viel zugeführt sei. Nun hat er, der Franz, mir wohl in Rathsweise gesagt, mir verboten zu sagen, dass er ihm eine Gabe gegeben. Das lasst verbleiben, möcht' ihm Schaden bringen. Und aber das redt er offentlich: wenn er Abt bleibe, wolle er ihm eine Vogtei geben. Nun kann ich dennoch nicht anders von ihm verstehen, denn dass er auf unserer Seite sei. Hiemit pfleg' Euer Gott etc.

(Ohne Datum und Ort; aber im April 1529 geschrieben.)

Aufschrift: Meister Ulrich Zwingli meinem liebsten Herrn und Freund.

XXXVII.

Philippus Landgravius Hassiae Zwinglio.

Pio, doctissimo, eximio, nobis caro Domino *Udalrico Zwyngelino* etc. in manus. *Philippus* Dei gratia Landgravius Hassiae, Comes Catzenelnbogensis etc. Clementem voluntatem nostram tibi ante omnia pollicemur. Vir doctissime, carissime, eximie. Nos id agitamus ut *Lutherum*, *Melanchthonem* et alios quoque, qui de Sacramento in sententia tua sunt, loco opportuno cogamus, ut si Deus misericors et omnipotens propitius adesse voluerit, de eo loco pactionem in sacra scriptura positam faciant et in consensu christianis digno vivant. Nam in hoc conventu Principum Papistae ad conservandam perversam suam vitam et mores sibi aliter consulere nequeunt, nisi ut dicant, nos qui integro et lucido Dei verbo addicti simus, inter nos ipsos de religionis doctrina non consentire; quae nisi ita essent, facile esset rebus mederi, ut tandem puerilia illa mutarentur. Quare clementissime a te petimus, ut auctor sis et quam maxime nobiscum annitaris, ut vestratum nec minus *Lutheranorum* aliqui tempore et loco dicto cogantur, quo magis, ut supra dixi, de iis rebus ad consensum in justo fundamento positum et Christianis dignum perducamur. Cujus officii tibi clementer memores futuri sumus. Dedi *Spirae* 9. Maji Jovis die post Jubilate a. 1529.

Philippus Landgravius Hassiae.

37.

Landgraf Phillipp von Hessen an Zwingli.

Dem frommen und hochgelehrten, unserm lieben, besondern

Herrn Ulrichen Zwyngelein etc. zu Handen. Philipp von Gottes Gnaden Landgraf zu Hessen, Grave zu Catzenelnbogen etc.

Unsern gnädigen Willen zuvor. Hochgelehrter, lieber, besonderer. Wir stehen in Arbeit und Handlung den Luther, Melanchthonem und dann auch andere, die des Sakraments halben Euerer Meinung sein, an gelegenem Orte zusammen zu bringen, ob Gott der barmherzige und allmächtige Gnade verleihen wollte, dass man sich desselben Artikels, auf Grund der Heil. Schrift vergleichen und in einhelligem christlichem Verstand leben möchte. Dann auf diesem Reichstag die Papisten, zu Erhaltung ihres verkehrlichen Lebens und Wandels sich anderst nicht zu behelfen wissen, dann dass wir, die dem reinen lautern Wort Gottes anhangen, unter einander selbst unsers Glaubens nicht eines Verstandes seien, sonst wäre den Dingen leichtlich zu rathen, dass das Bubenwerk einmal verändert würde, darum so langt an Euch unser ganz gnädig Begehren, Ihr wollet daran sein und fördern helfen, dass wir der Euern und in Gleichnuss der Lutherischen etliche auf benannte Zeit und Stelle bei einander bringen mögen, damit, wie oben gezeigt, die Sachen möchten auf rechten Grund zu christlichem einhelligem Verstand gebracht werden. Das wollen wir wiederum Euch gnädiglich bedenken. Datum: auf 9. Mai Speier am Donstag nach Jubilate 1529.

Philipps Landgraf zu Hessen.

XXXVIII.

Reliquiae epistolae a Philippo Zwinglio scriptae.

— Porro, carissime *Huldrice Zwingel*, mihi indicatum est, Evangelicos Pagos *Helvetiorum* bellum parare, et rem in eo esse, ut manus conserant et tempestas exinde sequatur. Quae si ita sint et vestra pars vereatur ne impar sit adversariis, vobis persuasum velim, ut breves induciae fiant et deinde auxilium quaeratur, profecto enim vastatio perniciem affert. Mihi autem non dubium est, quin si vestra pars rem paulisper differre possit, vobis multis in partibus (siquidem adversarii quoque ad bellum parati sunt) prosit. Sapientes facile est docere. Quae parum sapienter reputavi mihi in optimam accipere velis; denique te Deo Domino commendatum volo, ut te ex voluntate sua numine suo tueatur. Quid mihi videatur de aliis rebus aliis literis tibi notum faciam. Dedi in *Fridewalt* manu mea.

Philippus Landgravius Hassiae.

Si quid tibi et vestris in hac re quam dixi literis meis prodesse possum et iis opus esse videtur, ipsi optimo consilio utentur. [1])

---

[1]) Haec pars epistolae Landgravii manu scripta est (quae reperitur Turici in superiore Registratura quam vocant) et pertinet ad epistolam ejus Zwinglio traditam a. 1529. Zwinglius hanc partem epistolae Dominis suis tradidit, quippe quae ad eos ipsos pertinuerit. Siml.

38.

Fragment eines Briefs an Zwingli von Philipp.

— Weiter lieber Hultrych Zwingel, so wird mir angezeigt, wie dass die Evangelischen Oerter in der Eidgnossenschaft in Kriegsrüstung sein sollen, und dass vielleicht darauf stehe, dass zum Angriff komme, und Weiterung daraus folge; so nun dem so wäre, und dass Ihr auf Eurer Seite Euch grossen Widerstands besorget, so wäre mein Rath, dass ein kleiner Anstand gemacht werde, und nachher Hilf gesucht werde, dann wahrlich Verwüstung bringt Unheil. Es ist aber bei mir nicht Zweifel, so Ihr auf euer Part einen kleinen Verzug erleiden könntet, es möchte Euch zu vielem (sofern anders Widerstand da ist) nuzen. Den Verständigen ist gut predigen. Nehmt mein thorichtes Bedenken im Besten getreulich von mir an, und will euch hiemit Gott dem Herrn in seinen Schuz nach seinem Willen befohlen haben. Ihr werdet sonst meine Meinung in andern meinen Briefen vernehmen. Dat. Friedewalt mit meiner Hand.

Philips, Landgraf zu Hessen.

Ich Euch und den Euern so sie es anders vor nothdürftig ansehen, etwas um diese Sache, wie mein Brief meldet, hie oben, so werdet Ihr Euch wol zum Besten schiken wissen.

XXXIX.

Oecolampadius ad Zuinglium.

Gratia Christi Tecum. Qui Literas reddit, ex Syngrammatariis unus erat, sed nunc per gratiam Christi resipuit, adeo ut et fratribus suis oneri sit, itaque urgeat, ut sperem, propediem plerosque reducturum. Dignaberis igitur illum, mi *Huldrice*, colloquio tuo, quo cognoscas, quam concordes simus in annuntiando Christo, et inde adversarios nostros, qui crebro jactitant, nos dissidere, eoque nomine non parum gloriantur, confutare possit. Reliqua ut hic habeant, recensebit *Pellicanus*. Bene vale. *Basileae* 3. Maii 1529.

Oecolampadius.

XL.

Franciscus (Zink) ad Zuinglium.

Gratia et Pax a Deo. Quid de disputatione nostra [1]) actum propediem intelliges. Id autem operae pretium et necesse est, ut intelligas: Hodie Abbas ille putatus abiit ad *Toggenburgios*. Quid illic facturus sit, ignoramus. Suspicamur tamen, magnam practicam prae manibus fore. Ab alia parte abierunt *Vogt am Ort* [2]) et Cancellarius

---

[1]) Cf. Hottingeri Helvet. Eccles. Hist. 3, 466.

[2]) *Lucernas*. Idem a. 1530 Legatus *Vilam* ad concilium et *Augustam* ad conventum Principum missus est.

ille *Schenkli* jam praefectus imperialis ad Dietam *Badensem*. Scribit hoc Capitaneus noster [1]) Dominis *Tigurinis*, ut homini huic insidias tendant, quoad in campo *Rafetz* capiatur, atque *Tigurum* ducatur, illicque pro dignitate examinetur, nam omnium practicarum ipse et caput et dux, ut melius nosti. Tu igitur calcar appone, ne pro solita desidia negotium postponatur. Vale in Domino qui te servet semper. Ex *Vyla* (Weil) die Veneris post Ascens. 1529.

Franciscus (*Zingk*) tuus.

Der Hauptmann schreibt den obersten Meistern den Handel.

XLI.

Capito ad Zuinglium.

Gratia et Pax. Hunc lapidem diu et anxie movimus, atque promovimus donec in locum adoptatum incumbat [2]), sed audio potiores adversariorum renisus, quibus prolixe consultantibus *Hamburgi*, quibusnam artibus divellerent Ecclesias a filiis Dei, Civitatem suam hactenus illis offerentibus conspirarunt filii Belial, per quos vereor, ne impetret Senatus quod vi nulla obtinuisset. Quam foedum est auditu, arcem istam vestram libertatis in eam redigi servitutem, ut vobis nefas sit colloquium sancire cum nostra ecclesia, quae sola sanctimoniae quinque filiorum Belial longe anteferenda est. Atque utinam nos coram vidisses. Pergeres, scio, si alterutri posthabendi, nostro omnino calculo subscribere. Natura loci, vicinia, situs; ut meliorem vix optares, adde commeatum et nervum rerum agendarum, adeoque pectora numine afflata, qui colloquium sancitum ardeant, nisi quod mora ingratissima intercesserit. Atqui aliud non potuimus, postquam ad summa nunquam, nisi per gradus, pervenitur, qui omnes nobis ordine fuerunt emetiendi, qua opera jam et tuto et infinito trahere sermone concessum Colloquium licebit. Vide mihi, quo nos pudore afficiemur, quo motu conturbabimur, quanta furvis? et senioribus ansa, et vobis quoque incommodandi praebebitur, nam periculum est, ne cogamur, eventum motae multitudinis experiri, contrarium *Basiliensibus*. Eo nunc spectant veteris salivae admiratores. Neque dubito, quin sit futura alta quies, ubi sic fieret, fratri frater firma Civitas, non quod vestra magnopere praesidia et precationes moraremur, sed Colloquium nacti in summam nos concordiam concederemus, qua Sathanae obsistere, mutuis adjuti viribus, fortasse sufficeremus. Quod si quid vobis intercedendum apud Dominum, vestra vobis merces ampla posita erit. Imo servari non possumus, nisi ejusdem corporis membris servatis, neque sane pe-

---

[1]) *Jacobus Frei*, Turicensis, Praetor militiae Abbatis, in cujus ditione reformationem adjuvit et defendit et eo amoto caput Magistratus Doggiorum fuit. Idem Aedi sacrae Sangallensi addictos ad bellum Capellense adduxit et cecidit in pugna in monte *Gubel* facta.

[2]) Clavem hujus epistolae in Literis *Oecolampadii* reperies in epistola XLIV. 22. Maji scripta.

rire sine gravi vestro periculo dabitur. Quare tuum fuerit cavere, ne sanciatur quod contra caritatem, quod Ecclesias scindat. Nam cogitant Hundskopf mit Eberskopf zu schlagen, dass ein Bär den andern fress h. e. ut filii Dei ab Ecclesiis divellantur, immo, ut inter se committantur. Alioqui niger pauperie Codrum superat quemlibet, et seniores avariores sunt, quam quod velint exercitum alere, nisi Ecclesias, quas intelligis, vel vi vel astu depilare contigerit. Vale 13. Maii 1529.

Explica Te, mi *Zuingli*, et in porta naufragio pereuntibus manum porrige; nam *Hamburgi* Senatus ad delectos retulit tria. Potissimum inter reliqua fuit, ne cum filiis Dei, Ecclesiae, ut institutum est a *Constantiensibus* coalescerent. Wehr, wer wehren kann. Tam sibi prospiciunt Tyranni, et audent quidam illos juvare, praesertim filii Belial, quibus nos omnibus nominibus antecellimus, si viros, et arma et moenia, adde et fidem spectas. [1])

XLII.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. *Schwenkfeldius Silesita* his diebus huc appulit. Vir vere nobilis. Totus Christum spirat. Furvis idolum impanationis, edictis plane regiis defendentibus cessit patriam, cui fraudi praecipue fuit, quod *Zuinglius Elvetius*, acerrimus hostis nigroris (Ferdinandi) libellum hujus in publicum ediderit. [2]) Funestus ita fabricat *Faber* mendacia sua, quibus est instructissimus. Quam triumphabit bellua, ubi viderit, ingenio et largitionibus confecisse, quod omnes Imperii tyranni, quam late patet, *Hamburgi* effectum capiebant. Relatum enim tum est ad Senatum, videri (ut tuo verbo utar) probuleutis accurate prospiciendum, ne citeriores et ulteriores Ecclesiae cum filiis lucis coalescant; nam ferociam tyrannorum ea res cumprimis anxiam habet. Sed quid? Sancitum ne inter probos colloquium quod amicitiam solidissime committeret, refugiendum est, quo minus nuntium remittant, qui nihil aeque soleant, quam fallere fidem, quam interpellare novis amoribus probatam divinitus amicitiam? Hic opus est vigilantia. *Zuinglium* igitur explices, quantum potes, nam colloquia mala filiorum Belial, ut otium pollicentur, turbas tamen semper dabunt, cum aequalibus religione coospiratio animorum. Firma confieret colloquio familiariter instituto. *Hessus* tuas his diebus accipiet, nam nuntio deferendae concreditae sunt hodierno matutino; *Lutherum* refugientem a vestro congressu in lucem pertrahent. Nutat illius acies, tantis arietibus percussa diffluet meticulosa. Avemus porro scire horum dierum gesta. Ne fumis nigricantibus terreamini, nam animo perniciosissimo vires nocendi non perinde suppetunt. *Schwenkfeldium* literis in piam aliquam sententiam scriptis saluta, et solare quaeso, testis enim Christi eximius est. Vale. *Argentorati* 18. Maii 1529.

V. Capito.

---

[1]) Epistola *Capitonis* est, licet nomen suum non subscripserit. Siml.

[2]) Libellus a *Zwinglio* editus ad 24. Aug. 1528.

XLIII.

Paulus Rasdorfer Zuinglio, Episcopo Tigurino, Domino et Praeceptori suo carissimo.

Precor Tibi scientiam Dei. Non possum Te, etiam atlantico onustum onere, perpluribus jam gravatus, non adcursitare calamo, sacrificulorum nostrorum structas insidias ad auras deferente, Praeceptor carissime. Conquesta duntaxat injuria, adjutos se plerumque arbitrantur oppressi Tuo conamine hactenus et ipse ego et *Petrus* [1]) Oeconomos agentes, per ipsum facti, studio operantes summo, nil nisi, tota etiam nocte piscantes, sanguisugas, aspendios cepimus citharedos. Qui quondam evangelicos praestabant viros, remis velis sudantes, jam aere convicti palinodiam canunt. Student avaritiae omnes, sanam stomacho insano doctrinam dejicientes. Diem obiit omnis constantia, concidit vultus, oritur odium, quaeruntur rimae quibus fuga quaeri possit, propalata intrepide veritate. Vertit vela indies Senatus noster mulierculorum more. Vult jam cucullum, seu habitum monasticum. [2]) Post, non vult. Quis enim haesitaret, ex eis quosdam veritatis fucum gestantes nummorum sagittis esse pseudochristianis adfixos? Volunt nonnulli Decimarum ipsis addictarum libertate (ut ajunt) etiam evangelica gaudere. Sibi ipsi prodesse religio est penes nos. Articulos quosdam Tibi procul dubio notissimos, ipsissimi contrarios, veritati reluctantes sacrae, conflarunt detestandos, hypocrisi pacem externam causantes. Quid sibi velit vafrities haec, me fugit penitus. Pariat mali plurimum, vereor. Ardua in Senatu re existente, abdicant seque furtim, abstrahunt Evangelici patrocinium Tyrannidi praestantes. Ex Nuntio meo plura hauries. Parva est horum homuncionum pernicie spes. Non aliter nobis visum est, ac si porcis rosas et canibus margaritas spargamus. Quid igitur hisce in rebus exordiendum, Praeceptor dignissime Literis nobis significato. Vivat in Te Christus. Confratres mei et Te et conjugem tuam liberosque tuos salvos exoptarunt. Actum *Rutti* (*Glaronensium*) 19. Maii 1529.

Paulus Rhodocomus (Rasdorfer) Ecclesiastes Rhutinus.

Privatus jam codicibus meis, velim a *Christophoro* Typographo quosdam tabellioni significatos comparare libellos, si pecuniarum moram admittere vellet. Sis mihi Domine et frater carissime subsidio, quo in vadum dirigatur. Non perperam Tecum agam sed fidem servabo indubitanter etc. Maneant haec penes Te sepulta.

XLIV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve mi Huldrice. Ex his literis disces apertius intelligere, quod amici obscurius scribunt [3]), ita enim jussere.

---

[1]) *Rümelin*, parochus *Schwandensis*.

[2]) i. e. mox Abbatem Sangallensem agnoscunt mox non.

[3]) Cf. Ep. XLI.

Colloquium vocant, foedus; *Helvetios* bonos ac fideles, filios Dei; malos vero filios, Belial; Comitia, Senatum vel consilia; *Spiram*, *Hamburgum*; *Turcam*, hostem, *Ferdinandum*, nigrum; *Hungaros*, *Danos*. Episcopos item seniores; pauperes evangelicos, juniores. Provinciam *Rheni*, citeriores. *Hessos* et *Saxones*, ulteriores. Bellum, motum. Pacem, quietum. *Hessum* principem, candidum. Civitates Imperii, Ecclesias. Hisce notis et tu nunc utere ad amicos. Praeterea scias eam urbem [1]) legisse conditiones, quibus initum est foedus inter nostras civitates et placere. Neque intelligo alia remoramenta praeter ea, quae a *Conrado* meo [2]) didicisti. Bene vale. *Basileae* 22. Mai 1529.

Oecolampadius.

XLV.

Johannes Rhellicanus Zuinglio.

Salutem et conscientiae pacem per Jesum Christum. Reddita est mihi epistola tua carissime frater, quae veterem tuum erga me candorem et amorem prae se fert, in eo, quod tam candide amiceque rebus meis hactenus consuluisti, et porro consulturus es. Consilium tamen super affinis mei rebus tam abest, uti reprobem, ut summis votis mihi expetendum fuerit id, quod Tu ultro nobis, pro tua humanitate, offers. Quis enim Deum immortalem non cupiat tibi non solum a manibus, verum etiam a pedibus esse. Quum inter infima officia, quae puero demandas, nullum tam iners sit, in quo praestando ingenuus et Literarum sitiens adolescens, non aliquid emolumenti capiat. Quemadmodum enim poeta dicit: Principibus placuisse viris non ultima laus est; sic ego non parum ad solidam eruditionem parandam conferre arbitror, si quis cum pio et erudito homine cottidianam consuetudinem habeat. De adulescentis aetate, si in prioribus literis non satis explicui, clarius accipe. XV annum jam attigit, et, ni fallor, ejusdem staturae nunc est, qua *Hieronymus* erat, quum Tibi a manibus fieret. Eum jam jam cum publico *Tigurinorum* tabellario ad Te misissem, nisi auriga quidam *Scaphusanus*, adolescentis avunculus, in dies expectaretur, qui cum ipsum, tum suppellectilem ejus *Scaphusiam* veheret. Operae pretium enim puto, ut matrem prius invisat, uti vestimenta quaedam ab ea capiat. Sin vero aurigae adventus procrastinabitur, et Tibi puero opus sit, mihi per nuntium significato, quocum eum transmittam. Qui verbo hic praesunt, totidem verbis te salvum capiunt jubentque. Salutabis et Tu vicissim totum Musarum coetum. Vale. Ex *Berna* 26. Mai 1529.

Tuus Johannes Rhellicanus.

XLVI.

Megander Zuinglio.

Gratiam a Domino. Senatus nostri consultum est, carissime Zwingli,

[1]) *Argentinam.*
[2]) *Hubert.*

in *Königsfelden* doctum fovere aliquem, qui dominicis semper diebus divinum verbum a prandio populo praedicet. Hebdomatim vero Episcopis (ii enim a Dominis hoc flagitarunt) illuc concursuris, scripturae sacrae, aut Linguarum potius, cognitionem tradat. Tu igitur, si quem habes provinciae huic respondentem constituere nobisque annunciare poteris. Provisione providebunt, ut aerarius noster mihi retulit, satis honesta. Commentati sumus de *Nicolao* [1]) ex *Chur Bertoldus* et ego. Tu quid facto optimum fuerit vise. Vale. *Bernae* penultima Maii A°. 29. Salutat *Leonem*, Custodem atque fratres omnes. Salutat te *Berchtoldus*, saluta *Fritzium* nostrum.

Caspar Megander tuus.

XLVII.

Zuinglius ad amicos suos. [2])

— Quod hactenus ad vos scripsi, iterum atque iterum facio, ut constantes sitis, neque bellum metuatis. Nam ista pax, quam quidam tantopere urgent, bellum est, non pax. Et bellum, cui nos instamus, pax est; non bellum; non enim sitimus cujusquam sanguinem, neque etiam per tumultum hauriemus; sed in hoc sumus, ut Oligarchiae nervi succidantur. Id nisi fiat, neque Evangelii veritas, neque illius ministri apud nos in tuto erunt. Nihil crudele cogitamus, sed quidquid agimus, amicum et paternum est. Salvare cupimus quosdam, qui per ignorantiam pereunt. Servare libertatem satagimus. Vos igitur nolite abhorrere tantopere a consiliis nostris. Mitiora sunt et aequiora, quam quidam apud vos dictitant. Omnibus, qui nos falso deferunt, prompte creditis, cum hactenus semper experti sitis veritatem nostram, illorum autem inconstantiam, ne dicam mendacia. In hoc igitur estote, ut pro fide in Deum et in homines constanter nostris respondeatis. Quid multa? Nihil metuite: nam Dei bonitate et συμμαχίᾳ universa sic geremus, ut vos nostri nec pudeat, nec poeniteat. [3]) —

XLVIII.

Zwinglius Jacobo Werdmüller Centurioni.

Gratia et pax a Deo. Care, conspicue propater. Intellexisti Dominorum nostrorum sententiam. Itaque me poenitet quidem illius diei, interim tamen incolas agri *Gastal* nobis conciliandos curare velis per praefectum *Judam a Bendern*, quo facto, etsi *Doggii* hujus rei expertes esse velint, tamen incolas agri *Gastal* te non deserturos esse spero; quare Jovis die paratus esse velis, si illos nobiscum conciliaveris.

---

1) *Balingen.*

2) *Bernenses.*

3) *Myconius* de vita et obitu *Huldrici Zwinglii* in *Usterii* primo supplemento ad *Zwinglii* vitam a *J. C. Hessio* editam, pag. 24.

Quod quidem consilium mea ipsius auctoritate dedi; Legati enim qui ex agro *Gastal* et *Vesen* missi modo hic Turici apud Senatores et Cives fuerunt, apud se quadringentos vestro auxilio delectum iri putant, aut vos a praefecto *Kiburgensi* mille vel duo millia militum accepturos esse postquam res suas perfecerit. Tamen id consilium mea solius auctoritate dedi, cum Dominis nostris placiturum esse sperem. Nec magis *Doggios* nos defecturos esse spero. Sed confestim agere velis cum Scriba *Lichtenstegensi*; hujus enim rei causa Mercurii die consilium publicum habituri sunt. Iterum te rogo ut rem gnaviter cures, et consilium occultum habeas. Deus tecum sit omni tempore. Dedi X hora 8. pomeridiana Junii.

Huldricus Zwinglius tibi semper paratissimus.

Legati ex agro *Gastal* et *Vesen* missi die quem dixi ad te venturi sunt, quibus confidere potes. Si cum *Doggiis* ages, non dices, te eorum terram occupaturum esse, id enim non patientur, cum semper usque adhuc militia immunes fuerint.

48.

Zwingli an Jakob Werdmüller, Hauptmann.

Gnad und Fried von Gott. Lieber Ehrsamer Gevatter. Ihr verstehet Unserer Herren Meinung wohl. Nun reut mich der Tag übel genug, aber dazwischen bewerbet Euch auch gegen denen im Gastal, durch den Vogt Juden von Bendern, so hoff ich, wo gleich Dokburg nicht möchte, so würde doch das Gastal Euch nicht lassen, und wollte demnach Donstags auf sein, so ihr daselbst Verstand hättet etc. Das rathe ich für mich selbst, denn die Boten die aus dem Gastal und von Wesen zu dieser Stund hie zu Zürich sind vor Räth und Burger gsin, vermeinen, man werde bei ihnen 400 Euch zu Gatein ausnehmen, oder dass Ihr vom Vogt von Kiburg 1000 oder 2000 nähmen, nachdem er die Händel vollstrekt. Aber ich rathe das. Hoff' wol es werde Unsern Herren gefallen. Hoff' auch die Tokburger werden nicht fehlen. Doch machet Euch eilends verständig mit dem Stadtschreiber zu Lichtensteg, denn man um die Sachen, Mitwoch den 9. Brachmonat einen Landrath hat. Habet Sorg und die Rathschläg heimlich. Gott mit Euch zu aller Zeit. Geben um X Nachmittag 8. Brachmonat.

H. Zwingli Euer Williger allzeit.

Die Boten von Gastal und Wesen werden genannten Tags zu Euch kommen, denen dürfet Ihr wol vertrauen.

Wenn Ihr gegen Toggenburger handlet, müsset Ihr nicht von Einnehmen reden, denn sie sich nicht werden lassen einnehmen, sondern sie sind vorhin der Mannschaft halben frei.

XLIX.

Zwinglius Senatui minori et majori Turicensi.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Conspicui, sapientes, clementes, carissimi Domini. Perpetuo maxime sollicitus sum, ne res praesentes temere agantur neve negligenter proferantur. Quamobrem mihi quidem necesse esse visum est me severe loqui et agere, quo magis hoc miserum et impium saeculum aliqua ex parte emendetur et populus pius in Dei verbo permaneat, deinde aliquo tempore post Dominos meos Senatores arcani consilii [1]) edocui, ne curarent quod acriter concionarem, me enim minime dubitare quin nunquam bellum vel caedes ex ea re oritura esset, sed omnia spectare ad opprimenda stipendia peregrina et injuriam. Tamen jam Dei providentia bellum erupit, quod tamen nulla caede facta Dei in gloriam et civitatis conspicuae Turicensis in honorem compositum iri spero. Itaque ego curiosum ago et vereor, ne priusquam res bene reputatae et illustratae sint vos blandis verbis ad pacem adduci patiamini, quae denique pejor futura sit quam bellum; quare vos quam maxime rogo, ut consilium meum in his rebus accipere velitis. Vulgus igitur V pagorum magnam partem donis pessime corruptus est, magnam partem divinae veritatis imperitus, neque peritus esse vult, minimam partem veritati studens. Qui autem stipendia peregrina accipiunt iis ignaros capiunt et in furorem impellunt, ut opprimant eos qui veritati student. Quo facto mihi quidem necesse esse visum est, ut ageretur severe et vi contra eos qui stipendia accipiunt, ne ignari deciperentur neve ii opprimerentur qui Deo confidunt; isti enim hortationibus et lenitate non magis meliores fiunt quam lupus lenitate agni, qui magis magisque vorax fit. Quamobrem durissima quidem consilia mihi proposita habeo, quibus iis metus incutiatur; quamquam si in rem erit, vos omni lenitate uti quae Dei voluntati non repugnet minime aegre fero, id quod vos, Domini sapientes, intellexisse spero, dum apud vos fui. Eodem animo a me acta sunt quae nuperrime egi. Consilium enim quo bellum apte dirigi posse mihi videbatur, demum eo ipso mane, quo profecti sumus, *Waldero* viro praeclaro aperui, deinde Magistro *Löw* et *Bergero* praeclaro tribuno militum, ne quidquam impediretur; si enim isti qui stipendia peregrina devorant, consilia nostra sentiant, omnes antea rem ita constituant, ut nemo eos aggredi possit. Quae igitur proponere statui quatuor his locis continentur.

1) Ut V pagi Dei verbum libere praedicari patiantur ex novo et vetere Testamento, et omnia foedera quae contra fecerunt renuntient et literas ea exhibentes reposcant, neque tamen cogantur Missam idola aliasque Cerimonias tollere, Dei verbum enim hos pulveres omnes facile flatu suo disperget. Cujus loci haec est causa: Quamquam sunt qui dicant, id perinde esse ac si hominem insanum sapere cogamus, non ita est; donec enim Dei verbum non audiant, neque manere sinant, non desinent nos sollicitare. Quod idem indicio est, eos stipendia peregrina

[1]) Den geheimen Rath.

non abjicere velle; omnes enim qui iis non fruuntur Dei verbum praedicari patiuntur.

2) Ut jurejurando stipendia peregrina in aeternum renuntient eadem ratione et consilio ac Domini nostri. Namque stipendia peregrina et hujus et omnis discordiae foederatorum caussa sunt; ita ut non simul ea et regimen reipublicae constare possint.

3) Ut in V pagis auctores et divisores stipendiorum peregrinorum corpore et bonis multentur. Nam si hoc non factum erit, postea futuri sunt, qui videant, illos magnam pecuniam coëgisse, neque tamen bello aperto puniri potuisse itaque impunitos elato capite inter homines incedere. Quare exemplo cavendum est, ne quae male facta sunt iterum fiant neve alia fiant.

4) Ut Dominis meis aequam partem sumtus hujus expeditionis compensent. Nam Domini nostri eis in re Itingensi 4000 florinorum dederunt, quamquam *Suitenses* ejus tumultus auctores fuerunt; hujus autem expeditionis idem V pagi auctores fuerunt.

Haec igitur sunt quae proponere statui quibus pax conciliaretur, nec minus ut jurejurando fidem obstringerent, ne unquam abhinc ejusmodi quid faciant ut omnes in rebus suis permanere sinant, neve quemquam ulciscantur, aliisve injuriis afficiant quas turbis complecti solemus.

Ubi igitur ad locum castrorum venimus, dux noster me jussit ea proponere Legatis paci conciliandae, quae iis placuerunt, ita ut omnia consilia ad ea conformaverint, ad quae me quoque adhibuerunt. Hoc ipso autem die vos Domini nostri literas nobis tradidistis responsionem exhibentes ad ea quae *Suitenses* petunt, cum exemplo literarum *Bernatum*, civitate christiana nobiscum conjunctorum. Ex quibus literis bene intellexi, *Bernates* foederis socios consilii nostri tantummodo in castris palam considerati nondum certiores factos esse. Quippe qui omnino ab his locis non tam prope absint quam vos ideoque multarum rerum non vere certiores fiant. Quare ne eorum literae vos nimis sollicitent. Primum enim res iis praefectorum *Subsilvanorum* causa ita evenisse videtur, quamquam non ea sed haec causa est, quod pax *Thermis* facta rei omnino nihil consuluit, et *Bernates* vos semper pacis causa adiverunt et, vel post conventum *Waldshutii* habitum a V pagis [1]) amplius adituri sunt. Deinde non edocti sunt, nobis harum rerum caussa neminem diem dixisse usque ad 9 diem Junii. Nunc autem serum est ad diem dicendum (id quod Imperiales quoque leges dicunt) cum injuria tantum meruerit, ut aequum judicem ad ulciscendum et puniendum adduxerit. Quare in iis multa parum reputata sunt. Sed dummodo vos, Domini clementes, carissimi, fortes et constantes sitis, ut nobis nihil per vos desit, tum omnes res Deo juvante ita expediemus ut Dei et utriusque urbis gloriam plus sexcentos annos pronuntient. Quod ita intelligatis, ut *Bernates* foederis socii, nobiscum civitate christiana conjuncti constanter permaneant in loco de fide, nec minus in eo ut foedus *Ferdinandicum* tollatur. Itaque vos, Domini sapientes, adsitis ut fortiter contra stipendia peregrina nitamini, tum veniemus inter nos ad consen-

1) Ad foedus cum *Ferdinando* faciendum.

sum fidei et rei publicae et melius bellum gesserimus quam ulli unquam homines. Neque id vos turbet, quod dicunt, si stipendia peregrina tangantur, fore ut *Solodurenses* foederis socii a re abhorreant. Primum quidem a *Bernatibus* quoque foederis sociis idem dicebatur, sed Deus rem aliter vertit. Id autem quod volumus numquam nisi fortiter nitendo et non cedendo impetrabitur, quod quidem gnaviter faciemus. Neque nobis timendum est nobis, vulgus enim utrumque se edoceri patitur et honestum, amicum inter se et fidum est, exceptis aliquot nigris ,equis, qui hic non minus nigri sunt quam Turici. Tamen plaustrum non alio vehere poterunt, quam quo civitatem amplissimam *Turicensem* decebit, id quod Deus faxit. Quare nos asperi simus et minaces, vos estote sapientes, fortes et constantes. Nos nihilominus nihil temere agemus. Ita concordiam et honestam pacem Deo juvante perpetrabimus. Quamquam autem conspiramus hostes invasuri, neque rapere neque domus incendere, neque caedem facere cogitamus, sed tantummodo agere ex locis quos supra commemoravi, ut injuriam tollamus et pacem adjuvemus. Quare constantes sitis in Domino et omnis timoris expertes. Deum aliquando societatem Helvetiorum restituturum esse spero, tamen nonnisi vos fortes perstiteritis in tollendis stipendiis peregrinis, videtis enim Evangelium quidem late vicisse, sed stipendia peregrina omnia turbare. Quamobrem sitis aeneus murus et in optimam partem accipiatis quae simpliciter hortatus sum. Mihi enim fas esse videtur me vobiscum ut cum patribus loqui; igitur instetis stipendiis peregrinis. Ammannus pagi *Glaronensis* [1]) vir conspicuus et sapiens me certiorem fecit, sibi cum in castra V pagorum equo vectus esset, vulgus tam assiduos hortatores fuisse de stipendiis peregrinis, ut impetretur a V pagis, ut tollantur. Deus vobiscum. Dedi XI. die Junii 1529.

Vobis, Domini sapientes, omni tempore ad omnia officia promptissimus
Huldricus Zwingli.

Loci quibus omissis pactio neque fieri neque constare potest. Ex exemplo Zwinglii manu scripto.

1) Ut Dei verbum libere per omnes foederis socios praedicetur, ad vim veteris et novi Testamenti; Missam autem tollere, idola aliasque cerimonias nemo cogatur, sed Dei verbum eas res tollat, omnesque societates, Ferdinandi aliaeque renuntientur et literae quibus eae consignatae sunt reddantur.

2) Ut omnia stipendia, mercedes et alia dona principum peregrinorum ejurentur in aeternum, nec minus ut foedus cum Rege Galliarum factum renuntietur neque aliud ejusmodi unquam abhinc fiat, denique ea ratione ut literae exhibebunt.

3) Ut qui sunt in V pagis auctores et divisores stipendiorum peregrinorum quae hujus discordiae causa fuerunt, corpore et bonis multentur et quidem dum in castris sumus.

Nam si hoc non factum erit, postea utique futuri sunt, qui sperent, se impune laturos esse, etsi stipendia peregrina ejurata sint.

---

[1]) *Joannes Aebli.*

4) Ut Dominis nostris 30,000 coronatorum ad compensandos sumtus expeditionis dentur. Tamen V pagis eorum bonis ad id uti liceat, qui corpore et bonis multantur; nec minus ut *Suitenses* mille florenorum tribus orbatis liberis *Jacobi Schlosseri* viri praeclari dent.

Jusjurandum, quo polliceantur, se neminem unquam ulturos esse: Ne in omnes eos, quos Domini nostri in tutelam suam aliave ratione acceperunt, ea causa inquiratur, vindicetur ve, ne iidem verbis aliave ratione unquam lacessantur, sed ea res iis omnino nullum damnum neque honoris, neque corporis, neque bonorum afferat. Etiam ut illa patrocinii necessitudo utique maneat, ut si quis contra facturus erit, Dominis nostris liceat id manu prohibere. Denique ut agatur quod ultra opus erit. Ut civitas *Turicensis* semper honore non imminuto fruatur et in eos nunquam abhinc tanta insolentia utantur, neve V pagorum unus unquam adsit, ubi qui se contra Turicenses acturi conjunxerint.

49.

Zwingli an Kleinen und Grossen Rath Zürich.

Gnad und Fried von Gott bevor. Ehrsame weise, gnädige liebe Herren. Ich trage ohne Unterlass grösse Sorge für die gegenwärtigen Sachen, dass sie nicht frefenlich gehandelt, noch liederlich hingelegt werden. Auf das hat mich allweg nothwendig bedaucht ernstlich reden und handeln, damit das jämmerlich sündlich Zeit möchte doch etlichen Weg verbessert, und das fromm, gläubig Volk bei Gottes Wort bleiben, und hierauf etliche Zeit meine Herren die Heimlichen bericht, sie sollen nicht achten, dass ich rauh predige, denn ich ganz nicht zweifle, es werde nie Krieg oder Blutvergiessen daraus, sondern es reiche alles zu Niederdrukung der Pensionen und des Unrechten. Noch ist es aus Gottes Ordnung zu einem Aufbruch gerathen, den ich hoffe ohne Blutvergiessen zu Gottes und der ehrsamen Stadt Zürich Ehre ausgetragen werden. Nun thu ich als der Sorgfältige und fürchte, Ihr lasset Euch ehe die Sachen wol ertrachtet und erläutert mit guten Worten in einen Frieden bringen, der zulezt ärger wird weder der Krieg und darum ist meine ernstliche Bitte, Ihr wollet meinen Anschlag in den Dingen verstehen. Das Volk von den 5 Orten ist grossen Theils mit Gaben übel verbrochen, grossen Theils der göttlichen Wahrheit unbericht und will auch nicht bericht sein, mindesten Theils der Wahrheit anhängig. So nehmen nun die Pensioner die Unwissenden und machen sie tobend mit Ihnen, und verdruken damit die der Wahrheit anhängig sind. Auf das hat mich allweg noth bedaucht, dass man wider die Pensioner straks und gewaltig handelte, damit die Unwissenden nicht verführt und die Gläubigen nicht unterdrukt würden: denn sie ab Vorgeben und Güte gleich als viel bessern, als der Wolf ab des Lämmlis Milde, der wird je mehr und mehr frässig. Und habe darauf allweg die rauhsten Rathschläge vor mir, damit sie zu Furcht gebracht; aber zu bestem der Sache mag ich alle Mildigkeit, die mit Gott ist, fast wol leiden, als ich denn hoff Eure Weisheit wol gesehen habe, dieweil ich bei euch gewesen; also ist es auch

zulezt gegangen. Ich habe meinen Rathschlag, wie man den Krieg kommlich richten möchte, erst an dem Morgen Herrn Walder geöffnet, als wir hinweg gezogen und demnach Meister Löwen und Herrn Hauptmann Berger, damit nichts verhindert würde, denn wo die Pensioner der Anschläge inne, wurden sie alle vor versezen, dass niemand über sie kommen möchte, und steht mein Vornehmen in den nächsten 4 Punkten.

1) Dass die 5 Orte Gottes Wort frei predigen lassen, nach Vermög Neuen und Alten Testaments und alle Bündnisse, die sie dawider gemacht, absagen und heraus fordern. Aber der Mess und Gözen auch anderer Ceremonien halben unbezwungen seien abzuthun, denn Gottes Wort wird die Stäub alle ring dannen blasen.

Ursache dieses Artikels: Denn so man gleich spricht, solches sei gleich, als da man einen tauben Mann wolle zwingen, er solle wizig sein; ist nicht: denn so lang sie Gottes Wort nicht hören, noch bleiben lassen wollen, so haben wir keine Ruhe vor ihnen. Es ist auch ein Zeichen, dass sie der Pensionen nicht wollen absteben; denn alle die nicht Pensioner sind, mögen wol leiden, dass man Gottes Wort verkünde.

2) Dass sie die Pensionen in die Ewigkeit verschwören, gleicher Mass und Meinung wie unsere Herren.

Ursache: Denn die Pensionen sind eine Ursache dieses und alles Zweitrachts in einer Eidgnossenschaft und neben den Pensionen mag kein Regiment aufrecht bleiben.

3) Dass in den 5 Orten die Hauptsächer und Austheiler der Pensionen an Leib und Gut gestraft werden.

Ursache: Denn wo das nicht beschähe, wurden zu künftigen Zeiten erfunden, die da sähen, dass jene eine grosse Summe Guts zusammen gelegt und dennoch in einem offenen Krieg nicht hätten mögen gestraft werden und demnach den Hals streken und hindurchfahren. Darum muss die begangene Missethat und künftige mit dem Beispiele vergaumt werden.

4) Dass sie meinen Herren einen ziemlichen Reiskosten geben.

Ursache: Denn unsere Herren ihnen im Ittinger Handel 4000 fl. gegeben, da doch die von Schweiz derselben Aufruhr Anlass gegeben. Also auch hie ist dieses Auszugs Anlass von den Obersten gegeben.

Dies sind ja die Punkten, die ich also fürgenommen, dass durch sie ein Frieden möchte gemacht werden, sammt einer Urfehd, solches nimmer mehr zu thun etc. und jedermann bleiben zu lassen ungerochen, und wie man pflegt in den Unruhen zu begreifen.

Da wir nun ins Feld kommen, hat mich Herr Hauptmann vermahnt, vor den Verordneten solch ein Fürnehmen darzulegen. Hat ihnen gefallen, haben auch all Rathschläge darnach gestaltet, bei denen sie mich auch gehabt. Auf heut aber dato habet Ihr, unsere Herren, eine Antwort, über deren von Schweiz anwenden zu uns verschikt, samt einer Copie deren von Bern, unserer christlichen Mitburger. In welcher Copie ich wol vermerken kann, dass unsere Eidgenossen von Bern unsers Fürnehmens, allein im Feld offentlich betrachtet, noch nicht be-

richtet. Wie denn in allen Dingen sie nicht so nah gelegen an denen Orten, als Ihr, und deshalb vieler Dingen nicht eigentlich berichtet werden, Darum Euch ihre Schrift nicht so sehr bekümmern soll. Dann zu Einem, verstehen sie, der Handel sei von den Vögten von Unterwalden wegen also gewachsen, so er doch nicht von derselben Sach, sondern von deswegen, dass kein Friedstell zu Baden gemacht geholfen, sie Euch für und für angewendt und, mit dem Tag zu Waldshut, weiter anwenden wollen. Zum andern, dass sie nicht unterrichtet, dass uns dieser Händeln halb niemand Recht geboten, bis auf 9 Tag Brachmonat. Da aber das Rechtbieten zu spat ist (als auch die Kaiserlichen Rechte sagen) nachdem das Unrecht so viel verdient, dass es den billigen Richter zu Rach und Straf genöthigt hat. Darum nun in der Sache noch viel Unbedachtes ist. Aber gnädige liebe Herren seit Ihr allein tapfer und handfest, dass uns daran nicht mangle, so wollen wir alle Sachen mit Gottes Hilf also aus dem Graben lupfen, dass sie Gottes und beider Städte Ehre über viel 100 Jahre auskünden werden. Das versteht also: Unsere Eidgnossen und christlichen Mitburger von Bern halten getreulich ob dem Artikel den Glauben betreffend, dass die Ferdinandische Vereinigung abgethan werde. So sehe nun Euer Weisheit zu, dass ihr tapfer wider die Pensionen anhalten, so mögen wir zu Einigkeit des Glaubens und Regiments miteinander kommen, und haben bas kriegt, denn keine Leute je. Und lasst Euch nicht irren, dass man sagt, so man die Pensionen anrühre, werden unsere Eidgenossen von Solothurn ab der Sache scheuen. Es ward anfänglich von unsern Eidgenossen von Bern auch also geredt, aber Gott fügt ein anderes. Das aber mag nie erobert werden weder mit tapferm Anhalten und Nichtweichen; wollen wir ohne Zweifel auch getreulich thun. Dürfen auch unser keine Sorge haben, denn der gemeine Mann ist zuräthig und ehrbar, freundlich untereinander und treu. Ausgenommen etliche schwarze Ross sind hie schwarz wie zu Zürich. Doch müssen sie den Wagen an keinen andern Ort ziehen, denn einer Lobl. Stadt Zürich ehrlich wird sein. Wills Gott. Darum lasset uns rauh und dräulich sein, und seit Ihr weise, tapfer und standhaft. Wir wollen nichtsdestoweniger nichts verhöhnen. So bringen wir Einigkeit und einen ehrlichen Frieden mit Gottes Hilfe zuweg. Als wir einhellig auf den Feind zuziehen, fürnehmen wir auch weder zu rauben noch zu brennen, noch schlachten, sondern allein nach den vorigen Artikeln zu handeln, dass wir das Unrecht ab und das Friedliche äuffneten. Hierum seit fest im Herrn und unerschroken. Ich hoffe, Gott werde noch einmal eine Eidgnossenschaft aufrichten; doch nicht, Ihr bleibet denn tapfer auf dem Abthun der Pensionen, denn Ihr sehet, das Evangelium weit Ueberhand hat, aber die Pensionen betrüben alle Dinge. Hierum seit eine ehrne Mauer und vernehmet mein schlecht Vermahnen im besten. Ich meine, es zieme mir, als mit meinen Vätern zu reden und haltet ob den Pensionen. Mich hat der ehrsam weis Ammann von Glaris berichtet, dass der gemeine Mann ihm so viel in Ohren gelegen, weil er unter die 5 Orte geritten ist, der Pensionen halb,

dass es bei den 5 Orten erobert werde, dass man sie dannen thue. Gott mit Euch. Geben XI. Tag Brachmonat 1529.

Euer Weisheit allzeit

williger Diener
Huldrych Zwingli.

Artikel ohne die der Bericht nicht mag gemacht noch beständig werden. Aus Zwinglis Handschrift.

1) Dass Gottes Wort frei durch alle unsere Eidgnossen gepredigt werde, nach Vermög Alten und Neuen Testaments; aber zu Abthun der Mess, Bild und anderer Ceremonien niemand gezwungen werde; sondern Gottes Wort die Dinge dannen thue, und alle Vereinungen, die Ferdinandische und andere abgesagt und herausgegeben.

2) Dass alle Pensionen, Miethen, Gaben der fremden Herren verschworen in die Ewigkeit und die Französische Vereinung abgesagt und solche nimmermehr gemacht, nach weiterer Form und Mass, wie der Buchstabe verfassen wird.

3) Dass die Hauptsächer in den 5 Orten und die Austheiler der Pensionen, von welchen dieser Zweitracht Ursprung genommen hat, an Leib und Gut gestraft, weil wir noch im Feld sind. Denn wo das nicht beschähe, würde allweg zu künftiger Zeit verhofft, man möchte ungestraft bleiben, so man die Pensionen gleich verschworen hätte.

4) Dass unseren Herren 30,000 Kronen an ihren Reiskosten gegeben. Doch soll den 5 Orten deren Gut daran dienen, die an Leib und Gut gestraft werden, und die von Schweiz 1000 fl. Hrn. Jakob Schlossers 3 verlassenen Kindern geben.

Urfehd.

Dass alle, so unsere Herren in ihren Schirm oder sonst angenommen, darum unersucht, ungestraft, auch mit Weis und Wort nie gerupft werden, sondern ihnen an ihrer Ehre, Leib und Gut ganz unschädlich sein.

Dass auch genannter Schirm allweg währen, so fern jemand dawider thun würde, und ihnen ziemen mit der Hand zu verwehren etc.

Und was weiter Noth wird sein.

Dass Zürich bei seinen Ehren bleiben, und nimmermehr mit ihnen solcher Muthwill soll gebraucht werden, auch der 5 Orten keins nimmermehr dabei sein, da man sich wider sie parteien untersteht.

L.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Mi *Huldrice*. Commendatitias ad Te *Thomas* ille, quo non est alter ex fratribus et Symmistis mihi familiarior, petit, quibus tamen indigere illum non opinor. Ipse enim pro tuo candore hominem, et a colloquio non arcebis, et sicubi opus fuerit, ejus opera uteris. Tam est Tui observans, et fide eximia praeditus, qua si quid in eo desideratur eruditionis compensat facile. Admoneri a Te bene-

ficii loco ducet, et praeceptis lubens parebit. Sat *Παῤῥησίας* in eo est. Si quid praeterea etiam nos hic volueris facere, si Tibi non vacarit, per illum significare poteris. In hoc enim discrimine plura fortassis occurrent, quae emendari oportebat. Nunc cunctatio, nunc parsimonia intempestiva, nunc pusillanimitas. Equidem quamvis homo militaris non sim, admitto tamen curas et sollicitudinem, ut omnia probe gerantur, optoque, hostem versutissimum ac insidiantissimum proditorem, minime contemni, quem forsan desperatio ultima quaeque experiri coget, dum interim manus porrecturum speramus. Unde et vires nostras quam junctissimas matura prudentique properatione urgendo non cessare, donec certa constet victoria. Quamdiu enim venenum a domestico illo colubro non totum aufertur, non solum non tuti, sed etiam gravissimis periculis expositi erimus. Hinc fit, ut boni consulam vestrum Zelum, quandoquidem sola hac Tenedia bipenni nodus ille scindi potest. Deus pacis in gloriam sui nominis moderetur. Vale. *Basileae* 12. Junii.

Oecolampadius.

Grynaeus, hospes meus, Te plurimum salutat, propediem ipse scripturus.

LI.

Zwinglius Senatui minori et majori Turicensi.

Gratia et pax a Deo. Clementes, sapientes, carissimi Domini. Hoc ipso temporis puncto Legati nostri redierunt. Bene igitur intellexi quid rei sit, illi enim nunc verba dare et precari quam humilissime. Sed ne id vos perturbet neve curetis quemquam flentem, sed nos hortemini omnino ut antea, ut graviter agamus et tamen in utilitate nostra perstantes ad pacem maximo nostro cum fructu conciliandam annitamur. Nemo enim illis hominibus melius verba dare potest, quamquam si e castris cederemus nulla pace constituta, mense post nos bello persequerentur. Vos fortes estote, nos nihil temere agemus. Deinde non mittatis civitatem *Sangallensem* jubere reddere vobis 6000 florenorum, quam pecuniam eorum nomine Abbati imperavistis, vos enim eam praestituros esse. Quod quidem jus habetis, cum Abbas ille profugus factus et omnium inimicitiis objectus sit. Vos, per Deum vos obsecro, fortiter agatis, ego enim, ne vivam, si vos transversum agam vel errem. Quamquam non omnes res scribi possunt. Constanter a Deo statote, nihil moremini flentes donec jus constitutum erit. Deus vobiscum. Festinanter 16. Junii in castris. I. hora. a. 1529. festinanter, vobis Domini conspicui, sapientissimi, semper promptissimus

Huldricus Zwingli.

Inscriptio: Piis, providis, conspicuis, sapientibus Dominis Consuli et Senatoribus utriusque ordinis civitatis Turicensis, Dominis suis clementibus, carissimis.

51.

Zwingli an Kleinen und Grossen Rath Zürich.

Gnad und Fried von Gott. Gnädige, weise, liebe Herren. Die-

sen Augenblick kamen unsere Boten wieder, merke wohl, was die Sache ist, jezt gute Worte geben, und bitten und betteln. Aber lasst Euch nicht irren und kehret Euch an kein Flennen, sondern empfehlet uns allweg, wie vorher, mit Ernst zu handeln und dennoch Vortheil nicht übergeben und zum Frieden zum allerfruchtbarsten dringen. Denn niemand kann bessere Worte geben weder die Leute, und so wir aus dem Feld, kämen sie in einem Monat uns nach, und bekriegten uns. Seit tapfer, wir wollen nichts verhöhnen. Demnach lassend nicht, Ihr heisset Euch S. Gallen Stadt die 6000 fl. die Ihr hinter ihnen dem Abbt verboten überantworten, Ihr wollet darum Haft stehen, Ihr habet dessen Glimpf, denn der verwähnet Abbt landtrünnig worden, und ist in aller Fehd, ist preis. Thut um Gottes Willen etwas Tapferes; ich will Euch bei meinem Leben nicht verführen noch fehlen. Man kann nicht alle Ding schreiben. Steht fest bei Gott, gebt nichts um Flennen, bis das Recht aufgerichtet ist. Gott mit Euch. Eilends 16. Tags Brachmonat im Lager um I. A°. 1529, eilends

Euer Ehrenden Weisheit

allzeit williger

Huldrych Zwingli.

Aufschrift: Den frommen, fürsichtigen, ehrsamen, weisen Herren Bürgermeister und Rath und grossen Rath der Stadt Zürich, seinen gnädigen, lieben Herren.

LII.

Zwinglius Jacobo Werdmüllero nunc Richtischwilae agenti.

Gratia et pax a Deo. Carissime Domine et propater. Heri a *Doggiis* et *Gastalensibus*, qui etiamnunc in agro *Gastal* secum in castris sunt, literas accepi, quibus pollicentur se ad te vel ad nos profecturos esse, si opus fuerit. Idem rogant, ut respiciantur in pace constituenda; de qua re consilium meum petierunt, quid sibi faciendum sit. De qua re iis suasi, ne progrederentur donec res composita sit, ut tamen interim parati essent ad proficiscendum quocunque tu eos vocaveris, literis enim suis pollicentur, se vitam bonaque cum nostris collaturos esse. Quamobrem incepto nostro expedire mihi videtur, ut perpetuo haec duo agmina explorata habeas et simulac te certiorem fecerimus, ad te voces et cum iis eo proficiscamini quo arcessiti eritis. Domini enim nostri prorsus eo animo sunt, ut *Thurgaviam* aliamque terram a *Lavatero* occupatam non facile dimittant, ex quo nulla causa certaminis oriri non potest. Quamquam ne nostra causa sollicitus sis, Deo enim juvante, adversariis nostris pares sumus. Tu autem quatenus tibi licet, imperium tuum diligenter observes, nec minus interim rem bene cures. Deus tecum. Dedi 19. Junii 1529 2 hora pomeridiana, tibi semper promptissimus compater

Huldricus Zwinglius.

52.

Zwingli an Jakob Werdmüller jezt zu Richtischweil.

Gnad und Fried von Gott. Lieber Herr Gvatter. Ich habe gestern von den Tokenburgern und Gastalern, die noch bei einander liegen im Gastal, Brief empfangen, darin sie sich entbieten zu Euch oder uns zu ziehen, wo es die Nothdurft erfordere. Bitten auch, dass sie im Frieden bedacht werden, und begehren hierauf meinen Rath, was ihnen zu thun sei. Auf das habe ich ihnen gerathen, sie sollen nicht verruken bis zu Austrag der Sache, und aber dazwischen gerüstet sein, wo Ihr sie hin'berüftet, denn sie in ihrem Brief sich entbieten, Leib und Gut zu uns zu sezen. Auf das dunkt mich förderlich sein zu unserm Vornehmen, dass Ihr stets zu denen beiden Häuflein Kundschaft haben, und sobald wir Euch zu wissen thuen, Ihr sie zu Euch beschiket, und mit ihnen Euch an die Ort und End machet, da Ihr bescheiden werdet. Denn Unsere Herren meinen schlechtlich, das Thurgau und anderes, so Lavater eingenommen, nicht leichtlich von Handen zu lassen, daraus wol etwas werden mag. Aber unserthalb habt keine Sorge, wir sind den Leuten mit Gottes Hilf stark genug, und sehet Ihr ernstlich auf euern Empfelch, das Euch zukommen wird, und dass Ihr dazwischen Sorg habet. Gott mit Euch. Gegeben 19. Jun. 1529 um 2 Nachmittag.

Euer allzeit

williger Gfater

Huldrych Zwingli.

LIII.

Zwinglius Senatui minori et majori Turicensi.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Pii, providi, conspicui, sapientes, clementes, carissimi Domini. Cum nobis scripseritis de stipendiis Principum et de *Thurgavia*, inter nos mihi esse videntur, qui locum stipendiorum omissuri sint. Si enim nos eum locum omiserimus, priorum stipendiorum causa, quorum jam antehac poenam condonari passi sumus, ea etiam posthac omnino impunita erunt. Etiam quod dixistis, vos concedere, id ita accipere volumus, ut nos potestatem habeamus e *Thurgovia* aliisque regionibus cedendi. Nec minus intelligo eam voluntatem vestram esse, ut in aliis rebus cum *Bernatibus* agamus, ne tamen desistamus a tollendis stipendiis Principum, neve a *Thurgovia* aliisve regionibus subjectis. Quare vos submissus rogo, ut nobis harum rerum expositionem festinanter tradere velitis, huic rei enim omnino facile est consulere, etsi *Bernates* de stipendiis nobiscum consentire nolint, nobis enim satis compertum est, hostes nostros discordissimos esse et magnam famem habere. Hodie captum habuimus, qui *Monasterio* ad *Lucernates* missus erat, ut viderent quomodo pacem conciliarent, eos enim a bello abhorrere cum non amplius habeant quod edant. Itaque festinanter efficere velitis, ut res nobis decernatur. Omni in-

dustria et diligentia utor, quamquam diverse accipitur. Dedi *Capellae* Dominica XX. Junii 9 hora ante meridiem 1529.

Vobis Domini sapientes promptissimus

Huldricus Zwingli.

Populus hostium nostrorum propensus est ad stipendia tollenda. Sed arbitri rem heri nondum protulerunt, neque scio quid hodie facturi sint; quamquam rogati sunt ut hodie proferant. Mihi *Bernates* quoque ad reddendam *Thurgoviam* propensi esse videntur, quamquam Dominorum suorum decretum nondum acceperunt; sed non dimittatis donec sumtus compensati sint.

53.

Zwingli an Kleinen und Grossen Rath Zürich.

Gnad und Fried von Gott bevor. Fromme, fürsichtige, ehrsame, weise, gnädige, liebe Herren. Als Ihr uns geschrieben der Pensionen halb und Thurgaus etc. will mich bedunken, dass unter uns seien, die der Pensionen halb den Artikel wollen fallen lassen, denn wir sonst der vordrigen Pensionern halb, und die nicht zu strafen schon bewilligt haben, unsträflich zu bleiben lassen. Auch wollen wir Euer Uebergeben nun also verstehen, dass wir Gewalt haben, das Thurgau und anderes verlassen etc. Nun verstehe ich Euer Meinung, dass wir in andern Artikeln samt Bern handeln sollen; doch dass wir vom Abthun der Pensionen und vom Thurgau und andern Herrschaften nicht stehen. Hierum ist meine demüthige Bitte, Ihr wollet Euere Erläuterung uns hierin eilends zuschiken, denn der Sache ist sonst in allweg gut zu thun, ob gleich Bern der Pensionen halb nicht gesellen wollte, denn wir haben gewisse Kundschaft, dass unsere Feinde trefflich zweiträchtig und grossen Hunger haben. Wir haben auf heut einen Gefangnen gehabt, ist von Münster zu denen von Luzern geschikt; dass sie sehen und Fried machen, denn sie wollen Krieg nicht haben, sie haben gar nichts mehr zu essen. Hierum schaffet eilends, dass wir Entscheid haben. Ich kehr allen Ernst und Treu an, will aber nicht gleich verstanden werden. Geben auf Sonntag XX. Brachmonat um 9 Vormittag 1529 zu Capel.

Euer Weisheit

allzeit williger

Huldrych Zwingli.

Die Gemeind unserer Feinde wäre gutwillig, dass man die Pensionen dannen thäte. Aber die Schiedleute habens gestern noch nicht vorgebracht, nicht weiss ich, wass sie heut thun werden, da sie aber gebeten sind vor sie zu bringen. Es sieht mich an, Bern hange auch auf Wiedergeben des Thurgaus, wiewol sie ihrer Herren Entschluss noch nicht haben, aber lassets nicht von Handen vor dem Austrag des Kostens.

LIV.

Epistola quam Consul et Senatus Turicensis Zwinglio rescripsit.

Amicitiam et benevolentiam quam maximam possumus et omnem salutem tibi ante omnia deferimus et precamur. Vir dignissime, conspicue, carissime, fidissime. Literas tuas intelleximus et te maxima industria uti, cujus tibi amicissimas gratias agimus. Ut autem explicentur quae parum intellecta sint a nostris qui in castris sunt, ultima nostra clarissima et obstinatissima voluntas ea est, ut in eo perstetis, ut stipendia Principum aeque ac apud nos per omnes foederatos sanctissimo jurejurando ejurentur, etsi *Bernates* in ea re non consentiant nobiscum; existimamus enim, ut ipse scripsisti, id nos impetraturos esse a populo adversariorum nostrorum, cum aliter parum firma pax conciliari posse mihi videatur. Nec minus clara sententia nostra ea est, ut *Thurgoviae* occupatam partem aliasque regiones subjectas donec sumtus nostri compensati sint haudquaquam dimittamus. Tamen *Bernates* caros nostros foederis socios et cives christianos, si et in hac et in aliis rebus a nobis stare voluerint a parte sua hujus terrae minime depulsos sed eam aequam iis concessam volumus. Hac igitur sententia quomodo utaris ipse scies. Denique te ut amici amicum rogamus, ut rem gnaviter et fortiter agas nostrisque opera consilioque opituleris, ut te omni dubitatione remota opitulaturum certissime confidimus. Quos misimus *Waldshutii* et circa speculatum dixerunt, in quoque quatuor oppidorum *Rhenanorum* ad centenos milites auxiliares esse, et quidem rumorem esse, mox exercitum *Stocachium* venturum, ubi tamen adhuc nihil ejusmodi sit. Cujus rei te non minus bono consilio certiorem factum voluimus, quam aliis quoque nostrorum indicare velis. Denique Dei clementi voluntati commendatus sis. Ex *Turico* festinanter, Dominica 20. Junii inter 4. et 5. horam pomeridianam a. 1529.

Consul et Senatus civitatis Turicensis.

Inscriptio: Dignissimo, conspicuo, nobis eximie caro et fido Ecclesiastae et vitae christianae auctori Magistro *Huldrico Zwinglio* nunc apud vexillum nostrum in castris Capellae agenti.

54.

Antwort von Burgermeister und Rath Zürich an Zwingli.

Unsern freundlichen ganz geneigten Willen und alles Guts zuvor. Würdiger, Ehrsamer, Lieber und Getreuer. Wir haben Euer Schreiben und getreuen Ernst verstanden, dessen wir Euch ganz freundlich Dank sagen und zu Erläuterung des Missverstands, so bei den Unsern im Feld sein möchte, ist lauter und heiter unser schlüsslicher verharrlicher Wille darauf zu verharren, dass die Pensionen, gleichwie bei uns durch alle Eidgenossen zum höchsten und theuersten verlobt und verschworen werden, und ob gleichwol die Berner hierin nicht willigen, achten wir wol, wie Ihr das selbst schreibet, solches bei den Gemeinden unserer Widerwärtigen zu erhalten, denn wir wol ge-

denken sonst wenig beständigen Friedens da gemacht werden mögen. Wir sind auch lauter der Meinung, die eingenommenen Theile des Thurgaus und andere Herrschaften vor dem und wir unsers Kostens ersezt, keineswegs von Handen zu lassen. Doch wollen wir unsere lieben Eidgenossen und christlichen Mitbürger von Bern des Ends (so sie uns beiständig und in diesem Artikel anhängig sein werden) unverschalten haben, sondern ihnen gern Theil lassen, wie sich gebührt. Solcher Läuterung möget Ihr Euch wol wissen zu halten. Und langt darauf an Euch unser freundlich Begehren, Ihr wollet handlich, tapfer und den Unsern räthlich und behilflich sein, als wir Euch hintangesezt allen Zweifel zum ganz treulichsten vertrauen. Wir haben unsere Kundschaft daniden zu Waldshut und daselbst umher gehabt, die sagten, dass in jeder der 4 Städten am Rhein etwa 100 Mann zum Zusaz liegen, und sei wol die Rede, dass etwa ein Zeug gen Stoka(ch) bald kommen soll; da sei aber noch nichts. Wollten wir Euch auch guter Meinung zu wissen thun, solches mögen den Unsern anzeigen, damit Gott zu gnädigem Willen befohlen. Aus Zürich eilends, Sonntag den 20. Brachmonat zwischen 4 und 5 Nachmittag 1529.

Burgermeister und Rath der Stadt Zürich.

LV.

Zuinglius Ambrosio Blaurero.

Gratia et Pax per Dominum. Nuntius ille literas tuas reddidit nobis, satis sollicitis alias, sed nunc etiam aegrotis, quod et tu aegrotus es, et *Bernenses* nostri in abolendis PENSIONIBUS tantopere frigent. De quo alias. Pacis conditiones tractabtur jam anxie, sed multa cum improbitate. Plena sunt omnia proditionibus, quas si evasero Dominus liberaverit: omnes enim impii ac improbi simul in caput meum conjurarunt. Pecuniam 8 Baziorum, si *Guilielmus* non reddiderit, proximis literis postulatam et ipse reddam: nolui enim tabellioni restituendos committere, quod testonem modo dixerit, se abs Te accepisse, tu vero dimidium florenorum literis significes. Sed postula, non enim de meo do, alias enim obliviscerer. Vale et ora pro nobis Dominum. *Capellae* in castris 21. Jun. 1529 hora post meridiem 6 ferme.

Huldricus Zuinglius tuus.

LVI.

Johannes Rhellicanus Zuinglio.

Gratiam et pacem a Domino nostro Jesu Christo. Nunc tandem auriga ille huc appulit, cum quo pollicitus sum, me affinem meum amandaturum. Mitto itaque eum ad te, ut fidem meam liberem, faxitque Deus O. M., ut neque me missionis neque te susceptionis poeniteat. Ego sane quantum pueri ingenium mihi cognitum est, spero utrique nostrum bene cessurum esse. Ceterum ut levem te nonnullo explorandi

ingenii illius labore, paucis te commonefaciam. Est, ut dixi, ingenio haud malo, verum hoc vitii per aetatem adhuc habet, ut subrusticus in hominum majorum consessu sit, *οἰκουρὸς γαρ* hactenus apud me fuit, nec ullum aequalem hic habuit. Cujus equidem vitii mox apud te desuescet, quo cotidie ingens cum indigenarum tum alienigenarum turba confluit; patitur interdum ventris tormina, quod te celare nolui, ne aliud quid morbi existimares, si quando aegrotaret. His licet minutulis te tamen admonitum volui. Hoc unum adjiciam, quod ferme praeterieram, ut semper ei latine loquaris, nisi quum aut per alios auscultantes non licet, aut periculum sit, ne nempe intelligat, quae ei commendas. De praelectionibus audiendis mihi videtur, ut ad summam tres, easque selectas audiat, aut a *Bindero* aut a *Myconio*, de quibus tu optime statues eique studii rationem indicabis. Qui nempe hic praesunt multam salutem tibi adscribere jusserunt. Vale. Ex *Berna* 6. Idus Junii A°. 1529.

Tuus *Joannes Rhelicanus.*

LVII.

Zwinglius Jacobo Werdmüller.

Gratia et pax a Deo. Carissime compater. Jam sine dubio omnia quae acta sunt a *Conrado R.* et *Urso* comperisti, quibus contentus sum; et Deo gratias ago, quod rem eo perduxit. Quod autem attinet ad alteram rem, *Marcum Sittich* [1]) nobis nihil nisi formidinem objicere existimo. Quare tibi suadeo, ut Dominorum nostrorum sententia non comperta nihil incipias. Deus tecum. *Capellae* 24. Junii coelo vesperascente.

Tibi semper promptissimus *Huldricus Zwingli.*

57.

Zwingli an Jakob Werdmüller.

Gnad und Fried von Gott. Liebster Herr Gevatter. Ihr habet dalame (nunmehr) von Konrad R. und Ursen alle Handlung ohne Zweifel verstanden, deren ich mich wol begnüge und sage Gott Dank, dass ers dahin gebracht. Aber des andern Handels halben glaube ich nichts anders, weder dass Märck Sittichs Sache nur ein Brögen sei. Hierum rath ich, ohne Unserer Herren Bescheid nichts vorzunehmen. Gott mit Euch. Capel, 24. Brachmonat da es nachtet.

Euer allzeit williger Huldrych Zwingli.

---

[1]) *Marcus Sittich*, Imperatoris Praefectus *Vorarlbergensis*, qui *Waldshutii* cum *V pagis* pactus est, quaedam instituit ut catholicis Helvetiis auxilia adducturus videretur; *Ferdinandus* enim alias occupatus non vero studio id sequebatur.

LVIII.

Zwinglius Conrado Som Ulmensi.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Carissime frater, literas tuas quae tam festinanter ad nos volaverunt, ut 29. Junii sub X. horam antemeridianam mihi traditae sint, intellexi nec minus me sensisse spero e quo fonte ortae sint. Quas summo nostro Magistratui indicavi, qui me tibi omnibusque liberalibus quam maximas gratias agere jussit istius officii, quod suo tempore etiam amplius indicaturus est, ne ejus benevolentiae memoria umquam evanescat.

Cum autem quae ad te pertinent adhuc suspensa sint, benevolentiae tuae pauci certiores fiunt, tamen praestantissimi et familiarissimi. Pacem nobis honestissimam nos domum retulisse spero, cum non caedem factum profecti simus, quamquam adversarii nostri non parum detrimenti tulerunt. Praesertim cum tabellae foederis cum Ferdinando facti ante oculos nostros a praetore pagi *Glaronensis* 26. Junii sub XI horam antemeridianam in castris nostris gladio concisae et deletae sint, id quod ipse quoque vidi, quamquam arbitri non verbis expressis praeceperunt, ut conciderentur, id quod videbis in legibus pacis, quas tibi his literis inclusas misi permissu viri illius quem dixi — et quibus nihil deest nisi praefatio et exitus —, alia omnia habes verbum e verbo. Has res igitur vere Dominis tuis et cui tibi libet indicare potes. Denique Deo commendatus sis. Salutá meo nomine omnes fideles, Deus enim iterum proceribus ostendit, eos contra se nihil valere, nosque docuit, nos vincere posse vel nulla caede facta, si in se nitamur. In tota enim nostra expeditione omnino nulla discordia fuit neque altera pars alteri ullum hominem vulneravit. Apud adversarios quidem metus et discordia fuit, id quod Deus providit, nec minus fames. Dedi ultimo Junii 1529.

Tibi promptissimus *Huldricus Zwingli.*

P. S. Si articulos istos vulgare voles clam agendum est et lingua mutanda. Deinde brevissima praefatiuncula anteponenda erit, quasi mercator istos articulos alicunde comparaverit. Nos modestiae studemus.

Conrado Somio (*Samio*) Ulmensium Evangelistae fratri suo in Domino Carissimo.

58.

Zwingli an Conrad Som in Ulm.

Gnad vnd Frid von Gott bevor. Liebster bruder, din schrift die so ylends zu vns geflogen das sy 29. tags Junii vmm X. uhr. vormittag mir ze hand komen, hab ich verstanden. Vnd als ich hoff vermerkt vs was brunnen die entsprossen. Vnd dieselben dem höchsten by vns anzeigt, der mir empfolhen dir vnd allen gutherzigen zumm höchsten ze danken, wirt ouch das wyter zu siner zyt anzeigen, das sölches guten willens nit vergessen werdt.

Diewyl aber die sach noch im wetschger sindt üwerthalb, werdend dynes guten willens wenig bericht, doch die treffenlichsten vnd vertruwtesten. Wir habend einen friden heimgebracht der vns gar erlich

ist als ich hoff, denn wir uff blutvergiessen nit vszogen. Vnd habend dennocht vnsere widerwertigen gar ein nassen beltz heim gebracht. Vorus so die Ferdinandisch vereinung in angsicht, vnser ougen vom Amman von Glaris am XXVI tag Junii um die 11. vormittag in vnserem leger mit eim bymesser zerhowen, vnd vernüttet worden ist. Das ouch ich mit minen ougen gesehen hab. wie wol die schidlüt das selb zerstechen mit dem buchstaben nit vergriffen, als du in den artickln sehen wirst, die ich dir hiemit schick, vs erloubnuss des vorgenannten, vnd gebrist an den artickln nützid weder die vorred vnd beschluss, sust habend irs von wort ze wort. magstu warhafft anzeigen dinen herren vnd wer es dier geliebt. Hiemit bis gott bevolhen. Gruotz mir alle glöbigen, denn gott hat abermal den höchsten anzeigt, das sy wider inn nit mögend, und uns gelert, wie wir sighafft werdend one straych, so wir vns syn haltendt. Dann in allem vnserem zug gar ghein zwytracht gewesen, vnd ghein teil dem andren einigen man verwundt hatt. By den widerwertigen ist wol vorcht vnd zwytracht gewesen, das hatt gott gefuegt, ouch hunger. Geben on einn letsten tag Junii 1529.

Din williger Huldrych Zwingli.

Nachschrift: Si articulos istos vulgare voles clam agendum est, et lingua mutanda. Deinde breuissima praefatiuncula anteponenda erit, quasi mercator istos articulos alicunde comparaverit. Nos modestiae studemus.

Conrado Somio (*Samio*) Ulmensium Euangelistae fratri suo in Domino Carissimo.

LIX.

Bucerus Zuinglio.

Gratias Domini. Observande *Zuingli*. Vehementer gaudemus pacem restitutam, etsi meruissent quidam severiora sed evehit nostra Christus dejectione. Spes est nunc Pactum [1]) viam pulchre munitam fore. Christus magnifice ubique suam gloriam revelat. Est quidam modo hic, qui fortissime apud Danos, Suedos, et Leivonios Lutheri magicam sententiam oppugnavit nec minus feliciter. Ipse Danorum Rex et multi ex Ecclesiarum ministris et proceribus cum omni fere plebe servatorem jam in dextris Patris adorant. Filius Regis cum quibusdam obstitit et *Pomeranum* ascivit et hunc fratrem, eo quod laicus est, ut vocant, regno expulit. Supersunt autem plurimi recte veritatem edocti. Dedit his diebus quidam ad me literas ex *Magnopolensium* ducatu, civitate *Wismariensi*, vere in Domino doctus, qui palam Christi gloriam a pane vindicat. In *Frisia Orientali*, regione ampla, in qua plurimi fratres sunt, purissime Christum praedicantes, pridem impanatio explosa est. Scribit *Carolstadius*, utinam prudentia et lenitate christiano digna.

---

[1]) De Civitate christiana quam vocant loquitur.

Narrant tamen fratres, eum mire *Lutheri* persecutione promovisse, et admodum ardere in negotio Domini. Haec habui, quae jam Tibi scribenda putavi. Oro autem simul hunc fratrem *Balthazarem*, unum ex exulibus *Badensibus* habeas commendatum. Venit nuper quidam [1]) ad nos, qui se ob peregrinitatem Linguae dicebat coactum a vobis migrare (habebat tuum testimonium) alioqui habiturus ubi ministrasset. Hic praeter Linguae commodum satis peritiae et experientiae rei christianae habet, quo ipsi libenter, si locus esset, uteremur. Bene vale, atque saluta fratres, atque scribe singula, ut apud vos gesta sunt. *Argentorati* pridie Calend. Julii 1529. Tuus *Bucerus*.

LX.

Philippus Dei Gratia Landgrafius Hassiae, Comes Catzenelnbogensis.

Gratia et pax a Deo et Domino nostro Jesu Christo. Vir doctissime nobis eximie care. Quam epistolam rescripsisti ad nostram qua petivimus, ut controversiae causa de Sacramento corporis et sanguinis Jesu Christi nostrae felicitatis auctoris ortae cum doctissimo, nobis eximie caro *Martino Luthero* sacrae scripturae doctore et *Philippo Melanchthone* amice et rixandi studio remoto collocutum venires, ut si Deus Omnipotens propitius adesse voluisset ad concordiam adduceremini et controversia de ea re orta componeretur, eam igitur epistolam accepimus et intelleximus quae exhibet. Prompti igitur obsequii quo nobis annuisti tibi maximas gratias agimus. Itaque quum Doctor *Martinus* quoque et *Melanchthon* nobis rescripserint, se ad id amicum colloquium venturos esse, proxime post *Michaëlis* venturum Jovis diem constituimus, quo colloqueremini vobiscum, amice, rixandi studio et omni periculo remoto. Quare cum clementia te rogamus, ut S. *Michaëlis* die *Marburgum* in oppidum nostrum venire velis, Jovis die qui proxime eum diem sequetur Dei Optimi Maximi auxilio confisus id amicum colloquium incepturus cui si Deus vitam prorogaverit ipse affuturus sum. Cum autem iter tibi huc istinc faciendum satis longum et periculosum sit, tuae voluntati permittimus, utrum cum mercatoribus, qui illo tempore nundinas *Francofordenses* obitum istinc illuc proficiscentur, viam *Francofurdi* capias, quam autem hac periculosiorem esse putamus, an *Argentorati* et inde trajicias terram *Vogesam Ludovici* Ducis *Bipontini* benevoli, carissimi affinis nostri, deinde *S. Goarii* oppidum nostrum, porro inferiorem Comitatum nostrum *Catzenelnbogensem*, quod iter ad nos tibi tutissimum erit. Quare tibi, velimus clementer, via cum *Oecolampadio* conveniat, quem non minus literis ad colloquium vocari jussimus, et nobis per hunc tabellarium in occulto indices, qua via profecturi sitis. Si igitur cum mercatoribus, viam *Francofurdi* ceperitis nos certiores facere velis,

---

[1]) *Melchior Hoffmann.*

[2]) Scilicet *Ludovivi* Ducis Bipontini uxor filia fuit *Guilielmi* majoris *Philippi* patrui.

quo tempore illuc perventuri sitis, in quem locum nostros milites ad vos missuri sumus et quidem multos et fortes, qui vos inde *Marburgum* in oppidum nostrum deducant; si autem *Argentoratum* et per terram affinis nostri et compatris quem dixi et per inferiorem nostrum comitatum *Catzenelnbogensem*, ut supra dixi, iter facere constitueritis, petimus, ut nos certiores facias qua via *Argentorato* profecturi et in quem locum terrae illius viri benevoli venturi sitis; tum enim impetrabimus ab eo ut amici, ut vos maggo commeatu et si opus fuerit trecentis quadringentisve militibus excipiendos et in inferiorem nostrum comitatum tutos deducendos curet, nec minus nos quatuor quinqueve milliaria ultra *S. Goarii* ad montem *Hundisruc* commeatum satis magnum et fortem ad vos missuri sumus, qui vos inde *Marburgum* prosequatur, et quidem haec via ut tutissima nobis maxime placet, ad quam clementer velimus, vos quam maxime potest pro rerum statu accommodetis nobisque animum vestrum de ea re per hunc tabellarium aliave ratione mature significetis, ut sciamus quid nobis agendum sit. Quod autem ad domum reditum attinet, minime dubitetis quin Deo juvante vos citra omne periculum eo deducendos curemus. En tibi quas petieras litteras nostras Consuli et Senatui *Turicensi* destinatas isti epistolae inclusas tradidimus, quibus petimus ab iis ut tibi dent veniam hujus itineris, et quas iis prout tibi opportunum erit reddere velis. Tu autem ipse ut vir cordatissimus intelligere potes, nos nonnisi minus efficaces res habere quas proponamus ad componendam hanc controversiam; ipse igitur cogitare velis ut te eum praebeas, qui paci et concordiae studeat et promptus sit ad componendam controversiam, quem quin te praebiturus sis minime dubito, id quod Deus Omnipotens in faustum exitum vertat nosque omni clementia meriturі sumus. Neque opus est nos inter nos ipsos dissensionem et inimicitiam excitare, cum nobis alioque sat negotii et laboris sit Evangelii et nostris inimicis cum Papistarum turba resistere. Quod autem diem tantum protulimus id ea causa factum est, quod audieramus, apud vos excitari quoddam bellum, id quod auditum aegre tulimus, nobisque eo periculosius fore videbatur si tu discessisses, bellumque interea sedatum iri sperabamus. Quas res te pro clementia nostra celatum noluimus. [1]) Dedi *Fridewaldi* Jovis die post Petri et Pauli 1529.

60.

Philipps von Gottes Gnaden, Landgraf zu Hessen, Graf zu Kazenelnbogen.

Gnade und Fried von Gott und unserm Herrn Christo. Hochgelehrter, besonders Lieber. Wir haben Eure Antwort auf unser Schreiben und Begehr, dass Ihr des Zweispalts halber, das Sacrament des Leibs und Bluts Jesu Christi, unsers Seligmachers, belangend, mit dem Hochgelehrten, unserm besonders lieben Martino Luthero, der Hei-

[1]) Haec epistola in *Neudekeri* libro qui inscriptus est: „Urkunden aus der Ref. Zeit pag. 103—105" ex exemplo aeque mendoso ac manco excusa est.

ligen Schrift Doctori und Philippo Melanchthoni zu freundlicher undisputirlicher Unterredung kommen wollte, ob der Allmächtige durch seine Gnade Eintracht und Vergleichung des Artikels verleihen wurde, empfangen, alles ihres Inhalts verstanden und bedanken uns Euers gutwilligen Zuschreibens und Verfolgens gütlich. Nachdem uns nun Doctor Martin und der Melanchthon zu solcher freundlichen Unterredung auch zu kommen zugeschrieben, so thun wir darnach zu solchem freundlichen undisputirlichen ungefährlichen Gespräch und Unterredung, den schierist kommenden Donstag nach Michaelis ernennen, mit Gnaden gütlich begehrend, Ihr wollet auf S. Michelstag zu Marburg in unser Stadt ankommen, folgends Donstags im Namen des allmächtigen, gütigen, barmherzigen Gottes zu solcher freundlichen Unterredung zuschreiten, dabei wir, gefrist Gott, eigner Person selbst sein wollen. Nachdem aber der Weg Euch herab etwas weit und auch sorglich ist, so stellen wir zu Euerm Gefallen, ob Ihr mit den Kaufleuten, so der Zeit die Frankfurter Mess ersuchen und von droben herab ziehen werden, Euern Weg auf Frankfurt nehmen wollen, wiewol wir den für gefährlicher, dann den nachfolgenden Weg ansehen, oder aber auf Strasburg zu und von Strasburg durch das Wasgau unsers freundlichen lieben Oheimen und Schwagers Herzogen Ludwigen zu Zweibrüken Landschaft auf unsere Stadt S. Geder, (Geuder), durch unsere Niedergrafschaft Kazenelnbogen, daher er am sichersten wäre, ziehen wollet. Darum wir an Euch mit Gnaden begehren, Ihr wollet Euch mit dem Oecolampadio des Wegs vergleichen, denn wir ihn dazu auch beschreiben lassen haben, und uns bei diesem unserm Boten, welchen Weg Ihr zu ziehen bedacht werdet im Geheim anzeigen. So Ihr dann den Weg nach Frankfurt mit den Kaufleuten nehmen werdet, so zeiget uns an, welche Zeit Ihr daselbst einkommen wollet, so wollen wir dahin die unsern zu Euch schiken, und euch da dannen in unsre Stadt Marburg mit starkem lebendigem Gleit unsrer Reissigen bringen lassen. Wo Ihr aber den Weg auf Strasburg durch gemeldten unsers Schwagers und Gevattern Landschaft und unsre Niedergrafschaft Kazenelnbogen, wie vorgemeldt, nehmen wollet, so begehren wir, uns zu verständigen, wes Wegs Ihr aus Strasburg ziehen und welches Ort Ihr Seiner Lieb Landschaft antreffen werdet, wollen wir Seine Lieb freundlich vermögen, dass sie euch mit starkem Gleit und wo vonnöthen mit einem Mann 300 oder 400 annehmen und Euch nach unsrer niedern Grafschaft sicher führen lassen soll, desgleichen wollen auch wir ein Meilwegs 4 oder 5 jenseits S. Gewer, naher dem Hundsruk zu Euch unser Gleitsleute stark genug unter die Augen schiken, die Euch fort her gen Marburg gleiten sollen, und lassen wir uns den Weg, als den sichersten, am besten gefallen, gnädiglich begehrend, Ihr wollet Euch nach gelegenen Sachen zum besten darin schiken und uns Euer Gemüth deshalben bei diesem unserm Boten oder sonst förderlich zu verstehen geben, darnach wissen zu richten. So viel aber den Hinaufzug wieder anheim betrifft, sollet Ihr keinen Zweifel haben, wir wollen Euch mit Gottes Hilf sicher ohne Gefahr dahin bringen lassen, und schicken Euch

nach Euerm Begehren unsere Schrift an Bürgermeister und Rath zu Zürich darin wir Euch hiezu zu erlauben begehren, hiemit zu nach Eurer Gelegenheit Ihnen zu beantworten. Ihr könnet aber auch als ein wohlverständiger ermessen, dass wir in dieser Zweispalt nicht sonders entschiedliche oder vorwegliche Mittel vorzuschlagen wissen können, darum wollet selbst darauf denken, und Euch damit als einer, der Frieden und Einigkeit liebt zur Vergleichung gütlich erzeigen, das hoffen wir ungezweifelt, soll der allmächtige Gott zu einem guten End schiken und wollen es wir mit allen Gnaden beschulden. Wir bedürften auch unter uns selbst keine Irrung und Widerwillen erregen, wir hätten sonst des Evangeliums und unsern Missgönnern, samt dem Papistischen Haufen Widerstand zu thun Mühe und Arbeit genug. Dass wir aber den Tag so weit hinausgesezt, ist deshalben beschehen, dass wir verstanden, es erregen sich bei Euch etliche Kriegsübungen, die wir nicht gern gehört und darum den Abzug Euerer für desto gefährlicher angesehen haben und mögen die mittler Zeit gestillet werden. Das wollten wir Euch gnädiger Meinung unangezeigt nicht lassen. Dat. Friedewald Donst. nach Petri und Pauli 1529.

LXI.

Laurentius Marius [1]) Zuinglio.

Gratia Tibi et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo. Amen. Ecclesia a *Mammeren*, carissime *Zuingli*, in urbem et ad Te et ad Senatum si recte accepi, Legatos misit, cupiens antiqui Episcopi profecto non immerito, repulsum, nihil unquam vidi stupidius, et alterius pii et christiani viri substitutione, nosti Tu igitur *Erhardum* [2]) illum bonum imprimis virum, non indoctum, simplicem et christianum, qui non sine magna apud *Lithopolitanos* christianae patientiae censura vixit. Si nunc meae apud Te valent preces, si dignum aestimas, ut gerat Episcopi provinciam, carissime frater, oro tuam erga me humanitatem velis juvare adflictum hominem ut aliquando suae, quam passus est, calamitatis finem, et tua clementia optatum portum nanciscatur. Satis haec sunto. Scio enim Te inultis et arduis negotiis obrutum, non tantum quae ad Ecclesiae statum, sed et patriae nostrae pertinent. Vale in Christo Jesu Domino nostro. Amen. Raptim, ex *Stammheim* 1. Jul. 1529. Crisim et Censuram Doctorum in urbe virorum non formidat,

Laurentius Marius, confrater tuus.

LXII.

Bucerus Zuinglio.

Salve, in Domino, observande *Zuingli*; Jesajam tuum degustavi

[1]) Parochus *Stammheimensis*, qui postea adulterii causa a munere amotus est.
[2]) *Pfluger*.

per noctem unam. Promisit *Christophorus* reversus a *Francofurtia* nobis relicturum quantum secum attulit; plurimum inde et oblectabor et juvabor. Valde enim mihi ista non religio sed superstitio vertendi sacra ad verbum, hoc est, sic ut a nemine queant intelligi, improbatur. Fontes sane consulendi ei sunt, qui velit certum de omnibus judicium assequi, quibus tamen fontes adire non datur, annon praestet vel aliquid sacrorum Scriptorum illis germane intelligi, quam nihil? Si sensus enim reddantur, fiet alicubi, ut interpres suum inferat; si autem adnumerentur verba, Interpres nullum reddet, et fingent sibi lectores quisque proprium, et ut factum videmus, rarissime verum. Ego idem conatus sum, quod tu; sed pro mea facultatula in Psalmis, quorum enarrationem, impulsus a fratribus *Galliae* et *inferioris Germaniae*, statui edere sub alieno nomine, quo a Bibliopolis illorum libri emantur. Capitale enim est nostris nominibus praenotatos libros regionibus illis inferre. Simulo itaque me Gallum, et veritatem in locis illis communibus Patrum autoritate obtrudere studeo, multa non suis locis infulcio. *Aretii Felini*, quod meum nomen et cognomen est; sed illud Graece, hoc Latine; librum, nisi consilium mutavero, faciam. Tria specto hac impostura. Primum, si quo modo captivis illis fratribus sincerior tractandi Scripturas ratio commendari possit. *Alterum*, si tolli in dogmatis religionis nostrae intempestiva peregrinitas, et Scythica illa a *Lutheranis* invecta debacchandi rabies. Tertium, ut tutius hinc sacris possent consolationibus, in persecutione, quam ferunt, confirmari. Quare etiam in priore parte operis verbosius omnia explicare annisus sum, quo reliqua liceret adstrictius. Obsecro te, dum per otium licuerit, unum et alterum Psalmum degustare digneris, et monere quam primum licuerit, eorum quibus possim hoc opus magis frugiferum reddere. Viginti duo tantum adhuc excusi sunt, quos tibi mitto. Supersunt multi eorundem argumentorum. Quare sarcire et emendare licebit, quicquid peccatum est in parte jam impressa. Item si consilium meum parum tibi probaretur in extrudendo opere, simul mihi indices. Nihil enim aliud specto, quam ut prosim. Jam novi quantum tibi Dominus dederit, quid tale sit, despiciendi. Audio te jam in Psalmis versari; quare ut non erit a tuo jam exercitio mihi de enarrandis Psalmis praecipere alienum, ita minus quoque negotiosum. Reliqua *Christophorus* optime. Vale et perge gnaviter in propagando regno Christi et Scripturis elucidandis; nam datum tibi est plurimum; nobis non item. Id ergo quod possumus, praestamus. Improbitas *Catabaptistarum* coëgit Senatum severius paulo in eos agere. Ibi miserum in modum confusus est Satan. Adeo chalybeos emollivit, quosdam tantum exilii poena, quosdam obscurioris carceris commoratio, quos amicissimae et ex Scripturis sacris depromptae admonitiones semper efferarunt mitigavit paucissimis verbis comprehensa sententia Consulis. Extorris esto; in carcerem profundiorem demittitor. Adhuc perstringuntur multorum oculi, ob paulo severiora hominum istorum verba, et natas ex atra bile, apposita ad Satanae ludibria materia, lacrymas. Sed ita exercendi sumus, ut tandem agnoscamus et spiritualia mala esse, eaque corporalibus atrociora. Bene vale. Saluta fratres, et die *Pellicano*, quo

peccato meruerim, ut ad tot jam literas jam nihil respondeat. Quae de consilio edendi Psalterii scripsi, Tibi uni scripsi.

M. Bucerus.

LXIII.

Oecolampadius Zuinglio, cum pietate tum eruditione primario Helvetiorum doctori, suo fratri.

Salve in Christo. Benedictus sit Princeps pacis, qui iterum respirare aliquantisper Tibi, frater carissime, concedit et suam doctrinam, imo gloriam, vindicavit, ne sanguinaria habeatur. Idem praestet, ut resarta foedera sanctissime coaluerint, violenturque nunquam. Certe si omnino belligerandum, satius foret, saevire in exteros, quos male verear ne Satan excitet, ut tamdiu insultent, quoad patientiam frangant. Eadem quae Tibi, et mihi *Sturmius* ille *Argentoratensis* loquutus est, eundemque animum invenit. Sane si Adversarius ille noster diem apud principem illum condixerit, bene ominor. *Melanchthon* ante mensam ad me scripsit disertissimas amicissimasque Literas, sed manet in sententia *Lutheri*. Argumentis detinetur, mea sententia, frivolis. Unde apparet, quam possint esse armati. *Grynaeus* [1]) nunc Rhetorica Aristotelis mira dexteritate praelegit, ea scilicet quae ad Theodectem *Munsterum* [2]) expectamus Hebraica traditurum. Quod si Dominus pace nos dignabitur, nullas bonas disciplinas neglecturi sumus. At si ea denegabitur, musis haud quaquam locus erit. Commendatur nobis ab *Argentoratensibus* fratribus hic, qui literas reddit, ut pius satisque eruditus, ac cruce probatus, et idoneus, qui plebeculam Christi aliquam gubernet. Verum apud nos nullus vacat locus. In *Durgoiensi* agro desiderari fideles Ministros Verbi audimus. Fac igitur illi adsis. Bene vale. *Basileae* 3. Jul. 1529.

Oecolampadius.

---

[1]) *Simon Grynaeus* natus a. 1493 *Veringiae* in *Suevia*, literas didicit et docuit *Viennae*, praeceptor *Budensis* factus est, deinde *Lutherum* et *Melanchthonem Vittenbergae* docentes audiit, a. 1523 professor Linguae graecae *Heidelbergae* factus est. Idem a. 1529 periculum effugit vinculorum, et professor *Basileensis* factus est, ubi Gymnasium restituit. Altero loco post *Udalricum* Ducem Virtembergensem laudem Academiae *Tübingensis* in meliorem statum redactae meritus est, quo facto *Basileam* rediit. Vir fuit sapiens et moderatus. Semper amicitiam cum *Erasmo* conservavit; idem semper intimus amicus *Oecolampadii* fuit, cujus vitam et mortem brevibus narravit. Scribendo et docendo peritiam literarum antiquarum gnaviter adjuvit. Mortuus est a. 1541.

[2]) *Sebastianus Münster* natus *Ingelheimii* in *Palatinatu*, cum *Grynaeo Heidelberga* professor Veteris Testamenti *Basileam* vocatus est. Vir multa doctus. Idem peritissimus linguae Hebraeicae vetus Testamentum intelligendum adjuvit. Praecipue autem eum clarum reddidit aetate illa liber qui inscriptus est: „Cosmographia“ saepe editus. Mortuus est a. 1552 pesti abreptus.

LXIV.

Simon Grynaeus Zuinglio.

Salve. Recte amanterque scribis, mones omnia. Dolet autem ea de re, qua minime volebam, cum te primum compellavi, fuisse agendum, cum gratiam inire potius apud Te et amicitiam instituere, et tuo Colloquio frui multo etiam ante in animum induxissem, quod consilium meum recens tum dolor, quem ex ista sive suspicione sive calumnia conceperam, universum interturbabat. Equidem quid de me etiamnum sentiant statuantve, etiamsi vehementer curem, deprehendere tamen non possum, ita enim vivimus, ut rem sibi quisque suam agat, et ego extra illorum album sim totus, etiam extra congressus et colloquia, nisi ubi casus nos et fortuna conjunxit, quae mihi res nunquam venit antea usui; ubicunque enim gentium fui, ultro me homines, docti etiam (dicam sine arrogantia) allexerunt. Isti sive nimis docti, sive nimis indocti, sive quod suspicor, nascenti doctrinae nimis intenti, negligunt me magna parte, aut fortasse negligi se putant. Quicquid est, quia huc appuli, neminem mortalem, sed veritatem ex animi mei conscientia, quam isthic profiteri non licuisset, secutus. Perferre omnia, dum officio meo fungar, volo. Sed haec hactenus. De adhibendo studiis modo sapienter indicas. Tametsi enim otio mirifice oblector, et in laboribus peragendis, aequus sum mihi satis, tamen magis magisque quotidie, fervor et impetus animi, ut in rebus ceteris, ita in studiis literarum, quam inutilis sit et fallax. Nec se enim respicit, nec quod propositum negotium habet, tantum explere votum, nullo nec ordine, nec ratione, nec modo adhibito, festinant, cum in oppugnandis literis, quarum immensa quaedam sylva est, et innumerabilibus ambagibus implicata, prospicientia et moderatione summa vel maxime sit opus. Itaque quoties animi mei ingenium, et tempus peractum et instituti cursus, spatia inquam conficienda, cogitavi, vita acerba esse incipit, in ista praesenti temporum iniquitate. Tantum consolatur, quod crescere studia, et pulchre augeri patriam, rebus humano generi maxime expetendis video, omnibus etiam invitis. Itaque sustinere animum per omnes difficultates, quoaduscunque ille me sustinet, decrevi. Erit autem mihi magno solatio, si literis interdum (nam crebro nefas esse video) me Tuis solere. Interea vale et vive nobis diu vir egregie. *Basileae* 5. Juli 1529.

Simon tuus *Grynaeus*.

LXV.

Caspar Megander Zuinglio.

Gratia a Domino. A *Wernhero* nostro literas accipies *Frutingensis* Episcopi, tibi olim, dum in *Dalwil* prope *Tigurum* praefuerat, notus. Homo profecto recti bonique studiosus. Dei enim negotium cum primoribus, apud *Vallenses* nostros magnis etiam periculis, fidelis tractavit, id quod omnibus praecipue ditionis nostrae superioris Episcopis notum est. Quid multa? Hominis vera tum sin-

ceritas, tumque dexteritas a nemine satis commendari potest. Ego aut *Schafhusiensibus* aut *Turgojae Vilensibus* hunc hominem gratularer. Tu interim vale, et nos, ut semper soles, amato, et si quid periculi extiterit praemoneto. *Bernae* 6. Jul. 1529. Salutabis *Leonem*, *Custodem Myconium* atque fratres omnes.

Caspar Megander tuus.

LXVI.

Bucerus Zuinglio, totius helvetiae gentis vero Apostolo, observando Praeceptori.

Salve. Pacem restitutam gaudemus, quamquam mallemus, quam tu quaerebas. Verum cum haec tantum dejiciat hostes, jure eam nobis magnopere gratulamur. — על חזרת [1]) nostri bene sperant. Si quid potes rem promove. Christi gloriam cupis illustratam. Apud nos non apparet, qua via possit rectius, imo ullatenus non hic modo, sed et ubi nos respicimur, promoveri fortiores infirmiorum rationem habete. Intelligis quid velim. Valde profuit videre nostros [2]) quae viderunt. Si praeterea componi posset bellum de symbolo panis, de quo vides, quid Dominus ostentat, quis non augurareturpomeria regni Christi propaganda latius? Quae in gratiam quorundam fratrum *Galliae* et *inferioris Germaniae* in Psalmos cepi pridem commentari, eorum quaedam a nundinis *Francofurdensibus* proximis per *Christophorum* miseram, atque oraveram, ut uno et altero Psalmo perspecto, moneres, quid in sequentibus putares mihi sequendum, sed tenuerunt te ea negotia, ut facile credam, tibi non vacasse illa vel semel intueri. Deus autem novit, si vel somniassem, te hoc opus tractaturum, me haudquaquam manum fuisse admoturum, adeo sensi, quantum coelestium ac omnis eruditionis hic lateat. Nunc pertexenda est, quam institui, tela. Quia vero mihi partem et reliqua mittere puto decere. Quae ergo supersunt, iis quae misi, usque ad 3 librum, mitto. Cumque integrum non est, ut haec legas, oro des ea cum prioribus *Pellicano*. Is, spero, libere, monebit, nam legere vacabit magis, quae me scire refert. Vale et matura ut החזרת succedat. Scio quam hoc Ecclesiae intersit, ideo nihil est, quod aeque curem. *Capitonem* puto tibi scripturum. Non vacavit sciscitari. Iterum vale cum fratribus. Quam vero exulto cogitans me iterum te visurum et fruiturum prolixius quam nuper. *Argentorati* 10. Jul. 1529.

M. Bucerus tuus.

LXVII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Frater carissime. *Lutherus* et *Melanchthon*

---

[1]) De recipiendis in civitatem christianam *Argentinensibus*.

[2]) Qui viri arbitri fuerunt ad pacem conciliandam inter foederatos.

promiserunt *Hessorum* principi, venturos se *Marpurgum* in Colloquium de re Eucharistiae. Ad quos nos etiam nunc vocamur. Et non video, quo pacto Heroi tanto negemus, quod petit. Equidem quomodo recedere possem ab his, quae olim promisi, nisi pessime audire velim, idque non injuste. Recepi igitur me affore ad diem assignatum. Verum quam velim Te Comite, id quod et Principi placeret. Qualis autem tutus conductus futurus ex literis ejus intelliges. De quo nihil certi respondere potui, sed hoc totum tuo arbitrio commiserim. Oro igitur, de ea re responde, quod utrique commendaturum sit, nam in hoc lubens consilium tuum sequar. Quicquid igitur Tu responderis, fac sciam per proximum tabellionem certum. Significa etiam quid in hac re facere me velis, ut in tempore accincti simus ad iter. Vale. *Basileae* 12. Jul.

De conductu in haec verba Principi scripsi:

Weiter des Gleitens halb, hab ich mich noch nicht ganz entschlossen, weil ich nicht weiss wie es Meister Ulrich Zwingli gelegen will sein, dessen Gefährt ich gern wäre: deshalben ich ihm auch schreibe und ihn ermahne, dass er Gleits halb von unser beider wegen Euer Fürstlichen Gnaden antworte. Wo aber ihm nicht gelegen mit mir zu ziehen, ist mein gänzlich Fürnehmen mich von hinnen gen Strassburg ohngefahr auf Matthäi zu fügen und demnach mit guter Freunde Rath und Hilf zu Sigwer den Weg zu nehmen. Möcht' wol leiden, dass die Reise Zwingli auch gelegen. Ich hoffte, ich würde bei dem Durchlauchtigen Fürsten und Herren Ludwigen Pfalzgrafen etc. und bei dem Vogt zu Sigwer Geleit suchen und finden. Mag Euer Fürstliche Gnaden denen auf eine Fürsorg freundlich verkünden.

Tuus *Oecolampadius.*

Verba illa vernacula lingua latina haec sunt:

Deinde de commeatu nondum certum consilium cepi, eum non sciam, ut Magistro *Udalrico Zwinglio* opportunum futurum sit, cujus comes esse velim: de qua ei re scripturus sum et eum hortaturus, ut de commeatu utriusque nostrum causa tibi, Princeps clementissime, rescribat. Sin autem ei non opportunum fuerit mecum proficisci, hinc *Argentoratum* sub Matthaei me conferre constitui et inde amicis consulentibus *S. Goarii* pergere. Quod iter si *Zwinglio* quoque placuerit mihi gratissimum erit. Sperabam enim me si a Principe Serenissimo et Domino *Ludovico* Comite Palatino et a praefecto *S. Goarii* commeatum petiissem impetraturum fore. Id quod tu, Princeps clementissime, iis nuntiare velis ut mihi provideant.

Tuus *Oecolampadius.*

LXVIII.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Domino suo clementissimo Philippo Dei gratia Landgrafio Hassiae etc.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Clementissime, carissime Domine et pater. Magis quam omnium rerum Deo gratias ago studii, quo

intimum animum tuum imbuit veritatis cruendae. Nam sine dubio animus humanus nullis rebus tantopere delectatur quam veritate contemplanda et cognoscenda. Quare tibi, Princeps Clementissime, indico me literas tuas Consuli et Senatoribus nostris destinatas, ea causa quod non ignotum est apud nos, te, Princeps Clementissime, Doctori *Luthero* nobisque colloquium instituturum esse neque celari potuerat me a te nuntium accepisse, protinus tradidisse. Tamen Consul, vir clarissimus, literas tuas, Princeps Clementissime, non coram Senatu legi jussit, sed cum VI viris a Sanctioribus consiliis et mecum de ea re separatim egit. Et postquam me interrogaverunt, iis indicavi literas antehac a te, Princeps Clementissime, mihi traditas, quas quod iis non indicassem rogans ut mihi ignoscerent, quamquam tibi, Princeps Clementissime, rescripsissem, id enim bono consilio me fecisse, cum veritus essem, ne mihi non in tantum tempus discedendi veniam darent. Deinde eos quam instantissime rogavi, ne rem etiamnunc Senatoribus, viris conspicuis, proponerent, me enim vereri, ne repulsam feram; tamen me omnino eo animo esse, ut praestem quod tibi, Princeps Clementissime, pollicitus essem; nec minus iis indicavi, quem fructum ex ea re redundaturum esse sperem. Quo facto primores illi rem occultam habere constituerunt usque ad id tempus quod scirem ex literis tuis, Princeps Clementissime (neque enim tempus neque vias a te mihi indicatas sed solum locum colloquii aperueram), ceterum se per istum tabellarium a te, Princeps Clementissime, petituros esse, ut alium locum constituas, cum *Marburgum* nobis tam iniquum sit, ut inde a *Basilea* usque ad *Marburgum* oppidum tuum, Princeps Clementissime, in nullum locum nisi *Argentoratum* veniamus ubi tuti simus. Jam cum temporis satis reliquum sit, nullus locus *Argentorato* si potuerit nobis aequior sit. Nam *Luthero* et *Melanchthoni* vel tum non tam inplacabilis hostis terra trajicienda erit quam nobis quibus XIIII milliaria Imperatoris et *Ferdinandi* trajicienda sit, Dominus enim meus Comes Palatinus non ita saevit. Et quamquam iter Doctoris *Lutheri* et *Melanchthonis* aliquanto nostro longius erit, cum mihi hinc *Argentoratum* non plus XXIV milliaria eundum sit, tamen id quod tutius erit multum levabit. Quod igitur tibi, Princeps Clementissime, aliter statuere placuerit, id Domino *Jacobo Sturm Argentoratensi* viro consulari notum facere velis, unde nuntius facile ad nos veniet. Si autem locus colloquii non mutatus erit, tu, Princeps Clementissime, scias, me tamen omni industria usurum et Deum oraturum esse, ut me in suum honorem ad locum constitutum deducere velit. Etiam nisi invito Deo et Ecclesia nostra fiet praeter voluntatem Dominorum nostrorum aliquid ausurus sum, quippe qui sperem, si convenerimus, fore ut veritatis splendor oculos nostros feriat, ut ei honorem et imperium concedamus. Quod autem *Oecolampadius* de itinere omnia ad me rejecit, ad id respondeo: nos satis mature te, Princeps Clementissime, certiorem facturos esse, si nobis tuo vel affinis tui commeatu opus erit, etiam quam viam tibi maxime placere dixisti, ut puto, accepturos esse nisi locus mutatus erit. VI viri a Sanctioribus consiliis, quibus literas tuas indicavi, tibi, Princeps Clementissime, pacis leges mittere

constituerunt. Scito porro *Praetorem pagi Glaronensis* principem arbitrorum literas foederis cum *Ferdinando* facti non modo edidisse, sed etiam coram nobis cultro concidisse et confixisse, id quod oculis meis vidi. Deus igitur nos propitius duxit et servavit, ut neutra pars neutri ullum unquam hominem vulneraverit. Cui laudes in aeternum. Itaque abhinc non omnibus, qui nos ludibrio habere ausi erint, nos permittemus, si Deus nos resistere jusserit. Deus te, Princeps Clementissime, cum universo populo conservare velit. Amen. Jam tu, Princeps Clementissime, bene intelligis, cur antehac latine scripserim, scilicet quod parum idoneus aulicus et cancellarius sum, nec minus vereor aliquantum, ne si convenerimus lingua nostra non intelligatur. Quamobrem haud scio an opus sit, ut lingua latina nobiscum agamus. Quamquam quod opportunum erit, nobis non minus placebit. Dedi *Turici* 14. Julii 1529.

Tibi, Princeps Clementissime, semper promptissimus.
Huldricus Zuingli.

68.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen [1]).

Sinem Gnädigsten Herren Philippen von Gottes Gnaden Landgrafen zuo Hessen etc.

Gnad und frid von Gott bevor. Gnädiger lieber Herr und Vatter. Ich sag Gott ob allen dingen dank, dass er Üch die warheit zuo eroffnen so ynbrünstigen flyss yngibt. Dann one zwyfel das menschlich gemüet an gheinen dingen sölche ergetzlichheit empfacht als in ansehen und erkennen der warheit. Demnach thuo ich Üweren Gnaden zuo vernemen, dass ich die schrift, an Burgermeister und Herren by uns gestellt, us ursach dass unverholen by uns ist, wie Üwer Gnaden ein gespräch, Doctor Lutherum und uns, halten wollend [2]), und der bott nit zuo verhälen was, von stund an überantwurt. Doch hat Herr Burgermeister Üwer Gnaden Schrift nit vor Rat verlesen lassen, sunder die Heimlichen Sechs und mich besunder dero verricht. Und nach jrem verhör hab ich jnen anzeigt die schrift, so vormals von Üwer Gnaden an mich gelangt, und sy damit gebetten, dass sy nit achtind, dass ich jnen vordrige schrift nit anzeigt und aber Üwer Gnaden geantwurt hab; dann ich habs guoter meinung gethon, ich truoge [3]) sorg,

---

[1]) Ex tabellario Magistratus *Cassellani*, ubi exemplum Zwinglii ipsius manu scriptum absconditum est, haec epistola primum in „*Philippi Kuchenbeckeri* Analectis Hassiacis, Collectione X. Marburgi 1736 pag. 397—406“ et postea in *Neudeckeri* Doctoris libro inscripto: „Urkunden aus der Reformationszeit. Cassellis 1836. pag. 852—854“ in lucem prodiit. Quum igitur nobis aditus ad exemplum Zwinglii ipsius manu scriptum praeclusus neque id exemplum ad manum fuisset, quod Kuchenbeckerus typis excusum edidit, *Chr. a Rommel* V. C., summus praefectus tabellarii publici et bibliothecae terrae Cassellanae, qui conscripsit vitam Philippi Magnanimi, nobis exemplum comparavit accuratissime descriptum ex illo Kuchenbeckeri libro a *Falkenheimero* Doctore, V. C., praefecto tabellarii Principis Electoris Hassiae, quod hic secuti sumus. Quod est officium dignum, cujus viro illi illustrissimo quam maximas gratias profiteamur. Quae verba graviora Neudeckeri liber aliter exhibet conferendi causa in notis infra afferemus. [2]) „Wie Uewer Gnaden ein gespräch Doctor Luthern und uns halten wolle.“ [3]) „trage.“

sy wurdind mir nit hangen zuo so langer weis: Uf dies hab ich sy drungenlich gebetten, die sach nit für ein Eersamen Rat nochmals ze bringen, dann ich den abschlag besorgte [1]); und sye aber ich gänzlich des willens, was ich Üwer Gnaden zuogesagt, ze halten, ouch daby anzeigt die frucht des handels. Uf das habend sich die Obresten entschlossen den handel heimlich ze halten bis uf die zyt, die ich us Üwer Gnaden schrift wüsse (dann ich die zyt nit hab geoffnet, ouch die anzeigten weg nit, sunder allein die dingstatt); wellind aber hiezwüschend by gegenwürtigem botten an Üwer Gnaden werben, dass Die ein ander statt ernennind; dann Marburg uns so unglych sye, dass wir von Basel hin in ghein statt kommend, darin wir sicher, weder Strassburg, bis in Üwer Gnaden statt Marburg. Nun ist der zyt noch genuog, desshalb, wo es möglich, uns ghein gemeinerer [2]) platz weder Strassburg syn möchte. Dann Luther und Melanchthon müessend dennocht uf gheines so tödtlichen fyendes boden als wir XIIII myl uf Kaisers und Ferdinanden erdrych; dann Herr Pfalzgraf nit also wüetet [3]). Und ob glych der weg Doctor Luthers und Melanchthons etwas länger dann unser, denn ich nit mee denn XXIV myl gen Strassburg hab, so ringert doch die sicherheit vil. Was nun Üwer Gnaden hierin gefallen möchte zuo ändren, welle das zuo altem Stattmeister zuo Strassburg Herren Jacob Sturmen ze, wüssen thuon, kummt von [4]) dannen lychtlich an uns. Wo es aber ie, by der dingstatt blyben soll, soll Üwer Gnaden wüssen, dass ich dannocht allen minen flyss ankeere und Gott bitte, dass er mich zuo sinen eeren an vernennte statt beleiten wolle. Will ouch etwas, so verr es wider Gott und sin kilchen, die by uns ist, nit syn wirt, nebend dem willen unser Herren underston; dann ich ie ouch der hoffnung bin, so wir zemmen kommen, wurde der warheit glast uns under die ougen schlahen, dass wir jro die eer gebend und sy herschen lassend.

Aber der profection oder reis halber hat Oecolampadius alle sach zuo mir gesatzt. Uf das gib ich den bescheid. Wir wollend zytlich gnuog Üwer Gnaden ze wüssen thuon, wo wir Dero oder Irer [5]) Ohemen beleitens dürfend; ouch angezeigten gefälligsten weg, als ich gloub, annemen, so verr die dingstatt nit geändert wirt.

Es habend sich die Heimlichen, denen ich den zedel anzeigt, entschlossen Üwer Gnaden die artikel und puncten des fridens zuozeschicken. Die soll aber wüssen, dass den Ammann von Glaris als der vordrist under den schidlüten den Ferdinandischen bund nit allein harus gegeben, sunder den in unseren ougen mit einem messer zerhowen [6]) und zerstochen, das ich ouch selbs mit disen ougen gsehen. Also hat uns Gott mit siner gnad gefüert und bewart, dass twedre [7]) syt die andren an einigem mann nie verwundt hat. Im aye lob in d'ewigheit. Nun trow [8]) sich fürhin, welcher welle; dann wir werdend, so es Gott heisst, nit einem ieden geitzen, der mit uns schimpfen welle. Gott wolle Üwer Gnaden sammt allem volk bewaren. Amen.

[1]) „besorge". [2]) „gemeiner". [3]) „würwe". [4]) „da". [5]) „Ires". [6]) „gehowen". [7]) „wedre". [8]) Kuchenbeckeri liber habet „hilew" quod intelligi non potest; quamobrem „trow" accepimus, quod Neudeckeri liber exhibet.

Üwer Gnaden sicht nun wol, warum ich vor latinisch geschriben, dass ich ein schlechter hofmann und canzler bin. Trag ouch etwas sorg, so wir zemmen kommen, wurde man unser sprach nit verston. Desshalb villicht von nöten syn wirt, dass wir latinisch mit einander handlind; doch was gelegen syn wirt, soll uns ouch gefallen. Geben zuo Zürich 14 tags Julii 1529. Üwer Gnaden allzyt williger Huldrych Zwingli.

LXIX.

Conradus Luchsinger [1]) Zwinglio.

Pie, conspicue, carissime Magister *Udalrice.* Tibi ante omnia officia mea promptissima defero. Qui has literas pertulit, concionator noster *Lithopolitanus* [2]) ipse tibi rem suam narrabit, qui quatenus eum novi vir pacificus esse mihi videtur. Sed quamquam paci studet, multi hic sunt qui id in animum inducere non possint, praesertim cum eorum sententia sit, ut peccatum capitale, quod coenobitae commiserunt [3]) puniatur, scilicet ut vulgus quotidie peccandi potestatem assequatur. Nihil nisi aliquantus haustus vini opus esset ut quidam homines peccatum ignoscerent. Denique rem temere acturi esse mihi videntur, ut verear profecto ne etsi eis successerit, pro eorum ardore ulterius progrediantur. Quare, Domine carissime, te rogo, ut homini bono benigne aurem praebeas, ut sententia justa capiatur et suo tempore fiat, quod Deo volenti sit, neve cum tumultu fiat et ardore quo navis in scopulos auferretur, *Lithopolitani* enim mihi arcum tentum habere videntur. Quamquam omnia quae fiunt nunc aperire non opus est, suo tempore enim harum rerum omnium certior futurus es. Jam tibi dicam quod non minimum est. In viciniam nostram in *Castellum* venit parochus qui ne noxam augeat vereor. Quod Deus in melius vertat. Tu, iterum precor optimum facere et diaboli turbis vehementer resistere velis. Quod semper de te meriturus sum si potero. Dedi Dominica ante Margarethae 1529.

Tibi promptissimus *Conradus Luchsinger.*

Inscriptio: Magistro Udalrico Zwinglio de Deo doctissimo, pio, christiano concionatori Turicensi Domino meo carissimo et amico.

69.

Kunz Luchsinger an Zwingli.

Frommer, ehrsamer, lieber Meister Ulrich. Euch seien meine gutwilligen Dienste bevor. Anzeiger dieses Briefs, unser Prädikant zu Stein, wird Euch sein anligend Sach anzeigen, und wie ich erkenne, daucht er mich ein schiedlicher Mann zu sein, der gern auf Fried stellte, das doch vielen Leuten in der Stadt nicht zu Herzen gehen will, besonders ihr Meinung ist, die grosse Todsünde, so das Kloster begangen hat, gestraft werde, damit ein täglich Sünd daraus gemacht, und sie täglich vom gemeinen Mann gebraucht würde. Es wäre um einen guten Trunk Wein zu thun, so achten etliche Gesellen die Sünde wäre verziehen. Will mich bedunken, der Sache wolle also ring geachtet werden, und besorge wahrlich, obschon Ihnen solches gedeihte, wurd mit Iro viel Hiz nicht dabei bleiben. Darum lieber Herr ist meine Bitte, Ihr wollet dem guten Mann treulich losen, damit rechter

[1]) Qui fuit Administrator Steinensis. [2]) *Georgius Wimpfer.* [3]) Cf. notam ad op. 6. a. 1528.

Verstand gefasst und mit der Zeit beschehe, was Gottes Willen wäre und nicht mit Unordnung beschehe und in Hize, dadurch ein Schiff verführt würde, denn mich dunkt die von Stein liegen im Armbrust. Nicht Noth, alle Ding dieser Zeit zu öffnen. Ihr werdet sonst des Handels mit der Zeit wol bericht. Es ist auch besonders ein Nachbar auf Burg zu uns kommen; besorge er werde viel Unraths äufnen. Gott wend es. Bit Euch, wie vor, Ihr wollet allweg das Best thun, und des Teufels Gespei heftig widerstehen. Das will ich allzeit um Euch verdienen, wo ich als gut wär. Dat. Sonntag vor Margreth 1529.

Euer williger Diener Kunz Luchsinger.

Aufschrift: Meister Ulrich Zwingli, dem von Gott wohlgelehrten, frommen, christlichen Prädikanten in Zürich, meinem lieben Herrn und Freund.

LXX.

Valerius Anshelm Zuinglio.

Gratia et Pax Jesu. Vocaverat me ad se *Tigurum* pia simul et gravi laborans anxietate dilectissima mea commater *Barbara* pii captivi *Jacobi Ungelteri* honesta conjux cujus caussam dum nuper tecum fui, tuae fideli charitati nihilo secius atque propriam commendavi, atque nunc item eam sic Tibi commendo ut et ipsa nobis intime chara sentiat, quid tuorum omnium apud nos fratrum et mea apud Te valeat intercessio, quantaque tua sit erga pios omnes, praesertim autem pia caussa laborantes beneficentia. Vale in Christo perquam optime cum tota domo tua honestissima ac piis fratribus *Utingero* et *Leone*, et *Valerium*, qui tuissimus est, ut facies, exaudi et ama. Festinantissime *Berna* extra aedes d. 22. Jul. 1529.

LXXI.

Zwinglius Legatis [1]) paci conciliandae.

Gratia et pax a Deo. Pii, conspicui, sapientes, carissimi Domini. Vos per Deum et per quaecunque in hac vita et post mortem erimus precor, ne rixantes sitis vobiscum, quod quidem nostratibus non minus quam vestratibus dictum volo. Etiam nostros Legatione maxime hortatus sum, ut vobiscum et cum aliis civitatibus primum ad concordiam tenderent; jam autem Domini nostri jusserunt quae audivistis, a quibus legatis nostris recedere non licet. Quod autem audivi, vos sola de ratione agendi dissentire, eam rem pacisci potuisse mihi videmini, quamquam Legatis quidem nostris metuendum est. Ego igitur quae praecipio de hac re haec sunt: ut cum praefecto *Kiburgensi* [2]) familiariter loquamini pro animo vestro, nec minus cum *Tummisen*, qui

[1]) *Bernatum.*

[2]) *Rudolfo Lavatero.*

tamen mitior est, et si inter vos nihil nisi suspicio fuerit, ut eam per Deum abjiciatis, et, mihi credite, de omnibus rebus consentietis. Quin etiam suntuum controversiam cum Basileensibus transigemus, in qua re ii mihi obstinatiores esse videntur. Primum enim videbimus ut leges maxime ad res divinas pertinentes perferamus, et si quae ad Dei honorem et pacem spectant perlatae erint nos minime difficiles habebitis. Legatione enim haec res bene mihi exposita videtur. Tamen ne quisquam vestrum animum demittat; nam verbo, hominum istorum animi comprimendi sunt, qui si ante omnia vos mites senserint, nihil agetis. Si autem quid discordiae inter vos esse sentiatur (quamquam nihil est), inimicis veritatis opportunum sit. Atque omnium maximum sit, ut primum animarum salus respiciatur, ceterae autem res deinde cedant ut Deo placuerit. In summa vos Legati *Turicenses*, *Bernenses*, *Sangallenses* vobis inter vos maxime confidere debetis et potestis. Alios legatos non novi. Tamen vos videatis ne cui simulatori praeter vos confidatis. Adhuc inter nos nonnihil vehementes fuimus, id quod quorundam moribus in castris factum est. Sed ea omnia abjiciamus. Si enim consenserimus majorem auctoritatem habebimus quam ipsi speramus. Vos, Domini benevolentissimi, carissimi, quae scripsi in optimam partem accipiatis. Si enim in civitate fide perstiterimus, nos his diebus tandem hostes nostros coërcituros esse existimo. Deus vobiscum omni tempore. Amen. Dedi 24. Julii 1529.

Vobis semper promptissimus *Zwinglius*.

71.

Zwingli an Gesandte zur Friedshandlung.

Gnad und Frid von Gott. Fromm, ehrsam, weise und liebe Herren. Ich bitte Euch um Gottswillen und um alles willen, das wir immer sind und werden hier und dort, seit nicht zänkisch gegen einander, sag ich auf die Unsern gleich als wol als auf die Euern. Ich hab auch sie im Abscheid zum höchsten darauf vermahnt, dass sie mit Euch und andern Städten erstlich zu Einigkeit stellen, nun ist aber Unser Herren Empfehl, wie Ihrs vernommen habet, davon dürfen sie nicht gehen. Und so ich verstanden habe, dass Ihr allein um der Ordnung uneins sind, so dunkt mich, Ihr hättet Euch der Sache wol mögen vergleichen, wiewol unsere Boten ihnen allweg fürchten müssen. Nun sag ich also zur Sache. Ihr möget mit dem Vogt von Kiburg vertraut reden was Euch zu Muth ist, auch mit Tummysen, doch ist dieser der freundlicher und ist unter Euch zu beiden Theilen nichts dann ein Fürwiz, die lasset um Gottswillen fallen und glaubet mir, dass Ihr in allen Artikeln wol eins werdet. Ja wir werden auch in den Kosten mit Basel eins, die wollen, als ich verstehe, im selben Artikel lunen, denn wir erstlich in den göttlichsten Artikeln sehen, wie wir zu hin kommen, und so die zu Gotts Ehr und Frieden reichen, hindurch sein werden, werdet Ihr sehen, dass wir geschikt sein werden. Denn die Instruction hat darum guten Bscheid, als ich verstehe. Doch soll niemand ohn Muth sein, denn kurz, das Gsind

muss gedemüthigt werden, und so sie vor allen Dingen sollten Euere Linde inne werden, so machtet Ihr nichts Verfanges. Sollte man nun inne werden, dass etwas Zweitrachts unter Euch sei (wiewol es keins ist) so ist den Feinden der Wahrheit wol damit — und soll allweg das Höchste sein, dass erstlich der Seelen Heil betrachtet werde, gang hinach in andern Dingen aber wie Gott wolle. Summa Ihr von Zürich, Bern, S. Gallen Boten sollen und mögen einander zum höchsten vertrauen, die andern Boten kenne ich nicht. Doch sehet Ihr, dass Ihr keinem Falschen ausser Euch vertrauet. Wir sind bisher etwas blästig gegen einander gewesen, hat etlicher Wesen im Feld gemacht, aber wir sollen das alles hinlegen. Denn so wir einig, werden wir viel ein grösser Anschen haben, weder wir selbst wähnen. Versteht günstig, liebe Herren mein Schreiben im besten. Denn ich je mein, so wir mit dem Burgrecht ehrlich harren, wir wollen der Tagen einist einem eins auf d' Nasen geben. Gott mit Euch zu aller Zeit. Amen. Geben 24. Jul. 1529.

Euer allzeit williger Zwingli.

LXXII.

Joannes Grob Lichtensteigensis ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo et Domino nostro Jesu Christo. Carissime cognate *Udalrice*. Parochiales *Joanni* viro praeclaro paene omnibus suffragiis abeundi veniam dederunt, ut scripsisti, et *Balthasarem* virum praeclarum acceperunt in mensem, sexve menses totumve annum, quippe qui iis maxime placeat. Porro fortasse jam scis, quod sane dolendum est, fratrem nostrum et virum praeclarum *Blasium Forer* zum *Stein* de vita decessisse, Deus nobis propitius adsit. Ut ei, proh dolor! propter evenerit, judicium ecclesiasticum et ut, neglectus a Magistratu vel cum *Longi Joannis* filius *Krummenaviensis* ei aliisque quaedam minitatus esset, ab eo improviso et in aperta via apud vicum *Krummenavium* occisus sit. Cujus rei infortunatae etiam amplius certior fies. Tamen *Blasius* in lecto 22. Julii hora II. *Nesslavii* mortuus est; Deus misereatur, viri enim mors christianis dolorem attulit et Dei inimicos juvat. Quod Deus in melius vertat. Ipse si Deo placuerit autumno ad te veniam. Dedi *Lichtensteigii* 25. Julii 1529.

Joannes Grob Lichtensteigensis.

72.

Hans Grob von Lichtensteig an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott und unserm Herrn Jesu Christo. Lieber Veter Ulrich. Wisset dass die Gemeinde Herrn Hansen fast einhellig hat Urlaub gegeben, wie Ihr geschrieben habt, und Herrn Balres (Balthasar) angenommen auf Ziel einen Monats oder ein halb Jahr oder ein Jahr, denn er der Gemeind wol geliebt. Weiter so wisst Ihr vielleicht wol, dass leider unser Bruder, Herr Blasi Forer zum

Stein mit Tod von hinnen geschieden, Gott sei uns gnädig etc. Wie es leider ihm ist ergangen vonwegen des Chorgerichts und versaumt durch den Gewalt der Oberkeit durch etliche Drohungen so Lang Hansen Sohn von Krummenau auf ihn und ander hat gethan, hat er ihn zu tod gehauen unverschens auf freier Landstrass bei Krummenau. Wie der Handel staht werdet Ihr leider noch bas bericht, doch ist er im Bett auf 22 Tag Heumonat verscheiden, um die zwei, zu Nesslau; Gott erbarms, denn er die Christen fast übel reut und ist den Gottsfeinden eine Stärke. Gott füge zu Gutem etc. Ich will wills Gott auf den Herbst selbst zu Euch kommen. Geben zu Liechtensteg den 25. Heumonat 1529.

Hans Grob von Liechtenstäg.

LXXIII.

Udalricus Dux Wirtembergensis Zwinglio, doctissimo, nobis carissimo, eximio, christiano Praeceptori Turicensi.

Salutem et benevolentiam nostram tibi ante omnia deferimus, vir doctissime, carissime, eximie. Nostrum carum et fidum *Joannem a Fuchsstein*, equitem et doctorem, qui has literas tibi pertulit, misimus, qui tecum ageret quod ex ipso audieris. Quamobrem te clementes rogamus ut ei consulas et opituleris quod te ultra facturum confidimus. Cujus officii tibi clementer memores erimus. Dedi *Casselłae* Martis die post Jacobi Apostoli (25. Julii) 1529.

Udalricus Dux Wirtembergensis.

73.

Ulrich, Herzog zu Wirttemberg an Zwingli, dem Hochgelehrten, unserm lieben, besondern, christlichen Lehrer zu Zürich.

Unsern günstigen Gruss zuvor, Hochgelehrter, lieber, besonder. Wir haben unsern lieben, getreuen Joh. von Fuchsstein, Ritter und Doctor, Zeiger dieses Briefs abgefertigt, etwas mit Euch zu handeln, wie Ihr von ihm vernehmen werdet. Deshalben unser gnädig Begehren, Ihr wollet ihm in solchem berathen und behilflich sein, wie wir Euch dessen ohne das vertrauen. Das wollen wir gnädiglich gegen Euch erkennen. Dat. Cassel Zinst. nach Jac. Apost. (25. Jul.) 1529.

Ulrich, Herzog zu Wirttemberg.

LXXIV.

Ex schedula Zuinglii, ad Leonem puto.

Vocabis ad prandium nostrum *D. Fuchsstein*, et viatorem qui *Hesso* venit, qui apud Ranam divertit sive Populum. Tu quoque

adeas, neque patieris eos negare. *Vilelmum* itidem hospitem *Fuchssteini*. Hora nona editur. Mihi non vacat abire domo.

H. Zuinglius tuus.

LXXV.

Philippus Dei gratia Landgrafius Hassiae, Comes Catzenelnbogensis etc.

Vir doctissime, carissime, eximie. Qua epistola nobis rescripsisti sententiam tuam de eo, quod nos colloquium amicum de Sacramento Carnis et Sanguinis Jesu Christi Domini nostri instituere cogitare ad te scripsimus, et te quoque ad id *Marburgum* vocavimus, eam igitur epistolam, nec minus quam tibi a Consule et Senatoribus a Secretis civitatis *Turicensis* de eadem re rescriptam nobis misisti cum literis ab eodem Consule, Tribunis et Senatoribus a Secretis nobis ipsis destinatis accepimus, quas totas perlegimus, et quam epistolam rescripsimus iis has literis inclusam tradidimus, qua vos invicem monitos volumus, nos non minus nobiscum ipsis, antequam diem et hebdomadem dixerimus, reputasse, quo loco nobis omnibus, qui multi sumus, opportunissimum et tutissimum esset, sed nullum meliorem et opportuniorem locum quam *Marburgum* reperire potuimus, nusquam enim ubi tibi cum *Oecolampadio* iter faciendum erit, nisi in spatio quatuordecim milliariorum quod est inter *Basileam* et *Argentoratum*, quod tamen quin Deo juvante tuti peragrare possitis minime dubito, vos cuiquam capere licet; quod enim priori epistola polliciti sumus, curabimus, ut in finibus *Argentoratensibus* a commeatu satis magno et forti militum cari affinis nostri *Ludovici Ducis Bipontini* excipiamini, indeque per *Wasgavium* ad montem *Hundruk* et in inferiorem nostrum comitatum *Catzenelnbogensem*, a nostris autem militibus inde continuo citra omne periculum *Marburgum* deducamini. Hoc autem iter, ut ipse dixisti, vobis brevissimum et minime periculosum erit; neque minus curabimus, ut Deo juvante tuti ab omni periculo rursus reducamini, cum habeamus quo id faciamus.

Quod autem nobis suades ut *Argentoratum* locum colloquii constituamus, id multo periculosius, laboriosius et incommodius esset, ita ut nos et ii quos ad colloquium vocavimus vix eo convenire possemus; id enim iter tam longum non modo *Luthero* et *Melanchthoni*, etsi tuti eo venire possent, longius, sed etiam aliis, quos praeter eos ad id colloquium amicum vocavimus, periculi et longitudinis causa molestius esset; quippe quibus multorum Principum Evangelio et ejus cultoribus inimicorum terrae trajiciendae essent, ita ut eos usque in urbem *Argentoratum* in periculo versari necesse esset. Quae cum ita sint, ut nisi cum vitae periculo eo proficisci non possent neque proficisci audercnt, nostra, et nostrorum et nostra ipsorum incommoda tibi ut viro prudentissimo reputanda permittimus.

Ad ea autem accedit, quod omnes alii se colloquium eo tempore et loco obituros esse polliciti sunt; ut ea mutare et nobis et iis non-

nihil molestum et incommodum esset. Etiam si hac causa non affuisses, ut te non affuturum minime speramus, haud scio an hominibus aliter videretur et malum exemplum exstaret. Quamobrem te iterum instanter rogamus et clementer petimus, ut ad augendum honorem Dei Omnipotentis, ad componendam amice hanc gravem controversiam, ad pacem conservandam et concordiam, ad confirmandas multas infirmas conscientias et utilitatem universae eccclesiae, quae Deo propitio ex hoc amico colloquio redundatura esse certo speramus: igitur ne quidquam te quod superari possit impediat, quominus colloquium tempore et loco constituto per Deum obeas, etiam ut quo tempore *Argentoratum* perventuri et inde profecturi sitis nobis indices. Tum te et omnes qui tecum venient a commeatu et excipiendos et tuto deducendos et reducendos curabimus. In ea re igitur, velim, te promptissimum praebeas, ut te praebiturum certo speramus. Denique eam tibi clementissime commendamus. Dedi *Cassellae* Martis die post Jacobi a. 1529.

Ad *Ulricum Zuinglium*. [1])

75.

Philipps von Gots gnaden Landgraue zu Hessen, Graue zu Catzenelnbogen etc.

Hochgelarter lieber besunder. Wir haben ewr antwort, darin Ir Uns vermelden, was auff Unser anher schriftlich ansinen, das freundlich gesprech dess Sacraments fleisch und blut unsers Herrn Jhesu Christi und üwr beikunfft, zu erwitern ghen Marburgk belangende, auch diser Antwort von Burgermeister und der Sache heimlichen Rethen der Stadt Zürich zu antwort und daneben gemelter Burgermeister, der Obersten Meister unnd Sache heimlichen Rethe schrifft empfangen, alles einhalts gelesen und Inen widderumb unser antwort zugeschickt, die wir Inen hierbey zugeschickt haben: Und wollen auch hinwidder zu erkennen geben, das, nicht weniger, wir haben vor Uns selbst, zuuor und ehe wir den Tagk und die Wochen nennen, bei uns nachdenkens gehabt und erwegen wilchs orts uns allen vilen am gelegensten und Sichersten were, haben aber kein besseren oder bequemeren orth denn Marburgk finden konnen, Dann ir sambt dem Oecolampadio welcher Fehr oder stege, ân allein die vierzehen meil von Basel nach Strassburgk, dadurch Ir mit Gottes hilff ya wol sicher kommen können, nit fahen dorffen, dan wir unserem vorigen schreiben nach verfügen wollen, das ir an der Strassburgischen Grenz durch unser Oheimen und Schwager Herzogk Ludwigs zu Zweybrugken geleits Leute stark gnug angenommen, von dannen durch Wasskgaw anher dem Hundtrugk uff unser Niddern Graueschaft Catzenelnbogen und durch die Unsern dadannen ghene Marpurgk seher on alle fhar bracht werden solle. So ist ya ewer wegk wie Ir selbst anzeigt am nechsten und die Geuerlichait nit Gross, und wollen wir euch mit hilff

1) Ex *Neudekeri*: Urkunden aus der Reformationszeit p. 101—103.

Gottes sicher sunder alle fhar widderumb hinuff bringen lassen, denn wir dazu Wege und Mittel wissen.

Das aber wir die Malstat ghen Strassburgk legen sollen, ist gar fast vil geuerlicher, unsicherer, muhsamer und ungelegener, auch also das unser und der Ienen so wir dazu beschrieben haben Zusamenkunfft dahin nit wole muglich ist, Dann ein solcher ferner Wegk nit allein Luthero und dem Melanchton, Ob sie schoon sicher dahin kommen konnten, zu fern; Sundern auch den andern, die Wir neben Inen zu solch freuntlicher Unterrede beschrieben haben, unsicherheit und ferne halber, Nachdem sie durch viler Herren, Die dem Evangelio und seinen anhengern zu widder sein, Lande ziehen und bis in die Stadt Strassburgk unsicher sein muesten: on misslich fhar ire leib und leben zu ziehen nit muglich, die würden sich auch vielleicht daruff nit wagen. Wir wollen unser selbst und der Unsern beschwerden und auch Unserselpeichen (?) als einen woluerstendigen zu bedenken heimgestelt haben.

Dazu haben die andern alle solche ewer tage und malstat zu ersuchen uns zu geschrieben, darumb solchs zu ändern Uns und Inen ein wenig beschwerlich dan auch ungelegen sein würde. Es muchet auch vileicht, wo ir disser ursach halber ausspleiben werdet, als wir Uns doch keinswegs versehen, vor ein anders angesehen werden und daraus ergernuss entsteen: Derohalben wir abermals euch hierinn ersuchen entlich und in gnaden begeerende, Ir wollet zu fürderung der eher des allmechtigen, zu freuntlicher Vergleichung solch truffenlichen Zwispalts, zu erhaltung Fridens und ainigkeit, Menichem schwachen gewissen zu trost und allen Christlichen gemeinen zu gutem: das wir getrewlich verhoffen, mit gnädger verleihung des almechtigen, aus dissen freuntlichen gesprech erfolgen solle: Euch nichts muglichs verhindern lassen und solche Zeit und malstat Im namen Gottes ersuchen, Auch Uns welche Zeit Ir zu Strassburgk ankommen und ausszichen wollet zu uersteen geben. So wollen wir euch sambt allen, so ir mitbringet mit gleit annemen und sicher ab und zu bringen lassen, Euch hierinn unverzierlich gutwillig erzeigen. Das versehen wir Unns genzlich und wollens mit allen genaden befhälen. Dat. Cassel Dinstags nach Jacobi Anno xxviiii.

An Ulricum Zwinglium.

LXXVI.

Oecolampadius Zuinglio, Tigurinorum christianissimo doctori, suo fratri carissimo.

Gratia et Pax a Christo. Mi frater. Accepi heri literas tuas una cum Jesaja tuo, et bonam partem noctis in illum insumsi. Quam placuerit, scriptis assequi nescio, proinde ne te laboris poeniteat. Unum gravat, quod immodica laude, me ultra meam dignitatem, evehis. Sed quid succenserem, quem tam amicum novi? Utinam candor idem in

Melanchthone esset, cui, quo minus respondeam, vix me contineo, spe tamen colloquii imperó mihi. Hoc magis incendit, quod *Secerius* typographus gloriatur, se edidisse conscio *Philippo*, accingique nunc illum, ut caussam ipsam justo volumine aget. Quod si verum est, ut mihi nondum compertum, quid aliud hac epistola conatus est, quam ut me Antagonistam habeat. Sed non me terret; scimus enim, quid solidi afferre possit, et jam assuevi ab hisce amiculis agitari. Expedit autem, ut omnia dissimulem, donec redierimus colloquio. Quod si bene cesserit, silentii non bene poenitebit. Sin minus ex sententia nostra, satis adhuc tempestivum erit respondere. Modo annuat Christus. Interim quae pacis sunt cogitemus.

Verum de profectione, scis quid *Landgrafio* scripserim. Nihil doli suspicor a Principe. Quantum enim intellexi ex *Sturmio*, colloquium, paucissimis praesentibus, erit, ita ut ostentandi contendendique morbo locus adimatur. Vocavit autem et *Sturmium*, et cum eo *Bucerum*, et alium quendam ex symmistis ejus. Praeterea iter Rheni mihi etiam in litteris proposuit, sed non consulit, nam propter Episcopatus *Spirensem* et *Moguntinensem* minus tutum erit. Adhaec, ubi *Argeutoratum* perveuerimus, non erit animus quoquam progrediendi, nisi secure etiam regredi liceat. Demum, si adversarii immodestiam ullam admiserint, apud cordatos se victos declarabunt, et erit, ubi domum redierimus salvi, quod Ecclesiis fidelium indicabitur. Itaque bene fidendum est. Optarim tamen Tecum locum aequiorem et viciniorem. Igitur si civitati Tuae responderit, dabimus operam, ut consilium nostrum ad Canonem utilitatis Ecclesiae gloriaeque Dei attemperemus.

Petivisti nuper, quid mihi typographus pro exemplaribus in sacris litteris dinumeret. Convenimus sic, ut pro quolibet folio, ut vocant, testonem, pro tribus florenum solvat. *Sichardus* melius sibi consulit. Narrant mihi mei, quod *Frobeniani* iterum excudunt farraginem epistolarum *Erasmi*, quibus pleraeque additae, in quibus *Tu*, *Pellicanus* et *Capito* passim nominatim perstringamini. Diligentius percontabor, ut res habeat, et indicabo. Gratias habeo pro Jesaja. Redibit olim *in vicem* pro aureo isto aliquid plumbeum. Vale. *Basileae* 30. Julii 1529.

Oecolampadius.

LXXVII.

Augustinus Saturnius Zuinglio suo.

Gratia et Pax a Deo Patre et Domino Nostro Jesu Christo Tibi adaugeatur. Scripturus ad alium, veniam non modo brevitatis verum etiam extemporalis Epistolae prius ab eo precarer. Ad Te nihil est horum, optime *Zuingli*, quod faciam, quippe qui sincera fide non verborum strepitu apparatuque amicum dimetiare; quo vel admirabilior mihi tua videtur sapientia, qui non more humano extrinsecus, sed divino intrinsecus quenquam aestimes. Quid quod coelestis necessitudo nostra, cujus aeternum gluten Christus est, multo jam est tum certior, tum illustrior, quam ut accuratioribus prolixioribusque literis sit vel testanda

vel demonstranda? Adhaec negotiis Tu impendio qua sublimioribus, qua gravioribus usquequaque distineris, quam ut his longioribus legendis bonas horas perditum eas. Qua omissa omni purgatione, paucis, quod volo, expediam. Principio maximas Tibi gratias ago, habeboque semper majores, quod me suavissimo amore tuo dignatus es, quodque in penitissimas cordis Tui fibras me admiseris, aditum, quo nullum nec gratius Deo, nec jucundius adornari potest. Simulque supercoeleste Christi munus in Te agnosco, adoroque, cui acceptum ferre par est, quicquid optimum est. Neque enim Tu sponte tua, sed sponte Christi id fecisti, cujus afflatu instinctuque quenquam non secus atque Te diligis, quem illius membrum, Tibi fratrem esse pernosti. Superest igitur rogitantibus nobis, ut quos tam arcta, tamque insolubili inter se conjunxit charitate eos exuberantiore fidei lumine, profusioneque amoris incendio in se confirmet constabiliatque. Secundo loco est mihi opus de exquisitiore Grammatica decem in libros divisum, incredibile quantis vigiliis quantoque negotio a me elucubratum. Id nimis quam libenter istis chalcographis sed suis impensis imprimendum traderem. De quo modestius parciusque ad Te scribam neeesse est, ne proprio in ore laus mea sordescat. Verum tamen quanti apud eruditissimos emunctissimeque naris homines fiat, cum alii plerique gravissimi, tum vel maxime *Janus Pincius*, vir aetate nostra undecunque doctissimus, pereleganti sua ad me epistola, facile declarat. Eam ad Te legendam mitto. Cetera, quae velim, Presbyter *Bartholomaeus* Te optime docebit. Porro studium super opere meo imprimendum, operamque tuam (quae tua est singularis humanitas) scio, nihil est, quod rogem. Nam Tu ejusmodi es, qui a fratribus quicquam vix admoneri, rogari vero sine maximo dolore queas. Cum ceteros omneis, in quibus non umbra imagove, sed solida expressaque germanae fidei excellit effigies, tum *Pellicanum* verbis meis inexhausta salute pioque osculo impertias jubeo. Gratia Domini Jesu semper Tecum. Amen. *Sondrii Volturrhena* ex Valle die 1. Aug. 1529.

LXXVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. *Argentinensibus* juxta tuam hortationem scripsi, curent apud principem *Hessorum*, aequiorem nobis illic colloquii locum designari, sed ob *Sturmii* absentiam minus sategisse intelligo, et is, ubi rediit, veritus est, parum se effecturos, atque adeo cum favoris nostri jactura, unde et ille apud Senatum nihil maturavit. Certe nolunt cuipiam periculi esse autores. Interim a receptis literis quod deliberarint, vel egerint haud scio. Ubi Tribunus plebis nostrae urbis redierit, is exponet, quod secum statuerint, et Tu quoque interim dispicies, quid magis in gloriam Christi spectet, cui suum negotium committimus. Potens protector est. Vale. *Basileae* 1. Aug. 1529.

Oecolampadius.

LXXIX.

Albertus a Mülinen [1]) Zuinglio.

Magistro Udalrico Zwinglio, viro venerabili et doctissimo, carissimo meo Domino et Fratri.

Gratia et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo omni tempore nobiscum omnibus sit. Amen. Praeter alios venerabilis et doctissime Domine et frater. His literis tibi indico probos homines praefecturae *Hitzkirchensis* nunc iterum (id quod Deo propitio evenit) suffragia tulisse et quidem multo plures in eam sententiam, ut integrum et purum Dei verbum, nulla re addita docerentur, ut id contineatur vetere et novo Testamento, et quae eo probari possint, primum Dei in honorem, tum in animorum suorum salutem, quae praecepta vita sua pro viribus servaturi sint. Iidem me id animorum suorum curatori indicare et praecipere jusserunt, ut ea ratione, in quam plerosque suffragia tulisse dixi, abhinc Dei verbum praedicaret nec minus ut ei ipse vita sua locum daret. Si autem in hoc Parocho mihi non bene sibi consuluisse visi essent vel munus ei soli gravius fuisset, ut sibi tum doctum et idoneum virum providerem in quo bene sibi consultum esset neve amplius in errorem ducerentur sed ad vitam sempiternam. Quod cum iis placeat et mihi praeceptum sit, etiam mihi conscius sim, me iis, praesertim in ea re, et per Deum et per homines, pro conditione mihi cum iis intercedente, consulere debere, vereor, ne iis in hoc concionatore non satis consultum sit, cum circa nos nihil nisi adversarii sint, itaque nobis opus sit pio, docto, forti viro, qui homines hos clara intelligentia in justa pascua ducat; adhuc enim in omnibus cerimoniis haeremus, sed in magna spe sumus, si veram sacram scripturam clare interpretatam intellexerint, ea omnia dilapsura esse (quamquam adhuc multum repugnatur). Et quidem ut primum id factum erit ita optimum esse mihi videtur, cum sitiant Dei verbum; quare te quam maxime possum rogo, ut per Dominos meos clementes vel per te ipsum (ut facere minime nescis) agere et efficere velis, ut nobis quam primum concionator mittatur, qui mecum in domo mea esse poterit donec aliud quid provisum erit, et per me nullam inopiam habebit, quamcunque mercedem Domini mei *Turicenses* ei praebebunt. Si autem hoc tempore nullus concionator in perpetuum praesto fuerit, opus erit, te nobis saltem mittendum curare, qui munere hoc fungatur donec certum habebimus, res enim minime differri potest. Tu igitur, in ea re agas, ut te acturum confido et tibi convenit; Deum enim hominesque testor, diu me in hoc curru promovendo laborasse, priusquam tam longe processit, quamquam ea causa multas minas passus sum et parum benevolentiae apud alios pagos mihi conciliavi, ita ut (quod ad me attinet) abhinc servaturus esse mihi videar,

---

1) *Albertus a Mülinen* equitum ordinis St. Johannis commendator Hitzkirchensis, unus ex iis qui reformationem maxima cum industria adjuverunt. Anno 1531 a commendatura sua amotus est, quam *Johannes Feer* Lucernas accepit. Quo facto Turicenses pro eo intercesserunt ut stipendium annuum acciperet.

quum dominus esse noluerim; vereor enim ne eorum quae feci nullam gratiam feram. Sed Deo fretus spero, Dominos meos *Turicenses* ejus rei mihi memores futuros esse, et quaecunque de me acta erint intercessuros et rem composituros esse. Quamquam fiat quod Deo volenti est. Ipse venissem nisi alia negotia intercidissent, quibus impeditus sum. Si hunc tabellarium interogaveris, qui non minus inde ab initio verae fidei cupidus fuerit, te de suffragiis latis et de celebratione sacrarum concionum etiam de aliis rebus edocebit, quo Domini mei et tu magis sciatis quid agendum sit. Gratia Dei Omnipotentis vobiscum omnibus sit. Dedi 3. Augusti a. 29.

Joannes Albertus a Müllinen
mox non amplius Commendator Hitzkirchensis.

79.

Albrecht von Mülinen an Zwingli.

Dem Ehrwürdigen und wohlgelehrten Herrn Meister Ulrich Zwingli, meinem insonders lieben Herrn und Bruder.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater und dem Herrn Jesu Christo sei zu allen Zeiten mit uns allen. Amen. Insonders würdiger wohlgelehrter Herr und Bruder. Ich thu Euch hiemit zu vernehmen, dass die biedern Leute im Amt zu Hizkirch jezt zu dem andern Mahl (durch die Gnade des Allmächtigen) gemehret und weit das Mehr worden ist, dann sie wollen gehabt haben ihnen zu predigen das pure reine Gotteswort, ohn allen Zusaz, Inhalt des Alten und Neuen Testaments, und was dasselb zugebe und vermöge, vorab zu der Ehr Gottes und ihrer Seelen Heil, dem wollen sie durch die Hilf Gottes, nach Vermögen treulich geleben und nachkommen. Und dabei mir befohlen, ihrem Seelsorger anzeigen, und befehlen, Ihnen, wie obsteht, und gemehret ist, also das Gottswort nun hiefür zu verkünden und sagen, dem Statt thun und geloben wolle. Wo ich aber vermeinte, dass sie mit diesem Leutpriester nicht versorget, oder ihm allein zu schwer wurde, dass ich ihnen alsdann um einen gelehrten und geschikten (damit sie wohl versorgt und nicht weiter verführt, sondern zu dem ewgen Leben gewiesen wurden) besorgen wolle. Dieweil mir dann solches von ihnen befohlen und ansehend ist, und dabei weiss, dass ich ihnen vor Gott und der Welt, auch aus Schuld, insonders hierin beholfen und berathen sein soll, so trage ich Sorge, dass sie mit diesem jezigen Prädikanten nicht genugsam versorgt seien, denn in Ringsweis um uns nichts denn Widersächer sind, darum so bedürften wir eines frommen, gelehrten, tapfern Mannes, der das Völklin mit heiterm Verstand auf die rechte Weide führte, dann wir noch in allen Ceremonien steken, aber guter Hoffnung, so sie die wahre heil. Schrift durch heitere Auslegung verstehen, wird es alles zurückfallen (wiewol noch grosser Widerstand) und meines Bedünks ja bälder solches beschähe, ja besser und wäger, weil sie durstig über das Gottswort sind, darum so ist mein fleissig ernstlich Bitt an Euch, Ihr wollet vor meinen gnädigen Herren oder durch Euch selbst (als Euch zu thun

wol wissend ist) handeln und verhelfen, damit uns förderlich ein Predikant zugeschikt werde, der würde bei mir sein im Haus bis auf weitern Bescheid, und was ihm meine Herren von Zürich für eine Besoldung schöpfen würden, wird meinethalben keinen Mangel haben etc. Wo aber in dieser Zeit kein Predikant vorhanden wäre, so wird Noth sein, dass Ihr verhelfet, dass uns einer geliehen werde, bis man einen überkommen mag, denn die Sache will nicht wol Beit leiden. Handelt hierin nach meinem Vertrauen, als Euch denn zusteht, denn ich bezeuge dessen gegen Gott und die Welt, dass ich lang in diesem Karren geschalten habe, ehe er so fern zu Gang gebracht ist, wiewol dadurch viel Drohung erlitten, und fast wenig Gunst gegen die übrigen Orte erlangt habe, mag nun hinfür wol achten (als mich anlangt) müsse ein Knecht sein weil ich nicht habe wollen ein Herr sein, denn ich besorge, werde diese Handlung gegen ihnen nicht geniessen. Ich verhoffe aber zu Gott, meine gnädigen Herren von Zürich werden mich hierin bedenken, und was joch mit mir vorgenommen würde treulich mittlen und scheiden. Aber der Wille des Herrn geschehe. Ich wäre selber kommen, sind mir Geschäffte zugefallen und also unterlassen bleiben. Fraget diesen Boten, der auch von Anfang des wahren Glaubens begierig, da wird Euch des Mehrens halben und des Kirchgangs halben, auch anderer Dinge weitere Unterrichtung geben, damit meine Herren und Ihr desto bas zu handeln wissen. Die Gnade des Allmächtigen sei mit Euch allen. Auf den 3. Tag Augstmonat im 29ten.

Hans Albrecht v. Müllinen,
bald nicht mehr Commenthur zu Hizkilch.

LXXX.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax. Ego hactenus semper repugnavi, ne Te itinere ad *Hessum* obeundo in discrimen adduceres, quod expenderem mecum, quantum in Te uno situm sit momenti, et quo Te odio perditum studeant vehementissimi adversarii. Nam *Elvetiis* tuis exosissimus, magis exosus haberis. *Ferdinandus*, cui diceris hostis nationis in quo extinguendo visus est nonnihil periculi aditurus, et habet, qui currentem incitent, *Fabrilem* illam turbam. Verum interea dum cogitatione repeto, quae ecclesiis ex concordia nascitura sint commoda, incipio rem propius existimare, maxime quod sciam, aequali dexteritate nostras partes defensurum neminem. Deinde moveor consensu *Lutheri*, qui tanquam conscientia imbecillitatis tergum dederis, uirum quam triumphabit maledicentissimis libellis, quos nimium feliciter ejecit, nedum prodit. Tertio consideramus quantus Princeps sit, *Hessus*, a quo *Saxo* et Marchio *Brandenburgensis* dependeat, ut sperem, illo in sententiam veram perducto, reliquos leni opera ad nos alliciendos fore. Tanta inter illos valet autoritate. Postremo, sunt Reipublicae varia molimina, quae hoc potissimum tempore texuntur, quorum caussa, qui olim futurus

videtur caput rerum agendarum, aut certe nunc passim expectatur Tibi privatim conveniendus esset, ut alter alterius ingenium et constantiam propius pernosceret, sicut fit, dum coram congredimur. Vivam enim mentis imaginem reddit sermo mutuus. Adde, quod nunc tertio scribit, et a *Sturmio* efflagitat, ut nitatur modis omnibus Te permovere. Neque tamen in re tam celanda a videbatur integrum, ut vel ad 13 viros referret cupiditatem, Principis, sicut ille efflagitat. Et nondum admodum vobis nostri fortassis in pretio habentur, ut horum caussa gravius deliberent altiusque considerent, quod efflagitantur. Habebis ex literis *Sturmii*, quam commode hinc in *Hessiam* transmitteris sine etiam metu periculi. Ex ditione urbis deducet Dux vicinus nobis affinis *Hesso*. Nomen properantem calamum modo fugit. [1]) Ex illius Comitatu praesidio valido *Hessus* exciperet. Eadem ratio reditus. Ab *Argentina* vero Comes *Wilhelmus a Furstenberg*, *Hesso* conjunctus et concivis noster tutissime redderet *Constantientibus*. Cui res haec serio cordi est. Nisi fortassis delectus ille exercitus alio vergat, quam vulgo fertur. Sunt enim rumores acerbi, qui Tibi initio perlati sunt opera tui Compatris. Tum justissima excusatio, quam res ipsa tandem confirmabit. Atque utinam *Urso* rosa oleret. Occasio optima vereor ne negligatur, quam praetergressam, ut maxime cupiamus, revocare aegre dabitur. Atqui Dominus viderit, qui rerum publicarum incertissimos aestus temperet. Vale et reliqua fac ut coram loquamur. *Argentorati* 4. Augusti 1529.

V. Capito tuus.

LXXXI.

Jacobus Sturm Argentoratensis Zwinglio.

Amicus amico tibi officia mea promptissima ante omnia defero. Carissime Magister *Udalrice*. Quas literas mihi nuper misisti, postquam aliquot dies non domi fui, cum domum rediissem, accepi et perlegi; quae cum mihi parum mature redditae essent, vix quod isti rei expediret agere potui. Adde quod multis de conjecturis veritus sum, ne omnis opera frustra esset neve non a Principe solo sed ne ab aliis quidem ab eo vocatis impetraretur, ut locus colloquii huc *Argentoratum* transferretur; quare satius duxi id ne tentatum quidem relinquere. Jam a Principe quoque literae mihi traditae sunt, quibus mihi indicabat caussas de quibus locus colloquii vix commutari potest. Ex quibus quum Principem te adesse maxime velle intellexerim et omnino mecum existimem, te, etsi non apud adversarios, tamen apud Principem multum utilitatis et boni efficere posse, nec minus multos rumores et suspiciones fore, si non affueris. Quare ea simplex mea sententia est et te ut amicum rogo, ne id quod iter longum et periculosum est te impediat, quippe cui rei quoad humana industria valet facile mederi possit, neve, quum Princeps, qui mihi semper animo christiano et bene-

[1]) Ad marginem: Dux Bipontinus.

volo fuisse videtur, te vocaverit, non adsis, sed summam operam navare velis, ut id a Dominis tuis impetres et Principi obtemperetur. Sine ulla enim dubitatione spero et confido rem ad Dei honorem et omnem salutem maxime conducturam esse. Denique quae scripsi in optimam partem et benevolo animo, quo eodem scriptum est, intelligere et accipere velis. Tu idem, velim, omnes Dominos tuos, Consulem, Quaestorem, Vexillarium aliosque ut amicos salutes et omnem salutem dicas. Dedi *Argentorati* Mercurii die 4. Aug. 1529.

Jacobus Sturm Argentoratensis.

Ex epistola *Philippi* Landgrafii sunt quae *Sturmius* hic subjunxit: „Et quamquam *Zwinglium* aliosve, ex iis quae prioribus literis polliciti sunt nobis neque repulsam daturos neque abfuturos esse speramus, tamen a te petimus, ut quam maxime potes ab eo contendas et efficias, id quod pro tua solertia facere non nequis, ut non respecta si quae ei mora obstiterit, eo tempore et loco colloquio adsit et minime absit, iis de caussis, quas supra indicavimus, multisque de aliis rebus quae peregre scribi non possunt. Et praesertim ut caveatur, ne pessimum exemplum exstet, si *Zwinglius*, vel ejus amici abfuerint, ideoque colloquium prohibitum sit, certam enim fiduciam habemus, *Lutherum* et *Zwinglium*, si convenerint, controversiam ut amicos bona cum gratia composituros esse, praeterea etiam bona consilia ad adjuvandas respublicas et Evangelium pertinentia capi et adhiberi posse. Si autem forte impeditum sit, quominus *Zwinglius* aliive ejus partis adsint, opus erit, nos ejus rei quam maturissime certiores fieri, ut aliis colloquium renuntiare possimus et sciamus quid in multis aliis rebus agamus. Haec tibi non indicata noluimus, ad quae quid rescribas exspectamus. Dedi ut in literis.

Ea *Oecolampadio* quoque significare velis et nobis indicare per hunc tabellarium quis ejus animus sit.

His literis germanicis *Sturmius* sequentem schedulam inseruit.

Capitoni, *Bucero* ac *mihi* omnino consultus videtur, omnino modis tentare, quo Tibi per tuos liceat huic colloquio adesse, ac Principem, in quo non parva restituenda aliquando libertatis christianae spes sita est, coram alloqui. Scripsi autem ea de caussa germanice, quo, si Tibi e re visum fuerit, posses has meas literas his, qui apud vos praesunt, legendas ostendere, si fortasse et hoc nonnihil negotium promovere posset. Vale et saluta *Franciscum* commilitonem [1]) olim tuum in castris *Cappellanis*.

Tuus *Sturmius*.

31.

Jakob Sturm von Strassburg an Zwingli.

Mein freundlichen gutwilligen Dienst zuvor. Lieber Meister Ulrich. Euer Schreiben mir vergangener Tagen zugeschikt, hab ich, nachdem ich etliche Tag nicht anheimsch gewesen, zu meiner Ankunft

[1]) *Franciscus Zink* a. 1529. *Turicensium* concionator castrensis fuit.

in meiner Behausung empfangen und verlesen, und nachdem mir solches etwas spät behändigt worden, hab ich nicht wol etwas fruchtbarliches darauf zu handlen gewusst. Zudem, dass ich aus vielerlei Vermuthungen besorgt habe, alle Mühe würde vergeblich und nicht allein bei dem Fürsten, sondern auch andern so von ihm beschrieben sind, unerheblich sein, die Mahlstatt allher gen Strassburg zu verändern, deshalb solches von mir unversucht und im besten unterlassen geblieben ist. Nun sind mir auch wieder Schriften vom Fürsten zukommen, in welchen er Ursachen anzeigt, deren halben die Mahlstatt nicht wol verändert werden möge, weil ich nun aus derselben Schrift verstehe, dass der Fürst Eurer Gegenwart zum höchsten begierig und ich gänzlich bei mir achte, Ihr werdet, obschon nicht bei dem Gegentheil, doch zum wenigsten bei dem Fürsten viel Nuzen und Gutes schaffen mögen, zudem vielerlei Redens und Nachgedenkens so durch Euer Ausbleiben erwachsen möchte, fürkommen, so wäre deshalben mein einfältig Gutbedunken, auch freundliche Bitte, Ihr wolltet Euch die Ferne und Gefährlichkeit des Wegs nicht erschreken noch verhindern lassen, denn derselben, so viel menschlichem Fleiss erfolgen mag, wol zu begegnen und also auf des Fürsten, der es je meines Bedunkens christlich und gut gemeint, Begehren nicht ausbleiben, sondern bei Euern Herren aufs flissigste darauf arbeiten und handeln, damit Euch erlaubt und dem Fürsten hierin gewillfart werde. Bin ich ganz ungezweifelter Hofnung und Zuversicht, es werde zur Ehre Gottes und zur Wohlfarth alles Wesens sehr dienstlich sein, das wollet also von mir im besten und getreuer guter Meinung, wie es denn beschieht, verstehen und aufnehmen und mir allen Euern Herren Bürgermeister, Sekelmeister, Pannerherrn u. a. meinen freundlichen Gruss und alles Gutes sagen. Dat. Strassburg Mittwoch 4. Aug. 1529.

Jakob Sturm zu Strassburg.

Beilage vom Landgrafen Philipp an Sturm: „Und wiewol wir uns bei dem Zwingli oder den andern ihrem vorigen Zuschreiben nach keines Abschlags noch Aussenbleibens vermuthen, so begehren wir doch an Euch, Ihr wollet soviel immer möglich bei ihm anhalten und fördern: wie Ihr Euerer Geschiklichkeit nach zu thun wol wisset, dass er unangesehen einiger Verhinderung ob ihm die vorstehen würde, zu solcher Zeit und Malstatt erscheine und ja nicht aussen bleibe, um deren Ursachen, die wir hievor angezeigt und viel anderes mehr, die sich über Feld nicht schreiben lassen. Und sonderlich auch um deswillen, dass das grosse Aergerniss, so vermuthlich aus Zwinglis oder seiner Verwandten Aussenbleiben und Verhinderung solchen Gesprächs entstehen möchte, verhütet werde, denn wir vertraulicher Zuversicht, wo sie zusammen kommen, sie werden sich freundlich und gütlich vergleichen, und können sonst auch ohne das viel guter Wege und Mittel zur Beförderung der Sachen und des Evangeliums dienstlich vorgewendt und getroffen werden. Wo aber je Verhinderung einfallen, dass Zwingli oder die andern des Theils nicht erscheinen würden, ist vonnöthen uns das aufs förderlichste und zeitlich zuvor

zuvergwissigen, den andern wissen zu widerbieten und uns mit vielen Sachen darnach zurichten. Das möchten wir Euch unangezeigt nicht lassen, und sind hierauf Eurer Antwort wartend. Dat. ut in literis.

Desgleichen wollet Oekolampad auch zu erkennen geben und uns anzeigen bei diesem unsern Boten was sein Gemüth sei. [1])

LXXXII.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Deo. Observande *Zuingli*. Quae *Sturmius* et *Capito* ad Te scribunt, non dubito, diligenter perpendes. Princeps hic Zelum Dei habet et valet judicio, ut ab eo partim pendeant, partim queant in viam reduci parvo negotio, quicunque Christiani *Lutherum* nimium adorant. Scimus poenituisse adversarios, quod in conventum consenserunt, quam vero gaudebunt occasionem oblatam triumphandi absque pugna? Ad haec multa sunt, in quibus *Lutheranis* operae pretium foret ostendere, ut homines sint. Mihi admodum bona spes est, Te, quibus a Domino dotibus es instructus, colloquio paucarum horarum, multum nebulae, quod Soli evangelico illi obfuderunt, dispulsurum. Forsan interest Ecclesiae, et ob alia, eos, qui a partibus Christi sunt, nosse se invicem familiarius. Non est Te clam, quantopere et alias, et in proximis Comitiis hostes conati sint, nos disjungere. Quicquid periculi est, inter *Basileam* et nos est. Id adires tamen, si colloquium hic institueretur. A nobis ad *Hessiam* usque fere nullum est. Haec ideo scribo, quia percupio te adesse, multo autem magis cupio, ne periculum temere subeas. Verum nisi majora tu, quam nos, discrimina noveris, puto huic consilio abesse temeritatem. Ego mihi persuasi, Christum statuisse, Te diutius ad propagandam gloriam suam usurum. Vale et rescribe de rebus vestris. Mira et non omnino vanis conjecturis, de consilio expeditionis praesentis et dicuntur et scribuntur. Dominus vigilat, at convenit, eo vigilante, nos non dormire, quod videntur qui περὶ חזדת tam sunt testudines. Utinam D. *Hieronymus*, qui *Leoni* fertur spinam e planta exemisse et hunc —sanaret. Saluta *Pellicanum* et fratres alios, ac rescribe de omnibus cum hoc nuntio. *Argentorati* IV. Aug. 1529.

M. Bucerus.

LXXXIII.

Bucerus Zuinglio.

Salve. Agimus gratias tuae charitati, observande *Zuingli*, quod ministerio hujus fratris uti dignatus sis. Spero illum ita gessurum se, ut Te illum tuis obtulisse non poeniteat, nec nos pudeat Tibi commendasse. Psalmos meos ideo Tibi miseram, ut de vertendi ratione me moneres. Sed inciderunt Tibi graviora. Locos communes ideo trac-

[1]) Vide interpretationem.

tandos suscepi, quod opus statui, suppresso meo nomine, iis fratribus [1]) obtrudere, ad quos nostri libri per Tyrannos venire nequeunt. Propter eosdem Scripturae adhuc rudiores fusior fui libro primo, in aliis sum succinctior. Ubi vero vel mediocre sanctae Eruditionis jactum fundamentum est, nihil est tuo consilio consultius. Forte etiam apud quoslibet. Sed ita nunc tulit se meum institutum. Ubi me expediero hoc labore, ex Jesaja tuo saniora discam. Gustus siquidem promittit non vulgaria. Vale. Saluta *Pellicanum* cui mittam brevi operis mei reliquum. De *Caesaris* in *Italiam* adventu nunquam narrata sunt tam certa. Matura, si potes τὰ περὶ τῆς חורה. *Argentorati* 6. Aug. 1529.

M. Bucerus tuus.

LXXXIV.

Capito Zuinglio.

Salve. Quarto die Augusti publico decreto ejecit Curtisanorum Bullas Senatus. Hodie *Jacobus Bedrotus*, Professor graecae linguae in canonicatum, quod (qui) pontificio more vacavit, inauguratus est. Sit laus Deo, nam alioqui vires Pontificii facile collegissent in contumeliam Verbi. Alia omnia mediocria sunt. In horas expecto occasionem, qua nos animis conjunctissimi in unam conflemur civitatem, sicut et fratri frater firma civitas est. Neque dubito de tua diligentia quae tempora prudens observat. Vale. 6. Aug. 1529. — Fratrem hunc Tibi commendo, venae est elegantioris. Cum ligonibus rem hic habent. Ea nobis conditio est. Spero *Hesso* responsum pro officii nostri dignitate.

V. Capito.

LXXXV.

Conradus Stuklin [3]) Zuinglio.

Pax Tecum et Gratia a Deo Domino et Patre Domino Nostro Jesu Christo. Amen. *Rotwilam* repulisse Evangelium iterum atque iterum cum gravi persecutione, crebris rumoribus hisce diebus tristes quidam nuntii attulere. Sed jam nudius ac plenius, quod verum est, venit. Ibi dira intestinaque bella manent, contra Jesu Christi gregem, qui quotidie profligitur per improbos illos Reipublicae praesules, quem per Jesu Christi verbum meis et nostri *Valerii*, [4]) ut aiunt, contexui manibus. Sed hos in finem usque perdet Deus, qui bella haec concitarunt. An non Christi alumnos desiderem Tibi committere Tu indica in Christo frater carissime qui apud *Tigurinos* praeses existis, magnaeque autoritatis apud christianae religionis viros consulares, quorum memor esto ex ministerio Jesu Christi, quem in dies profiteris. Atque de iis, quae Dei nomine sufferunt, gravi tristique corde Te certo certiorem reddo communicata multa persecutione: cur Christi fratres reliqui

---

[1]) *Galliae* scil. et *inferioris Germaniae*.

[2]) Cf. ep. 49 a. 1525.

[3]) Concionator Evangelicus *Rothvilensis*.

[4]) *Anshelmi*.

nihil suis membris compatientur, qui jam sciant, vel censent apud illos impios lacessitam esse Dei sapientiam multis periculis. Novi enim apud veteres *Rotwilanos*, qui adhuc vigent, saepe de veritate a temeritate humanae institutionis justitiaeque perpessam vim, quae hisce diebus rupta est cum multa iniquitate, quia canes impudentissimi injuste saevierunt in Christi confessores, pacis amatores, qui priores Seditionis esse noluerunt. Sed exsortes Dei justitia disciderunt legem arrepta ab eis omni libertate christianae religionis, jam magis subserviunt coacti Legi Antichristi, quam Israelitae sub Pharaone. O si vidisses, ex carissimis frater in Christo, quanto furore excitati et armis fulciti fuissent, densi cum Missatoribus suis, vix Te a lacrymis continuisses, quos nihil ad cladem contraxit, nisi quod Dei moribus instituti, studiis improborum dissimiles videbantur. Caussam veritate firmam, ex hoc meo fido Diacono certissime audi. Idem ipse mecum in eadem damnatione constat, qui post me ex eodem oppido proscriptus est, et rei gestae seriem pulchro ordine depinget, quem propter Deum et populi subsidium audi atque exaudi ut discidii causam habeas. Quid huic severitati posse assimulari videtur. Nihil enim dubito, quin in hoc vitae salo, grex iste semper agitetur circumstantibus procellis, quoadusque Dei verbum cassum in hoc oppido fiat, nisi Deus aliter procuret, misere omni die torquentur, nec quicquam expectatur, si *Tigurini* et *Bernenses* non subvenient, nisi magna strages. Nihil per eos ad Magistratum delatum esse profitentur, ut caussam habeant, quam quod *Argentorati* ac *Scaphusienses* ex Verbo Domini dedere. Sed quid ad hanc nostris aetatibus crudelitatem, quidam enim ex eis carceribus mancipati et profligati, alios post promissam pacem in exilium consularis censura decrevit. Reliqui sese sacrarum edictionum defensione tuebantur, cumque id compertum fuerat, edixerunt ut infra praescriptum ab oppido discederent. Quis hanc sententiam aut Platonis et Anaxagorae aut Christi et Prophetarum ore sanxivit, quae ab improbis flagitiosisque viris exorta est (parce mi frater aemulatione Dei coartor). [1]) Ego collectis viribus maxime madidos hos Christi famulos, sub ejus cruce laborantes, ne in fide deficerent, confortarer, si non sub eadem poena amandatus stetissem. Multi enim ex eis rem hanc tacite considerant, flentibus oculis, quibus retuli, Christi verbum et crucem, ac Dei Bibliothecam semper in nostris Laribus perseverare. Et ut finem faciam, mi *Udalrice*, hos Dei servos et me Tibi et reliquos Dei ministros cum omni fideli Ecclesia recommendo. Horum recordare apud tuos Consulares, ut quae licent, faciant. Ego alteram (sc. consolationem) a Deo, a Te et reliquis Dei ministris praestolabor, desolatus a *Rothwilanis*. Christi vero ministri, ut medium, per quod Deus operatur. His vale in Christo Jesu annos Nestoreos una cum conjuge tua et reliquis Dei ministris. Hos ex me salutato. Et si quid commendandum precatione vel exposcendum voto, me utere uti proprio mancipio. Iterum vale, et mei recordabere. Velox ex *Constantia* 8. Aug. 1529.

Per *Cunradum Stucklin*.

---

[1]) Videtur aliquid deesse.

LXXXVI.

Ludovicus Lopadius Zuinglio.

Salve. Diu, optime *Zuingli*, nullas ad Te dedi literas, partim ob negotiorum undas, quibus hactenus involvebar, partim quod ineptis meis literis Tibi noluerim obstrepere, multumque negotii facere, neque enim me clam est, quam sis occupatus, ac Te vix legendis bonorum virorum scriptis sufficere. Tamen cum hodierna luce convivium aliquod avunculi agitaremus, adfuit et illi *Wolfgangus* ille *Rothwilanus*, qui se conventurum Te, ubi *Tigurum* profectus esset, aiebat. Quare non potui, tam opportuno mihi oblato tabellario, quin ad Te scriberem. Annis superioribus semel atque iterum Tecum per Literas egi, quibus et respondisti, hanc ob caussam ut hujus rei Tibi veniret in mentem, ad id negotioli fui propensior. Ac principio quidem jam triennium Magistratus noster me juvenibus erudiendis praefecit, cum quibus egi Comoedias publice Terentianas quidem quatuor, ac Plauti duas. Pauculi sunt, qui Literas meliores (quod maxime animo dolet) amplectantur. Permultis res literaria sordescit. Nunc Evangelistam Matthaeum graece iis, qui paulo sunt saniores, praelego. Vehementer est pertimescendum, ne literae naufragium sint facturae multo gravius, quam seculis superioribus, cum tantus undique sit artium et humanarum Musarum neglectus et contemtus. Salutabis *Hieronymum* quantus tuus et si apud vos est *Leonhardum Hospinianum*, inprimis autem *Binderum*, *Leonem Judae*. Postremo Dominus Te ad omnia, quae ipsius Evangelio sunt digna, dirigat. In Civitatibus ultra *Achronium* nostris sitis, multae sunt expeditiones, conscribuntur exercitus. Sed adversus quos arma illa sumantur, nobis nihil dum certi innotuit. Fama tenet, hanc vim adversus Turcas parari. Rumor est alius item hos milites *Venetis* bellum et arma illaturos. Nos autem, ut quibus non semel est impositum, hostium expectamus impetus et insidias, quorum vim, si Dominus nobiscum fuerit, vel sine negotio propulsabimus. *Rhelicanus* mihi scripsit e *Berna* de foedere cum *V Helvetiorum Pagis* inito, ita ut parum firmum esse videatur. Deus itaque noster, cui omnia etiamnum in manu sunt, haec et alia cum bona gratia componat. Valeas. 8. die Aug. 1529.

Ludovicus Lopadius.

LXXXVII.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino. Viduarum et inopum caussae cum in primis nobis debeant esse commendatae, coegit me hujus piae et innocentis urgens necessitas dare petenti ad Te literas commendatitias, qui alioqui aegre adduci potuissem, ut iterum sanctis tuis occupationibus intempestivus interpellator accessissem. Audivit benignius agi a tuis, cum iis etiam, qui Coenobium, ante Senatus decretum egressae sunt, et memorat, sic venisse ad coenobium vestrum, ut nullam praeterea ei

quicquam deberet. Si quid juvari possit, non minus pietatis quam egestatis nomine id meretur. Quaeso ergo si ulla queat ratione fieri, ab ipsa audi, quid habeat, et juva, quantum possis. Vale, et cura, si id ulla possis ratione ut עַל חֲזָרָה maturetur. [1]) „Nostrorum erat dicere diem rursus conveniendi. Jam ne id fieret scripsit .... et promisit se adventurum, nec dum venit. Vale." 10. Aug.

Tuus quem nosti (*Bucerus.*)

Cum haec scripsissem advenerunt ... et agitur modo negotium. Spero adfuturum Dominum. Satan sentit, ad quid sit profuturum, quare non una ratione it obviam. Bene vale. *Pellicanum* saluta, cujus hodie accepi literas (6. Aug.) sed non vacavit respondere modo. Respondeto paulo post fusissime.

LXXXVIII.

Ambrosius Blaurerus Zuinglio.

Non Te clam est ornatissime *Zuingli*, quid nudius tertius vestro Senatui noster hic scripserit. Contrahuntur undique nescio quae copiae, nec quisquam satis conjicere potest, in quem usum, aut quid conentur, nisi quod putant nonnulli, extrema nunc experturam potestatem tenebrarum, et minantur interim quidam, semel casura nostra omnia. Certe de indefatigabilibus tyrannorum studiis perdendi nos, tot jam evidentissimis argumentis edocti, non est, ut quicquam dubitemus, ut prudenter mihi facere videantur, qui in tempore, quid facto potissimum opus sit, dispiciant. Video impendere multa mala Evangelicis urbibus, ni arctioribus vinculis, quam hactenus, sibi cohaereant. Vehementer nunc timent sibi *Memmingenses* mei, timent illis et alii. Et periculum sane non mediocre est, idque multis de caussis ne oppugnentur: Nam expugnari illos posse tam non credo, quam stat mihi certissima de Christi praesidio fiducia. Proinde Te per communem Servatorem nostrum Christum etiam atque etiam obtestor, ut pro tua singulari prudentia et authoritate, qua vales apud Tuos, nihil non tentes, quo *Memmingensibus*, *Isnensibus*, *Campidonensibus* et aliis nonnullis securioribus esse liceat. Olfacis quid velim, [2]) et scio Te alioquin in eo esse, ne optimi quique crudelissima tyrannide istorum opprimantur, admonere tamen visum est, quod et *Memmingensibus* meis unice consultum cupiam, et sciam, Senatorum nostrorum consilia subsistere protinus atque languere, nisi sit, qui extimulet subinde, et animos addat, id quod Te uno nemo commodius, nemo felicius fecerit, quem etiam velut praesentissimum quoddam Numen hic plerique expectant, quos omnino conveniet, ne fallas. Bene vale clarissime *Zuingli*. Salutat te germanus frater meus, *Thomas*, cum *Zuiccio* nostro, qui una mecum gratias Tibi agit, pro christianissimo simul et eruditissimo mu-

---

[1]) „—" deleta sunt per Bucerum.

[2]) Scil. *Constantienses* in civitatem christianam recipiantur.

nere, Isaja tuo, tuo inquam, quippe qui tuo beneficio, Latinis nunc plane latine et eleganter, simul autem et dilucidissime loquitur; atque utinam sit aliquando, quo et referre dignas Tibi gratias et reliquos item Prophetas in hunc modum loquentes audire contingat. Salute *Pellicanum*, *Leonem*, *Franciscum*, Consulem *Röstium* et ceteros. Commenda nos et Ecclesiam nostram Christo, et de candore nostro in tractando evangelico negotio cave quicquam dubites. Audimus, ardeliones quosdam pertinaciter hoc agere, ut nos in odium vestri pertrahant, nihil tale de ipsis meritos, quorum impudentissimis mendaciis, ne movearis, obnixe rogamus. *Zuiccius* meus ipse te aditurus erat, ni alio illum rapuissent alia negotia, Tu nihilo secius, si istiusmodi quippiam ad Te defertur, libere nos admone, et amanter objurga et vel purgaturos, si falsa vel emendaturos nos, si vera sunt, sanctissime promittimus. XI. Aug. 1529.

Tuus *Ambrosius Blaurerus.*

LXXXIX.

Kornmesser Secretarius Wirtembergensis Zwinglio.

Ante omnia gratiam et pacem a Deo Omnipotente in perpetuum opto et promptissimam industriam in officiis polliceor tibi, Domine doctissime, eximie, benevolentissime, cujus voluntati me submitto. Quod aliquamdiu nihil scripti a te accepi, ejus rei causa mihi non ignota est, cum memor sim, te perpetuo altioribus et gravioribus negotiis obrutum esse, quibus omne tempus tibi a Deo datum conteras. Sed utut haec sunt, tamen omittere nolui, te ut Dominum meum benevolentissimum, a quo multum boni expecto, nunc literis appellare et tibi indicare, quod mihi indicatum est, quendam proxima consanguinitatis necessitudine mihi conjunctum et mihi carissimum, nomine Magistrum *Martinum Usingerum*, cognomine *Kloss*, paucis diebus ante, cum praedicator *Goeppingae* in terra *Wirtembergensi* esset, ibi a Praeposito (id quod mihi compertum est) vespere ante novissimum diem Corporis Christi jussum esse, ut proximo die solemnia et Sacramenta ex vetere papistica consuetudine celebrata concione laudaret. A qua re cum abhorruisset, ut puto, fidei et conscientiae suae causa, et quam concionem habere jussus erat omisisset. Praepositus ille quem dixi ei graves poenas minabatur a Magistratu *Stutgardiensi*. Quamobrem etiam alia non ferenda metuens pulverem e calceis excussit et a loco discessit, ut amplius ex ipso audies, mihi enim indicatum est, eum ad te et *Oecolampadium* venire cogitare. Itaque te rogo, tibi promptissimis officiis gratiam me relaturum esse spondens, ut, si ille cognatus mihi et carus venerit te appellatum, quae a te petet per christianam et fraternam caritatem, qua omnes inter nos cognati sumus, benevole audias, ad quod quin officium omnibus fratribus praestandum, etsi te non monuerim, promptus sis minime dubito. Idem tu ejus animum sitne ex Deo explorare et si eum idoneum et dignum cognoveris mea gratia commendatum habere et quam optime munere ornandum curare velis. Cujus officii

gratiam tibi summa cum industria ad referendam semper promptissimus ero. Denique Deus omnipotens, aeternus, misericors propitius tibi adsit, ut in ejus ecclesia docendo et praedicando divino verbo multum fructum gignas. *Leoni* et *Rudolfo*, [1]) nec minus *Guilielmo* hospiti nostro meo nomine plurimum ut amicis officii et salutis offerre et dicere velis. De eadem re *Oecolampadio* quoque scripsi. Certissime igitur spero, te viri vitam et doctrinam si exploraveris maxime probaturum neque non propensum ad eum collocandum futurum esse. Dedi *Cassellae* Sabbati die post Laurentii (post 10. Aug.) a. 1529.

Tibi semper ad omnia officia promptissimus
Kornmesser Secretaris Wirtembergensis.

89.

Kornmesser Wirtembergischer Secretair an Zwingli.

Gnad und Frid von Gott dem Allmächtigen wünsch ich Euch allzeit mit Erbietung meiner fleisswilligen Dienst zuvor. Hochgelehrter, besonderer, günstiger, gebietender Herr. Dass ich eine Zeitlang nicht sonders schriftliches von Euch empfangen, hat bei mir gut Ursach, weil ich wissen trage, dass Ihr alle eure Zeit, so Euch von Gott verliehen mit höhern und wichtigern Geschäften, damit Ihr ohne Unterlass beladen, habt zu verschleissen. Aber wie dem allem hab ich doch nicht unterlassen wollen, Euch als meinen sonders günstigen Herrn zu dem ich mich vielfältig Guts versehe, dieser Zeit schriftlich anzusprechen, und zu erkennen geben, dass mir angezeigt, wie einer, so mein sonders lieber Blutsverwandter, naher Freund und Veter mit Namen Meister Martin Usinger, genannt Kloss bei kurzen Tagen als er ein Predikant zu Goeppingen im Land zu Wirtemberg gelegen, gewest, und ihm daselbst von seinem Propst dess ich bericht am Abend Corporis Christi nächstverschienen Befehl geschehen, dass er folgenden Morgen das Fest und die Sacrament nach Päpstlicher alter Gewohnheit in seiner Predigt preisen und erheben wollte, das ihm aber seines Glaubens und Conscienz halb vielleicht beschwerlich, und die angemuthet Predigt unterlassen, darauf ihm hart von gedachtem Propst auf das Regiment zu Stuttgart gedroht, deshalben er sich weiterer untraglicher Beschwerd befahren, den Staub von seinen Schuhen schütteln und des Orts entäussern müssen, wie Ihr ferner, dieweil mir angezeigt, dass er Euch und Oecolampadium heimzusuchen willens, von ihm vernehmen werdet. demnach meine hochfleissige dienstliche Bitte, ob gedachter mein lieber Veter etwa kommen und Euch ansprechen wurde, dass Ihr dann sein Anliegen aus christlicher und brüderlicher Liebe, damit wir alle einander verwandt, und ihr ohne Zweifel, ohne meine Erinnerung, das allen Brüdern, des geneigt, gütlich hören, seinen geist, ob der aus Gott sei probiren, und ihn sofern Ihr ihn geschikt und würdig befindet von meinetwegen befohlen haben und zum Besten fördern wollten. Bin ich um Euch allzeit mit höchstem

[1]) *Rudolfus Collinus.*

Fleiss zu verdienen willig bereit. Der allmächtige, ewige, barmherzige Gott verleihe Euch hiemit seine Gnade, damit Ihr in seiner Kirche mit Lehre und Auskündung seines göttlichen Worts vielfaltige Frucht schaffen möget. Leoni und Rudolpho, auch unserm Wirth Wilhelm wollet von meinetwegen viel freundlichen Diensts und Gruss sagen. Oekolampadio hab ich gleicher Weise dieser Sache halben auch geschrieben. Hoff gänzlich so Ihr des Mannes Leben und Lehren erkundiget, Ihr sollt dessen sonderes Gefallen empfangen, und ihn zufördern nicht ungeneigt sein. Datum Cassel Samstag nach Laurenz (nach 10. Aug.) 1529.

Euer allzeit williger Diener,
Korumesser Wirtembergischer Secretari.

XC.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Literas tuas unas 6. Aug. datas, carissime *Huldrice*, accepi. Ceterum, quas reddi commiseras amicis hinc inde et nobis, nullas penitus accepi. Undecima enim Augusti praeco quidam Urbis ad aedes meas retulit. Quae vero petis de *Meggero*, ut illi, qui siquidem bonus vir est, et nullius improbitatis, uxorem pro voto favemus omnes, ita tamen noluimus, ne Te hominis conditio lateret, maxime in Conjugii causa, ubi neminem fallere fas est. Vir alioqui pius est, qui tres jam uxores habuit pulcherrimas, primam *Wolfgangi* a *Madiis* filiam, sinistro tamen thoro natam. Alias duas honestas sane et mediocris facultatis. Is dum apud nos esset, Danistam egit, sic tamen, ut omnium debitor factus prodigalitate nimia, re domestica tenuior, quam putarim. Neque aliud unquam in homine vituperare possum dann liederlich ist er, und niemand Schad dann ihm selbst wie dann unsere Bürgerssöhne sind [1]). Cujus occasione a Magistratu in officium hoc Praefecturae locatus est, quo tum rei domesticae, tum etiam moribus consuleret. Divitias illius nullas agnosco, nisi quas forte Pater, qui *Arowensis* est, quemadmodum etiam hactenus suppeditat. Bonae quidem fidei apud nos est Pater. Sed quid possit aut velit jam tertio aut denuo filio ministrare nescio. Filius siquidem domum apud nos habet, quam suam vocat, ubi Creditores consenserint. Haec percontatus sum a *Trempio* tuo, qui hominem optime novit. Ceterum quantum profecerit Legatio vestratum ad nos, ipsi scribent. Vellem *Tigurinos* tantum tuto sibi de nobis polliceri posse, quod posthabitis auxiliaribus copiis, illorum sanctis conatibus non adversaremur. *Trempius* [2]) semper sibi similis est, homo pius, prudens et constans, ceterum clamoribus et ronchis undique pavit. Modestia hominis alioqui Tibi nota est. Ex omnibus quos habemus, neminem illi secundum reperies, et

---

[1]) Nisi quod dissolutus est, ut plerique filii civium nostrorum, quod vitium nemini nisi ipsi damnum affert.

[2]) *Zwinglii* sororis maritus.

si alii quoque faveant negotio, aliquando constanter agant, tamen emolliuntur interdum. An id fiat aliorum imposturis et blanditiis an potius quadam pusillanimitate, an quod suae prudentiae nimium tribuere velint, plane nescio. Sed id scio: quemadmodum caelum, ita aliquando illorum animi mutantur. Atque experientia didici, in hominem parum fiduciae collocandum. *Nicolaus a Wattenwil* non amplius Reipublicae sed agri culturae vacat. Frater *Johannes Jacobus* rarus est apud nos. Esajam tuum magno gaudio accepimus. Utinam et alia quoque praestare possis. Postremo unum habeo, quod omnino Te latere nolui, ea tamen conditione ut solus scias. *Megander* optime se habet apud nos. Vir doctus, diligens, constans, et ad omnia Ecclesiae nostrae negotia tractanda maximae dexteritatis, quem etiam non secus ac Germanum amo. Is cum apud vos et domum et officium ad biennium Magistratus indulgentia retineat; veremur multi, ne elapso hoc biennio a nobis discedat. Uxorcula *Tiguri* omnino mallet agere, quam *Bernae*. Ab ipso nondum intellexi, quid facturus sit. Procul dubio magna ex parte a Te pendet. Quod si fieri potest, alium Symmystam nullum peto. Ubi vero *Bernae*, prae nostrae plebis et Magistratus importunitate omnino manere noluerit, Tu consule, quemnam huic secundum vocare possimus, nam inferiorem eo Ecclesia non accipiet, nisi cum magno incommodo. Non ausim ipse hominem interrogare. Tu igitur aut ab ipso scribendo percontare, aut consule, quid ego agere debeam, qui etiam totus a Te pendeo. *Oeconomus* manebit *Zoffingae*, etsi libentius *Bernae*, quamvis pro Concionibus vocem perpetuo raucam habeat. Obsecro ne haec negligas. *Franciscus* (*Kolb*) inveteratus est dierum. Ego infirmitatibus et innatae pusillanimitati expositus, quare oportet virum hunc *Megandrum* aut omnino retineamus, aut illi omnino secundum mittas. Salvi sitis omnes cum uxoribus et liberis XI. (f. 21) Aug. 1529.

Tuum minimum numisma (*Berchtoldus Hallerus.*)

XCI.

Sebastianus Oeconomus sive Hofmeister Zuinglio.

Gratia et Pax Christi. Quod nullas ad me literas dederis hactenus dum *Zofingae* ago, non dubito, quin negotia publica, quae Te semper obruunt, in caussa sint. Nunc vero maxime, dum Tibi incumbit respondere blasphemo et calumnioso libello *Martini Lutheri*, quo in vita, ita me Deus amet, nihil vidi virulentius, nihil quod magis Sophisticen, minus christianae pietatis atque sinceritatis spiret. Sic datus est homo ille in reprobum sensum. Velit Deus, ut tam malignus animus serviat, etiam eo invito, gloriae Christi. Id quod non dubito, modo praestes eum *Zuinglium*, qui mihi notus es. Cura autem, ut sic respondeas, ne quid Evangelium Christi ex Te audiat Te indignum, tametsi nulla possit tam acris, tam vehemens criminatio par referri,

quam ille meretur. Dum libellus tuus absolutus fuerit a prelo cura ut mihi mittatur, et cum fratre et Domino meo *Leone* nostro age, ut etiam epistolas ad Corinthios mittat, et dum otium est, consoleris me literis tuis. Habeo Ecclesiam parvam quidem, sed in qua seditiosissimi animi sunt, et Lernam illam Lernarum ab omnibus partibus, quidam de meis stipites sunt, non homines. Nihil sunt sinceriter doeti, tanto difficilius docendi, quo jam magis quasi in consuetudinem alius aperte et impune criminari veritatem. Sunt qui ita se mihi opponant, ut ferme nulla spes sit, eos posse lucrari et nulli vehementius calumniantur, quam ii, qui minime audiunt. Quare cave me negligas tametsi pagi parvi episcopum. Nolo Tibi diutius molestus esse. Vale in Domino. Pecuniam, duos nempe coronatos, quos a Te mutuo accepi, statim mittam, nunc non est tantum, ut mittere possim, nisi velim facere aes alienum. Sustine igitur adhuc inopiam meam; nam *Zoffingae* nondum accepi quicquam aliud, quam victum. Domini adfuturi sunt, qui promiserunt *Bernae*, stipendium curabunt dandum.

Sebastianus (Oeconomus seu Hofmeister, Pastor in Zofingen).

XCII.

Nicolaus Manuel Zwinglio.

Pio et venerabili viro Huldrico Zwinglio, Domino meo carissimo et summe colendo.

Gratiam et pacem a Deo Patre tibi omnibusque hominibus ante omnia opto. Carissime Magister *Huldrice*, non dubito quin tibi compertum sit, nos Legatos utriusque civitatis, *Turicensis* et *Bernensis* precibus a Senatu *Badensi* petiisse, ut, si qui ex quibus civitatibus dixi comitia obitum vel aquis usum *Thermas* venissent Dei verbum verum, nulla alia re mixtum audire voluerint, nos praedicatorem sumptibus nostris conciliare bona cum gratia pati velint; cum speraremus quidem, eos aeque ac nos vero studere et favere, neque preces nostras repudiaturos esse, quippe quae aequae et justae essent. Tum nobis responderunt, se eam potestatem non habere, nisi Senatus major de ea re decreverit. Interea tres viros, duos e Senatu minori, unumque e majori *Bernam* miserunt, qui Magistratum id a se petere vetarent. Quid autem iis responsum sit, me auditurum esse spero. Deinde scito, me cum quibusdam *Sangallensibus*, viris benevolis et christianis hoc loco frui; quare mecum habere velim illos libellos joculares, versibus scriptos, quos aliquo tempore ante tibi inspiciendos tradidi, scilicet „Praestigiatorem de remissione peccatorum loquentem", „Nundinatorem indulgentiarum", „Somnium", „Hominem et mulierem sanniones in caupona", „Judicium ecclesiasticum"; tu igitur, velim, eos si *Utingero* viro honestissimo aliisve traditi sint mihi per hunc tabellarium reddendos cures. Denique Deus Omnipotens te conservet. Dedi *Thermis* festinantissime, Jovis die post Laurentii a. 1529.

Tibi deditus *Nicolaus Manuel Bernas*.

92.

Niclaus Manuel an Zuingli.

Dem frommen und ehrwürdigen Herrn Huldrych Zwingli meinem lieben und wohlehrenden Herrn.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater wünsche ich Euch und allen Menschen zuvor. Lieber Meister Huldrich, mir zweifelt nicht, Ihr sejet berichtet, wie wir die Sandboten beider Städte Zürich und Bern, ein Anbringen bittlicher Gestalt, an den Rath zu Baden gethan haben, nemlich dass sie uns, so wir von genannten Städten zu Baden Tagleistung besuchten, oder die so zu Baden gefahren, das Gottswort mit Wahrheit unvermischt begehrten zu hören, wollten gütlich zulassen, einen Predikanten in unsern Kosten anzustellen, wol hoffend, sie wären der Wahrheit als hold und begierig, als wir, und würden unsere Bitte nicht abschlagen, angesehen, dass sie ziemlich, billig und recht wäre. Hierauf sie uns zu Antwort hören liessen, sie wären dessen ohne einen grossen Rath nicht mächtig. Hiezwischen haben sie drei Mann, zwei vom Kleinen und einen vom Grossen Rath gen Bern geschikt, den Gewalt zu biten, sie solcher Anforderung ledig zu lassen, was aber Ihnen zu Antwort fallt, hoff ich noch zu vernehmen. Demnach wisset, dass ich eine Badenfahrt habe mit gutwilliger christlicher Gesellschaft etlicher von St. Gallen, darum ich gern wollte bei mir haben etliche Schimpfschriften in Reimen verfasst, so ich vor etlicher Zeit überantwortet und zu besehen gegeben habe, nemlich ein Gaukler vom Ablass sprechend, ein Ablasskrämer, ein Traum, Ziermann und Zierweib in einer Zeche, ein Chorgericht, und bitte Euch freundlich, ob die dem Herrn Utinger oder andern zukommen wären, dass sie mir bei diesem Boten überschikt wurden. Hiemit bewahr Euch der Allmächtige. Datum zu Baden fast eilends, Donstag nach Laurenzen Rost 1529.

Euer Diener, Niklaus Manuel von Bern.

XCIII.

Zwinglius Ambrosio Blaurero.

Aut in ejus absentia *Johanni Zuiccio* Dominis ac fratribus suis carissimis.

Gratia et Pax a Deo. Non est cur vos jubeam tutos ac securos esse ab exercitu isto, qui se nunc apud vos colligit, quos scio ita Domino fidere, ut sive pugnandum sit, vincatis, sive moriendum sit, triumphetis. Reliquae Urbes velim scias, mihi non minus curae sunt, quam illa vestra *Constantia*, idem arbitror esse Senatui, aut si non essent, fore tamen per Domini gratiam et opellam nostram quantulamcunque quam peculiariter in hoc impendam, ut Legati vestri laeti domum redeant. Vale. Nunc enim mihi ad Lectionem abeundum est. *Tiguri* 13. Aug. 1529.

Huldricus Zuinglius vester.

Salvi sint *Thomas*, *Zuiccii* et fratres omnes. Acer sum ac vehemens. Invidiosus aut violentus, si videar, alium tamen semper exhibebo, quam ferat vulgi opinio. Idcirco de fide in vos mea ne sitis soliciti. Aliquousque credo delatoribus. Iterum valete carissimi fratres.

XCIV.

Doctissimo, nobis eximie caro *Ulrico Zuinglio*, scriptorum peritissimo *Turicensi*.

Philippus Dei gratia Landgrafius *Hassiae*, Comes *Catzenelnbogensis* ectr.

A Deo Domino et Jesu Christo sotere nostro gratia et pax.

Vir doctissime, carissime, eximie, epistolam novissimam tuam qua nobis rescripsisti, te certo scire, tibi non veniam datum iri proficiscendi ad colloquium amicum ad quod te invitavimus, tamen te minime eo animo esse ut non venias et te viam profectionis *Sturmio* et praedicatoribus *Argentoratensibus* decernendam permisisse, eam igitur epistolam accepimus et perlegimus et quamquam ex iis quae et hac et prioribus epistolis promisisti te quin venias recusaturum esse minime speramus, tamen te rursus clementissime rogamus, ut omnino nihil quod superari possit te impediat, quominus venias; ob causas prioribus epistolis indicatas multasque alias quas peregre scribere non licet, et praecipue ob eam, ut caveatur, ne pessimum exemplum exstet, si colloquio non affueris; nam minime dubitandum est, quin si conveneritis controversiam bona cum gratia componatis, et praeterea utique viae et rationes ad adjuvandum Evangelium et alias res pertinentes adhiberi et tentari poterunt. Si autem colloquio nihilo magis adesse potueris, opus erit nos quam maturissime certiores fieri, ut aliis invitationem renuntiemus et in multis aliis rebus sciamus quid agamus. Quam rem te optimo consilio celatum noluimus et de qua exspectamus quid rescribas. Dedi *Melsungae* Sabbati die post assumptionis Mariae anno XXVIIII.

94.

Dem Hochgelarten Unserm besunder lieben Ulrico Zwinglio, Belesensten zu Zürich.

Philips von Gots gnaden Lantgraue zu Hessen, Graue zu Catzenelnbogen etc.

Von Got dem Herrn und unserm Heiland Jhesu Christo Gnad und friede.

Hochgelarter lieber besunder. Wir haben ewr lest antwort, darin ir uns vermeldet, das ir vorwar wisset, euch werde zu dem freuntlichen gesprech wir euch erfordert haben, nicht bewilligt werden, yedoch seiet ir nit gänzlich des Sinnes ussepleiben und stellet den wegk des Zugs zu Sturmen und den Predicanten zu Strassburgk, empfangen, verlesen, Und wiewol Uns bei euch ewern vorigen und itzigen zuschreiben nach gar keins abschlags oder aussenbleibens vermuthen, So begeeren wir doch nochmals an euch mit gnaden ganz gütlich, ir

wollet euch nichts muglichs verhindern lassen und keinswegs aussen pleiben, umb vorangezeigter auch anderer vilmehrer ursachen, die sich über feld nit schreiben lassen, und sonderlich um deswillen, das das gross ergernüss, so vermutlich aus ewren aussenbleiben entstehen muche, verhüt werde, dann gar treulich zuvorsteht, wo Ir zusammenkommt Ihr werdt euch freuntlich und gutlich vergleichen und konnen sonst auch an dass immer Wege und Mittel zu förderung der saehen und des Evangeliums dienstlich vorgenommen und ersucht werden. Wo ir aber darüber ye nicht erscheinen konntet oder werdet, Ist von nöthen uns uffs furderlichst und zeitlich zeuorgewissigen, den andern wissen zu widderbieten uns mit vilen sachen darnach zu richten. Das mugen wir euch im bessten nit verhalten und sein hierauff ewr antwort wartend. Dat. Melsungen an Sambstagk nach assumptiones Mariae Anno XXVIIII. [1])

XCV.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. Omnino, mi frater, exspectant Te *Argentinenses.* Vellem scire tempus etiam ipse, quo commodius Tibi esse comes queam quacunque tandem ratione proficiscendum. Vale. *Basileae* 18. Aug. 1529.

Tuus *Oecolampadius.*

XCVI.

Paulus Fagius Zuinglio.

Ἐυηράττειν καὶ ὑγιαίνειν. Obruit me ex improviso sane harum ad Te chartularum lator, postquam ex *Camponino* ad nostrum devenerat oppidulum, flagitans, ut in ejus gratiam nonnihil ad Te Literarum darem, ad tuos enim penates suam profectionem destinatam sedulo dictitabat. Cujus ego precibus non potui non obsecundare. Videbatur enim mihi Christum non admodum infeliciter sapere. Ejus igitur nomine hosce ad Te literarum mitto fasciculos, tuam humanitatem obnixe precans, ut hominem pro more suo amice (postquam ejus conditionem satis exploratam habeas) tractes, plura enim ex ipso mihi piscari non licuit, e quibus Tibi eum notius et exactius depinxisse licuisset. Quid porro secum ex *Gentia* urbe, ubi jam *Carolus* Caesar agit, ipso referente, attulerit, ex ipso audies. Vale ac vive in Domino, quem tu etiam nobiscum sedulis precibus solicitare velis, quo Verbum suum aeternum apud nos in immensum crescere faciat, cujus ego quoque promulgatorem ago. Praefectus enim sum publicae Lectioni ex sacris popello singulis hebdomadibus praelegendae. Vale iterum atque iterum. *Pellicano* ex me plurimam dicito salutem. Ex *Isna* 21. Aug. 1529.

Tuus, *Paulus Fagius*, Ludimagister Isnensis.

---

[1]) Ex *Neudeckeri*: Urkunden aus der Reformationszeit. p. 120. 121.

XCVII.

Communia Wengi, Entwil et Stapffurt [1]) Zwinglio.

Officia nostra promptissima tibi ante omnia deferimus, venerande, doctissime *Magister Udalrice*. Nos trium communium Wengi, Entwil, Stapffurt parochiae *Wengi* te scire voluimus, praedicatorem nostrum magna inopia laborare, cui quamquam saepe apud Dominos meos fueramus nondum minimum consultum est. Quare, quam maxime precamur, auctor esse velis, ut nobis consulatur in praedicatore nostro, quod officium tuum, vir venerande, merituri sumus. Ipse te totius rei certiorem fecerit, ad quam testandam a *Rudolfo Müllero* viro conspicuo ex communi *Wengi* impetravimus, ut sigillum suum huic epistolae imprimeret, quae data est St. Bartholomaei a. 1529.

Communia *Wengi*, *Entwil*, *Stapffurt*.

97.

Die Gemeinden Wengi, Entwil und Stapffurt an Zwingli.

Unser willig Dienst zuvor etc. Ehrwürdiger und hochgelehrter Meister Ulrich. Wir die 3 Gemeinden Wengi, Entwil und Stapffurt der Pfarrkirche Wengi lassen Euch wissen, dass unser Predikant grossen Mangel hat, und vormals mehr vor Meinen Herren gewesen und ihm noch nichts geholfen ist, darum ist unsere ernstliche Bitte, Ihr wollet ihm rathen und helfen, damit wir versehen werden, wollen wir um Euere Würde verdienen. Er wird Euch alles Handels wol berichten, und dessen zu Urkund so haben wir erbeten den ehrsamen Rudolf Müller von Wengi, der hat sein Insigel drukt auf diesen Brief, der geben ist auf St. Bartholomäustag 1529.

Wengi, Entwil und Stapffurt.

XCVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. *Ulricum* hunc, mi frater, colloquii tui cupidissimum, monui, ut maturaret iter, ne fortasse voto suo frustraretur, si diutius hic subsistat. *Ulmensis* est, Ecclesiastes, ceremoniasque ecclesiarum nostrarum cognoscere vellet, et, opinor, haec unica illi itineris caussa. Ni fallor, sunt illi ad Senatum vestrum Literae nam et ad nostrum quasdam attulit. Fortasse prope diem Ecclesiis nostris conformes se sui reddent, papisticae superstitionis plus nimium pertaesi. Verum haec omnia ex illo. Non admodum diu est, quod a *Wittenberga* venit, sed *saxonicos* mores induisse non apparet. Commendabis illum vel ipse vel per *Leonem*, *Blorero* et *Zwikio*, nam et illos invisere jussus est. Ceterum ubi huc qui *Argentoratum* mecum pro-

---

[1]) In *Thurgavia*.

fecturus est [1]) venerit, navigium paratum inveniet, uno die illo properaturum, nisi me fallat amicus. Equidem nisi comitem libenter sequuturus essem, tardius soluturus hinc abirem. Sed aliorum consilium sequar. Urgent autem fratres quotidianis Literis ne tarde assimus. Expectabo igitur ad praescriptum diem desideratissimum comitem. *Basileae* ultimo Aug. 1529.

Tuus *Oecolampadius.*

IC.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Vides, frater, quantum pientissimo Heroi veritatis negotium curae sit. Igitur cavendum, ne quid morae in nobis. Expectabo Te. Divertes in domum Tribuni, deinde noctu in meam irrepes. Dabimus operam, ne quis Te praesentem sciat. Hesterno vesperi Tribunus ipse tuas literas ostendit, e quibus intellexi, parum Tibi gratum esse, si pluribus per me profectio nostra indicata est. Non possum sane omnino inficias ire, natum hic rumorem, nos colloquio affuturos, sed quo autore cognoscas. Principio Lantgravii tabellio obscurum quiddam effutiit comitibus suis cum quibus ab *Argentorato* ascendit. Deinde *Tigurini* quidam palam hoc dixerunt, in ponte, in conviviis. Proinde non licebat me ulterius negare, tale quiddam moliri Principem. Ceterum, terminum ac diem nullis indicavi, quando hinc soluturi simus, vel quo Tu die expecteris. Magistratui, sic consulente Tribuno, ut decebat, negotium exposui. Is per omnia bene vult negotio. Decrevit etiam mihi viaticum suppeditandum jungendumque Senatorem egregium ac fidum. Is erit *Rudolfus Fry*, tametsi nondum se delectum sciat. Ubi adveneris, omnia sic instituemus, ut securi vel navigio vel equis *Argentoratum* proveniamus. In hunc diem usque nemo vel in domo mea novit, quando venturus sis. Cetera tegi nequiverunt. Coram abunde. Vale. 1. Sept. 1529.

Oecolampadius.

C.

Meier Consul Basileensis Zwinglio.

Benevolentissime, carissime Domine et frater. En tibi misi epistolam *Oecolampadii* fratris nostri. Nos de illa re tibi indicamus, Dominos meos *Oecolampadium* non modo non proficisci vetuisse, sed per Dei gloriam et ejus verbum ei Legatum ex Senatoribus comitem adjunxisse. Nam cum modo *Argentorati* essem, ex hominibus gravissimis comperi, fortasse non modo de colloquio sed etiam de aliis rebus gravissimis ad salutem universi populi Germani actum iri, [2]) quamobrem velim tui

---

[1]) Scilicet ipse *Zwinglius*, quem, quo omnino lateret nominare noluit. Siml.
[2]) De foederibus.

quoque Domini virum prudentem et sapientem ex Senatoribus Legatum tibi adjungant, ut aeque ac nos et *Argentoratenses* adsis. Quod Dominis tuis indicare velis. Deo commendatus sis. Festinanter ex *Thermis*.

Jacobus Meier Consul Basileensis.

100.

Burgermeister Meier zu Basel an Zwingli.

Günstiger lieber Herr und Bruder. Ich schike Euch einen Brief von unserm Bruder Oekolampadio, gebe Euch desselben Handels halben zu erkennen: dass Meine Herren den Oekolampadium nicht allein wollen lassen verreiten, sondern um die Ehre Gottes und seines Worts willen ihm eine Rathsbotschaft zuordnen. Denn als ich zu Strassburg jezt gewesen, hab ich von trefflichen Leuten verstanden, dass vielleicht nicht allein von dem Gespräch gehandelt, sondern etwas Treffenlichs mit ihnen gehandelt, das zu Wohlfarth gemeiner deutscher Nation dienen würde, deshalben mir gefiele, dass Euere Herren Euch auch eine Rathsbotschaft, einen weisen verständigen Mann zugeben wollten, damit ihr gleichförmig uns und denen von Strassburg erscheinen möchten. Möget Ihr Euern Herren anzeigen. Sind Gott befohlen. In Eil aus Baden.

Jakob Meier (Burgermeister zu Basel).

CI.

Zwinglius Senatui minori et majori Turicensi.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Vobis, Domini conspicui, sapientes, clementes, benevolentissimi, carissimi omni tempore in officiis me obedientem et promptum futurum esse polliceor. Deinde vobis, Domini clementissimi, non ignotum est, ut de Coena Christi non parva controversia sit inter Germanos inferioris et superioris partis etiam inter Praedicatores christianos. Quam controversiam, ut facile conjectu est, novissimis comitiis Imperii *Spirae* habitis gravi offensioni, et Papistis ansae fuisse comperi Sancti Evangelii contemnendi et impediendi. Quo facto Deus omnipotens animum pii, christiani Principis Domini Landgrafii *Hassiae* impulit, ut colloquium amicum, ab omni rixandi studio remotum et quaestionem de hac re institueret, ita ut Doctor *Martinus Lutherus* plurimique alii qui ejus sententia et animo sunt, etiam nos, *Oecolampadius Basileensis*, *Bucerus Argentoratensis* et ego in Domini quem commemoravi ditione conveniremus, hujus controversiae causa locos divinae scripturae amice inter se collaturi et reputaturi, quo magis Deo omnipotente propitio in confessione Fidei consentiremus itaque ad pacem, concordiam et fraternam fidem perveniremus. Princeps autem ille tertio per proprium tabellarium a me petivit, ut sibi obsecundare et illuc venire vellem. Qui idem deinde bis epistolis per equites a Dominis nostris Viris a sanctioribus consiliis

petivit, ut mihi veniam darent illuc proficiscendi. Quam veniam mihi prorsus recusaverunt, et me ad vos, Domini sapientissimi, rejecerunt. Quum igitur illi Domini mei quos dixi rem proxima hebdomade proponere constituissent, primum veritus sum, ne vos, Domini sapientissimi, mihi non veniam daretis, deinde quiddam accidit quod rem maturius peragi postulet; quare proximam hebdomadem expectare nolui. Et quamquam praesentes casus bellorum, insidiae, penuria minacissimae mihi ante oculos steterunt et me avocare conatae sunt, tamen primum Dei nunquam fallentis, qui nos nunquam deseruit, gratiam reputavi et eum omnia versurum esse in salutem suorum et res in gloriam suam perfecturum esse. Etiam deinde sapientiam et potentiam vestrae aliarumque civitatum vobis Dei gratia conjunctarum eam consideravi, ut si fortiter et cum industria egeritis, omnes qui vobis adversarii exstiterint, vobis nocere non possint. Quamobrem minime suspectus esse velim me angustiis fugisse, tum cogitavi adversariorum vestrorum splendorem nihil nisi vanam et luxuriosam superbiam et fiduciam in artibus suis positam esse, quae contra firmam et modestam prudentiam nihil valeat. Itaque festinanter profectus sum, non eo animo, ut contemnerem vos, Domini sapientissimi, sed quod tantam in me fidem vestram esse confisus sum ut mihi non veniam daretis propter curam quam de me habetis. Iam via plus 60 milliaria longa est et locus nobis iniquissimus propter doctrinam, tamen non propter periculum, est enim in Landgrafii ditione; sed docti ibi omnes nobis adversarii, nos autem non plus tres sumus. Etiam a *Turico* longissime pauci amici sunt, quibus confidere possimus. Quae ut ita sint me non decuit non ad colloquium venire, tum enim omnia consilia frustra fuissent et multi et gravissimi viri ex adversariis frustra iter facerent; iidem adversarii haud scio an tum significarent, nos colloquium amicum fugisse. Quare vos, Domini sapientissimi, quam maxime submissus rogo, ne mihi profectionem meam contemptioni vestri tribuatis, contemni enim vos vel ab aliis audire aegre fero, sed ut cogitetis detrimento veritatis et honoris vestri fore, si non affuissem. Praeterea Deo freti bonam spem habeatis, nos si ab eo in illos fines deducti erimus eo juvante veritati omni studio et fide auxilium laturos neque ecclesiae nostrae ignominiam allaturos esse. Neque quisquam putet me alias sedem quaesitum profectum esse. Quod autem *Basileenses*, socii nostri et cives christiani *Oecolampadium* nonnisi cum Legato ex Senatoribus mittere cogitant, id quidem consilium ille et ego minus probavimus, sola de hac causa, quod si res nobis secus ceciderit, vos *Turicenses*, *Argentoratenses* et *Basileenses* gravius laedemini si Legati vestri nobiscum fuerint. Si autem vobis unquam placuerit Legatum mittere, id non faciatis, donec vos amplius edocuero, ego enim, si Deus voluerit, vos tribus quatuorve diebus post certiores faciam, ut profectio mea se habeat et an *Basileenses* in eo perstent, ut Legatum cum *Oecolampadio* mittant. Nec minus vos vehementer rogo, ut si Legatum post me mittere volueritis, quamquam id non contendo, *Udalricum Funkium* ad id designetis; respicientes quod principes Dominorum meorum senectute vel gravitate corporum hunc in modum impediti sunt, ut iter eis molestius

foret; nam per silvas et frutices satis umbrosos vehemur, quod periculum subire non omnes jubere licet. *Udalricus Funkius* autem autehac etiam *Bernae* mecum fuit, qui est homo admodum strenuus et fidus, praeterea latine satis sciens, ut intelligat, si latina lingua agamus, maxime enim vereor, ne sermonem nostrum non intelligant; quamobrem coacti erimus latino agere. Tamen si id fiat quemcunque vos, Domini mei, designaveritis mihi placebit. Alias res autem, quas non omnibus hominibus aperire licet, Domibis meis, Viris a sanctioribus consiliis literis peculiaribus indicavi. Denique vos, Domini sapientissimi et profectionem nostram cum omnibus fidelibus tutelae Dei commendo. Res mihi levis est, Deo laudes; quamquam nihil periculi inest. Dedi Sabbati die mane ante lucem 1. Septembris *Turici* a. 1529.

Vobis, Domini conspicui, sapientissimi semper promptissimus
Huldricus Zwinglius.

Quum finirem hanc epistolam, accepi quartam a Landgrafio, quam Viris a sanctioribus consiliis tradidi. *Rudolfum Collinum* Lectorem graecum mecum venire jussi, quod ne ei vitio vertatis, vos, Domini sapientissimi, rogo, homini enim summam fidem habeo.

101.

Zwingli an Kleinen und Grossen Rath von Zürich.

Gnad und Fried von Gott bevor. Ehrsam, weis, gnädig, günstig liebe Herren, Euer Ehrsamen Weisheit seien zu aller Zeit meine gehorsamen und willigen Dienste bereit. Demnach seit Ihr Meine Gnädigen Herren wol wissend, wie sich des Nachtmals Christi halben nicht kleiner Span haltet, zwischen den niederländischen und Obern in teutschem Land auch christlichen Predikanten. Welcher Zweispalt, als wol zu denken, ich auch bericht bin, auf vergangenem Reichstag zu Speier merklichen Anstoss und den Päpstlern Ursach, das Heilig Evangelium zu verachten und verhindern gegeben hat. Auf das hat der allmächtig Gott das Herz des frommen christlichen Fürsten Herren Landgrafen von Hessen erwegt, dass er ein freundlich undisputirlich Gespräch und Verhörung in dieser Sache angesehen, also dass D. Martin Luther und sonst gar viele die seiner Meinung und Sinnes, auch wir: Oekolampadius zu Basel, Buzer von Strassburg und ich in erstgedachten Herren Land und Gebiet zusammen kommen und um dieses Spanes willen die göttliche Schrift gütlich gegen einander heben und ermessen soller, damit der allmächtige Gott Gnad verleihe, dass wir zu einhelligem Verjehen und demnach zu Fried, Einigkeit und brüderlicher Treue desto bas kommen möchten, und hat erstgenannter Fürst an mich zum 3en Mal mit eigner Botschaft geworben, dass ich willfahren und hinabkommen wolle. Er hat auch demnach auch 2mal an unsere Herren die verordneten Heimlichen durch Schrift bei reitenden Boten geworben, dass sie mir vergönnen wollen hinab zu fahren. Welches sie mir keineswegs nachgeben oder erlauben, sondern mich vor Euer Weisheit gewiesen. Als nun dasselbe Fürkommen auf die nächste Woche durch genannt meine Herren angesehen, hab' ich zu eint be-

sorgt, Euer Weisheit würde mir nicht bewilligen, zum andern ist etwas eingefallen, das die Sache etwas förderlicher vollstrcken erheischt, deshalb ich der künftigen Woche nicht habe mögen erwarten. Und wiewol mir die gegenwärtigen Läufe der Kriege, Aufsäze und Theurung, trefflich für die Augen gestanden, und mich abzuwenden unternommen, hab ich doch erstlich des unbetrogenen Gottes, der uns nie verlassen hat, Gnad erwogen, dass der alle Dinge schiken wird zu Gutem der Seinen und die Sachen zu seinen Ehren ausführen. Ich habe auch demnach die Weisheit und Macht euer und anderer Städte, die Ihr von Gottes Gnaden habet, betrachtet, dass sofern Ihr tapfer und ernstlich seit, alle so sich Euch widerwärtig machen nicht schaden mögen. Deshalb hab ich keiner Flucht in Nöthen möchte verdacht werden: und für das dritte ermessen, dass Euerer widerwärtigen Pracht nichts anders weder ein eitler üppiger Hochmuth und selbströste Praktik ist, die wider gründliche satte Fürsichtigkeit nichts vermag, und hab mich eilends aufgemacht, der Meinung nicht, dass ich Euer Weisheit verachte, sondern dass ich mich so grosser Treu zu Euch versehe, Ihr würdet mir nicht bewilligen, aus Sorge, die Ihr für mich traget. Nun ist ja der Weg in 60 Meilen fern und der Platz uns gar ungemein der Lehre halben, aber nicht Sicherheit halben, denn es ist ins Landgrafen Gebiet, aber die Gelehrten sind daselbst alle widerwärtig, und ist unser nicht mehr weder drei. So ist auch wenig Freunden, deren wir uns trösten können von Zürich hin bis gar fern hinab. Noch so hat mir nicht gewollt ziemen, dass ich nicht käme, denn wo das, so war aller Anschlag fürgeben und viel treffliche Mannen ab der Widerpart wurden auch vergebens reisen. Möchten auch demnach sich lassen vermerken, sam wir das freundlich Gespräch geschochen. Deshalben ich Euer Weisheit zum demüthigsten bitte, Ihr wollet mir meine Fahrt nicht verachtlich auslegen, denn Verachtung Euer, ich auch von andern nicht gern höre, sonder gedenken, dass mein Ausbleiben zu Nachtheil der Wahrheit und Minderung eueres Namens reichen möchte. Sonst aber sollt ihr guter Hoffnung zu Gott sein, so fern er uns an die Ende verführt, dass wir mit seiner Hilf der Wahrheit getrauen unentwegten Beistand thun wollen, und unserer Kirche keine Schande geben. Es soll auch Niemand denken, dass ich mich anderswohin zu geben oder heimen suchen, wegfertig gemacht habe.

Und als unsere Eidgenossen und Christlichen Mitburger von Basel willens sind Oekolampadium ohne einen Rathsboten nicht lassen hinfahren, hat doch ihm und mir solcher Rathschlag nicht hoch gefallen, allein aus den Ursachen, dass, wo es uns missginge, Ihr von den Städten Zürich, Strassburg und Basel nicht so schwer verlezt, als so Euer Botschaft bei uns wäre. Wo es Euch aber je gefallen einen Boten zu senden, sollet Ihr nicht vornehmen, bis ich Euch weiter bescheid, denn ich, ob Gott will, in 3 oder 4 Tagen Euch sicher berichten will, wie es um meine Fahrt stehe, und ob Basel noch daran sei, dass sie einen Boten mit Oecolampadio schiken wollen. Es wäre auch mein drungenlich Begeer, sofern Ihr einen Boten hernach senden wollten, darob ich doch nicht halte, dass Ihr

Uli Funken dazu erkiesten, angesehen dass die Fürnehmen meiner Herren mit Alter und Schwere des Leibs dermassen beladen, dass ihnen der Weg zu schwer würde, denn wir werden fast schattenhalb reiten durch Stök und Stauden etc. und dazu nicht einem jeden solche Gefahr anzumuthen. Aber Uli Funk ist vormals auch zu Bern mit mir gewesen, gar ein geflissen treu Mensch, dazu latin ziemlich gelehrt, dass er auch verstehen möchte, so man latinisch handeln würde, denn ich sorge allermeist, sie verstehen unsere Sprache nicht, deshalben wir genöthigt latinisch zu handeln. Doch wen Ihr Meine Herren verordnet, so es dahin käme, liess ich beschehen. Andere Dinge die nicht allen Menschen zu öffnen sind, habe ich unsern Herren den Verordneten mit einer besondern Schrift angezeigt. Demnach empfehl ich Euer Weisheit und unsere Farth, samt allen Gläubigen in den Schirm Gottes. Die Sache ist mir ring, Gott hab Lob, wiewol nicht Gfahr drauf steht. Geben Samstag früh vor Tag 1. Herbstmonat zu Zürich 1529.

Euer Ehrsamen Weisheit allzeit williger
Huldrich Zwingli.

Dieweil ich diesen Brief ende, empfahe ich die vierte Schrift vom Landgraf, den überschik ich den Verordneten. Ich habe Rudolfen Collinum den griechischen Leser mit mir genommen, bite Euer Weisheit ihm das nicht zu Argem gemessen werde, denn ich ihm zum höchsten traue.

CII.

Zwinglius Consuli, Tribunis et sex viris a sanctioribus consiliis Turicensibus.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Domini conspicui, sapientes, clementes, benevoli, carissimi. Quod non Senatum adii caussas omnes comperictis ex literis, quas ad Dominos meos Senatores et Cives scripsi, quas vobis ante aperire et perlegere licet; in quibus si quid vobis displicuerit deleatis neque legi sinatis. Quam epistolam Landgrafius mihi novissimam misit, et eam quartam Consuli et Tribuno indicavi. Deinde vobis indico, Magistrum *Franciscum* (*Zinkium*) idoneum fore ad explorandos animos incolarum pagorum. Quare ne eum mittendum commendare omittatis. Etiam fortes estote de pace, neque est quod metuatis. Optime erit, si comitiis *Badensibus* cum aliis civitatibus vobis conjunctis rem turpem Catabaptistarum protuleritis, ut agatur cum *Abbatiszellanis*, qui eam videant et id flagitium tollant.

Vobis, Domini sapientissimi, semper promtissimus
Huldricus Zwinglius.

102.

Zwingli an Bürgermeister, Oberstmeister und Verordnete in Zürich.

Gnad und Frid von Gott bevor. Ehrsam, weis, gnädig, günstig, lieb Herren. Dass ich vor Rath nicht erschienen bin, werdet

Ihr alle Ursachen wohl vernehmen in dem Brief den ich an meine Herren Räth und Burger schreibe, den möget Ihr vor aufthun und verlesen, ob Euch darin etwas missfallen würde, möget Ihr durchthun und nicht lesen lassen. Ich habe beiden Herren die lezte Schrift, die mir vom Landgrafen, das ist die 4te, anzeigt.

Demnach zeig ich Euch an, dass Meister Franz (Zink) geschikt würde sein Kundschaft zu machen in die Orte. Sollet Ihr nicht unterlassen, sondern ihn empfehlen.

Ihr sollet auch tapfer sein des Friedens halben, Ihr dürfet Euch nichts entsizen.

Es wäre sehr gut, dass Ihr auf den Tag zu Baden, sammt den andern bürgerlichen Städten, von der schändlichen Taüferei wegen anzögen, dass man mit den Abtzellern redte, dass sie sähen und die schändliche Buberei abstellten.

Euer Weisheit allzeit williger
Huldrich Zwingli.

CIII.

Matthaeus Alberus Zuinglio.

Gratia Tecum et Pax. Civis meus *Petrus Stud* in caussa sui generi *Johannis Volmari Rothwilensis* nuper me adiit, rogans, ut aliquid Literarum ad Te darem, Teque instruerem de negotio, quod illi cum *Tigurino* Senatu esset, cujus petitioni ob singularem viri in Evangelium Christi pietatem et favorem, libenter acquievi, atque id est hujusmodi. *Petrus* genero suo *Volmaro* tormenta nonnulla ferrea dedit, ut his divenditis, creditoribus suis, Senatui Populoque *Bernensi* satis faceret, fidemque suam redimeret, quae cum ille *Bernam* mitteret forte fortuna tempore dissidii, quod inter vestros fuit, apud *Glattfeldam* a praefectis *Tigurinorum* tuorum vector inhibitus, tormentaque retenta sunt atque adhuc retinentur, non sine grandi tum fidei tum pecuniae *Volmarianae* dispendio. *Te* igitur rogo, ut apud Magistratum tuum viro ipsi, qui negotiis Soceri impeditus adesse non potest, adsis ut permittatur ei mercem suam, quo vult, avehere, mihi enim notus uterque tam socer quam gener. Viri integri sunt, quique nihil quicquam in gentem vestram moliuntur fraudis, multo minus in Evangelium, cui mire favent. Id autem expertus loquor. Nam *Petrus Stud* ex *Stiria* tormentorum quotannis fere adfert non parvum numerum, quae ipse postea apud nostrates distrahit. Quaestores nostrae urbis et ipsi paucos ante annos ab ipso emerunt aliquot. Hinc conjectare potes, non ut partem nobis adversam juvaret, sed ut merces suas venales extruderet, idque apud amicos vestros *Bernenses*. Ne ergo ipsi desis, obtestor et flagito. Nam quamvis in re Coenae atque Sacramenti controversia, Tecum sentire non possumus, obstantibus divini Verbi sacraeque Scripturae tum claritate tum autoritate, tamen nihilominus in reliquis, quibus recte sentis, nequaquam a Te dissidemus, neque ita alienum Te a nobis esse speramus, quin oblata occasione non intermissurus sis

officia charitatis. Oremus, ut Dominus sublatis affectibus humanis pristinam concordiam restituat. Vale. *Reutlingae* 3. Sept. 1529.

Matthaeus Alberus, Evangélistes Reutlinganus.

CIV.

Zwinglius Consuli ceterisque viris a sanctioribus consiliis Civitatis Turicensis.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Pii, conspicui, sapientes, clementes, benevoli, carissimi Domini. Dominica Dei gratia integer et sanus *Basileam* perveni et comperi Viros a sanctioribus consiliis hujus civitatis *Rudolfum Frei*, virum conspicuum et sapientem, *Oecolampadio* comitem adjunxisse, quod tamen consilium demum cras ratum fiet. Cum illo pactus sum, ne proficiscatur, donec a vobis Domini mei, nuntiatum sit, vos neminem missuros esse, vel donec Legatus ipse venerit. Sed nos Deo juvante cras *Argentoratum* vehemur; *Basileenses* autem socii nostri et cives christiani nobis aliquos mercatorum, quos fide dignos noverunt comites ad navigationem designaverunt. Quae omnia fiunt ut mature iter pergamus. Praeterea jam scitis, nos demum 18. die hujus mensis *Argentorato* profecturos esse. Etiam vos, Domini clementissimi, carissimi, rogo, ut mihi viginti coronatos tradatis mutuo datos, quos cum fide redditurus sum. Quum enim equis conducticiis *Basileam* veheremur, id nobis maximos sumptus adtulit, et nobis suasum est, ut *Argentorati* equos emeremus, quorum pretii utique maximam partem recuperabimus. Jam ad hoc iter non plus 35 coronatos sumpsi et si equos emero, parum ad victum reliquum erit, et si mihi mutuandum sit, parum deceat. Quocirca optimum facere velitis et mihi ignoscatis quod venia non petita sed meo arbitrio discessi. Spero enim rem multae utilitati futuram esse. Magister *Stoll* uxori meae dicat quaecunque mulieri dicenda sunt, a qua discesserim nihil confessus nisi me *Basileam* ire ubi mihi negotia sint. Deus vobiscum. Ne suspicemini me nunc *Turico* discessum esse alias sedem quaesitum. Dedi 5. die Sept. hora 9 pomeridiana *Basileae Oecolampadii* domi.

Vobis, Domini conspicui, sapientissimi semper promptissimus

Huldricus Zwinglius.

104.

Zwingli an Burgermeister und Oberstverordnete der Stadt Zürich.

Gnad und Fried von Gott bevor. Fromm, ehrsam, weis, gnädig, günstig, lieb Herren. Ich bin Sonntag aus Gottes Gunst gesund und frisch gen Basel kommen und erfunden, dass die Herren vom Geheimniss den Ehrsamen weisen Rudolf Frei zu einem Geleitsmann Oecolampadio zuverordnet, doch wird es erst auf morn bestätet. Mit dem habe ich verlassen, dass er nicht verreiten wird, bis meiner Her-

ren Bericht kommen, dass Ihr niemand schiken wollet, oder dass ein Bot selbst kommen wird. Aber wir wollen morgendes Tags mit Gottes Hilf gen Strassburg fahren und haben Unsere Eidgenossen und christlichen Mitburger von Basel etliche der Kaufleuten, denen sie wissen zu vertrauen sein, zu uns in das Schiff verordnet. Beschicht alles, dass wir mit der Zeit vorfahren. Sonst wisset Ihr wol, dass wir erst 18. Tag dieses Monats von Strassburg hinfahren werden. Auch bitt ich euch gnädig liebe Herren Ihr wollet mir 20 Kronen zuschiken, leihensweis, will ich redlich wieder geben. Denn als wir auf Lohnrossen gen Basel gefahren, hat es treffenlich viel gekostet, und ist uns gerathen, wir sollen zu Strassburg Rosse kaufen, werden wir allweg wieder zum Hauptgut kommen. Nun hab ich 35 Kronen auf die Sach genommen, und so ich Ross kauft, wird zur Zehrung wenig überbleiben, and soll ich entlehnen, ist es ein Spott. Hierum thut das Beste, und verzeihet mir meinen ungefragten Urlaub, das ich selbst genommen habe. Ich hoff, die Sache soll zu viel Gutem reichen. Sage Meister Stoll meiner Hausfrau alle Sache, soviel einem Weib zu sagen ist, denn ich bin von ihr geschieden, dass ich nicht mehr gesagt habe, denn ich wolle gen Basel, da habe ich Geschäffte. Gott mit Euch. Versehet Euch keines Veränderns von Zürich gegen mir auf diesmal. Geben 5. Tags Sept. Nachm. um 9 zu Basel in Oekolampads Haus. 1529.

Euer Ehrsamen Weisheit allzeit williger
Huldrich Zwingli.

CV.

Zwinglius Consuli, Tribunis et sex viris a sanctioribus consiliis Civitatis Turicensis.

Gratia et pax a Deo. Vobis, Domini conspicui, sapientes, clementes, benevoli, carissimi, officia mea semper promptissima offero. Deinde scitote, *Basileenses* socios nostros et cives christianos nobis navem et nautas sumptibus suis eos providisse, ut 6. die hujus mensis 13 horis *Basilea Argentoratum* integri et sani pervenerimus. Deo Laudes. *Ubi* 11 *dies mansuri sumus, et deinde iter pergemus Dei tutela freti.* Quae linea designavi satius est non indicari. Scitote etiam, pro certo dici, Imperatorem in *Italiam* profectum esse, et Regem *Galliarum* omni jure *Mediolani* decessisse, ut filii sibi restituerentur. *Rudolfum Frei Basileensem* post nos non profecturum esse, donec cum certiorem feceritis, 5. die hujus mensis indicavi. Denique Deus vos conservet in omni virtute et fortes estote. Dedi *Argentorati* 6. die Sept. 9 hora pomeridiana a. 1529.

Vobis, Domini conspicui, sapientissimi semper promptissimus
Huldricus Zwingli.

Carissimae meae uxori, velim, indicetis me *Argentoratum* pervenisse.

105.

Zwingli an Burgermeister, Oberste Meister, Verordnete der Stadt Zürich.

Gnad und Fried von Gott. Ehrsam, weis, gnädig, günstig, lieb Herren. Euch sejen meine gehorsamen Dienste allezeit bereit. Demnach wisset, dass Unsere Eidgnossen und christlichen Mitburger von Basel uns mit einem Schiff und Schiffleuten in ihren Kosten dermassen versehen, dass wir 6ten Tag dieses Monats in 13 Stunden von Basel gen Strassburg frisch und gesund gekommen, Gott hab Lob. Da werden wir auf 11 Tage still liegen und demnach hinfahren aber im Namen Gottes. (Das Unterzogene ist gut unangezeigt.) Wisset auch, dass es gewiss geben wird, dass der Kaiser in Italien hingefahren sei, und dass sich der König aus Frankreich Mailands verziehen habe, damit ihm seine Kinder wieder werden. Dass Rudolf Frei von Basel nicht hernach reiten werde, bis er von Euch Bericht empfahe, hab ich 5. Tag dieses Monats angezeigt. Hiemit bewahr Euch Gott in allem Guten und seit tapfer. Geben zu Strassburg am 6. Tag Sept. um 9 Nachm. 1529.

Euer Ehrsamen Weisheit allzeit williger
Huldrich Zwingli.

Ich bitte Euch, wollet meiner lieben Hausfrau mein Ankommen gen Strassburg anzeigen.

CVI.

Zingk Zuinglio.

Gratia et Pax. Nosti, quot Mundos ferant simul *Theobaldus* noster et *Myconius* more *Knistulino*. Tu eorum duos fers in humeris, scio. Velim igitur, ut hunc, qui penes nos est, abjicias, reliquum autem, quem cum *Luthero* communem habes, ita feras, adjuvante servatore nostro optimo ac maximo, ut Te brevi tempore laetis vultibus videamus; nos interea officio nostro non deerimus. Salutant Te cum Comitibus *Andreas*, *Leo*, *Theobaldus*, *Bovillus*. Servet Te nobis Deus, qui vivit in secula. Ex *Tiguro* festinantibus digitulis die 8. Sept. 1529.

Franciscus tuus *Zingkius*.

Boni nobis consule, quod in re tam grandi jocamur etc.

CVII.

Zwinglius Consuli ceterisque viris a sanctioribus consiliis Turicensibus.

Gratia et pax a Deo. Conspicui, sapientes, clementes, benevoli, carissimi Domini. En vobis misi libellum, quo exhibetur, ut Imperator decreto suo cum *Hispanis* locutus sit, quem tamen commentum Papistae

esse existimamus, quamquam sperandum est, Imperatorem ea sibi proposita habere neque Papistas celare potuisse; libellus enim ex latino in vernaculum sermonem versus est. Deinde cum aliquibus *Argentoratensibus* locutus sum de jure praesidendi conciliis civitatum christianarum, quibus dixi, vos, Domini sapientissimi, eo animo esse, ut de eo jure non decedatis nec minus ejus rei aequas causas indicavi. Quod satis probant; quare vos constantes manere par est. Etiam interea comperi, Senatum conspicuum *Argentoratensem* suos videre jussisse ut eas res celeriter tractarent neve ullam rem eas impedire neve dissolvere paterentur; itaque me quotidie sciscitando sollicitant, unde veniat quod tam cunctanter agamus. Quare agatis ut Deus et occasio, etiam rei necessitas postulat. Deus vobiscum. Dedi *Argentorati* 11. Sept. 1529.

Vobis, Domini conspicui, sapientissimi semper promptissimus
Huldricus Zwinglius.

107.

Zwingli an Burgermeister und Oberstverordnete zu Zürich.

Gnad und Fried von Gott. Ehrsam, weis, gnädig, günstig, lieb Herren. Ich schike Euch hiemit eine Schrift, inhaltend wie der Kaiser in seinem Abscheid mit den Hispaniern solle geredt haben, die wir doch ein Dicht eines Papisten schäzen, wiewol sich zuversehen, dass solches das Vornehmen des Kaisers sei, und die Papisten solches nicht haben mögen verhalten, denn sie ist aus dem Latin ins Deutsche kehrt.

Demnach hab ich mit etlichen hie zu Strassburg geredet, von des Vorsizes wegen und Euer Weisheit Meinung und billich Ursachen, den nicht aus der Hand zu lassen, anzeigt. Die werfen den Handel nicht fern, darum Ihr billich standhaft bleiben sollet.

Ich bin auch mittenzu bericht, dass ein Ehrsamer Rath zu Strassburg empfohlen hat, man solle sehen, dass man fürderlich in den Dingen handle und um keine Sache versaume noch zerschlagen lasse und darum nöthen sie mich mit täglichem Forschen, wie es gehe, dass man so saumig sei. Hierum thut als Euch Gott und die Gelegenheit, auch Nothdurft der Sache erfordert. Gott mit Euch. Geben zu Strassburg 11. Sept. 1529.

Euer Ehrsamen Weisheit allzeit williger
Huldreich Zwingli.

CVIII.

Martinus Seger Zwinglio.

Doctissime, benevole, carissime Domine. Audivi, Dominos meos clementes *Turicenses* constituisse quantum frumenti cuique emere liceat. Jam hoc anno apud nos tota fructuum calamitas fuit. Grando, vermes subterranei, culices et aliae noxae apud nos fuerunt, quae vicini nostri fidei nostrae tribuerunt; his literis igitur te, Domine benevolentissime,

carissime, maxime rogatum volo, nisi parum modestum sit, ut apud Consulem auctor esse velis nobis frumenti per hos qui literas pertulerunt mittendi, quo serere possimus, id quod sine dubio Deo gratum feceris. Quod si non factum erit, profecto nobis agri nostri non culti relinquendi erunt. Agas ut te maxime acturum confido. Cujus officii gratiam ego et omnes hujus communis tibi officiis nostris relaturum esse spondemus. Deinde sermo apud nos fuit Doctorem *Lutherum* libellum in tuam injuriam scripsisse, qui tibi dolorem attulerit, quem ad Consulem et Senatores retuleris, qui tibi quatuor Senatores Legatos adjunxerint et te cum iis ad Doctorem *Lutherum* miserint; et in oppido *Bruk* omnes quinque perditos esse. Quamquam eas fabulas nihili facio, cum sciam tibi, nec minus mihi homini laico, Deum testor, parum sapienti, multum malitiae tribui. Quod ad Deum rejicio. Optimo tamen consilio te rogo, ut mihi de ea aliisque rebus aliquid scribas. Dedi *Meienfeldii* 14. Sept. 1529.

Tibi promptissimus *Martinus Seger*.

108.

Martin Seger an Zwingli.

Hochgelehrter, günstiger, lieber Herr. Ich vernehme, wie Meine Gnädigen Herren von Zürich eine Ordnung Korns halben, wieviel ein jeder kaufen solle, gemacht. Nun hat uns auf das Jahr das Korn ganz gefehlt. Der Hagel, die Ingeri und Muken und aller Unflath bei uns erschienen, als unser etlich Nachbaren uns zugelegt vom Glauben habend: will hiemit Euch als meinen insonders günstigen lieben Herrn, ob es je Fug hat oder haben mag, ernstlich bitten, diesen Beweisern gegen einen Burgermeister verhelfen uns ferken zu lassen, damit wir mögen säen, darin thut Ihr ungezweifelt Gott gefällig. Wo das nicht beschieht, so müssen wir wahrlich unsere Aeker ungebaut lassen. Thut, als ich insonders Euch vertraue. Steht mir und einer ganzen Gemeind um Euch zu gedienen. —

Item eine Rede ist bei uns ausgegangen, wie D. Luther Euch ein Schmachschreiben, das Euch betrübt, geschrieben, welches Ihr für einen Bürgermeister und Rath langen lassen, diese haben Euch 4 Rathsboten zugegeben, Euch samt ihnen zu D. Luther gesandt, seien zu Bruk alle fünf verlohren. Wiewol ich auf solchen Fabeln nichts halte und weiss Euch, und auch mir als einem Laien weiss Gott wenig Verstands viel Schalkheit zugelegt wird, befehls Gott: Bitt Euch doch freundlicher Meinung darum auch anderer Händeln etwas zuschreiben. Dat. Meienfeld 14. Sept. 1529.

Euer williger Martin Seger,

CIX.

Zwinglius et Funkius Consuli et sex viris a sanctioribus consiliis Civitatis Turicensis.

Gratia et pax a Deo. Conspicui, sapientes, clementes, benevoli,

carissimi Domini. His literis inclusum vobis misimus exemplum consilii capti cum *Ferdinandus* nondum rex *Bohemiae* erat, quod nobis ab hominibus fidis traditum est et ex idonea officina venit, [1]) cujus rei vos, si Deo placuerit, coram certiores facturi sumus. Praeterea consilia exinde capta et vernaculo et latino sermone conscripta vidimus, quae omnia in eandem sententiam sunt, quare non opus fuit omnia transscribere, neque id postulare potui, hoc enim cum magno metu mihi transcribendum erat. Denique scitote Pontificem pacem inter Regem et Imperatorem componendam ideo obtulisse, ut Imperator se invicem adjuvaret et restitueret in imperium et omnia jura. Quae Imperator pollicitus est. Quamobrem libellus quem vobis misi non vanus est. Etiam *Veneti*, *Helvetii* et *Rupertus Dominus Arbergensis* a pace exclusi sunt, et pro certo creditur Regem Galliarum ab Imperatore Fideles bello persequi jussum iri, qui in terris *Germanicis* sunt, quam ob causam ei 20000 coronatorum condonentur. Quare, Domini clementissimi, carissimi provideatis, cum vulgus ad nos desciscat. Turba enim Papistarum et Imperator sacrificulorum amicus maxime ad hoc consilium persequendum incumbunt. Etiam in posteriori consilio verbis expressis scriptum fuit: eos urbes non omnes una, sed singulas aggressuros esse aliasque spe ducturos ut putent se non petitum iri. Cujus rei vos civitates per *Constantiam* certiores faciendas curare par est ut homines securi sibi caveant. Imperator enim nihilominus offendet, neque Deus nos deseret. Bene factum sit si *Venetos* confirmaverimus et hortati simus, quo fortius resistant, ut Imperator ex *Italia* omnino expellatur, neve super montes fugere possit. Res autem omnino eae sunt ut Pontifex Imperatorem in *Italia* inescavisse mihi videatur pollicendo, se ei poculum honoris et St. Joannis benedictionem una daturum esse; Regem enim, nisi alia scivisset, non tam duram pacem accepturum fuisse puto. Etiam in consilio animadvertatis quod dictum est foederatos subornatos esse, sine dubio pecunia ad discordiam, ut postremo non nos *Turicenses* solos ut Lutheranos sed etiam universam *Helvetiam* perdere isti Imperatorii sibi proponant. Quamobrem non praeter rem erit, si primum cum sociis nostris et civibus christianis de ea re locuti eritis et deinde rem aliis hominibus probis indicaveritis, tamen non unde hic nuncius venisset; certissima enim sunt quae nobis de ea re indicata sunt. Plus quam dici potest nobis officiorum et honorum *Argentorati* vestra, Domini nostri, gratia praestitum est, quod bono consilio et spe factum esse existimetis, tamen in ea re nequaquam cunctandum est, quippe quae ad majora spectet, si Deo placuerit, et quam homines boni ubique quam maxime exspectent. Deus faxit, ut omnia in suum honorem fiant. Abhinc nihil amplius scripturi sumus, donec Deo juvante in tutelam commeatus venerimus; eras enim si Deo placuerit hinc profecturi sumus. Deus vos conservet in honorem suum. Amen. Dedimus *Argentorati* 17. die Sept. 1529.

Vobis, Domini sapientissimi, semper promptissimi
Huldrici Funkius et *Zwinglius*.

---

[1]) An ex iis quae *Otho a Pak* cum Landgravio communicavit?

109.

Zwingli und Funk an Burgermeister und Verordnete der Stadt Zürich.

Gnad und Fried von Gott. Ehrsam, weis, gnädig, günstig, lieb Herren. Wir schiken Euch hie eine Abschrift eines Rathschlags, der fürgenommen ist, zu der Zeit Ferdinand noch nicht König in Behem gewesen, der ist uns von getreuen Leuten beihändig gemacht, und kommt aus der rechten Kunstkammer, als wir Euch, ob Gott will, mündlich wol berichten wollen. Dazu haben wir teutsche und latinische Rathschläge, die seither fürgenommen sind, auch gesehen, die alle auf die Meinung lauten, deshalb nicht Noth gewesen, die alle abzuschreiben, auch dorft ichs nicht anmuthen, denn dieser ward mir mit grosser Furcht abzuschreiben. Und zum letsten sollt Ihr wissen, dass der Papst den Frieden zwischen dem König und Kaiser darum angetragen, dass ihm der Kaiser wieder helfen soll, und ihn restituiren in sein Reich und Gerechtigkeit. Und das hat der Kaiser verheissen. Deshalben die Schrift nicht eitel ist, die Euch vor von mir zugeschikt. Es sind auch die Venediger, die Schweizer und Herr Ruprecht von Aarberg in dem Bericht ausgeschlossen, und ist ein starker Wahn, der König von Frankreich werde vom Kaiser zu einer Reise erfordert wider die Gläubigen im teutschen Land, und werde ihm darum die Summe der 20,000 Kronen nachgelassen. Darum gnädig, lieb Herren habet Sorg, dieweil der Zufall des gemeinen Mannes unser ist. Denn der päpstliche Hauf und der Pfaffenkaiser gehen streng auf den Rathschlag hinaus. Auch ist in einem jüngern Rathschlag mit ausgedrukten Worten gestanden: dass sie die Städte nicht einsmals, sondern eine allein angreifen wollen, und die andern vertrösten und aufziehen, sam sie gedenken sollen, man werde sie nicht angreifen etc. Möget Ihr durch Konstanz wol berichten lassen, damit die guten Leute gewahrsam seien, denn der Kaiser wird nichtsdestoweniger die Hände verbrennen, Gott wird uns nicht verlassen. Wär nicht bös, ob man die Venediger trösten und ansprechen möchte, damit sie desto tapferer widerstehen, damit der Kaiser in Italien ausgemacht, dass er über das Birg nicht möcht fliehen. Mich aber sieht die Sache gänzlich an, dass der Papst den Kaiser in Italien geludert habe, dass er ihm den Ehrtrunk und S. Johanns Segen miteinander wolle geben, denn sonst glaub ich nicht, dass man dem König einen so schweren Bericht hätte mögen abgewinnen, er wisse denn mehr weder nur das Einē. Merket auch in dem Rathschlag auf das Wort: Abgericht, das unsere Eidgenossen abgericht sind, ohne Zweifel durchs Geld zur Zweitracht, und dass zulezt nicht wir von Zürich allein, als die Lutherischen, sondern eine ganze Eidgnosschaft zu vertilgen von ihnen den Kaiserischen vorgenommen wird. Deshalben nicht unfruchtbar sein wird, ob Ihr erstlich mit Unsern Eidgnossen und christlichen Mitburgern vom Handel reden und demnach die Sache weiter kommen lasset zu bidern Leuten doch unvermeldt, wannen es Euch käme, denn es gewiss und sicher ist, was man uns hierin angezeigt hat.

Man hat uns unsäglich Zucht und Ehr bewiesen zu Strassburg von Euer unserer Herren wegen, mögen wol gedenken dass es guter Meinung und Hoffnung beschieht, jedoch so ist die Sache keineswegs zu versaumen, dann es wird weiter langen, ob Gott will, und belanget die Gutwilligen allenthalben sehr übel. Gott geb, dass es alles zu seinen Ehren beschehe.

Fürhin werden wir nichts mehr schreiben, bis wir mit Gottes Hilfe an unsere Gewahrsame kommen, denn morgendes Tags werden wir, ob Gott will, verreiten. Gott bewahr Euch zu seinen Ehren. Amen. Geben zu Strassburg VI. Tags September 1529.

Euer Weisheit allzeit willige Diener
Huldrich Funk und Huldrich Zwingli.

CX.

Zwinglius et Funkius Consuli et Senatoribus Turicensibus.

Pax Domini nostri nobiscum omnibus sit. Amen. Pii etc. Postquam Magister *Udalricus* utriusque nostrum nomine scripsit, quomodo et quando *Argentorato* profecti simus, *Argentoratenses* militibus suis nos ad castellum suum *Cochensperg*, inde ad Castellum suum *Herstein* prosecuti sunt, etiam nos amice, honorifice et omnino ita tractaverunt ut sumptibus victus vacui essemus. Iidem *Jacobum Sturmium* virum clarissimum cum duobus praedicatoribus et militibus quinque nobiscum ad Landgrafium miserunt et quum ad castellum *Herstein* venissemus, *Ludovici* Ducis *Bipontini* equites nobis occurrerunt, qui nos fidelissime et amicissime per devia et silvas, montes et valles tutissimos et occultos *Bipontum*, inde ad castella *Lichtenbergum* et *Meisenheimium* ducebant, nec minus amice et ita excipiebamur ut sumptibus victus vacui essemus, et omnibus iis immo pluribus utebamur quae nobis promissa erant. Jam Deo juvante hodie *Meisenheimio St. Goarii* vel ad castellum *Rinfels* quod ibi est proficisci cogitamus, quo itinere XL equites Landgrafii *Hassiae* nos accipient, et inde trans *Rhenum Marburgum*, ibi quae jussi sumus et quorum causa profecti sumus peractum. Denique, Domini nostri clementes, christiani, *Ludovicus* Dux Cancellarium suum in Italiam ad Imperatorem misit, eum qui has literas pertulit, vir cordatus, solers, benevolens, qui se nobis multis officiis amicum praestitit. Quamobrem eum invicem amice adloqui velitis, utrum quid vos velit, et omnino ut hospitem tractare, ut se commendaticiis literis nostris usum esse sentiat; nam a Duce ejus Domino et ab ipso multa bona nobis praestita sunt. Denique nos vobis, Domini conspicui, sapientes, commendamus. Dedimus *Meisenheimii* 22. Sept. 1529.

Vobis addicti
Udalricus Zwinglius et *Udalricus Funkius*.

110.

Zwingli und Funk an Burgermeister und Rath zu Zürich.

Der Friden unsers Herrn sei mit uns allen. Amen. Fromm etc.,

Nachdem Meister Ulrich in unser beider Namen wie und wenn wir von Strassburg verrukt sind, geschrieben hat, haben uns die Herren von Strassburg mit ihren Söldnern auf ihr Schloss Kochersperg, da dannen auf ihr Schloss Herstein geleitet, auch freundlich, ehrlich und wol kostfrei gehalten. Desgleichen Herrn Jakob Sturm, samt 2 Predikanten und 5 Knechten auch zum Landgrafen abgefertigt, und als wir auf Herstein kommen, sind Herzogen Ludwigen von Zweibrüken Reisigen an uns gestossen und uns gar treulich und freundlich durch Abwege und Wälder, Berg und Thal gar sicher und heimlich geleitet gen Zweibrüken, da dannen gen Lichtenberg und gen Meysenheim auf die Schloss und freundlich und wol empfangen, kostfrei gehalten, und allweg funden was man uns zugesagt hat, für und nicht hinder. Nun sind wir Willens mit der Hilf Gottes auf dato dieses Briefs von Meysenheim, gen St. Gwer oder auf das Schloss daselbst Rinfels zureiten, dazwischen werden uns XL Reisigen des Landgrafen von Hessen zu empfahen und demnach über Rhein gen Marburg zu, und daselbst das Befelch, darum man ausgeritten ist vollstreken etc. Und zulezt gnädige ihr unsere Herren, so schikt Herzog Ludwig seinen Kanzler hinein zum Kaiser, ist der Zeiger dieses Briefs, ein verständiger, geschikter, auch gutwilliger Mann, der uns viel Freundschaft erzeigt und bewiesen hat. Hierum wollen ihm auch freundlich zusprechen, ob ihm etwas angelegen sei etc. und ihm Gesellschaft beweisen, damit er befinde, unsere Fürgeschrift genossen haben, dann uns von seinem Herrn, dem Herzog und seiner Person Guts bewiesen ist. Hiemit befehlen wir uns Euer Ehrsamen Weisheit. Dat. zu Meysenheim den 22. Sept. 1529.

Euere Gehorsame:

Ulrich Zwingli.
Ulrich Funk.

CXI.

Zuinglius Vadiano.

Gratia et Pax a Domino. Quae Tu maxime cupis scire, nunc brevibus scribam. *Martispyrgum* posteaquam praesidiis fidissimis deducti sumus, et *Lutherus* cum suis venit, constituit Princeps Landgravius ut *Oecolampadius* cum *Luthero* et *Melanchthon* cum *Zuinglio* seorsim extra omnes arbitros certamen praetentent, h. e. inter se mutuo experiantur, an in sententiis inveniri aliquid possit, quod ad pacem faceret. Hic *Lutherus Oecolampadium* ita excepit, ut ad me veniens clam quereretur, se denuo in *Eccium* incidisse. Verum hoc fidis modo communicandum est. At *Melanchthon* cum nimis lubricus esset, et Protei in morem se in omnia transformaret, me compulit ut sumto calamo pro sale, manum armarem ac siccarem, quo ringentem, et nescio quas fugas et elapsus molientem firmius tenerem. Hinc Tibi exemplum paucorum ex centenis millibus dictorum, hac tamen lege transmittimus, ut non nisi fidis communices, h. e. eis qui nihil inde

concitent tragoediae, nam et *Philippus* ipse hujusmodi exemplum habet. Scriptum est enim a me, illo omnia vidente, legente, et nonnunquam sua dictitante. Sed nolumus novae tragoediae exordium dare. Istud colloquium sex in horas traximus *Philippus* et *ego*; *Lutherus* et *Oecolampadius* in tres horas. Altera die coram *Landgravio*, et paucis arbitris, ad summum XXIV *Lutherus* et *Melanchthon*, *Oecolampadius* et *Zuinglius* in arenam descenderunt, pugnatum est, cum ista, tum reliquis tribus sessionibus. Nam IV in universum fuerunt, quibus coram arbitris pugnatum est feliciter. Luthero enim ter frivola ista: Christus juxta divinam naturam passus est: Christi corpus est ubique et, caro non prodest quicquam ab ipso aliter atque nunc adseverat, expositum esse objecimus; attamen bellus homo ad omnia nihil respondit, quam ad: caro non prodest quicquam, dicebat: scis, *Zuingli*, ut veteres omnes processu temporis et aucto judicio aliter atque aliter locos Scripturae tractaverint. Dixit: corporaliter editur Christi corpus in nostrum corpus, at interim hoc mihi servabo, an et anima corpus edatur, quum paulo antea dixisset: Ore editur corpus Christi corporaliter, anima non edit ipsum corporaliter. Dixit: corpus Christi confici his verbis, h. e. corpus meum, quantumvis sceleratus sit, qui dicat ista verba. Concessit, corpus Christi esse finitum. Concessit signum corporis Christi adpellari posse Eucharistiam. Haec et alia innumera, inconstantia, absurda et stulta, quum non aliter eblateraretur quam *λαλέοντος* littus, redargutus tamen est a nobis, ita ut jam Princeps ipse nobiscum sentiat, quamvis palam erga quosdam principes dissimulet. Aulici *Hassii* ferme omnes desciscunt a *Luthero*. Ipse permisit, libros nostros innoxie legi posse. Episcopos, qui nostrae sunt sententiae, posthac non moveri officio patietur. *Saxonum* Princeps *Johannes* non adfuit, sed *Wirtenbergius*. Discessum est tandem eis conditionibus, quas videbis propediem excusas. Veritas superavit adeo manifeste, ut, si unquam quisquam victus est, *Lutherus* impudens et contumax, aperte est victus, sed apud prudentem judicem et aequum, quamvis interim clamaret, se esse invictum. Hoc etiam boni tulimus, quod posteaquam in relictis christianae religionis dogmatibus consensimus, Pontificii non ultra poterunt sperare, *Lutherum* suum fore. Haec ex itinere fessus scribo, ubi ad nos veneris, universa plenius audies. Arbitror enim, alia quoque nos attulisse, quae pro Religionis praesidio et adversus Monarchiam Caesaris factura sint, quae vobis quoque, sed cum tempus postulabit, exponenda erunt. Vale interim, et salves amicos omnes esse jube. *Tiguri* 20. die Oct. 1529.

Huldricus Zuinglius, tuus.

CXII.

Franciscus Kolb Zuinglio.

Gratia et Pax. Dilecte mi frater, wie wir gott treulich geheten hand, ut negotium vestrum in sui gloriam et totius Ecclesiae pacem prosequatur, ita et modo gratias, quas possumus agimus propter prosperum

ad tuos reditum. Soli Deo honor et gloria in Seculo Seculorum. Amen. Avidi sumus omnes, ad longum, certiores fieri successuum itineris tui, et in quorum Principum aspectu egeritis negotium et anne Comes meus *Georgius de Wertheim* adfuerit; miror denique, quid Secretarius ejusdem Comitis paulo ante discessum tuum expedierit Tecum. Optime mi frater, ignosce aviditati nostrae. Adfueritne *Osiander* ille praeco *Nürnbergensis* cum sociis, *Billicano*, *Regio*, omni quoque *Suevorum* comitatu. Scimus Te alias praepeditum pluribus: saltem *Collino* tuo committe, ut nobis dignetur scribere. Reliquum, bene valemus omnes in bona pace. Inter cetera cogor Tibi insinuare aliqua Concionum, confratris nostri *Caspar*, [1]) super quibus Scripturis non possum animo meo quietari.' Et est hoc, dass alle die Kindlein, die unter den Jahren sterben, ehe dann sie die Erkanntnuss des Gesezes haben, selig werden, imo electi sint. Qualibus rationibus probarit a me cecidit. Item in den Ehehändeln zu scheiden, bringt bei vielen unter uns grosse Aergerniss, dass sie der schuldigen Personen Ehebruch sobald erlauben, sich wieder zu verehelichen. Doch versteh ich mich des Handels nicht bas. Ich siz nicht am Chorgericht von Gottes Gnaden. Haec Tibi ideo scribo, ut Ecclesiam nostram semper ut tuam habeas commissam. Volo etiam, ut haec' clam penes Te retineas. Caveo quantum possum, ne altercemus alterutrum. Tuum erit nos nostraque paterne judicare. [2]) Semper vale. Precamur omnes et praecipue D. *Valerius*, [3]) Medicus, ut 80 fratres *Rothwilenses* exules propter verbum Dei fideliter commendes Magistratui tuo, sis quoque eis pro posse auxilio. Bene valet noster *Trempius* cum uxore. Congratulamur quiqui adventui tuo; stant iterum confusi et conturbati conscientiis inquieti, qui jactarunt cum tripudio, Te profugum a patria. Semper bene vale, et tribuenda Deo tribuas spero. Raptim. *Bernae* d. 21. Oct. 1529.

Tuus, *Franciscus Kolb.*

Parce meis ineptiis.

CXIII.

Comander Zuinglio.

Gratia et Pax per Dominum Jesum. Carissime, magno gaudio suscepimus reditum tuum prosperum ac salvum. Multa scriberem, nisi ipse, quod jam dudum paraveram, *Tigurum* venire statuissem. Sed tu tabellario huic nihil reveles. Occulte enim abeundum erit, tantae adhuc sunt insidiae in finibus nostris. Unum hoc rogo, ut *Michaeli Bibliopolae* dicas, ut paret mihi Novum Testamentum *Erasmi* cum annotationibus novissimae editionis, pro quodam fratre *Engadinensi*. Ego promtam pecuniam mecum feram, ut solvam. Vellem quoque, ut

---

[1]) *Megander.*
[2]) *Colbius* in sententiis de sacra Coena se inclinavit ad *Lutherum.*
[3]) *Anshelmus.*

pararet mihi Biblia germanicae linguae et majoris formae, praeter V Libros Mose et praeter Novum Testamentum quibus non indigeo. Ceteros libros Bibliorum omnes liget in unum codicem, at *Erasmi* codices liget in duas partes porcino Corio, Biblia, Vitulino. Hac vero caussa Tua in hac re utor opera, quod sciam, eum jussis tuis obtemperaturum. Scripsi ego ad *Michaelem* ipsum, sed nihil respondit. Scripsi quoque ad alios, sed adhuc nescio, an facere velit, necne. At Te commendante faciet. Ego eo tempore veniam, ut ad festum divi Martini *Curiam* redierim. Vale per Dei gratiam superstes. Ex *Curia Rhetorum* 24. Oct. 1529.

Tuus, *Joannes Comander.*

CXIV.

Conradus Gessner Zuinglio.

Salutem Plurimam. Nolo Te fugere, carissime Zuingli, res meas optumo in statu esse. Deus faxit Optimus Maximus diu eas sic perdurare. Omnia habeo, nec quicquam habeo, nihil cum est, nihil desit tamen, ut ait Gnatho apud Comicum. Scias me Literis nunc addictum esse totum, ac aeque tum graecae tum latinae Literaturae operam navare. Facile autem (quod Dii prohibeant) accideret, ut res meae Mandrabuli more (quod ajunt) succederent. Metuendum enim est, ne herus meus *Johannes Frytzius*, propediem superos relinquat, jam enim prope ei Panaces parandum est, nam alterum pedem in cymba Charontis habet. Cui plurima mento

Canicies inculta jacet, stant lumina flamma.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subvectat corpora cymba,
Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.

Ut inquit Poeta. [1]) Statim, inquam, Herus meus vitam obiret, statim vero contingeret, quod *Johannes Jacobus Ammianus* praeceptor meus non amplius me apud sese haberet, neque tunc me reciperet pater, alioqui enim magna Liberorum mole onustus est, quam vix sustinere valet, neque etiam Cognati aut Affines me susciperent. Quo ergo infelix *Conradus*, inter sacrum et saxum, inter malleum et incudem constitutus, confugeret. Itaque etiam atque etiam Te oro, mellitissime Zuingli, ut, qua es humanitate erga omnes, efficias mihi, quo recipiar in numerum *Sebastiani Fabri*, *Johannis Frysii* et *Benedicti*. [2]) Quod si voti compos factus fuero, memorem me dices esse, et gratum, summoque studio literis incumbere. Vale. Datum in aedibus *Joh. Jacobi Ammiani*. (6. Cal. Nov.) 27. Oct. 1529.

---

[1]) Virgilius.

[2]) *Sebastianus Guldibek* cognomine *Fabri*, *Johannes Fries* et *Benedictus Kienlsen* cognomine *Evander* stipendiis donati sunt. Siml.

CXV.

Ambrosius Blaurerus Zuinglio.

Gratia Tecum. Reducem Te, mi *Zuingli*, supra quam dici potest, nobis pariter et Ecclesiae tuae gratulamur, hocque magis, quod adeo feliciter confectis rebus propitio Christo rediisti. Neminem audio, qui modo faveat Evangelio, quem non vehementer exhilaret et confirmet amica ista et christiana collatio, quam plerique convitiosam et tantum non cruentam fore verebantur. Gratia Deo, qui cumulate facit ultra omnia, quae cogitamus etiam. Certe utut res habeat, cum adeo pulchre inter vos convenerit de fidei summa, minus futurum est offensaculorum, si, quod ad reliquam controversiam pertinet, altera pars alteram ferre potius, quam calumniis insectari malit, id quod ut fiat, communem servatorem Christum totis animis enixe precer. Nunc, quod scis, *Wilae* sum, ubi utinam sim magno Evangelii foenore. Populus est non minus pervicax, quam factiosus, cujus cervicem praeter unam Domini manum nemo puto, quantumvis ad dicendum appositus, inflexerit, nisi prius spem redituri propediem Abbatis prorsus abjiciant. Tu pios meos conatus cum tota Ecclesia tua orationibus juva, simul et bene vale. Saluta omnes fratres, *Leonem*, *Pellicanum* cum ceteris. Ex *Wila* Helvetiorum Cal. Nov. 1529.

Tuus *Ambrosius Blaurerus.*

CXVI.

Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae. 2. Nov. 1529.

Hac epistola *Zuinglius Landgrafio* gratias egit, quod se *Marburgo* domum reduxisset; sed sibi et *Oecolampadio* parum temporis ad colloquium concessum fuisse; idem mentionem fecit officii quod praestandum obtulisset, si locum colloquii accipere recusasset. Nihil esse nisi rixam acerbam; adversarios, cum lapsi sint in interpretanda natura Christi, alteros impetu de gradu depellere et fugare velle. Landgrafius synodos instituere velit et impedire quominus adversarii alteram partem persequantur. Lutheranorum rationem tam gravem esse quam Pontificiorum. Multos Scripturae locos male intellectos ad justum sensum redigi opus esse. *Osiandrum Norimbergae* articulos Marburgenses cum epistola suo nomine palam fecisse. *Turicenses*, *Bernates* et *Basileenses* de re Landgrafio non ignota hoc ipso tempore agi [1]) ad quos *Argentoratenses* quoque accedere opus esse. „Domine clementissime, carissime, quod tam libere ad te ut patrem scribo ideo fit, quod spero Deum te ad magnas res elegisse, quas cogitare sed non dicere licet.“ [2])

---

[1]) De foedere.

[2]) *Rommel* in libro suo qui inscriptus est: Landgraf Philipp der Grossmüthige vol. II. nota 88. argumentum hujus epistolae exposuit.

116.

Zwingli an Landgraf Philipp 1529. 2. Nov.

Bedankt sich wegen des Heimsendens von Marburg, wo ihm und Oecolampad die Zeit zu kurz worden, und erwähnt eines Anerbietens an ihn, wo er Ort und Stand wegen wollte. Es sei nichts als ein bitterer Hader, die Gegner, weil sie sich verschossen im Verstand Christi, wollten sie die andern abrennen und verjagen. Der Landgraf möge Synoden anstellen und die Verfolgung verhindern. Das Lutherthum werde so schwer als das Papstthum. Es sei noth die vielen missverstandenen Schriftstellen wieder in den rechten Verstand zu bringen. Osiander habe zu Nüraberg die Marburgischen Artikel mit einer Epistel unter seinem Namen bekannt gemacht. Zürich, Bern und Basel stehe in der bewussten Handlung, wozu Strassburg noch nöthig sei. „Gnädiger liebster Herr, das ich so kistlich und fry zu Uewer Gnaden schryb macht das ich mich zu Gott versich, er habe Uewer Gnaden zu grossen Dingen erweit, die ich wol gedenken aber nit reden darff."

CXVII.

Comander Zuinglio.

Gratiam et Pacem Christi precatur. Carissime. Sunt multa, quae Te scire vellem, sed angustia temporis artatus potissima obticere cogor, nam ea non parum temporis exigunt. Tuae Editionis psalterium accepi grato animo, quo utar interim, donec excusum fuerit alterum. Si quae nova sunt pro defensione Evangelii ad nos non pervenerunt his nundinis. Causa est, quod Praefectus ille *Sanganae* [1]) Institorem illum, qui frequenter ad nos divertebat, detinuit, libellis spoliatum demum dimisit. Pontificii multas machinas struunt, Consilia addunt consiliis, et copias copiis, quo insignem victoriam nacti triumphent. Sunt autem eorum consilia et machinae inter alia isthaec: Extorserunt ex Comitiis *Spirensibus* atrocissimam quandam epistolam, admonentem tres Ligas, ut desistant a ceptis suis, et minitantem immanissima si pergant. Aliud consilium. Fertur fama, quod doctorculum illud *Badense* revocare conentur. Quod quum venerit, ut alter Helias restaurabit omnia. Ceterum Christus praedicatur apud nos, sed parum feliciter. Omnes enim quae sua sunt quaerunt, et nullus, quae Christi sunt. Attentabimus si aliquem doctum et christianum virum in locum *Salandronii* subrogare possimus. Da igitur operam, et proinde vobis de aliquo, qui etiam in linguis aliquid possit, et qui non pueris solum, sed et omnibus nobis, qui plerique rudes sumus, prodesse queat. Vale. Ex *Chur* 20. die Nov. 1529.

Comander tuus, ex animo.

---

[1]) *Egidius Tschudi.*

CXVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et pax a Christo, mi Frater. Qualis sit novus ille agon Tuus, in negotio *Marpurgensi*, non potui nuper satis intelligere ex litteris Tuis, an editurus sis quippiam in vulgum, vel privatim consolaturus fratres; illud fere operae pretium videtur. Sed quoniam ita discessimus, ut alter alterum non monitum antea scriptis ne invadat, parum dignum nostra mansuetudine censeo, qui caritate superiores fuimus. Et, opinor, id Tibi non esse in animo, nisi forte antea *Lutherani* nos lacessissent, sed ego nihil interim de illis audivi vel cognovi, nisi quantum Tu de *Osiandro* indicasti; Hoc autem, de posteriore inquam, perplacet. Sed si summam, vel exemplar ejus consolationis vel instructionis retinuisti, oro, illius copiam et nobis facito, ut possimus per omnia iisdem verbis respondere, quamvis equidem parum super ea causa solicitatus sim, accipio tamen, quosdam ex Catabaptistis et Papistis falsisque fratribus, supercilio severiore pleraque perstrinxisse, quos tamen non curo.

Porro, unus ille articulus de Ascensione, noctes ac dies me divexat, et siquidem tantum otii esset, conscriberem, quae adversus illos sunt et simplicitatem Catholicae fidei attestantur. Annon haec fatetur, corpus Christi exaltatum in coelos etiam firmamenti? Annon id negare multum fiduciae nostrae praejudicat, erroresque varios secum advehit. Ceterum, nondum mihi permittunt negotia, ut hoc saxum volutem. Sed haerebit animo. Et Tu quoque, mi Frater, rem dispicito, Dominumque orato simul, ut hunc et alios errores extirpet. Nihil hic novorum. Miramur *Bernates* tam negligentes in re *Argentoratensium* [1]). Ut video, nisi Deus sua misericordia magis tueretur nostros, quam ipsi se, sua vigilantia, ac sedulitate, pridem actum esset de eis. Cogito autem, quamdiu illud non succedit, quod negatur via qua juventur etiam alii Fratres. Tu bene vale. *Basileae* XXIV. Nov. 1529.

Oecolampadius.

Saluta fratres et nostri semper Tibi bene precantur, imprimis *Marcus* [2]).

CXIX.

Bullingerus Zuinglio, fratri carissimo.

Gratia et Pax a Deo. Fovet hic miserandus senex filium domi (quem nosti *Johannem Gingium*) paralisi dejectum, cum interim ab hoc exigatur docendi officium. Ceterum cum non ignoret, quanti referat, quem suis praeficiat, nemini arduum hoc negotium citius concredidit, atque *Zuingli* tibi doctissime pro ista tua vigilanti Ecclesiarum cura et possis et velis adminiculari. Sunt enim illic apud vos plurimi ad hasce res idonei. Obsecramus itaque ut Te nobis inprimis vero

---

[1]) In civitatem christianam recipiendorum.

[2]) *Bersius.*

ovibus Christi hac in re impendas, denique boni consulas temeritatem nostram, qua severiora tua audemus interturbare studia. Dominus Jesus Te nobis diu servet incolumem. 24. Nov. 1529.

Tuus *Henricus Bullingerus.*

CXX.

Epistola quam Anonymus Sangallensis Zwinglio scripsit.

Gratia et pax a Deo. Carissime Domine et amice, literas tuas ego aliique amici intelleximus. Scito igitur rem *Brüllisaueri*, quam maxime animadvertes, et quae ad eam spectant publicum Consilium ad Communia referre decrevisse et nos vereri ne dissideamus, quod duae rationes eam rem ad Communia referendi propositae sunt, in quarum utramque totidem pedibus ierunt, cum qui supra urbem colunt rem probent, minus autem qui infra urbem colunt. Itaque nondum scio ut res eveniat; quamquam quodcunque factum erit tibi indicaturus sum. Deus rem prosperet, quod quidem nobis opus est; nec minus tu quam maxime poteris rei consules ut adhuc consuluisti. Dedi Jovis die 26. h. m.

Carissimo Domino et amico Magistro *Udalrico Zwinglio.*

120.

Ungenannter aus dem St. Gallischen an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott. Liebster Herr und Freund. Euer Schreiben ich und ander gute Freunde verstanden und des Brüllisauers halben, wie ich eigentlich erinnere, und sonst des Handels halben ist das Mehr im Landrath worden, die Sach vor Gemeinden zu bringen und besorgen, dass wir von einander fallen, dass 2 gleiche Vorschläge unter uns worden, wie man die Sache vor Gemeinden bringen, die ob der Stadt, die es als grünt (gegründet) gut annehmen und die underthalb des andern desshalb ich nicht wissen (mag) wie es gehen, aber was da geschehen, will ich Euch wissen lassen. Gott gel Glück, das wir wol bedürfen, thut allweg das Beste, wie bisher beschehen. Dat. Donstag den 26.

An meinen liebsten Herrn und Freund Meister Ulrich Zwingli.

CXXI.

Scriba secundarius Turicensis Zwinglio.

Domine benevole carissime. *Sangallenses* socii nostri et cives Christiani Dominis meis per Legatum ex Senatu miserunt coram Senatu legendas has literas nec minus nunciaverunt quae Augustae nuper acta sunt et deinde ut antehac adjumentum et consilium petiverunt, quid sibi acceptis *Laubenbergensium* et *Surgensteinensium* tam acribus literis

agendum et respondendum sit, sibi enim facillime magnum damnum afferri posse in mercibus ibi depositis. [1]) Jam Domini mei Dominum meum Consulem *Walderum*, tres Tribunos et te elegerunt ut de hac re deliberaretis. Itaque Consulis Domini mei jussu tibi misi literas quas inspicere velis; idem tu tertia hora in curiam venire velis illos viros edoctum quid in ea re agendum sit, quo eam citius transigant.

Tibi promptissimus Scriba secundarius.

121.

Unterschreiber an Zwingli.

Günstiger lieber Herr. Es haben unsere Eidgnossen und christlichen Mitburger von St. Gallen meinen Herren durch einen Rathsboten überschikt und verhören lassen die Missif sammt etlichen neuen Zeitungen von Augsburg und darauf wie vormalen Hilf und Rath begehrt, wie sie auf solch deren von Laubenberg und Surgenstein scharf Schreiben halten und was sie antworten sollen, denn ihnen gar leichtlich durch sie ein grosser Schaden mit Niederlegung ihrer Waaren und Kaufmannsgütern begegnen möchte. Darauf meine Herren meinen Herrn Burgermeister Walder, die 3 Obersten Meister und Euch verordnet, in dieser Sache Betrachtung zu Rathschlag zu thun ectr. Also aus Geheiss meines Herrn Burgermeisters schik ich Euch die Briefe zu, die wollet besehen, und um die Drei auf dem Rathhaus erscheinen, mit Bericht was darin zu handeln, damit man desto ehe grech werde.

Euer gutwilliger Unterschreiber.

CXXII.

Anonymus Zwinglio. [2])

Gratia et pax a Deo. Carissime Domine et amice. Ad ea quae scripseras nihil aliud habui quod monerem, nisi me cum *Francisco Müller* ipso locutum esse et ex eo ista exquisivisse. Qui nihil aliud confessus est, nisi se *Brunnero* Capitaneo et Tribuno dixisse, Abbatem illum literis tuis commemoratum apud Consilium publicum Commitatus *Doggii* fuisse (id quod revera factum est), et literas legi jussisse, quibus exhibeatur conditio quae ei intercedat cum *Doggiis*, eundem deinde nobis multa bona promisisse et jussisse, ut sibi optima faceremus seque Dominum agnosceremus etiam ut sibi Legatum ex Consilio *Vilam* ad concilium mitteremus. Ubi ei in summa responsum sit: nos cuique facere, quae debeamus, ipsum autem adhuc nobis minime morigeratum esse; quamquam *Franciscus* se putavisse, inquit, Abbatem antequam ex conclavi exierit *Doggiis* mille coronatorum

---

[1]) De qua causa primum ad coenobium et Abbatem nunc autem ad civitatem *Sangallensem* quoque pertinente et minus nota cf. Zwinglii: Deutsche Schriften vol. II. parte 3 pag. 65. 66.

[2]) Ex ditione Abbatis *Sangallensis*,

per Legatum daturum fuisse; quamquam ille non dixit, Abbatem sibi hoc dixisse. Idem *Franciscus* ille dixit, se scire, Abbatem sibi mihique plus quam centum coronatos dedisse ut optimum faceremus, quamquam de eo actum iri quasi eum contemnant, idque se non ab Abbate ipso audivisse, qui nihilominus profiteatur, se tamen acturum esse ut probum virum et popularem, etsi sibi multa injuria allata sit. Itaque *Franciscus* quidem mihi bono consilio dixit, me autem vetuit cuiquam dicere, Abbatem sibi donum dedisse. Qua in re acquiescamus quippe quae ei damnum afferre possit. Hoc autem palam dixit: Abbatem si in hoc munere permanserit sibi praefecturam daturum esse. Quae ut ita sint, tamen nihil aliud nisi eum a nostra parte stare intelligere possum. Denique Deus tibi consulat etc.

122.

Ungenannter an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott. Liebster Herr und Freund. Euerm Schreiben nach weiss ich nichts Anderes zu erinnern, dass ich mit Franz Müller selbst geredt und gefragt. Ist nicht anders kanntlich, dann dass er zum Hauptmann und Meister Brunner geredt, wie der vermeint Abt vor Landrath gewesen, als auch geschehen seine Briefe hören lassen, darauf uns wie Guts irgend erboten, und geboten, ihm das Best thäten, ihn für einen Herrn zu kennen, ihm auch einen Rathsboten gen Weil auf den Tag zu geben. Da ihm Antwort worden. In summa: dass wir jedermänniglich thun das wir schuldig, dass er nun nicht zu gefallen gelebt. Da er vermeint, dass er der Abt der Landschaft 1000 Kronen, da er aus der Stuben gangen, gegeben hätte, dass ihm der Bote zugegeben wäre; und aber nicht geredt, dass ihm der Abt solches gesagt. Er der Franz auch weiter geredt, er wisse, dass er nun ihm und mir wol 100 Kronen gegeben, dass wir das Beste thäten. Werden treiben als auf sein Vermeinen, nicht dass ers von ihm dem Abt gehört, da sei aber nicht minder, er gebe aus ectr. Wölle aber nicht destominder thun als ein guter Landmann und Biedermann, wiewol ihm viel zugeführt sei. Nun hat er, der Franz, mir wol in Rathsweis gesagt, mir verboten zu sagen, dass er ihm eine Gabe gegeben, das lassen unterbleiben, möcht ihm Schaden bringen. Und aber das redt er öffentlich, wann er Abbt bleiben, wolle er ihm eine Vogtei geben. Nun kann ich dennoch von ihm nicht anders verstehen, dann dass er auf unserer Seite sei. Hiemit pfleg euer Gott ectr.

Meister Ulrich Zwingli meinem liebsten Herrn und Freund.

CXXIII.

Ambrosius Blaurerus Zuinglio.

Gratia tecum. *Rothwilenses* proscripti, quibus anxie consultum cupio, clarissime *Zuingli*, causam suam, alias tibi commendatissimam, per me quoque commendari tibi votis omnibus volunt. Non potui igi-

tur officium negare afflictissimis hominibus, quos nemo, vel humanae aequitatis, ne dicam christianae honestatis amantior, non pronunciabit iniquissime propulsos, ut plane commiserandum sit, tantam tyrannidis licentiam usquam apud *Germanos* in hunc modum, qui vere modo caret, grassari. Age igitur, mi charissime frater, pro illorum pariter et mea fiducia, quam in hoc certe negotio, juxta Deum, maximam in te collocamus, omnia experire, nihil non tenta, apud tuos simul et alios, ut optimi tandem a pessimis vindicentur. Longissima est miseris mora, quod omnes propemodum periclitati sint, planeque, si paucissimos exceperis, amiserint. Felices sibi viderentur, si jure possent experiri, praeter jus et fas oppressi; sed nec sic audiuntur a suis, quo magis omnibus aliis habenda est ratio innocentiae, ne ultrix Dei oculus, in universos gravissime desaeviat. Bene ,vale, carissime *Zuingli*, et in bonam accipe partem, quod rei, cujus per te studiosissimus es, admonere tamen te volui, sic enim flagitarunt miserorum miserandae voces. Salutat te *Zuiccius* noster cum germano fratre meo *Thoma*. Saluta omnes fratres. De nostris et multis aliis rebus copiose tibi indicavit hic carissimus frater noster *Simpertus* [1]), homo singulari Dei Zelo vehementissime flagrans. Ex *Constantia*. Cal. Dec. 1529.

Tuus *Ambrosius Blaurerus*.

CXXIV.

Hieronymus Guntius Tiberinus [2]) Zuinglio.

Salve. Vix crediderim, mi *Zuingli*, absentis tametsi corporis praesentem animum tam irreconciliabilem esse posse. Quoties enim Te mente contemplor, atque eandem frustrantur oculi, incredibile est, quo dolore afficiar. Ad Te porro, qui orbo mihi semper dilectissimi parentis loco fuisti, de multis, ut jussisti, liberius perscribam, quam plurimum libertatem eam et Tibi et aliis bonis Viris minus offendiculo futuram esse sensero. Hactenus in Te tantam severitatem morumque gravitatem expertus sum, ut me ipsum in hac aetate, his praesertim moribus constitutum, nescio cujus protervae vehementiae seu juvenilis ardoris insimulaveris, eum quamvis saepe tuo hortatu restinguere non mediocri opera anniterer, invenio tamen nunc me tum majestati tuae potius, quam ut exquisitiore ista emendatione opus fuisset, obsecundasse. *Christophorum Froschoverum* saepius solicitavi, ut Tibi Sallustium compararet, et quia scirem adhuc Tibi ab illo non comparatum esse, *Basileae* illum vili hac pergamena forte compactum emi. Si velis *Michael* ille *Christophori* ornatius multo compinget. Sallustius igitur quoniam per se Tibi gratus est (neque enim pro tua severitate vel mei caussa, quod ego illum mitterem, gratior esse poterat, dono daturo, namque et Te non propter me, sed propter Temet diligo. Id

---

1) *Schenk.*

2) Qui edidit, interpretatus est et vertit plurimos libellos Graecorum scriptorum, nec minus graeco-latina biblia sacra.

quod Aristoteles, dixit: *Χρηστὸς φίλος ἅ οἴεται ἀγαθὰ εἶναι ἐκείνῳ πρακτικὸς ἔστι αὐτῶν δι' ἐκεῖνον.* Liberos tuos salvos cupio. Vale. *Basileae* 6°. Idus Dec. 1529.

Hieronymus Guntius Tiberinus.

CXXV.

Zuinglius dilectis in Christo fratribus Bernensibus.

Gratiam et pacem a Domino. Brevibus quaedam vel diluam, vel declarabo, Fratres charissimi: quae vos eo diligentius cum *Rellicano* expendatis, quo nos magis cogimur ab occupationibus paucis rem agere.

Fidem requiri in baptismo. [1])

Hic manifestum est, fidem intelligi oportere, quam ecclesia habet; non quam habet qui baptizatur; etiam si requiramus a baptizando adulto, an habeat eam fidem quam ecclesia habet. Ratio. Nam si neminem liceat baptizare, nisi eum de cujus fide nobis constet; iam neminem audebimus in perpetuum baptizare; nulli enim mortalium constat fides alterius; id enim solius Dei est, ut in Regum historia continetur, Tu solus nosti corda hominum, etc. Fit ergo manifestum, quod cum dicimus fidem requiri in baptismo, fidem absolute capi, nempe pro ipsa religione Christiana; videlicet quod is qui baptizandus est, religionem Christianam fateatur, et ei velit inseri externo signo. Quod autem oporteat quemque ipsum fateri, id nuspiam est per exceptionem in scriptura cautum, hoc modo, Qui ipse non postulat inter Christianos inseri, ne baptisator. Quin potius dum exempla consideramus, videlicet quoties fides sit expresse postulata; jam videbimus multo saepius ecclesiae insertos esse per parentum confessionem, quam per propriam; Isaac enim, Jacob, Joannes, et Christus ipse, per parentum confessionem, externo modo sunt inserti ecclesiae, et omnes quotquot die octavo sunt circuncisi. Externam autem insertionem voco baptismum, quo modo homo dat baptismum; nam qui hunc accipiunt, censentur inter Chsistianos. Fieri tamen potest, ut etiam adultus (quo modo de Catabaptistis liquido patet) fidem et confiteatur, et postmodum baptizetur; attamen sit filius diaboli. Non ergo recipitur quisquam baptismo ad istam ecclesiam, quae est sine ruga et macula, sed ad externam istam, quam nos videmus. Invisibilis est autem ecclesia vere credentium, ut jam patuit; quia solus Deus novit corda; visibilis est autem ea ad quam nos recipimus. Constat igitur visibilem quoque esse nostram receptionem, ad ecclesiam, puta quod eos recipimus visibiliter ad consortium et sodalitatem nostram, qui visibiliter aut sensibiliter judicantur digni esse nostro consortio; puta, si ipsi fatentur fidem, et signum exigunt, aut si parentes exigunt et fatentur. Nec obstat, quod Catabaptistae perhibent neminem debere baptizari, nisi qui ipse fateatur; et id probant Philippi sermone, qui ad Eunuchum dicit, Si credis, licet. Quicunque enim adultus baptizari cupit, necesse habet ut ipse fateatur. Jure enim

[1]) Cf. ep. *Kolbii* ad *Zwinglium* d. 21. Oct. ep. CXII.

qui petit, causam cur petat ipse quoque addit. Infans autem cum ipse non possit petere, neque fateri potest. Quemadmodum enim per alium petit, ita et per alium fatetur. Nam quod ad fidei certitudinem attinet, nec de illo certi sumus qui ipse fatetur. Judas, Simon magus, Alexander χαλκούς, et id genus falsorum fratrum confessi sunt, sed fidem non habuerunt; erat enim Judas hostis ac diabolus. Cur igitur baptizati fuerunt? cum non constaret de illorum fide. Satis ergo fuit Apostolis externa confessio; judicium enim interni hominis, cum solius Dei sit, non potest a nobis alia ratione comprehendi, quam externa confessione, vel fructuum experimento. Haec autem cum per hypocrisim fieri, et idcirco nos fallere possint, constat quod incerti sumus de adultorum baptismo. Sed de infantium, qui ex Christianis nati sunt, et ecclesiae ad baptizandum oblati, certi, certi. Id autem duplici nomine, uno quod peccare et dissimulare non possunt. Peccare intellige hic, pro contra legem facere; nam quod originalem morbum tenent, non ipsi peccaverunt. Non possunt ergo infantes ecclesiam fallere, quo modo adultus. Altero vero, quod per promissionis vim, Christianorum liberi non minus sunt de ecclesia Dei, quam filii Abrahae, qui secundum carnem nati sunt. Ex 10. (?) recumbent cum Deo Abrahae, Isaac et Jacob: Matth. 8. Quod autem infantes per alios offeruntur, hoc male habet Catabaptistas, sed ideo quod non considerant, cum quod paraliticum aliquando cum offerrent Christo quidam, ipse ad afferentium fidem respexit; tum quod non vident, fidem absolute hic accipi pro ipsa religione, non pro cujusque fide privata. Si legissent Augustini epistolam ad Bonifacium, jam melius de hac re et cognoscerent, et pronunciarent. Legite charissimi Fratres, (nam citra arrogantiam ad nostra remitto) eum divinae electionis, vocationis, et justificationis ordinem, quem ex Pauli verbis in elencho Catabaptistarum tractavimus, et jam videbitis nos perpetuo nobis esse similes, et ad hoc natos ut demus gloriam Deo, ut veritatem a quoque perinde ac lucem accipiamus: modo vera sint quae monet, modo non ille sic seductus sit male, ut in medio errore palpitans velit nos secum perdere. Hinc videtis, neque pontificibus nos adsensum, neque Catabaptistis insaniendi copiam suppeditavisse. Quamvis interim commonitos vos velim, locutiones quasdam nos admisisse, quod Apostoli et prisci autores eodem modo locuti sint: quamvis alium intellectum habuerint, quam verba ipsa sonent. Sacramentum altaris saepe vocant veteres, ideo quod et Paulus ait: Aram habemus, de qua non licet edere iis, qui, etc. Caetera *Jodocus* ipse exponet. Nec solliciti sitis de hominis ingenio; fideliter tacet, quae ex fide illi sunt credita. Valete, et sancte, prudenter, ac fortiter agite, ad quod vocati estis. Tiguri 9. die Decemb. 1529.

CXXVI.

Johannes Rhellicanus Zuinglio.

Salutem et conscientiae pacem per Christum. *Gaspar Megander* et tuum et collegii Canonicorum consilium, *Huldrichi Trincleri* lite-

ris ad ipsum perlatum communicavit, quippe quum *Zinggius Zurzachensi* ecclesiae praelectus sit, operae pretium fore, ut ipse ad vos redeat. Quod mihi duplici de causa incommodum videtur. Principio namque quum tres hic verbo hactenus praefuerint. *Franciscus* [1]) homo quidem pius, sed literis non usque adeo excultus, tamen pro virili sua, et juxta spiritus sui mensuram, interiorem hominem sedulo docet. *Bertoldus* [2]) vir et pius, ac mediocriter latinis literis, ut scis, imbutus, in publicis vitiis castigandis sedulus est, at pro ingenii sui modulo, lenius fortassis pharmacum aliquando inveterato morbo adhibet, quam res postulet. *Megander* autem linguis mediocriter instructus (id quod citra adulationis fucum dico) satagit sive opportune, sive importune, aspere vel leniter aliquid tractandum sit. Proinde meo judicio Ecclesiae *Bernensi* non bene consultum esset, si *Caspar* tam cito hinc solveret. Non enim facile similis in locum ejus restitui posset, qui tam solers, perspicax, acerque sit. Deinde, ut maxime talis inveniatur qui similis ei in concionando sit, tamen non quivis caussis matrimonii audiendis et praelectioni Hebraicorum Bibliorum satisfacere aut posset aut vellet. Adhuc timendum esset, ne si praemature abiret, futurum esset, ut linguarum professio ac studium pessum iret. Nam si Senatus alium verbi ministrum conduceret, qui praelectioni Bibliorum aut par esse (ut dixi) non posset, aut vellet, ab Hebraicarum literarum professore arcessendo penitus abhorreret. Quicquid enim non statim a primis Evangelii incunabulis super re literaria decretum est, difficulter impetraretur jam a Senatu populoque. Haec, mi *Zuingli*, non eo animo ad Te scribere cepi, ut de Evangelistis nostris censuram agerem, sed ut hoc modo Ecclesiae nostrae statum melius cognosceres, neve bonarum literarum (quarum qualiacunque hic fundamenta jecimus) studium intereat. Ubi vero et Verbum Dei et bonae literae radices hic egerint, tantum abest, ut judicem, *Megandrum*, si res postulet, non revocandum, ut et ipse, si major mei usus isthic fuerit, quam hic, redire nequaquam recusaturus sim. Vale. Ex *Berna*. 13. Dec. 1529.

Qui hic Verbo praesunt, et Te et tuos Collegas salvere jubent. Denuo vale una cum tota domo tua.

Johannes Rhellicanus, tuus in Christo frater.

CXXVII.

Capito Zuinglio.

Salve. Quid nunc audimus? Volunt jam excipere vestri, quas excipi a suis non sustinent? Qui fit, ut non et nobis cum foedus solidum iciatur aut quaerantur caussae, ut nos repellamur? Quod non minus vestro, quam nostro volent malo quicunque id volent. Neque enim patent vos posthac tam levi manu, ut non et equitatu, qui hic a *Candido* [3]) venire facile potest, et tali tamque

[1]) *Kolbius.*
[2]) *Hallerus.*
[3]) Principe Hassiae scil.

instructa arce, opus vobis futurum sit. Si Christiani quoque sumus, non debent a nobis paria, qui vobis tam impares sumus, sed quae sint pro nostra portione postulari. Illa quoque disputatio, quomodo utantur vestri his, quae collocabuntur *Basileam*, quam intempestiva est. Cum ne comminisci quidem casus possit hac tempestate, ut vel vos sine nobis, vel nos sine vobis, si modo juncti fuerimus, petamur. Qui autores sunt hujus tam perniciosae cunctationis, a quovis potius, quam bono spiritu aguntur. Utinam boni apud vos non cum *Gallis* et *Italis* sed cum vere *Germanis* se rem habere agnoscerent. Nostri multis succubuere vitiis, sed hic tamen perstitit apud eos hactenus et fides et humanitatis cultus, ut facta eorum promissis semper fuerint prolixiora. Nunc a fratribus, si agnoscerent eos vestri, nihil nunquam non acciperent, quod nostri praestare et vestri petere possent. Eoque vellent nostri omnia etiam verbis quam simplicissimis comprehendi. Potueratque cum annuerint tam liberaliter omnia et suum modum, si non superarint, certe abunde impleverint, condonari eis illud de pulvere etc. Cum non sit expectandum, ut ulla incidat vobis utendi ejus caussa, quae non sit et nostra, sed et hic cedent nostri, suique similes erunt, non dubito. Tantum patiantur vestri et suam facilitatem ac humanitatem sese nostris nonnihil exercere. Tantum moras rescindant, cum tam festinato opus sit. Undique cottidie amici monent, totam fere in nos *Europam* conspirare, adhuc tamen adeo nihili tricas non rumpimus, quas solvere tempus negatur. Nec puto vos dubitare, tanto vos petendos priores, quanto estis aliis et libertate potiores et viribus hosti magis formidabiles. Per Christum itaque Te oro, cures tandem confici, quod non minus vobis, quam nobis, ac toti Christi regno saluti futurum est. Bene vale et adeo tuos noli posthac desiderio tuarum literarum adfligi tamdiu. Saluta fratres. Salutant Te nostri. Nondum rediit Comes ille noster a *Candido*. Datae die 14. Dec. 1529.

Tuus quem nosti, laborans ex oculis aliena sum usus manu. [2])

CXXVIII.

Bucerus vel potius Jacobus Sturmius Zuinglio.

Gratia et Pax. Tuum erit, mi *Zuingli*, curare, ut Colloquio mutuo, qui opinionibus et sententiis pares sunt, adjunctius sibi cohaereant. Id quod utrinque cupimus, aegerrime tamen succedit, cum malo nostro maximo. Nam inimici vigilant, qui procrastinationem nostram non solum institutam telam accurate perspiciunt. Sic rumor, per sermones hominum circumfert, quae nos inter abditissima secreta putamus retenta esse. Juxta oeconomiam paritas erit, ubi tuae partes justo liberaliores Tibi videntur. Aequabile pondus, qui communem diligit utilitatem, nullus detrectat. Sed ut Pomilioni opus imponatur, congruum viribus Herculanis, nemo aequum dixerit. Etsi sperassem, pro

---

[2]) Epistola est *Capitonis*.

suo quemque nisi commune periculum propulsum avere, adeoque ne nunc quidem despero, nisi quod remoras injiciat Satan ex inopinato. Pulveres bombardicos privato discrimini frustra exigitis, cum nullum nisi commune omnibus hac tempestate immineat. Ad haec nosti, quid animi futurum, ubi secus caderet, ac quam facile tui a meis quidvis impetrarent: Precibus liberalibus nihil sibi conglutinati animi denegant. Ab initio non opus est anxius omnia efflagitasse. Nimium emungitis vereor, ubi ad fidem praestandum ventum fuerit, locus erit urgendi, pro viribus ut quisque conetur. Nos haud postremi erimus. Modo praestaret rem dilucide et paucis definitam, hostibus fieri perspicuam, ut saevitiae cogitatio aliqua objiceretur. Quod si cujus amicitiam peto, contra certissimos meos hostes petere certum est. Quos Tu mihi verbis eximere videris, utut revera perditos esse utrisque praestaret. Praeclare sint scriptae foederis conditiones, alioqui alius alii se minus obnoxium putabit. Atque in periculo aliquis supra scripto intelligendo facile disputabit, ubi locus dubitandi superest. Quid tum? Nihil aliud, quam quod hostis priores interea occupat. Sodalibus malignis alia quadam ratione obviam ibitis, quos unos licet dum libet securitati tuae anteponas. Atheniensium Respublicas in foedere cum Civitatibus Graeciae ineundo, Philippum Macedonem, qui solus hostis timetur, eximet. Quid istud consilii? Quae cautio est? Illud vereor, ne succedat orsus noster, nisi nonnihil ipse demiseris de tua sententia, prope dixerim inepta, certe insalubri ac periculosa, quod pace tua dixerim. Nonne satis perspectum, ubi convenit disertis verbis, ut alius alium impendente modo malo obnixe defendat. Quid Pontificibus, Caesari et Perdinandis cum his pacis consiliis commercium? quorum impetus solum timetur. Reguli reliqui, et mollis omnium Episcoporum turba ne tantillum quidem omnibus incumbentes nervis officerent. Talium putas fucorum caussa hujusmodi primum captata provectaque hactenus consilia. Nulla facile Respublica ab illis sibi metuet. *Comes ab Hoheloë* germanus, qui a *Gallis* huc pridem rediit, invulgat neque incredibile neque inexspectatum foedus, quod in *Elvetios* et Respublicas ab Evangelio stantes moliuntur Monarchae, nempe *Pontifex Romanus*, *Caesar*, *Gallus*, *Ferdinandus*, *Stephanus a Gyss* [1]) *Lotaringiae Ducis* frater. Non deerunt reliqui Episcopi, neque impediet eventus aliquis tam tetrum ac funestum consilium, nisi *Turcus* perrexerit, adeo se confirmarunt adversus libertatem et Evangelium. Et nihilo secius vos tantopere cunctamini? Ab his devictis facile aditus ad nos patere arbitrantur, qui malo viciniores et invidiae magis expositi sumus. Fac harum rerum memineris. Si quis super his rebus tractaturus istuc ex nostris diverterit, ne committatis, ut discedens in medio rem ambiguam pendere sinat. Sanis iisdemque obfirmatis consiliis opus est. Vale. 15. Dec. 1529. Salutat Te comes nuper [2]) tuus, item communes nostri convivatores etc. n — Rescribe an has acceperis et satis intellexeris.

Tuus quem nosti *Urbanus* ex ub.

---

[1]) *Guisius.*

[2]) Ad colloquium *Marburgense* euntis.

CXXIX.

Bucerus Zuinglio.

Salve, observande *Zuingli*. Quod consideramus, quantum boni pendeat, a nostra societate, et multa inter os et offam, id in causa fuit, ut nuper scripserimus tam anxie. Statim autem admoniti sumus, rem habere melius, et vestros, quae metuebamus, non moraturos. Condona itaque nostram in illis literis vanam sollicitudinem, quamquam nec adhuc omnem ponere possumus, re nondum confecta penitus. [1])

Adolescens hic (si modo ad Te pervenerit, nam, si licebit, *Basileae* haerebit) filius est dispensatoris Collegii *Divi Thomae*, hominis docti et pii, cupitque operas suas collocare sartori alicui, artis hujus satis perito, sed simul pio. Si potes, ad id juva eum, id abs Te orat ejus parens tui observantissimus oro et ipse in gratiam amici. Vale. Salutat Te *Krebsius*, *Bernardus Fridrich* et fratres. Pridie Natalis Christi. 24. Dec.

M. *Bucerus*, tuus.

CXXX.

Laurentius Cellarius Zuinglio.

Salutem. Vitae et conversationis, *Zuingli* carissime quoad mecum vixit, testimonium pene extorquet a me *Michael a Huttwilen*. Nosti hoc quod dedi, aliud ferre non possum. Ut vidi et audivi, sic testimonium do. Utinam nihil mali haberet caussa ejus, si vero quid mali nutrit, clam, me nesciente, habuit. Dii bene vortant. Vale per Dominum Jesum feliciter. Ille Te servet nobis incolumem. Raptim ex *Stammheim* die Stephani 1529.

Laurentius tuus *Cellarius*.

CXXXI.

Udalricus Dux Wirtembergensis Zwinglio.

Doctissimo, eximio, carissimo Domino nostro Udalrico Zwinglino Evangelico Praeceptori Turicensi.

Udalricus Dei gratia Dux Wirtembergensis,

Tibi ante omnia plurimam salutem adscribimus. Vir doctissime, eximie, carissime. Secretarium nostrum *Jacobum Grems*, qui has literas tibi pertulit, tecum agere jussimus de qua re ex ipso audieris. Quare clementer te rogamus, ut ei in hac re aeque ac nobis ipsis fidem habeas et te benevolum praestes ut te praestiturum confidimus. Cujus officii tibi pro gratia nostra memores futuri sumus. Dedi *Cassellae* die Johannis Evangelistae 1529.

Udalricus Dux Wirtembergensis.

[1]) Cf. ep. CXXVIII.

131.

Ulrich, Herzog zu Wirttemberg an Zwingli.

Dem Hochgelehrten, unserm lieben, besondern Herrn Ulrich Zwingli, evangelischen Lehrer zu Zürich.

Von Gottes Gnaden Ulrich Herzog zu Wirtemberg.

Unsern Gruss zuvor. Hochgelehrter, lieber, besonderer. Wir haben unserm Secretarien, Jakoben Grems, Zeiger dieses Briefs Befehl gegeben, etwas mit Euch zu handeln, wie Ihr von ihm zu vernehmen; gnädiglich begehrend, Ihm in solchem diesmals gleich uns selbst Glauben zu geben, und unserm Vertrauen nach gutwillig erzeigen. Wollen wir gnädiglich gegen Euch erkennen. Dat. Cassel am Tag Johannes Evangelist 1529.

Ulrich Herzog zu Wirtemberg.

CXXXII.

Jacobus Ottherus Zuinglio.

Optimo suo Praeceptori, Ulrico Zuinglio, Episcopo Tigurino in manus.

Gratia Christi Tecum. Venit ad me praesentium lator, optime Praeceptor, hac eadem hora, quando jam concionandum mihi erat, neque voluit exspectare opportunitatem scribendi. Quapropter uno verbo, quod volo, accipe. Revocant me *Solodorenses*, jam binis literis ut respondeam, primae meae vocationi, multis argumentis hortantes, quibus quid sit respondendum ignoro. Tu, quem Patris loco veneror, num sint relinquendi *Arawienses* (etiam nonnullis ex plebe fortissime reclamantibus) et vocationi illi primae parendum, uno verbo itidem declarare non dedigneris, hoc eodem latore, quem coram cernis, ut habeat fluctuans mea conscientia, quo nitatur, nempe consilium tuum, quod profecto oraculi loco habiturus sum. Vale ex *Araw* 27. Dec. 1529.

Tuus, *Jacobus Ottherus*.

CXXXIII.

Petrus Scudus (Tschudi) Zuinglio.

Memini humanitatis, qua me dudum excepisti, doctissime *Zuingli*, tum etiam officii rerum *Italicarum* transscribendi a Te mihi *Tiguri* injuncti, quod hactenus revera, ob rerum taciturnitatem exequi non licuit, adeo namque tacite apud *Italos* latet *Caesar*, ut ne *Italis* quidem ipsis satis constet, quidnam moliatur. Quae autem certo scrutari potui, nec fide nec opera defui. Is namque semper animi erga me Tui candor fuit, ut multo etiam bis majora praestare debeam. Brevibus ergo rem accipe. *Carolus* Imperator superioribus diebus, cum *Flo-*

---

1) Cf. ep. XXXIV.

rentinis, quas obsidione cinxerat, pacem firmavit, ea potissimum conditione, ut Florenorum 600,000 Coronatorum persolverent. Quae quidem cum ab omnibus rata firmaque censeretur, en *Pontifex Romanus* (ne suo deesset officio, ut omnia fere Pontificum ingenia ad bella scindendamque totius Orbis tranquillitatem prona fuere) tantum calliditate praevaluit, ut pacem eam penitus irritam fecerit, Caesaremque, ut renuntiatis pacis conditionibus, rursum *Florentinis* bellum indicere persuaserit. Latere enim Te non arbitror, quo *Papa* in *Florentinos* semper odio flagret, ob ejectam nimirum olim familiam inde suam, quos modo sub suum denique jugum ac tyrannidem cogere studet. Caesar autem, ut Pontificis cupiditatibus obtemperaret, exercitum eum, qui *Neapolis* hactenus egit evocavit. *Florentini* vero habita exercitus ejus certa exploratione, qui nunc in proximo erat, facta a civitate clam eruptione Duce Signoro *Rentzio* improvise diluculo ipsos adorti, ad sex fere millia ceciderunt, ceteros vero ad septem et ultra Italica milliaria ab urbe sua profligarunt. Quae quidem res cum graviter Caesarem animo discruciaret, Caesar minime amplius viribus suis confisus, ut utrosque simul et *Florentinos* et *Venetos* (quorum Civitatem etiam *Bergomam* obsederat) debellaret, cum *Venetis* (necessitate forte coactus) inducias trium mensium fecit, exercitumque eum, quo *Bergomam* obsederat, soluta obsidione, contra *Florentinos* nunc duxit. Jamque vulgo apud nos fertur, *Florentinos* decies fere Caesarei exercitus strenuam sustinuisse oppugnationem, idque strenue. Habent enim apud se copiam militum, quos Cursicos vocant, supra modum rerum bellicarum peritos, eosque audacissimos, simul ac fortissimos. Quis autem ibidem rei futurus sit exitus plane incertum. Ubi vero primum certi quippiam ad nos perlatum fuerit, ego studiose simul ac citissime singula Integritati tuae perscribam. Nunc autem factis cum *Venetis* induciis, constans omnino fama est, de pace etiam inter eos et Imperatorem tractari, frequentemque *Venetorum* legationem apud *Caesarem* degere. Intelligit nimirum humanitas tua, quid meditetur *Caesar*, nimirum ut tranquilla pacataque facta *Italia*, omnes deinde vires impensas conatusque suos, solae *Germaniae* ad libidinem suam cogendae, impendat. Omnibus enim fere *Italiae* Principibus Proceribusque reconciliatus est, omnesque eos, qui prius ob indignationem suam ab *Italia* exulabant, patrio juri possessionibusque restituit. Duci quoque *Francisco Sfortiae*, qui superiori anno ad *Venetos* defecerat, Ducatum *Mediolani* restituit. Mitto hic Tibi descriptionem apparatus, quo Imperator *Bononiae* exceptus fuit, in qua satis Humanitas tua intelliget, quo fastu quibusque Ceremoniis, egregie Antichristo congruentibus, se mutuo prosecuti sint Imperator et Pontifex. Habes, doctissime *Zuingli*, quae hactenus privatim publiceque experiri potui, quae si forsan secus acta posthac deprehendantur, nolim certe fidem apud Te meam ob id vanam levemque aestimari. Scis enim cujusmodi in vulgo malum sit fama, quae vires eundo suscipit. Jam superest, ut Integritas tua me amicorum suorum albo inscribat, id quod ex animo cupio, ac veterem aliquando inter nos mutuo scribendi consuetudinem renovet. Quae etsi ad annos nunc aliquos per silentium neglecta fuerit, ego certe,

quantum mei fuerit officii, nunc assidue resarciam. [1]) Proinde, si quid rerum habes novarum a *Capitone Argentinae* aut *Oecolampadio Basileae*, imo ceteris quoque *Germaniae* civitatibus, id nobis quaeso Integritas tua, confratribus communicet. Earum nempe rerum percupidissimus est *Comander* noster et *Nicolaus*, [2]) ceteri quoque evangelicae veritatis studiosi. Deus O. M. Te diu servet incolumem, una cum Ecclesia tua *Tigurina* vere pia et christiana. Vale. *Curiae Rhetiae.* 27. Dec. 1529. D. *Leonem*, *Jacobum Ammannum*, *Hilarium*, *Pellicanum*, *Myconium* immo totam apud vos Ecclesiam salvam cupio. *Collinum* e *Venetiis* reducem expectamus, quem nulla certe humanitate beneficentiaque, cum hic esset, prosequi potuimus, adeo enim per totam civitatem febris illa Anglica invaluerat, ut omnes passim aegris curandis consolandisque operam navarent. Quo quidem in negotio *Comander* Ecclesiastes noster, *Nicolausque* tantum evangelicae pietatis specimen praebuere, ut permulti ante Evangelio infestissimi, nunc ob illorum fidem ac diligentiam Evangelio aures praebere incipiant.

Inscriptio: Huldrico Zuinglio evangelicae veritatis dispensatori.

CXXXIV.

Fragmentum Epistolae Zuinglii ad Cunhardum Somium?

Cunhardo S.... (Somio) fratri suo carissimo.

Gratiam et Pacem a Deo. Metitis nunc, proh dolor, fructum studiorum vestrorum. Hunc Caesarem expectastis, hunc recipite, qui haud dubie non tantopere coleret Ecclesiam, nisi sub hujus praetextu Libertati Urbium inhiaret. Adperite igitur Oculos, non tantum quaeritur Pontifici Romano, quantum privatis hominibus, nisi me fallit animus meus. Dudum veritus fui, sub defensione Ecclesiae quaeri urbium oppressionem ac libertatis ademptionem. Sed surdo fabulam narro, non tibi, sed vestrati populo, qui Romanum h. e. peregrinum imperium adeo superstitiose colit, ut nesciat, an ulla unquam gens tam stulta fuerit, ut tyrannum capiti suo imposuerit, eumque longe petitum. Quid enim Germaniae cum Roma? Cum ne sacerdotes quidem Romani illum in urbem ac tecta recipiant. Expende hunc rithmum:

Papstthum und Kaiserthum
Die sind beide von Rom. Cetera desunt.

Nota Simleri.

In titulo adscriptum est: „Anno 29 satis helvetice scripta contra Romanum imperium. Pure tamen ac fortiter" (reliqua legi amplius nequeunt).

Et ibidem exstat: „Non debent haec imprimi."

---

[1]) Cf. ep. 3. a. 1516 et 40. a. 1523.
[2]) *Balingius.*

Fragmentum Epistolae *Zuinglii* (non ad *Pellicanum*, ut quidam autographo, quod *Pellicani* erat, adscripsit) ad *Cunhardum Sohmium*, *Ulmensium* Pastorem. V. *Sohmii* Epistolam ad *Bucerum* 22. Dec. 1529.

CXXXV.

Christannus Kranz Zwinglio.

Gratiam et Pacem per Christum. Carissime Magister *Udalrice*. Cum ego non minus quam alii sacerdotes multum vexatus et agitatus, postremo etiam privatus Parochatu et nonnulla fortuna e *Thurgavio* expulsus essem, Deus nunc rursus suam potentiam et gratiam ostendit idolis et eorum cultoribus devictis, quamquam ibi adhuc magna inopia christianorum concionatorum est. Quamobrem ad te misi filium meum *Hieronymum Kranz* examinandum arte et moribus; qui si populo prodesse et Dei honorem propagare posse vobis visus erit, mihi gratissimum factum erit. Etiam ex *Petro Graf* et *Michaële Schlatter* viris clarissimis et tibi carissimis qui sint mores mei filiique mei comperire poteris; tu igitur de nobis agere velis ut soles de hominibus tibi deditis, nec minus mihi aperte dicere, si audieris, me *Hallovіensibus* magis prodesse et Deo probatiorem esse posse quam fortasse sim. Tu idem scito *Benedictum* [1]) *Sangallensem* impediisse quominus audirem filium meum palam loquentem, quod tamen multi nostrorum cupiverunt, nisi prius impositionem manuum accepisset. Etiam te quam maxime rogo, ut me certiorem facias, si scias, ut *Argentorati* actum sit de *Guilielmo*, [2]) qui catabaptista fuit et hic paene universum populum baptizavit, cui adhuc multi student, quamquam major pars se receperunt; eundem te rogo, ut hunc filium meum interroges de me Parochatu pulso et parte bonorum privato: parte autem mihi interdictum est: sed nunquam mihi ulla lex servata quin etiam in causa mea jam ad sex menses cessatum est, quamquam primum Dominos meos *Schaffhusianos* deinde *Turicenses*, *Bernates*, *Sangallenses* appellavi, et si Abbati *Owiensi* adversario meo nulla civitas Helvetiae probata esset, me apud *Constantienses* causam dicturum esse spopondi. Nihilominus usque ad hunc diem parte bonorum interdictione, parte vi privatus sum; quamobrem per Deum consilium a te peto, ut jus consequar. Dedi Hallowii 1529. *Christannus Kranz.*

135.

Christannus Kranz an Zwingli.

Gratia et Pax per Christum. Lieber Meister Ulrich. Nachdem und ich und andere Priester, nach vieler Durchächtung zulezt gar aus dem Thurgau getrieben mit Beraubung meiner Pfrund und etlicher

---

1) *Burgauerus* nunc concionator *Scaffhusanus*.
2) *Röubli* cf. ep. 8. a 1527.

Hab und aber jezt Gott seine Stärke und Gnad erzeigt wider die Abgötter und ihre Diener, aber noch viel Mangel daselbst an christlichen Predigern. Hierum schik ich Euch meinen Sohn, Jeronimum Kranzen zu examiniren seine Kunst, Zucht, Wandel und Wesen, ob der Euch gefiele, dem Volk nuz zu sein, die Ehre Gottes auszuspreiten wäre mein Gefallen. Ihr möget auch erfahren bei Herrn Peter Grafen und Michael Schlatter, euern Geliebten, mein und meines Sohns Handel und Wandel, demnach mit uns walten, als mit andern euern Dienern, ob auch wäre, dass Ihr hörtet, wie ich denen von Hallau nüzer möchte sein und Gott gefälliger, denn ich vielleicht bin, mir solches öffnen. Ihr sollt auch wissen, dass Herr Benedikt von St. Gallen meinen Sohn gehindert, dass ich ihn nie hab dürfen öffentlich hören, das doch viel der Unsern begehrt, er habe denn vor impositionem manuum etc. auch wäre meine ernstliche Bitte, ob Ihr wisset, wies zu Strassburg gehandelt wäre mit Herrn Wilhelm, der ein Widertäufer gewesen, und nahet das ganz Volk hie getauft, und noch viel an ihm hangt, viel und der Mehrtheil wiederkehrt, auch diesen meinen Sohn fragt, meines Austreibens von der Pfrund und Beraubniss unserer Güter, des Uebrigen mit Verheften zu dem Recht; aber keine Ordnung nie gehalten, und jezt bei einem halben Jahr gar still gestanden, über alles mein Rechtanbieten vor meinen Herren von Schaffhausen vor erst, demnach Zürich, Bern, St. Gallen, und ob dem Abt von Ow, meinem Widersächer keine eidgenössische Stadt gefiele, entbote ich mich durch Schrift auf Konstanz. Ueber solches ist mir bis auf heut Datum das mein Entwehrte verheftet, etliches gewaltiglich genommen, dessen begehre ich auch Raths um Gottes Willen und des Rechts. Datum zu Hallow 1529.

Cristannus Kranz.

CXXXVI.

Matthaeus Russ Zuinglio.

Gratia et Pax a Patre misericordiarum per Jesum Christum. Multis nominibus debitor cum sim piissimo viro *Ambrosio Plaurero Constantiae*, qui plus quam patrem se praestitit mihi, coegit christiana gratitudo et illi simul scribere, et solicitum pro me pectus suum certum reddere de rebus meis, donec et pecuniae debita possim illi reddere. Hinc caritatem tuam pulso, quo has Viro Literas *Constantiam* mittere digneris *Plaurero*. Poterat enim ingratitudo videri, si non Viro tam pio vel per Literas responderem. Boni ergo consule, quod occupatissimo Tibi id oneris et laboris ausim injungere, sed cogit me christiana charitas in Te experta saepius, et mihi exhibita opere et rebus. Ea facit, ut voluptati Tibi sit, justum hoc negotium et caritatis officium non recusare, prae omnibus enim Te unum puto, certos quotidie ad *Constantiam* nuntios non ignorare. Vivat et valeat in Te Christus in aeternum, et in omnibus tuis, sitque merces tua magna in aeternum, pro omnibus in me tuis beneficiis, indigno mihi ex Te

praestitis. Opto vere pium ex animo virum meo nomine salutari *Heinricum Lüti* ex *Winterthur* et *Matthiam* [1]) verbi Ministros pios et doctos. Ego in *Rüggensperg* minister Verbi sum, non procul a *Berna* et tantis impetor insidiis Satanae per impios quosdam Verbi hostes, ut nescio quo die, voluntate Domini, coactus in alio loco Verbi sim ministerium quaesiturus. In *Ammon* [2]) enim cum multa cruce, multum Verbi fructum expertus sum, hic autem multam crucem, et tamen nihil Christo lucri per Verbum accedere video. Norunt *Bertoldus* et *Caspar*. Charitas tamen omnia sperans me consolatur, et corda solus Dominus novit. Nisi omnipotenti manu conservet me Dominus hoc in loco manere me non est possibile, tam astutissime insidiatur mihi Satan per impios, quibus occurrere seculari astutia (ut aliquando lucrum esset) mihi datum non est, sicut per me potens est Dominus spirituali gladio Verbi sui.

Matthaeus Russ Rüggenspergo Verbi Minister, olim in *Ammon*.

CXXXVII.

1529 *Volcatius Jonerus* scripto suo *Zuinglio* addit animum, ut constans sit, telam feliciter coeptam pertexat, non paucos esse ex *Tugiensibus*, *Suitensibus*, *Uraniis*, qui praedicationem Evangelii avide expectent paratique sint Christi jugum suscipere, modo tandem in libertatem conscientiae asserantur. Sinl.

---

[1]) *Hirsgartner*.
[2]) Parochia in monte sita supra *Wesen* in agro *Gastal*.
[3]) An Abbas *Capellensis*?

1530.

I.

Erhardus Pfluger Zuinglio.

Gratia et Pax in Christo Jesu Domino Nostro. Nisi quo sis in me animo perspectissimum mihi esset, virorum omnium integritate et eruditione carissime, uterer profecto in praesentiarum multis verbis, ut uberrimis tuis patrociniis me commendatum haberes, sed quia amor tuus erga me adeo est mihi notus, ut notius nihil esse queat, tum denique semper et Atlanticis impeditum occupationibus Te novi, ut vix aliquando genio indulgendi facultas sit, iccirco paucis rogo, facias, ne irritam spem apud Te sentiam. Nosti actionem *Michaelis de Hutwilen*, de qua etiam superioribus diebus loquebamur, ut audio relatione ceterorum, quod sit amotus ab officio et ministerio verbi. Quapropter si commodum visum Tibi fuerit, fratris tui partes tractes, ne enim dubites, *Ulrice* omnium carissime, quin Superis faventibus et fidelem dispensatorem Mysteriorum Dei me exhibeam, tum et creditum mihi Talentum cum magno foenore reportem. Habes jam paucis, quid volo. Vale Virorum optime et fratrum christianorum tutissimum asylum, tuique *Erhardi* memor esto. Raptim, tumultuariter ex *Lithopoli* secunda feria ante Hilarii 1530.

Erhardus Pfluger, moderator Juvenum *Lithopoli*.

Inscriptio: Sacrae scientiae summo Interpreti Ulrico Zwinglio, fratrum omnium carissimo.

II.

Bucerus Zuinglio.

Gratia et Pax. Observande *Zuingli*. Frater hic Tibi antea ut hostis Ecclesiae indubie ex improbitate erroris sui admodum notus, innotescere et commendari jam Tibi per nos petiit, ut qui cognito errore suo, ad Ecclesiam ex animo redierit. Fecit id ante nos *Simpertus Memmingensis*; possum et ego id facere majore quam ullus antehac fide. Nam unus et primus mihi quidem obvenit, qui ex perdita ista *Catabaptistarum* haeresi plane resipuerit. Scripsit nobis brevi de ortu et conditione aliquot Sectarum, ex illo hominum genere, quae sane stupenda sunt, et quibus utemur in nullius miseri malum, sed si liceret ex colluvie aliquos revocare. *Oecolampadius* commendarat eum nobis, et libenter quidem homini adfuissemus, ut contigisset ei hic vivere. Verum tanta jam premimur pauperum multitudine ut non licuerit, quod maxime cupiebamus. Oraveramus Legatos vestros, *Bernates* et

Basileenses cum nostris, ut pro eo *S. Gallensibus* scriberent, illic enim civis fuit. Sed visum illis est, primum orare eum locum apud vos quod impetratu facilius sit, eumque vobis conversionem suam approbarit, tuus facile per vos illi reditum in patriam parari posse. Oramus ergo Te, adsis poenitenti. Non dubitamus, plurimum afficiet Te in illo opus Domini, eritque Tibi ad gloriam Domini usui. Reliqua per *Funkium*. Dominus Te servet et tuos et fac sentiat hic miser; a nobis, id est, Tibi charis se Tibi commendatum. *Argentorati* 12. Jan. Salutant Te *Sturmius*, *Bernardus Fridrich*, qui totus tuus est. *Daniel Muh.* jam Consul noster, et fratres omnes. Saluta nobis vestros.

M. Bucerus, tuus.

III.

Bucerus Zuinglio.

Salve observande *Zuingli*. Gratia Christo, qui diu optatam et in primis salutarem civitatem [1]) tandem confecit. *Hessus* sit Tibi commendatus, uti esse non dubito et praestabit, illum jungi tribus nobis *Tiguro Basileae* et *Argentinae*, si forsan contaretur Ursus. Narrabit *Funkius*, [2]) quam fortiter rejecerit fidem et foedus *Lutheranum*, cujus articulos Tibi mitto, sed ea lege, ut ne verbulo uspiam illorum memineris in publico, ea enim fide *Sturmius* communicavit, et postularunt id principes *Lutherani*. Tu vide, quid homo miser moliatur, et da eo diligentiorem operam, ut facis, quo adimatur plenius illi monstro, pectus tam pium, Princeps *Hessus*. *Ulmenses* idem fortissime rejecerunt, et testati sunt: si per religionem liceret, ab homine compositis articulis fidem habere, se Papam citius passuros fidei suae articulatorem, quam Lutherum cum per hoc possent gratia frui Caesaris, nec opus haberent ullis foederibus. Se velle puro verbo Dei addici, et si quid inter hujus praecones variet, dare operam, ut christiana caritate alii alios doceant, et in eo judicem illum agnoscere, ad quem *Lutherus* provocarit, cum illi res erat cum Papa. Illum non debere plus exigere ab aliis, quam ipse praestare dignum duxit. Vale, et haec fidis duntaxat amicis communicato, et cogita, si quo pacto et illi nobis jungi possint. *Argentorati* 12. Jan. 1530.

Bucerus tuus.

IV.

Capito Zuinglio.

Gratia Deo. Tandem parturientibus longum partus aliquis existit. Cetera in proclivi sunt. Orsam abs Te telam *Sturmius* autoritate nostrorum et vestris ita jubentibus absolvet. Interea demus operam, ut Respublica in Christo unice grandescat, alioqui successus expetitus

---

[1]) Civitas christiana.

[2]) Legatus ex Senatu Turicensi, per quem hanc epistolam Zwinglio misit.

feroculos illos reddet, qui pridem timore Domini mitigabantur ad pietatem. Incerta enim omnia, quae in publico praeterea destinamus. Videtur inconsultus impetus Anabaptistarum efferbuisse, quod coram latissime ex praesente homine hoc audies, modo indulgente Senatu illi, ut Te adeat, permittatur. *Bucerus* de eo locupletius, etsi mecum diuscule haeserit. Nam affectus multis videor in miseriam ejus superstitionis praeter modum. Mysteria Ducum factionis illius referet libere, ut est effuse loquax. Pertulit *Schwenkfeldium* imperiosius disputantem, quod puto argumentum constantiae. Statuas de nostris templis ejiciemus reversis Legatis. Adjuvabit Nos tuum subsidium, qui exemplo et doctrina hactenus praesidio fuisti. Curabis igitur, ut id palam a nostris istinc efflagitetur. Hac enim ratione mollius rem conficiemus. A *Funkio* audies reliqua, nam videmur nobis in portu navigare. Mirum, quanto consensu tanta Reipublicae mutatio suscepta sit. Det Dominus, ut similiter eveniant reliqua. Vale. 13. Jan.

Capito tuus.

V.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo. Nihil novi est, quod nuntiem, quam accepisse me nudius tertius literas a *Carlstadio*, qui Te plurimum salutat, et dolet sibi negatum fuisse accessum ad Colloquium *Marpurgense* et quantis secum strophis ac injustitiis agat mendax *Lutherus*, qui et vi adigere voluit, ut in nos duos scriberet. Scribit enim inter cetera sic: „Si narravero, quibus artibus et dolis, quot denique molestiis et afflictionibus adorti me sint, certum est *Lutheranos* turpitudine maxima et promerituros et gestaturos. Magnis minis me adigebant, ut adversus Te ac Dominum ac fratrem meum *Zuinglium* scriberem. Quod ubi nolui, et postquam dixi impossibile onus mihi, praeterea, si possem, neminem mihi consulturum, quandoquidem *Lutherus* antesignanus et princeps laboraret, ob hoc coegerunt, ut fundamenta mea exponerem, quod feci, impetrato ad hoc Electoris consensu. Promiserunt panes, et reddiderunt basiliscos. Postremo scripsi Electori, non esse in universis libris, quos *Lutherus* pro assertione suae opinionis contra *Oecolampadium* et *Zuinglium* scripsit, sed brevem versiculum, quo commoveat, ut eam in *Lutheri* sententiam, idcirco non possem diutius veritatem in territorio ejus reticere, precatus indulgentiam, ut profiteri liceret, aut si hoc grave foret, exeundi terram. Ad has Literas expectavi responsum sex menses, quod cum negabatur, abii, et haud scio, quomodo in *Phrysiam orientalem* deductus sim.“ Haec ille. Vides, cum qua bestia negotium nobis fuerit! Nunc nobis hic negotium cum Catabaptistis, qui dum plebi clam insinuant, decimas redditusque non deberi, et nos hoc nolle docere, ideoque pseudoprophetas esse, multos praesertim in rure, abducunt ab auditu verbi Dei, atque adeo vereor,

---

1) Cf. Ep. 37. a. 1519.

ne dum libertatem carnis sectentur, male habituri sint. Nuper unus ter perjurus, capite plexus est. Sunt et alii capti simili peccato obnoxii. Et ecce, ubi illi constanter morientur, et se innoxios simulant, jam novum periculum. Quidam enim, qui non aedificati super firmam petram, vacillare incipiunt, magis attendentes constantiam, quam causam constantiae, crucem, et non causam crucis, quasi scilicet fides sola passione confirmetur. Atqui hoc judicium super hypocritas, quibus plenus est mundus. Scripsit et *Erasmus* mordacem quandam Epistolam, quam Prior *S. Leonardi* missurum se Tibi dixit, ubi *Pellicanus* et *Bucerus*, imo nos omnes notamur. Quaerit nimirum, si quis se opponat, ut amplius oblatrando Principes sibi demereatur. Indignus est, qui provocetur, sed tamen causam nostram, imo Christi, invidiosam facit et reprimi meretur. Consilia dat non admodum sana. Vale. *Basileae* 15. Jan. 1530. *Oecolampadius.*

VI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo mi *Huldriche*. Alias literas N. afferet hic, qui ex Catabaptismo totus, ut spero, resipuit: quamvis etiam aliis instructo commendatitiis, meam συστατικὴν adjungere voluit. Dignus enim videtur ex plurimis unus, quem communibus patrociniis juvemus, ut in patriam ei redire liceat, ubi quiete, in labore manuum suarum, ad aedificationem plurimorum vivere possit. Satis jam luit, quod deliquit. Bene Vale. 17. Januar 1530.

VII.

Joannes Kaltschmid [1]) et Joannes Junker Zwinglio.

Officia quam maxima et promptissima amici amico possumus tibi ante omnia pollicemur, Domine pie, sapiens, doctissime, Magister *Huldrice Zwingli*. Primum te quam maxime rogamus, ut nobis quod a te petimus in optimam partem accipias, quippe quod faciamus in laudem et honorem universae Helvetiae, et nostrorum majorum, et nostrum ipsorum, et omnium posterorum, et deinde nostri illustrissimi, christianissimi Regis *Galliarum*; horum omnium dico laudem, honorem, utilitatem spectamus. Nam nos quidem dum Deus nobis vitam proroget, nonnisi pii, honesti foederati videri debemus, cum tu et omnes videamus et intelligamus, quamquam graves belli casus et miseria omnibus terris acciderint, et imprimis nostrae terrae magna pericula immineant, tamen Deum, qua est gratia nunquam satis explorata, nos adhuc servasse et tutatum esse. Ac nemo sciat an Deus Omnipotens misericordia sua iterum in nos usurus sit, ut nostra antiqua laus et mores honorifici nobis a majoribus nostris traditi maneant signo et propugnaculo contra

[1]) *Joannes Kaltschmid Kaiserstuhlensis* qui Centurio militans in Gallia excelluit.

eos, qui nos clam et palam perdere cupiunt et qui adhuc tantopere superbierunt, quos tamen Deo freti lapsuros esse speramus. In hac autem re auctoritas tua multum valebit apud Dominos meos *Tigurinos* et omnes civitates *Helvetiae* ad tuendos liberos nostros. Haec autem sententia nostra est. Cum rumor perferatur, ad quam rem fortasse viae reperiri possint, Dominos meos *Tigurinos* et alias civitates *Helvetiae* cum Rege foedus inituros esse [1]), de ea re cum nobili et venerabili Domino *Poragio* christianissimi Regis Galliarum Legato ad Helvetios misso nunc *Friburgi* agenti locuti sumus, et postquam eam multum inter nos disseruimus et narravimus omnes res Imperatoris, Regis aliorumque Principum, quae nunc ante oculos sunt; quae quidem atroces miserae et horribiles auditu sunt, denique postquam inter nos collocuti sumus, non enim tibi pluribus scribendis molesti erimus, Dominus ille nobis dixit, siquidem via hanc rem perficiendi reperiri potuerit etiam si vos injurias piorum Helvetiorum ulcisci volueritis, se vobis honorem eorum spectaturum esse et si tu secum colloqui volueris loco sibi opportuno, curaturum esse, ut tu et quicunque tecum fuerit tuti sitis, quod idem te et Dominos nostros clementes *Tigurinos* sibi praestituros esse confidat; et si quid ejusmodi fieri potuerit, sese *Bremgardium* vel *Mellingiam*, utrum malueris te conventum collaturum esse; se enim sperare alterum alterum edocturum esse, hanc rem omnibus piis Helvetiis nec minus magnifico regno *Galliarum* magnam utilitatem allaturam esse; fortasse enim, quod attinet ad Principes et civitates et praecipue ad quasdam civitates, sive *Constantiam* sive alias, si quae supra dixi tibi aliisque Dominorum meorum *Tigurinorum* persuasa sint, imminente magna calamitate et miseria occurri posse, denique si Deus voluerit, hanc rem omnino terrae nostrae multum conducturam esse, ut si Deus propitius affuerit, omnes in firmam pacem et concordiam perveniamus. Quare care Domine Magister *Huldrice Zwingli*, si fieri potuerit, ut de hac re cum Domino *Poragio* colloquium habeas, Domino illi brevi respondeas; quod si factum erit, te in alteroutro oppidorum quae diximus conveniet. Tibi enim velimus haec res curae sit, ut si Deus propitius affuerit, terra nostra ad tranquillitatem perveniat; neque dubites quin si uterque Dominis nostris *Tigurinis* et universae Helvetiae prodesse possimus, vitam et bona impendamus. Cras autem in *Galliam* proficiscemur ad clementissimum nostrum Dominum et Regem, quod nisi ita fuisset, ad te venissemus. Sed nobis proficiscendum est nonnullius pecuniae exigendae causa. Denique Deus te servet. Tu saltem nobis auctoritate tua quam maxime poteris apud Dominos nostros *Tigurinos* uteris. Nos autem quaecunque officia poterimus Dominis nostris *Tigurinis* et tibi semper praestituri sumus. Dedimus 18. Jan. 1530.

Tibi semper promptissimi

Joannes Kaltschmid et Joannes Junker.

Inscriptio: Huldrico Zwinglio literatissimo Tigurinorum episcopo.

---

1) De his actionibus et de argumentis epistolarum ad eas pertinentium ad *Zwinglium* et a *Zwinglio* scriptarum vide *Hottingeri*: Geschichte der Eidgenossen während der Kirchentrennung II. 311 ff.

7.

Hans Kaltschmid und Hans Junker an Zwingli.

Unser ganz freundlich willig Dienst zuvor. Frommer, weiser und wohlgelehrter Herr Meister Ulrich Zwingli. Vom Ersten ist unser ernstlich Bitt an Euch von uns, diese Sache im Besten aufnehmen, dann das wir thun zu Lob und Ehr einer ganzen gemeinen Eidgenossenschaft unsern Vordern uns jezt und allen unsern Nachkommenden — und darnach unserm allerdurchlauchtigsten und allerchristlichsten König aus Frankreich, derer aller Lob, Nuz und Ehren wollen betrachten. Weil nun Gott uns das Leben gönnt, soll man uns auch nicht anders finden als fromme ehrliche Eidgenossen, als Ihr und Jedermann jezt sieht und erkennt die schweren Läufe und Betrübnisse aller Lande und insonders die grosse Gefahrlichkeit unserer Land, dass dennoch Gott durch seine unergründliche Gnade uns bisher behütet und beschüzt hat. Vielleicht weiss niemand, ob Gott der Allmächtige seine Barmherzigkeit aber mit uns treiben will, dass unser alt Lob und herrlich Herkommen möchte und sollte bleiben zu einem Zeichen und Widerstand deren so uns begehren heimlich und öffentlich zu verderben, die sich also bisher grösslich geübt und gebraucht, wir hoffen aber zu Gott, sie fehlen uns jezt in dieser Sache, da wird und ist an Euch ganz viel gelegen gegen Meine Herren von Zürich und gemeine Eidgenossenschaft und Schuz und Schirm unserer Kinder. Und ist das die Meinung: als dann etliche Reden umher gehen und vielleicht Steg und Weg möchte erfunden werden, dass Meine Herren von Zürich mit samt andern Eidgenossen zu und mit dem König in die Vereinigung kommen, auf dass wir solches mit dem Edeln und Hochgeachten Herrn von Poragen des allerchristlichsten Königs aus Frankreich Sandbot in Eidgenossen jezt zu Freiburg geredt und auf viel Reden und Widerreden und nach Erzählung aller Händel des Kaisers, Königs und anderer Fürsten so jezt vorhanden und vor Augen sind, die doch grausam, erbärmlich und erschröklich zehören sind und nach Allem und wir Euch nicht müden mit weitem Schreiben, so hat der Herr mit uns geredt, und ob es möglich wär, und je erfunden möchte werden und ihr auch wolltet rächen eine fromme Eidgenossenschaft, dass er Euch ein Betrachter sei ihrer Ehren, und mit ihm Red wolltet halten und haben an Ort und Enden, dass es ihm auch gelegen wäre, so sollt Ihr Euch sicher sein Euers Leibs, Ehren und Guts, und wer bei Euch sei, desgleichen er das Vertrauen zu Euch habe, und Unsern Gnädigen Herren von Zürich, und ob solches möchte und sollte bestehen, wolle er zu Euch gen Brémgarten oder Mellingen, welches Euch am liebsten ist, da will er sich bei Euch finden lassen, und in Hoffnung Euch zu berichten, und Ihr ihn, dass es ein grosser Nuzen müsse bringen einer ganzen frommen Eidgenossenschaft, auch der edeln Krone aus Frankreich, denn es vielleicht vorhanden sei, wenn Ihr und andere Meine Herren von Zürich solches bericht wurden und oben steht der Fürsten und Städte halb und insonders etlicher Städten halb, es sei Konstanz oder andere und so gross Uebel

und Elend vorhanden wäre, möchte man davor sein und ob Gott will, unserm Land in die Ewigkeit wol erschiessen und vielleicht uns Gott die Gnad thäte, dass wir alle wieder in Stät und Einigkeit kämen. Hierin lieber Herr Meister Ulrich Zwingli mag es möglich sein, und Ihr dem Herrn von Ponagen Audienz geben und mit ihm Red halten. So lasst ihm dem Herren eine Antwort wissen in Kurzem, so wird er zu Euch kommen in entwedere Stadt wie oben genannt sind. Hierin so lasst Euch die Sache zu Herzen gehen, damit uns Gott etwa seine Gnade sendt und unser Land in Ruhe möchte kommen: denn Ihr sollt ungezweifelt sein, wo wir beide Unsern Herren von Zürich und gemeinen Eidgenossen zu Gutem möchten erschiessen, müsste uns weder Leib noch Gut dauern. Aber morn reiten wir in Frankreich zu unserm allergnädigsten Herren und König, sonst wir entweder zu Euch geritten. Wir müssen aber hinein von wegen etlichs unsers ausständigen Gelds. Hiemit bewahr Euch Gott und thut uns allweg das Beste gegen Unsere Herren von Zürich. Und wo wir gegen Unsere Herren von Zürich und Euch Gutes können beweisen und thun, wollen wir allzeit willig sein.

Dat. auf den 18. Jenners 1530.

Euere allzeit willige

Hans Kaltschmid.
Hans Junker.

Aufschrift: Huldrico Zwinglio literatissimo Tigurinorum episcopo.

VIII.

Conradus Schrevogel Zwinglio.

Gratiam et pacem a Deo. Carissime Domine et frater in Christo. Hi duo Senatores Senatus consulto et universae civitatis *Wilensis* seito Legati *Turicum* missi sunt [1]), qui petant a Dominis nostris clementibus *Turicensibus* primum ut civitati *Wilensi*, communi foederatorum ditioni subjectae, leges et praecepta judicandi lites conjugiales scripta tradantur, quibus utens judicium litibus conjugialibus nuper *Wilae* constitutum eo justius agat et judicet et ut in aliis rebus sic in hac se Ecclesiae *Turicensi* accommodet. Deinde cum antehac a Senatu majori et minori et universa civitate *Wilensi* omnibus suffragiis decretum sit cum civitate *Turicensi* civitatem christianam inire, hi Legati jussi sunt quaerere ex Dominis nostris clementibus *Turicensibus* qua ratione haec res aggredienda sit, ut quam civitatem conciliandam propositam habemus confirmemus, quam civitatibus *Turicensi* et *Wilensi* nec minus terris circa eas urbes sitis aliquando aliquam utilitatem allaturam esse speramus. Quare te, christiane Domine et frater, nos minime

---

[1]) Postquam tumultus Catholicorum *Wilensium* majori ruris incolarum reformatae Ecclesiae studentium oppressus et parti civitatis eidem rei studenti vis major data est, continuo consilium reformandae Ecclesiae captum est et hi Legati Turicum missi sunt. Cf. Hott. Helv. K.Gesch. et Hott. Gesch. der Eidgenossen während der Kirchentrennung. II. 301. 302.

graves rogamus, ut tu quoque, quod est officium christiana caritate dignum, huic rei consilio operaque consulere velis et praecipue Legatos ad eos vinos referre, a quibus hanc rem impetratum iri sperare liceat, cujus officii gratiam tibi et Ecclesiae *Turicensi* relaturi sumus. Denique te Deo Optimo Maximo commendamus. Tu idem Ecclesiae nostrae semper memor esse velis. Dedi *Wilae* 31. Jan. 1530.

Conradus Schrevogel
Verbi Minister cum christianis *Wilensibus*.

8.

Konrad Schrevogel an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott. Fürgeliebter Herr und Bruder in Christo. Diese zwei Rathsboten sind von Rath und Gemeind der ganzen Bürgerschaft zu Weil gen Zürich gefertigt der Meinung an Unsere Gnädigen Herren von Zürich zu begehren, nemlich des Ersten, dass der gemeinen Stadt Weil werde eine schriftliche Instruction, Form, Brauch und Praktik des Ehegerichts zugetheilt, dass also demnach das neu verordnete Ehegericht jezt zu Weil, möge desto gerechter fahren und richten und sich also der Kirche zu Zürich in allweg gleichförmig halten. — Zum andern: alsdann vormals vor Klein und Grossem Rath und ganzer Stadt Weil einhellig ist beschlossen, sich gegen der Stadt Zürich in eine christliche Burgerschaft zu begeben ist darauf diesen gesandten Rathsboten befohlen, an Unsere gnädigen Herren von Zürich zu erfragen, mit was Fug und Gstalt man die Sache möge angreifen, damit solches vorgenommen Burgrecht wurde bestätet, in Hoffnung, es möchte der Stadt Zürich und Weil, auch den umliegenden Landschaften mit der Zeit nicht wenig Nuzen bringen. Darum ist an Euch, christlicher Herr und Bruder, unser kleinfüge Bitte und Begehren, Ihr wollet aus christlicher Pflicht und Liebe Euern treuen Rathschlag, Rath und Hilf auch dazu thun und insonders die Boten an solche Orte weisen, wo zu hoffen ist, solches zu erlangen, dasselbe wollen wir mit höchstem Fleiss um Euch und die Kirche zu Zürich treulich beschulden. Thun Euch hiemit dem Höchsten befehlen und unsere Kirche sei allzeit in Euerer Gedächtniss! Dat. zu Weil den 21. Jan. 1530.

Conradus Schrevogel,
Diener des Worts sammt den Gläubigen zu Weil.

IX.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Accepi Literas tuas, carissime *Huldrice*, quibus Nonnas illas mulieres sane honestas, commendas. Audivimus item consilia Principum per *Hallerum* nobis communicata, communicabimusque iis, quorum fidem jamdudum experti sumus. Utinam Dominus cum illorum confusione dissipet. Tu perpetuo pro totius Reipublicae christianae statu vigilabis. Nam vel tam stupidi aut segnes ac oscitantes sumus, ut

dicaculus quisque, ne dicam tanti Principis consilio nobis imponat et ex Ursis Lepores faciat. Adfuere duo nuntii: ex *Lucerna*, *Golder*, ex *Suicio*, *Josue am Berg* [1]). Vix omnibus linguis effari possem, quibus blanditiis, pollicitationibus nostrates in suam partem trahere conati sint petentes sub his verbis: Getreue Väter etc. der Krieg und Frieden steht in euerer Hand. Haben wir Unrecht (in negotio scilicet Abbatis *Gallensis*), so weiset uns davon. Dunkt Euch aber, die von Zürich haben unrecht, so vermöget Ihr wol an Ihnen abzustehen; allein glaubet uns nicht, so wir etwas anbringen, sondern verhöret die von Zürich. Glaubet denen von Zürich auch nicht, verhöret uns dazu. Haben auch gebeten, sie bei Brief und Siegeln des Abts halben lassen zu bleiben. Ist ihnen zugesagt: Bünde und Landsfrieden treulich zu halten, in allweg, doch unnachtheilig christlichen Burgrechten. Haben sich dessen hinwieder auch erboten und sind der Frösche viel im Bach, das wir daraus nehmen cordatiores scilicet. Haben sie uns nicht beschissen, werden sie es noch thun. Discesserunt a nobis ad *Friburgum* et *Solodurum*. Interim a *Taurino* accepimus, Legatum adhuc esse apud *Caesarem*, et nostri quoque exploratores habuere in *Italia*. Ceterum *Solodorenses* me vocarunt et a Senatu ac Diacosiis nostris ad mensem impetrarunt, sub ea spe, quod gladio spiritus periturus sit apud eos antichristus. Si quid igitur opus erit, *Casparum* habes, qui voto tuo etiam me praesente satis facere non potest, tam imbecillis est corpore et ad iter, hoc maxime tempore, imparatus. *Antonius de Traverss*, *Rhaetus*, mecum fuit *Bernae*, vir pius et bonus, nec dubito eum *Wingartero* locutum. Misit autem a *Friburgo* has Tibi literas, quibus forte intelliges, quo studio, quae commiseras, executus sit. Nisi Dominus omnia aliter verterit, nescio quid tandem speremus. Hoc unum Tibi dixero secretissime: ultra unum coronatum ad octiduum in nostro aerario publico non fuisse. Quod si rescirent hi, qui sunt in agro, quid putas relinquerent intentatum contra Magistratum. Hoc autem ideo scribo, ut scias, cur admodum nostri bella pertimescant. *Nollius*, ni fallor, propediem ad *Winterthur* veniet, ille certe cordatissimus est. Vale. 21. Jan. 1530.

Tuum ex animo minimum numisma
(*B. Hallerus.*)

Literas, quas Tibi de legatione nostra proxima, scripseram, comburito, nisi eas non acceperis, quod omnino non vellem.

Verba illa vernacula lingua latina haec sunt:

„Patres benevolentissimi etc., bellum et pax penes vos est; si injuste agimus in negotio scil. Abbatis *Sangallensis*, nos vetare licet. Si autem *Turicenses* vobis injuste agere videntur, facile ab iis impetratis ut desistant. Sed ne nobis solis credatis si quid proferimus, sed inter-

1) *Johannes Golder* Scultetus et *Joseph am Berg*, qui duo viri quidem moribus gravissimi fuerunt; id quod probatur iis quae leguntur in *Schuleri*: „Thaten und Sitten der Eidgenossen im XVI. Jahrhundert, de *Goldero* pag. 145, 152, 157, 194; de *Josepho am Berg* pag. 300.

rogetis etiam *Turicenses*. Neque magis *Turicensibus* solis credatis sed etiam nos interrogetis." Iidem rogaverunt, ut se in literis conditionem sibi cum Abbate intercedentem sigilli fide sanctientibus perstare pateremur. Quibus sponsum est: Nos foederis et pacis leges accuratissime observaturos esse in omnibus partibus, sed salvis juribus civitatis christianae. Quae eadem responderunt; at multae ranae in eo rivo sunt e quo sumamus cordatiores scilicet; si nos nondum fraudaverunt, fraudaturi sunt.

X.

Christophilus Landenberg Zwinglio.

Salutem atque felicitatem perpetuam per Christum. Mi carissime Domine et frater. Synodo nuper *Frauenfeldii* habita intellexi te satis scire, sive tibi scriptum sive coram dictum sit, quomodo et quid actum sit in Synodo nostra *Rheneggensi* [1]), scilicet ut nos parochi collegii *Sangallensis* excommunicationem instituturi et exercituri simus. Postea autem ex te tam claram explicationem excommunicationis audivi et intellexi, ut omnino ab incepto meo destiterim. Utinam collegae quoque mei ab eo desistant. Praeterea te certiorem factum volui, praedicatores, scilicet *Furtmüllerum Altstettensem* [2]), *Udalricum Eggstein Rorschachensem*, *Sebastianum Grebel Bergensem* pergere excommunicatione uti et quidem prorsus inepte, id quod audivi ex hominibus fide dignis, ita ut omnes eos, qui Domini coena non usi sint, bonis communibus privaverint et audeant eos judiciis suis excludere, quod quidem mea sententia prorsus inepte fit. Quas res cum audiissem, quarum quidem causa me eorum miseruit, nonnullos praedicatores mihi vicinos *Episcopicellam* convocavi, (qui locus medius fuit), ita ut quatuordecim essemus; quibus proposui decretum Synodi *Rheneggensis*, etiam sententiam quam tuam esse intellexi Synodo *Frauenfeldensi*. Omnibus igitur nobiscum inter nos convenit, ut ea excommunicatione abstineremus qua quidam parochi collegii nostri uterentur, Magistratum autem quam gravissime hortaremur ut pergat vitia punire, et omnino studiose observet quod suum sit. Has res igitur te celatum nolui. Quare si brevius egerimus et nobis pluribus opus sit, te per Deum rogo, ut me literis certiorem facias, si autem longius progressi simus, idem quod dixi facere velis, omnes enim eo animo sumus, ut si Deus propitius adsit Christianis digne agamus. Tu igitur, mi Domine et frater, ne negligas quae levia scripsi, quippe quod festinantissime factum sit, cum tabellarius diutius manere nollet, et facias ut te facturum confido. Vale felix. *Ex Oberburen* die XXII. Jan. 1530.

Christophilus Landenbergius.

Tu, velim, mihi per hunc tabellarium epistolam rescriptam mittas.

---

[1]) Anno 1526 concionatores *civitatis et agri Sangallensis*, *Rheni vallis*, et agri *Abbatiscellani* conventum habuerunt, in quo praecipue de instituenda excommunicatione deliberaverunt.

[2]) *Valentinus Fortmüller*, Concionator *Altstettensis* etiam ad tempus *Rorschachensis*, per quem Reformatio in *Rheni valli* maxime adjuta est.

10.

Christophilus Landenberg Zuinglio.

Salutem atque felicitatem perpetuam per Christum etc. Mein lieber Herr und Bruder. Im vergangenen Synodo zu Frauenfeld da hab ich wohl von Euch verstanden, dass Ihr ein genugsam Wissen traget, es sei durch Schrift oder mundlich unsers Synodi zu Rheinek, wie und was da gehandelt sei, nemlich des Banns halben, wie wir in S. Gallen Kapitel denselben wollen anheben und brauchen. Darnach so habe ich eine solche klare Erklärung gehört und verstanden von Euch des Banns halben, dass ich ganz von meinem Vornehmen gestanden bin. Gott wollte, dass andere meiner Mitbrüder auch davon stünden. Auf solches alles lass ich Euch wissen, dass die Predikanten, nemlich Furtmüller von Altstetten, Utz Eggstein, von Roschach, Sebastian Grebel von Berg vorfahren mit ihrem Bann und höre von glaubwürdigen Leuten sagen ganz ungeschiklich, dass sie alle die, die domini coenam nicht brauchen werden, berübet der Gmeinwerken und unterstehen, sie aus ihren Gerichten zu schliessen, das doch nach meinem Verstand ganz ungeschikt ist. Da ich nun solche Dinge habe vernommen (dass doch mich von Herzen an sie bedauert), da hab ich etliche Predikanten meiner Nachbaren zusammenberufen gen Bischofzell, ist gsin auf dem Mittel, dass unser als viel sind gsin als 14 und ihnen vorgehalten den Abscheid von Rheinek, auch die Meinung, die ich von Euch verstanden habe auf der Synode zu Frauenfeld, und sind alle anmuthig worden, dass wir des Banns wollen müssig gehen, wie ihn etliche unserer Capitelsbrüder brauchen und aber dabei die Oberkeit hoch und ernstlich ermahnen, dass sie die Laster fürhin strafen und dabei fleissig betrachten, was ihr Amt sei etc. Nun solche Händel hab ich Euch nicht wollen verhalten. Darum ob wir zu kurz hätten gehandelt und etwas mehr uns dazu noth wäre, so bitt ich Euch durch Gott, Ihr wollet mich solches in Schrift lassen wissen, oder ob wir zu lang wären gegangen, thut zu gleicher Weise, wie oblaut; denn unser aller Gemüth ist, sofern als Gott Gnad gebe, christlich handeln. Darum mein Herr und Bruder verachtet mein kleinfüges Schreiben nicht, dann es in grosser Eile geschehen ist, der Bot wollte nicht mehr warten, und thut nach meinem Vertrauen. Vale felix. Ex *Oberburen* die XXII. Jan. 1530.

Christophylus Landenbergius.

Schreibet mir bei diesem Boten wieder eine Antwort.

XI.

Megander Zuinglio.

Gratiam a Deo. In praesentiarum hoc unum ago, ut tibi caussam perscribam, quare ad Caroli festa Tigurum adire nequeam. Prima ac potissima haec, quod *Berchtoldus Soluturensibus* ad mensem a Senatu

Populoque *Bernensi* locatus est. Deinde quod *Franciscus* [1]) praeterquam quod affectae aetatis, etiam anglico illo morbo laboravit, nec dum bene convaluit. Veretur enim, ne et in febrim incidat. Idemque plurimum et mihi timeo; nam nunquam non frigoris horrorem sentisco. Quam primum vero *Berchtoldus* reversus fuerit, te adibo. Rerum novarum nihil habeo. *Nollius* noster, si quid extat, brevi coram tibi significaturus est. Vale. *Bernae* 23. Jan. 1530. Salutant te fratres omnes. Tu *Leonem*, *Franciscum*, *Myconium*, *Custodem*, *Pellicanum* denique fratres omnes salutato.

Caspar Megander, tuus.

XII.

Eberhardus Rumlingius [2]) Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Christo Domino Nostro. Ut nihil magis in Votis, *Huldrice* integerrime, quam restricta et arcta consuetudine, si fieri posset, quod tamen per locorum interspedinem non licet, tibi devinctissimus et penitissimus esse: ita non aliud, quod ardentius exoptarem, quandoquidem illud non liberum sit, quam crebra vicissitudine literarum ultro citroque inter nos discurrentium, te solicitare, qua merito quidem, quicquid consuetudini derogatum fuerit, compensaretur, in me verecundia aut civilitas quaedam, humanitasque detinuerit, quin pridem amicitiam tuam, neque in albo eorum collocari ambiissem, atque e diverso sedulam meam operam studiumque et quicquid ejusmodi generis est, officiose tibi detulissem: quod equidem tuam erga me humanitatem et propensionem satis comprobatam et perspectam haberem, cujus quippe pridem degustationem cum agerem istic, acceperim, potissimum quod et fortassis istuc ipsum, non nisi cum ingenti christianae Reipublicae detrimento factum fuisset, si tibi plus paulo literis obstrepuissem, cum te nostrorum omnium gratia, quibus purior Theologia adblanditur, laboriosissimus et multis nominibus occupatissimus esse; rebus omnibus sic conspurcatis, afflictis et perturbatis satis certo sciam, ut ita tum incivile judicarim, si diutius laboribus tuis, quibus pro Christo deditis et candidatis illustrandis, noctu diuque desudas, hoc quasi auctarium accumulassem, adeoque literas a Te intempestive efflagitassem, tum etiam inhumanum et plane impium esse duxerim, Christianitati jacturam facere. — Cum vero jam ratio negotiorum meorum sic se habeat, ac id expostulet, continere me diutius nequivi, quin tibi, ut Patri observando, quae arcana latent in fibra, fidelissime excutienda praebeam. Officii enim et administrationis meae usque adeo pertaesus sum, ut nisi mihi facultas extricandi inde, adeoque reditus ad politiores literas, ut in eis libere feriari liceat, praestetur, actum plane de me, satisque tandem ac abunde genio meo malo et iniquo illudendum

---

[1]) *Kolb.*

[2]) *Eberhardus Rumlangensis Vitoduro* oriundus, Scriba Civitatis *Thunensis*, scriba fuit in disputatione Bernensi.

ac exagitandum, me expositum esse judicem, usque adeo, mi *Huldrice*, suppudet ac sordescit, me literis initiatum subministrare illis non posse, et quod semper exosus ac detestatus sum strepitui huic judiciorum intricatum ac irretitum me esse, ut non sit locus sperandi, honestas literas quasi postliminio reduces ad me venturas, nisi prorsus ex hoc, quo jam sum statu, me mihi adseruerim ac vindicaverim. Sed ut tu homo acerrimi et exactissimi judicii, quod in hoc mihi conducat satis certo praevideas totam hanc meam caussam ad te refero decernendam, meque tuae humanitatis velis tuto committo, ut quicquid de me statueris (nihil enim illiberale a Te profecturum sat certo novi) id pronis ulnis libentissime candide sum obiturus. Praeterea si tibi non grave fuerit, exoptem etiam mihi significari, quid valeres, quid ageres, quid novi ad nostrorum omnium commodum circumspectares, quot liberis adauctus, ut res tuae domesticae se habeant, et quicquid ejusmodi amicorum fuerit, et quod omnium primum, quibus studiis me instituere debeam. Quicquid tempusculi negotiis meis suffurari potero, id totum mansuetioribus musis, graecanicae etiam Minervae et Hebraicae (ut ita liceat dicere) stribiligini impendo. Sed noli cavillari *ὅτι πᾶς λόγος περιττός ἐστιν, ἐὰν μὴ πρόχειρος ἡ τοῦ πράγματος ἀπόδειξις ἦ.* Non ita gloriosulus sum, ut id ubique ostentari velim, tantum in sinum tuum, quicquid in me est, effundo, licet tenuis mihi curtaque sit suppellex, at hoc meum tenue nulla Actii Iliade (ut Persius) commutarem, ut inde etiam musas operae pretium facturas arbitrer, si quacunque tandem occasione exuberantius suas mihi dotes impertierint, cum me in parvo adeo superbientem videant, ita tamen, ut non in intemperiem abeam. Sed quam brevitatem institueram transgressus quaeso, mi *Huldrice*, mihi parcas, meque, quod satis confido, commendatissimum habeas, atque si, per occasionem fieri possit, me item administrationi divini verbi *Bernae* commendabis. *Pellicanum Binderum, Collinum, Ammannum* et quotquot mei memores apud te erunt, studiose meo nomine salute plurima impertias. Sed est, quod cum *Bindero* expostulem, qui me sic ludis exagitarit, sed vicem talionemque justam ac debitam reponam, dum id mihi integrum fuerit. Si per occupationes potuissem, literas ad hos, quos nomine perstrinxi, dedissem. Sed fiet, ubi mihi commodum fuerit. Vale. VIII. Cal. Febr. (25. Jan.) 1530.

Ex animo tuus, *Eberardus Rumlingius.*

XIII.

Philippus Landgrafius Hassiae ad Zwinglium.

Carissime Magister *Udalrice.* Satis quae mihi nuper scripsisti intellexi, ac nobis ipsis *Lutherus* et *Melanchthon* longius progressi esse videntur, quod tale dissidium effecerint, cujus quidem me piguit; quod idem satis ostendi et caussis ex Scriptura petitis nec minus humanis rationibus illustravi, quae nulla firma causa refelli potuerint; sed audiisse noluerunt, quae dicebam, quamquam eos per Dei atque hominum fidem obsecravi, quod mihi ad Deum rejiciendum est. Ne

autem dubites quin si Deus voluerit in vero perstiturus et in eo neque Pontificem, neque Imperatorem neque *Lutherum* neque *Melanchthonem* unquam respecturus sim, etiam me aliquando pravas consuetudines quae reliquae sunt emendaturum esse spero. Quae quod te celatum nolui optimo consilio factum est quo magis intelligeres qui sit animus meus etiam ut te juberem res *Marburgenses* expedire. Etiam absente *Udalrico* Duce, Principe benevolentissimo epistolam ei destinatam resignavi, quam ei traditurus et operam daturus sum ut rem foederis cum *Duellensibus* [1]) ineundi expediat. Deinde spero Dei providentia fretus fore ut Pharaoni nonnullae pennae excidant et omnino ea accidant, quae minime opinetur, omnes enim res in optimam partem vertunt. O mirandam Dei potentiam, qui mihi pacem efficiat vel saepe ubi desperaverim. Suum cuique rei tempus est. Hunc locum de Pharaone [2]) occultum habeas dum tempus veniat. Tu idem, velim mihi concionem mittas quam habuisti *Marburgi* de Dei providentia, et eam scriptam, nec minus explicationem verborum Pauli 1. Cor. XI. „eo quod non discernit corpus Domini", quae clara sit. Denique Deo commendatus sis. Evangelium admodum crescit in *Britannia*, etiam *Lübeckii* et *Göttingiae* valde crevit. Dedi *Cassellae* Martis die post Pauli conversionem. Quod *Turci* a *Wienna* recesserunt nonnisi pestis causa factum est qua multi abrepti sunt.

Philippus Landgrafius Hassiae.

Verisimile est, *Turcos* aestate redituros esse. Magna discordia est inter *Bohemos* et Regem [3]) eorum. [4])

13.

Philipp Landgraf von Hessen an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich. Ich habe euer Schreiben wohl verstanden und es ist vor uns nicht weniger, Luther und Melanchthon haben zu viel gethan, dass sie solche Trennung anrichten und es ist mir und allweg zuwider gewesen; ich habs auch genugsam angezeigt, und Gründe aus der Schrift und auch aus menschlichen Ursachen dermassen in das Licht gethan, dass man mir mit keiner beständigen Antwort die zu widerlegen gewusst; es hat aber nicht wollen gehört sein, was ich gesagt und gebeten aufs höchste habe, welches ich muss Gott befehlen. Ihr dürft aber nicht zweifeln an mir (ob Gott will), ich wolle bei der Wahrheit beständig bleiben und darum weder Papst, Kaiser oder, Luther oder Melanchthon nie ansehen, hoffe auch mit der Zeit die übrigen Missbräuche in Besserung zu bringen. Dies wollte ich euch getreuer Meinung, mein Gemüth desto bas zu vernehmen, unangezeigt nicht lassen, wollte auch fordern, der Mar-

---

[1]) Duellium Castrum — *Hohentwiel.*

[2]) *Carolus* V. vel *Ferdinandus.*

[3]) *Ferdinandus.*

[4]) Hanc epistolam certe a. 1530 scriptam esse eo probatur, quod ea Philippus a Zwinglio concionem ejus de Dei providentia petivit, quam excusam a. 1530 Zwinglius ei revera misit.

burgische Handel sein Förderung kriege. Ich habe auch in Abwesenheit Herzog Ulrichs den Brief an seine Lieb haltend erbrochen und will ihn ihm überantworten, und daran sein, dass seine Lieb die Sache mit der Einung die Twiel betreffend soll befördern. Ich hoffe auch durch göttliche Vorsehung, dem Pharao soll eine Feder entfallen und ihm das begegnen, das er sich gar nicht versieht, denn alle Sachen schiken sich zum bessern. Gott ist wunderbarlich. Er macht mir Friede und deren mehr denn einen, da ich mir Denkens aufgehabt habe. Die Zeit bringt Rosen. Lasst diesen Artikel den Pharao betreffend, in Geheim bei Euch bleiben, bis die Zeit kommt. Mein Begehren ist, schikt mir die Predigt, die ihr thatet zu Marburg der Vorsehung Gottes halben, in Schriften, desgleichen euern Verstand in dem Wort Pauli 1. Cor. XI. nemlich: „damit dass er nicht unterscheidet den Leib des Herrn" und macht's klar. Damit seid Gott befohlen. Das Evangelium geht auf in England sehr, desgleichen ist es meglich [4]) zu Lübek und zu Göttingen aufgegangen. Dat. Cassel Dienstag auf Pauli Bekehrung.

Dass der Türk ist abgezogen vor Wien ist nichts schuld, denn des grossen Sterbens in seinem Volk.

Philipps Landgraf zu Hessen.

Es stehet drauf, der Türk komme wieder auf den Sommer. Es ist eine grosse Uneinigkeit zwischen dem König und den Böhmen.

XIV.

Laurentius Marius Zuinglio.

Gratiam et Pacem per Christum. Amen. Ecce iterum Te, *Zuingli* doctissime, gravioribus rebus pene obrutum obtundo, infelici certe *Michaelis* [2]) negotio. Ecclesia mirum in modum offendit, propterea ejecit eum, tanquam putidum et inutile lutum. Interim per suos laborat, *Henricus* ille *παχύτερος*, vere *Crassus*, citra Ecclesiae voluntatem adire subsellia Episcopatus. Hunc sic respuit et abarcet Ecclesia a *Hutwilen* communibus pene suffragiis, ut vel citius resumeret *Michaelem* quam *Henrichum*. Manet equidem adhuc alta mente sepultum, levis haec defectio ad antichristianum sacrificium a salubri via evangelicae veritatis. Eum interim molitur intrudere Monachus *Ittingensis*. Eum minatur expellere Ecclesia. Nosti Tu, quam juste ex utraque parte belletur, quam sancte ascendat in ovile Christi etc. Consule igitur afflictis rebus illius Ecclesiae, imo juva sinceriorem partem ut confidentia plana de Te sibi optimum pollicetur. Scis laborare *Erhardum* [3]). Quid si loco *Henrici* sufficeretur *Erhardus*? Reliqua accipies ex Legatis. Haec compulit me ad Te scribere iniqua *Dikkii* conditio. Vale in Christo Jesu carissime frater. Dominus Tecum. Ex *Stammheim* hora prandii, celeriter, 27. Jan. 1530.

Laurentius (*Marius*) tuus.

---

[1]) Mächtiglich.
[2]) Parochus Hutwilensis.
[3]) Pfluger v. Ep. 1. h. a.

XV.

Nicolaus Baling Zuinglio.

Petrus Scudus satis mirari non potest, vir praestantissime, quod nihil hactenus scripseris. Certe, est homo doctus, et qui apud nostrates bonas literas et Evangelium ipsum, non parum evehere potest, si vult; et vult quidem, si me non omnino fallit. Quare te rogo enixissime, si quid Tibi otioli est, ne te huic impertiri poeniteat. Ipse, scio, magno cum foenore rependet. Vir est multarum rerum etiam novarum sciens. Sed satis de hoc. Hunc me melius, ut reor, novisti. Novi hic [1]) nunc fere nihil fertur, nisi quod fertur Caesaris exercitum in obsidione *Florentiae* [2]) bis succubuisse, Martemque ipsum omnino male propitium habuisse, quod an verum sit interrogavi solicitius et intentius, at non potui omnino pro te explorare. *Teganus* a nobis defecit ad Marchionem *Mussium*. Quid sit futurum ignoramus. Vale die 29. Jan.

XVI.

Bartholomaeus Millius Zuinglio.

Gratia et Pax. Accepi ex literis *Hieronymi* saepius, Praestantissime Vir, tum nuper ex Tuis ad me, singularem erga me benevolentiam, atque animum propensum, quibus quidem facile admoneor, ut Te non solum mutuo diligam, sed etiam maximi faciam. Dicere non possum quantum me Tibi debere putem. Itaque non modo quod in me amando officiosissimum Te praestiteris, ea mihi plurimum observandus, sed etiam, quod nullum praetermiseris officium, quo mihi Te gratificaturum existimaveris, propterea officium in me Tuum nuper, et singularem benevolentiam erga me, facio equidem plurimi, Tibique habeo gratiam, quod cum nihil ipse de Te meruerim, tanta in me et humanitate, et benignitate sis usus. Cogitanti enim mihi, quibus amicitiam apud Te inirem, diu multumque, Tu ultro me literis invitasti ad Tuam familiaritatem, neque expectasti, ut ipse literis anteverterem ac rogarem, ut me intra album amiculorum Tuorum exciperes, dignumque redderes amicitia Tua benevolentiaque, quibus fit, ut nihil non de Te mihi polliceri ausim. Itaque, cum in te neutiquam futili, Tuo consilio atque opera nobis opus sit, ut iis nobis adsis, te etiam atque etiam rogo. Sacrificuli nonnulli in propinquis urbibus, qui ab Episcopo defecerunt, et obedierunt Evangelio, trahuntur nunc passim ab eis per fora, cumque suis id minime consequi possint, accersunt, invocantque praesidia (ut vocant) secularia: *Rotwilam* videlicet invitant. Nosque haud immunes fore, dubio procul, speramus, atque ut nos missos faciant. Verum, quid consilii capiamus, non satis est in promptu. Te itaque majorem in modum rogo, una cum Fratribus meis, cum maxime gnarus

---

[1]) Apud Rhaetos.

[2]) Carolus V. Imperator Familiae *Medicene* qua *Clemens* VII Pontifex oriundus erat, Florentiam restituere voluit.

sis consuetudinum, constitutionum insidiarumque, quibus nobis imponere tendunt, nobis literis quam primum significes, quid respondere debeamus et quibus excutienda detorquendaque sint haec jacula, et effugiendi laquei, ne dolis, technisque eorum circumveniamur incauti, tum modum atque viam commonstres, quibus Senatus sese eis opponere tuto possit, eaque, quae illi intentant, retorquere. Nam non libenter sinent suos ita opprimi, ni defuerit ipsis occasio, nihil non subituri, modo eis constaret, quanam adoriri necessum foret, quominus votis forent vela secunda suis. Hoc uno gratius facere poteris nihil necessariumque magis. Vale. *Biberaci* penultima Jan. 1530.

Bartholomaeus Millius Ecclesiastes ibidem omnium minimus, tuum mancipium.

Inscriptio: Celeberrimo viro Huldrico Zuinglio, Tiguri, Domino et amico suo omnibus numeris observando.

XVII.

Mantellus Zuinglio.

Colendissime Praeceptor salve. Egi negotium in *Hettwile* fideliter, sed frustratus omni bona spe, ruditate illius insulsi populi, qui indignans et furens noluit preces piissimas admittere. Non aegre tuli, quod abjectus et spretus, sed quod contra nititur ordinationi sanctae synodi. Accepi quod jam constituta sit his rusticis dies. — Sit tuae humanitati pius vir *Michael*, quem omnes vita moribus et doctrina commendarunt, fideliter commissus, nam audio multos pro nunc poenituisse facti vellent infecta facta. — Ex *Elgaw* 1. Febr.

XVIII.

Jacobus Frei ad Zwinglium.

Amicus amico tibi salutem et promptissima officia ante omnia defero. Deinde, carissime Magister *Udalrice* id gratum mihi facere velis, ut ad cognatum meum *Rudolfum Binderum* [1]) eas, cui epistolam misi eum de quibusdam causis agere jubentem, scilicet ad aulam Abbatis Sangallensis et ei subditos pertinentibus, et cum eo deliberes, quid ei faciendum sit, ut liberer conditionibus quae mihi cum aula intercedunt. Existimo enim si Domini mei me jusserint initio horum comitiorum supremo judicio uti, me mox liberum ab eis futurum esse. Tu igitur operam dare velis, ne res differatur, donec Comitia *Badensia* finita sint, cum mox alia instituantur, id quod nobis calamitatem afferret, pagis autem adversariis prodesset. Eidem de aliis quoque rebus scripsi, quas ut scias illam epistolam accuratius legere velis. Haec scripsi necessitate coactus, tempus enim scribendi mihi deest. Audivi *Roestium* Dominum meum profecturum esse, quem jubere velis *Ochs-*

[1]) Jam a. 1523 Tribunus (Oberstzunftmeister) fuit.

nerum et Schweizerum adhibere ad eam rem curandam, ut si *Jacobus Hubendobler* et *Petrus Weber Wildkirchenses* venerint, impetrent quod voluerint; quippe qui me admodum adjuvent in dirigendo curru. A Senatu missi sunt, qui nunc me praesidente consessum habet. Etiam Dominis meis epistolam misi fere exhibentem, quae nunc maxime opus sunt. Jam velim *Waldero* res curae sit, in qua nimie cunctanter agit. Deus nobiscum omnibus sit. Dedi *Wilae* Agathae (5. Febr.) 1530.

Tuus, vir sapientissime, *Jacobus Frei.*

18.

Jakob Frei an Zwingli.

Mein freundlicher Gruss und gutwilliger Dienst zuvor. Demnach lieber Meister Ulrich thut als wohl, und geht zu meinem Vetter, Rudolf Binder, dem hab ich einen Brief zugeschikt in etwas Händeln zu handeln vonwegen der Höferei und der Gotteshausleuten, und helfet rathschlagen wie ihm zu thun sei, damit dass mir (?) der Höferei abgeholfen werde. Ich achte wenn nun Meine Herren mir anbefehlen, angehends dass ich das Hochgericht soll brauchen, wollé ich ihrer bald abkommen. Seit daran, dass man nicht beite, bis der Tag zu Baden aus sei, denn man sezt gäng (alsbald) ander an, damit kämen wir in Leiden, das wäre dann für die widerwärtigen Orte. Weiter hab ich ihm auch geschrieben von andern Dingen, da leset den Brief desto bas. Mir ist Noth gsin, denn ich nicht der Weil hab zu schreiben. Ich habe vernommen, mein Herr Röst sei an weg geritten, da saget ihm, dass er Meister Ochsner und Meister Schweizer zu Hilf nehme, damit wenn Jakob Hubendobler und Peter Wäber von Wildkilch käm, dass sie um ihr Anliegen geferket werden, denn sie helfen mir fast den Karren heben. Sie sind von einem Rath geschikt, wie dann ich ihn jezt habe. Weiter schik ich Meinen Herren auch einen Brief, der hat vast in was jezt am nöthigsten ist, wenn nun dem Walder die Sache wäre angelegen, es gaht sein Ding wol als lang zu. Gott sei mit uns allen. Geben zu Weil auf Agatha (5. Horn.) 1530.

Euer Williger Jakob Frei.

XIX.

Henricus Artostomius (Mundprat i. e. Mundbrod) Zuinglio.

Gratiam et Pacem. *Huldrice* eruditissime. Huc accersitus usque in septimum mensem etiamnum persevero, incerta sede, quod dicitur, fluctuans, invulgavi popello Verbum Domini. utut adcepi a Domino. Populus non adeo malus, licet impii multi immisti sint, qui *Lutheri* spiritum oleant, sic vivere cum Paulus Ecclesiasten aliter deliniat, aliud vivendi genus lubens instituerem, sicubi ita visum fuerit, quo sine, sicut non volo, ita non possum tentare quicquam. Spero, imo fortissime credo, mei olim sis habiturus memoriam. Objecisti (ludens

loquor) leonibus et lupis etiam vespertinis ululatu maximo fastu quodammodo cicurari vivum praefectus ex *Unterwalden Henrichum* [1]) deglutire conabatur. Sed Deus corvum delusit hiantem. Minis nunc agit fabulam. Tandem omnia Christo propitio in favillas redigentur. Terra hic fertilis vini et frugum, id quod nulli credidissem. Tantum quid agendum Tu Patrem age. Vale in Christo carissime *Huldrice*, quem Deus suo verbo servet incolumem in annos. Ex *Hitzkirch*, ocyssime. 10. Febr. 1530.

Tuus *Henricus Artotomius.*

XX.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Totus nunc in Daniele versor, mi frater, qualem exhibebo indicabunt alii, ea propter minus nunc scribo, neque tanta sunt, quae urgeant. *Lutherum* ferunt de Colloquio Marpurgensi libellum scripsisse. Nobis major necessitas erat et scribendi et conquerendi, eo quod sui passim rumores spargant, nos ab ipsis victos, et de peccato originario de Trinitate verboque externo, ac aliis, recantasse. Item, non solum nos, ut fratres, non agnoscunt, sed et nostros a Communione et Ecclesia submovent. At benedictus Deus, res illorum interim in dies magis ac magis inclinant. *Lambertus* in *Hessis*, et multi alii palam nobiscum sentiunt. *Landgrafius* quoque ipse cum Cancellario. — Haec et id genus, *Bucerus* mihi communicans, Tibi significari jussit. Nihil praeterea novi est, quod scribam. De *Solodorensibus* ipse nosti, ut tumultuentur. Capti hic fuere agricolae circiter 50, quia parum obedientes Magistratui, iterum dimissi. De quo tabellio narret. Bene vale. *Basileae* die 12. Febr. 1530.

Tuus, *Joannes Oecolampadius.*

XXI.

Berchtoldus Hallerus Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Vix alteram atque alteram Septimanam, carissime *Huldrice*, *Salodori* egi, ecce tumultuantur Evangelici, congregant se mutuo viri centum aut plures, nimirum Evangelium suum a Catabaptistis edocti, et a parte adversa exigunt, quatenus sacrificii veritati aut adsentiant aut contradicant (Sic enim habuit articulus compositionis ante paucos dies per *Bernenses* et *Basilienses* illic factae) Pars adversa, viri ducenti, omnino negant, congregati in templo Ursi, nolentes ab utraque parte sua relinquere castra, donec altera cedat. Adsunt *Bernenses* et *Basileenses* cum *Bielensibus*. Sic componunt per octiduum ferme, tam durae cervicis populus est, ut ad festum Mar-

[1]) *Zwisenbachensis.*

tini disputatio habeatur, qua ego cum *Philippo*, [1]) similiter et Canonici rationem reddant. Interim *Philippo* addiderunt *Nicolaum Schurstein*, [2]) quem expectamus. Revocavit me Senatus *Bernatum* per nuntios arbitros postremos illius seditionis. At *Salodorensis* Senatus negavit, sed obtulit me *Bernam* hac septimana conducturum. Sic sese res habent *Salodori*. Quaestor illic est *Starch*, propitius mirum in modum Catabaptistis nam et uxor farinae illius est. Is sane infirmis nihil condonare novit, et me praesente plus obfuit, quam profuit. Ceterum adfuit *Trempius* noster *Salodori*, qui inter cetera cum *Petro* ab *Werd* narrabat, amicitiam quandam cum *Gallis* ineundam, quibus tamen nihil fidendum est, imo gaudendum, quod Dominus semel ab illius Foederibus utcunque liberarit. Eo vero animo quod *Trempius* maxime doleat, si uspiam per Te, vel nos, aut Evangelicos quosque foedera haec aut renovari aut confirmari debeant, sub hoc enim praetextu apertum sit ostium omnibus pensionariis. Indicabis igitur, qua ratione id plebi et Ecclesiae nostrae persuadendum sit, nam cum magnis laboribus vix *Gallorum* munera amandaverint citra piorum offensionem eum reconciliare non poterimus. Omnia igitur boni consulito, et me quoque, ceteros item cordatissimos certiores reddito, nam ille *ab Werd* suis in aurem susurrat, Te innumeras et maximas habere practicas prae manibus. Vale. raptim. *Salodori* 14. Febr. 1530.

Tuus ex animo, *Berchtoldus Hallerus.*

XXII.

Udalricus Dux Wirtembergensis Zwinglio.

Carissime Magister *Udalrice*. Ex literis et quibusdam signis tibi a *Landgrafio* amico meo missis te intellexisse puto quid tibi agendum sit; res quidem agendae cum *Venetis* male spretae sunt; sed quod ex literis tuis intellexi, de iis nondum desperandum est, neque amicus ille meus vitam et bona non offert, ut ex ipsius literis quodammodo intelligere potes; quare tu eas res quam maxime fieri potest ad aliquem consensum ducendas adjuvare velis praecipue *Venetorum* causa, quippe qui in iis dirigendis multum valeant et efficere possint, quod eis adhuc magna astutia non contigit. Tempus et occasio adest; cunctari non licet; neque enim canis rabiosus cunctatur, qui aliam post aliam caedem facit. *Fuchsteinius* mihi nuperrime scripsit, ex quibus sentio, eum non ita brevi rediturum esse. Quamobrem, praesertim his rebus mihi a te nuntiatis, brevi Legatum ad Dominos tuos mittere statui et res *Duellienses* quam maxime maturandas curare. Denique Deo sis commendatus. Dedi festinanter *Cassellae* Martii die post Valentini (post 14. Febr.) 1530.

Udalricus Dux Wirtembergensis.

---

[1]) *Grozio.*

[2]) *Schürstein* autem monachus fuit coenobii Carthusiani Thorbergensis, deinde parochus *Lützelfluensis* in ditione Bernensi.

Postscriptum principis Wirtembergensis jussu Philippi Landgrafii, ut videtur.

Etiam te celare nolui, eadem hora qua hanc epistolam scripsi, ad (1) [1]) literas perlatas esse, ex quibus comperi, quam miris artibus, nec minus quanto studio et industria (2) [2]) ab (3) [3]) et ab (1) pacem petierit: ita ut sine omni dubitatione credam, quosdam Principes, etsi Legato (4) [4]) sponsionem de injusta electione *Ferdinandi* [5]) fecerunt (id quod ab aliis quoque audies), pacem conciliaturos fuisse, vel ante quam responsum ab Legato (4) tulerint, nisi (1) vi et severitate rem vertisset et distulisset. Quare tu, si ullo modo fieri potuerit, operam dare velis, ut in re cum (4) agenda festinetur; nam verbo (2) ob praesentem angustiam non jam diu in (5) [6]) manere poterit, quamquam ante quam discedat pacem conciliatam cupit. Episcopus *Moguntinus* et qui ei student industria et artibus magnis nituntur, ut pacem impetrent, ante quam (2) discedat. Quare quidquid (4) agere voluerit, brevi agat. (1) me jussit haec tibi indicare. Datum ut in Literis. *)

22.

Ulrich, Herzog zu Wirtemberg an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich. Ihr werdet Euch aus meines Vetters des Landgrafen Schreiben und Zuschikung etlicher Zeichen wol wissen zurichten; es ist die Handlung mit den Venedigern übel veracht worden, aber wie ich aus euerm Schreiben vermerk, stünde es noch auf guten Wegen; so mangelt es an meinem Vettern an Darstrekung Leibs und Guts gar nichts, wie Ihr auch in seinem Schreiben etlicher Massen zuverstehen habet: darum wollet die Sachen so viel möglich helfen zu einem gewissen Verstand bringen, sonderlich der Venediger halben, denn sie mögen gar viel am Rad schalten, dabei ausrichten, dass sie bisher mit grosser List nie haben thun mögen. Die Zeit und Gelegenheit ist hie; es will nicht gefeiert sein. Der wüthende Hund feiert nicht; er richtet ein Spiel über das andere an. Der Fuchssteiner hat mir kürzlich geschrieben, daraus ich vermerke, dass sich seiner Ankunft so bald nicht zu versehen ist. Desshalben ich bedacht, sonderlich auf euer jezig Anzeigen in Kurzem eine Botschaft zu euern Herren zuschiken und Twiel halb alle Förderung thun lassen. Damit seit Gott befohlen. Geben in Eil zu Kassel Dienstag nach Valent. (nach 14. Febr.) 1530.

Ulrich, Herzog zu Wirttemberg.

---

1) Landgrafius Hassiae.
2) Imperator.
3) Joanne Principe Electore Saxoniae. (?)
4) Regis Galliarum.
5) Scilicet 5. Jan. 1531. Ferdinandus Rex Romanus electus est.
6) Italia.

*) ☞ Aus andern Briefen des Landgrafen ergibt sich auch die angegebene Bedeutung der Zeichen.

Postscriptum principis Wirtembergensis jussu Philippi Landgrafii, ut videtur.

Ich will Euch auch nicht verhalten, dass in der Stunde, als ich den Brief gescrieben dem (1) Schriften zukommen, daraus ich vernommen, wie mit gar seltsamen Praktiken dazu grossem Ernst und Fleiss, der Fried und Vergleichung vom (2) bei (3) und (1) gesucht wurde, dergestalt, dass ich es unzweifelhaft dafür halte. Ueber das etliche Fürsten der (4) Botschaft der nichtigen Wahl Ferdinandi betreffend, Zusagung gethan, wie Ihr denn weiter vernehmen werdet, wo es der (1) nicht mit Gewalt und Ernst gewendt und aufgezogen hätte. Es hätten etliche der Wiederantwort von (4) nicht erwartet, darum wolt sofern euch immer möglich daran sein, dass mit (4) geeilt werde, dann in Summa der (2) kann aus obliegender Noth nicht lang mehr in (5) verharren und hätte doch vor seinem Abschied gern den Frieden. Der Bischof von Mainz mit seinem Anhang steht in emsigen und grossen Praktiken den Frieden zu erlangen, ehe der (2) abscheidet. Darum was (4) thun wölle, das thue er bald. (1) hat mir befohlen, Euch solches anzuzeigen. Dat. ut in Literis.

XXIII.

Lambertus Magret Zuinglio.

Salutem. Literas hesterno die ad me datas a latore praesentium accepi, per quem instruear rerum plurium, quae ab eo momento, quo mihi traditae sunt, evenerunt, tantum est quod pro rebus, quas videbo conducibiles pro bono pacis in genere Dominorum *Helvetiorum* extendam omnes vires mihi possibiles, maxime pro devotione, quam certus sum, christianissimum et colendissimum Dominum meum Regem in hoc negotio ferre. Tuae bonitatis autem partes erunt, quam rogo illam impendere tanquam operi, creatori nostro acceptissimo, nec non Reipublicae dictorum Dominorum et eorum confoederatorum commodissimo, Dominationi tuae facillimo, media gratia Dei, quam ipse dignetur nobis tribuere, et cui Te ingeniumque tuum toto corde humillime commendo. Eruditio tua parcebit barbariei meae, excusando quod 30 anni lapsi sunt, quibus cum non opus fuerit, ego non sum usus lingua latina. *Thermopoli* 16. Febr. 1530.

Dominationis et Eruditionis tuae humillimus servus

Lambertus Magret
Regis gallorum alter Orator.

---

[1]) De *Magreto* et de his actionibus vide *Hottingeri:* „Gesch. der Eidgenossen während der Kirchentrennung 2, 311. 322.“

XXIV.

Zwinglius Magistro Tummisen et Scribae civitatis Turicensis Legatis. [1])

Gratiam et pacem a Deo ante omnia. Domini conspicui, sapientissimi etc. *Antonius Travers* heri Jovis die 17. Febr. apud me fuit, qui et alia et hoc quam maxime a me petivit, ut sibi darem commentarios consilii, quod Scriba civitatis Turicensis, vir mihi summe colendus, audivit, Generali [2]) illi V. Cl. tradendos, cujus literas fidem sibi conciliantes ad me pertulit; sed denegavi his de causis: 1) Quod mihi indicavit etiam hoc, *V pagos* tantopere a Generali illo auxilium contendisse, ut *Turicum* proficisci statuerit, et inter alia etiam haec dixisse: Ei videndum esse, ut sibi novos amicos conciliet, veteres autem deserat et inimicos sibi reddat. Ex quibus conjeci eos erga nos subdolo animo esse, quaecunque simulant vel utcunque fient, *Hugius* enim Scultetus jam acerbissimus est. 2) Quod Generalis ille quidem illa V pagorum minime probavit, sed nihilominus destitit a consilio *Turicum* proficiscendi, ex quo conjicio, Regem nondum certiorem factum esse, quae V pagi persuadere conentur nihil nisi fraudem esse; ne igitur rem perdamus, abstineamus ab agendo cum eo. 3) Quod mihi multa indicavit de Regis consiliis vel quae Legati jussi sint, quae omnia mihi quidem minime gravia esse videntur sed mihi probant, Regem admodum desperare et inopem consilii esse, ut nesciat quo se vertat. Quae bono consilio vobis indicavi, maxime, ut videretis, *V pagos* nulla fide uti clam nobis; qui quidem verentur ne poculum deliciarum plenum sibi a labris eripiatur. Deus vobiscum. Amen. Dedi *Turici* Veneris die 18. Febr. 9. hora 1530.

Ceterum Generalis ille satis rerum peritus est neque ita multum V pagis studet; quamquam id fit a Rege ipso.

Vobis, Domini sapientissimi, semper promptissimus

Huldricus Zwingli.

24.

Zwingli an Meister Tummisen und Stadtschreiber, Boten.

Gnad und Fried von Gott bevor. Ehrsame Weise, ectr. Anton Travers ist gestern Donstag 17. Febr. bei mir gewesen, und hat unter anderm ernstlich an mich geworben, dass ich ihm den Rathschlag, den Ihr Herr Stadtschreiber gehört habt, geben wollte dem Herrn General zu bringen, dann er dessen Credenz an mich gebracht, aber ich habs ihm abgeschlagen aus den Ursachen: 1) Dass er mir daneben angezeigt, wie die V Orte so treffenlich am General gewesen sind, dass er ihm hat vorgenommen gen Zürich zu reiten, und unter andern die Worte geredt: Er soll sehen, dass er ihm neue Freunde mache, und die alten verlasse und zu Feinden mache. Daraus ich ge-

---

[1]) Thermas missis.

[2]) *Maigret.*

nommen, dass sie ganz falsch gegen uns sind, Gott geb, wie sie sich stellten oder greinen, dann Schultheiss Hug ist nun fast bitter. 2) Dass wol der General ein gross Missfallen ab ihnen gehabt, aber er hat nichts destoweniger sich gen Zürich zu reiten verziehen, daraus ich ermesse, dass der König noch nicht berichtet ist, wie der V Orte Gespenst ein Betrug ist, und deshalb nicht viel sich einzulassen, denn die Dinge sollen nicht ausgeschüttet werden. 3) So hat er mir viel angezeigt von des Königs Anschlägen, oder der Legaten Empfelch, dunkt aber mich alles zu ring wichtig, und zeigt mir eine grosse Verzagte des Königs an, auch eine Verwysste, das er nicht weiss wo aus. Hab ich Euch guter Meinung lassen wissen, allermeist, dass Ihr sehet, dass die V Orte keine Treue hinter uns brauchen und aber sie fürchten, Ihnen werde das Mämmeli zukt. Gott mit Euch. Amen. Geben zu Zürich Freitag den 18. Febr. um 9. Stund 1530.

Der General ist sonst nicht unbericht und nicht sonders gut Fünförtisch; aber der Fall ist beim König noch das. (?)

Euer Weisheit allzeit williger
Huldreich Zwingli.

XXV.

Lambertus Magret Zuinglio.

Scripta tua ac nonnullarum rerum significationem quae mihi satis obscura videbantur, a latore praesentium accepi, per quem ratio morae meae pro communicatione inter Te et me exponitur meo judicio satis aequa, quapropter opus est adventum meum differri, qui tamen haud longe aberit. Interim magnifice et eruditissime vir Te precor, res utrique partium utilissimas intertexere velis, dum vero intellexerim, memorialia sive pacta aliqua Te conscripsisse, si Tibi visum fuerit, per praefatum Latorem aut alium Tibi fidelem sive in itinere, sive alicubi, mittas prout melius Tibi videbitur. Gratia et Pax Domini Nostri Jesu Christi sit semper tecum. Ex oppido *Baden*. 21. Febr. 1530.

Tuae Dominationis humillimus servitor
Lambertus Magret.

XXVI.

Johannes Albertus de Mülinen Commendator Hitzkirchensis

hac epistola *Zwinglio* commendat affinem suum *Hallwilensem*, a quo Praefectus *Kiburgensis* postulat, ut omnia quae eo auctore decernantur et literis sanciantur in dioecesi judicii ejus sita in Comitatu *Kiburgensi*, non ab ipso sed a Praefecto *Kiburgensi* obsignentur. Data est Dominica ante Matthiae (ante 24. Febr.) 1530.

26.

Hans Albrecht von Mülinen Comthur zu Hizkirch empfiehlt Zwingli seinen Schwager von Hallweil, dem der Vogt zu Kiburg zumuthet, alles was vor seinem Stab beschlossen und verbriefet werde in seinen Gerichtszwängen in Kiburger Grafschaft liegend, müsse nicht von ihm, sondern von dem Vogt auf Kiburg besiegelt werden. Sonntag vor Matthiae (vor 24. Febr.) 1530.

XXVII.

Huldrici Zwinglii de Foedere Gallico Epistola.

Ἐπιγραφή: Ad manus proprias Clarissimi viri *Lamberti Macreti*, Generalis etc. *Bremgarti* nunc Legatione fungentis etc.

Prima propositio ad Urbes christianae Civitatis *Tigurum*, *Bernam*, *Basileam*, *Scaphusiam*, *S. Gallum*, ex una, et *Stratopyrgum* ac *Constantiam* ex altera parte.

Constare, nullos Reges aut populos retro seculis constantius restitisse Romani Imperii violentiae ac tyrannidi quam christianissimos *Francorum* Reges, *Helvetiorumque* populum. Quorum virtute factum sit, ut non modo ipsorum, sed etiam quorumcunque aliorum principum, populorum ac urbium, qui nondum jugum receperunt, libertas integra permanserit. Dandam igitur esse operam, ut eadem nostro tempore, non minus quam majores nostri, accurremus; ne de nobis dicatur: Degeneres filii etc.

Cum autem conjunctis fere copiis *Francorum* Reges et *Helvetii* sese defenderint ab imminente *Romana* tyrannide, ita tamen, ut *Francicae* opes praecipuae fuerint, sine quibus *Helvetiorum* mediocritas tantum bellorum onus sustinere vix potuisset, jam committi non debet, ut eae vires dissocientur et disjungantur, quae conjunctae tantum sibi et aliis profuerunt. Quo semper spectaverint *Francici* Reges.

Nunc vero, cum pertinaci dissensione *Quinquepagici* ab urbibus Christianae Civitatis dissideant, dolere id quidem Regi non minus, quam si duo (quod Deus custodiat) filii ejus dissentirent; perstare tamen in majorum suorum sententia et cura, sic, ut non credat ullam gentem quam *Helveticam* regno suo aut commodiorem aut fideliorem fore ad perpetuam amicitiam et utriusque partis defensionem.

Hinc illum allaborare, ut quandoquidem cum universis *Helvetiis*, propter jam dictum dissidium in praesentiarum foedus obtineri nequeat, cum his tamen Urbibus, quae *christiana Civitate* unitae sunt, cumque his pagis, qui ut in Christiana Civitate non sunt, ita non dissentiunt tamen a Christianae Civitatis urbibus puta cum *Clarona*, *Salodoro*, *Abbacella* et *Doggenburgiis*, amicitiam ac foedus jungat et ineat: ne ulla potentia cujuscunque principis aut populi, de improviso, aut ex insidiis coorti, vel opprimi, vel damni aliquid accipere possint.

Cum autem foedus istud, quod jam aliquot annis cum omnibus *Pagis*, praeter Dominos *Tigurinos* haesit, jam dictis Dominis *Tigurinis* sic displicuerit, quasi magnum esset *Helveticae* libertatis in eo

praejudicium, ut istud inire aut recipere nunquam voluerint: Promittere nunc Regem Christianissimum, se tale foedus cum antea dictis Urbibus ac Pagis initurum; nisi vel *Stratobyrgum* vel *Constantia* nolit, quod divinae Legi nusquam contrarium sit futurum. Quapropter Regem, cum articulos proposuerit, eos subjecturum censurae Sanctarum Literarum doctis et verbi Dei apud *Helvetios* ministris evangelicis. Nihil enim aeque esse in votis Christianissimi Regis atque ut Evangelii puritas illibata permaneat, et utraque pars, videlicet Regnum *Franciae* et *Helvetiorum* populus, cum reliquis *urbibus*, salva sit ac tuta. Proinde orat ut audiatur.

His ad hunc et meliorem modum propositis cum decretum erit quod eum velint audire, hi videntur articuli, vel leges foederis esse efferendae.

1. Regnum *Franciae* et praedictae *Urbes* ac *Pagi*, proximis quindecim annis aut viginti, prout fuerit sancitum, virtute hujus sancti foederis; quo in primis volunt ex utraque parte Religionem Christianam esse defensam, sic sese mutua amicitia et fide colant, quasi sint unus populus, una civitas, et una Respublica, ut eadem utrimque cura habeatur pro ambarum partium salute.

2. Si quis alteri ex his partibus injuriam facere, aut bellum inferre tentet, propter receptum aut defensum Evangelium Christi, sive id aperte sive per cuniculos, h. e. sive directe sive oblique hoc faciat; jam utramque partem alteri eam opem debere, quae hic exprimet.

3. Si quis per injuriam bellum inferat dictarum partium alteri, propter alias causas, quam propter Evangelium iterum debere alteram opem hic constitutam.

4. Si qua partium de repetendis juste possit agere, h. e. olim factam injuriam reposcere, jam altera partium opem non debebit, nisi alterius jus causamque de integro cognoverit, et opem esse ferendam decreverit etc. ut in formula generalis foederis cum omnibus *Pagis* expressimus. Attamen auxilium semper debet decerni et pro justitia et pro amicitia, ut ne quid temere neque etiam perfidiose fiat etc.

5. Exercitum cum *Helveticae*, christianae Civitatis Urbes Regi mittent, illis Rex prospiciet eo stipendio, quod constitutum erit.

6. Cum vero Urbes aut *Pagi* aut bello petentur, aut bellum ab utraque parte fuerit decretum; tunc Rex tantam pecuniam cuique *Urbi* aut *Pago*, tantum machinarum; tantum commeatus, tantum equitum mittet, quantum fuerit constitutum.

7. Praeter ista dabit Christianissimus Rex quotannis tantum aut tantum cuique Urbi etc. Ut etiam prius exposuimus.

Et in summa, generalis clausula adponatur: ut utraque pars alteram sic servet, colat ac tueatur, atque seipsam. Id autem adversus quoscunque. Salvis tamen eis exceptionibus quae alias solent diserte poni, nisi quod in fidei negotio nemo excipiatur, quia non est dubium, Christianissimum Regem hactenus nullum foedus propter fidem cum quoquam iniisse. Nos vero in fidei negotio etsi excipiamus verbis attamen ea exceptio non pertinet ad fidei exceptionem, nam in ea re mutuum ferimus auxilium contra quoscunque.

De *Stratopyrgo*, quam *Argentoratum* nunc latine vocare consueverunt, et de *Constantia* sic habe. *Argentoratum* potens Urbs est et ad infestandum *Caesarem* opportunissima. *Constantia* vero velut clavis est *Helvetiae* ad ortum spectantis. Unde danda est opera, ut ea, etiamsi *Stratopyrgos* relinquatur, nulla ratione negligatur, proderit enim et *Regi* et *Helvetiis*, si illa vobis, arctius etiam quam solum christiano foedere, jungatur.

Possumus et apud alias urbes *Germanicas*, *Helvetiae* vicinas, plurimum, ad omnem occasionem: sed hoc in aurem Tibi dicimus.

De *Cattorum* Principe sic intellige: Juvenis quidem est, puta 28 natus annos, sed super hanc aetatem prudens magnanimus et constans, apud illum possumus fere quicquid volumus. *Wirtembergensis* Princeps pulsus et exul jacet, sed me Hercules perspicuo ingenio, consilio promtus, animo infractus. Hunc in aliquam societatis partem aut adscivisse aut admisisse, non erit poenitendum. Habes summam, quam promisi, perinde atque superiorem tumultuosa opera perscriptam; quia profectio vetuit diutius immorari. Sed quod promisi servabo, puta fidem in concilianda pace et servandis cum *Helvetia*, tum Rege Christianissimo etc.

Exemplum reposco. Tuus.

XXVIII.

Conradus Somius Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo per Christum. Vera est fama, clarissime *Zuingli*, quae apud vos increbuerat de Conventu Urbium *Bibraci* habito. Convenerunt equidem hac caussa primum, ut consultarent, an subscribere vellent, articulis *Saxonis* et *Brandenburgensis*, et per Dei gratiam omnes detrectarunt, et a foedere eorum excludi maluerunt, quam fidei libertatem perdere. Negotium nostrum agitari coeptum est, sed eo infecto redierunt, quisque ad sua. Rectissime scribis, miris artibus impediri, ne Civitatem vestram ambiamus. Ego Te nil celabo, etsi invitus scribam, *Ulmenses* mei, qui jampridem videbantur ad hoc, quod unice cupimus, propensi, de cordatioribus loquor et primariis, inferiores enim et plebs ipsa nil aeque cupiunt hodie quoque, palam nonnunquam de hac re disserentes, cordatiores, inquam, adeo immutati sunt, ut vehementer timeam, eos vel muneribus vel variis pollicitationibus corruptos, nam et diversum suadent, et *Caesaris* potentiam plenis buccis ebuccinant, praetexentes, se Caesarem implacabilem reddere, si Civitatem apud vos reciperent. Nolunt videre miseri, gratiam *Caesaris* obtineri non posse, nisi toto Christo negato. Hoc etsi multis inculcem, tamen surdis cano. Quid illis de Christo, qui mundi mancipia sunt, pompae, venationi et luxui student, nihil interim soliciti an Christus vel Antichristus regnet. Male consultum est Evangelio apud nos, ubi Aristocratia in Oligarchiam degeneravit. Id quod et in tuis plerumque expertus es. Et ut semel omnia dicam, (nil enim possum Te ultra celare) oligarchae mei et reliquas urbes detinent, ne agant, quod in primis

agendum esset. Observant enim *Ulmam*, quae si recte saperet, et Civitatem vestram ambiret, reliquae omnes eam imitarentur. Ubi vero eam perterritam vident, terrentur et ipsae, viribus multo inferiores. Ego certe, qui nec eloquentia, nec rerum prudentia valeo, minor sum, quam ut sperem me quicquam efficere posse. Tuum erit, me eorum admonere, quae Tibi videntur facto opus esse. Meo judicio extimulanda esset *Lindoia*, ut vicinas urbes urgeret, et simul solicitarent *Ulmam*. Non facile credo, quod se a reliquis sejungeret. Crebro tentandum est hoc negotium et Dominus tandem aderit. Pientissimus *Hessorum* Princeps in Christi negotio non dormit. Scripsit *Besserero* [1]), se cum *Moguntino* gratiam iniisse et plus amicorum reperisse, quam crediderit. Jussit, ut et reliquas urbes consoletur. Sed totus friget, ideo nec mirum, si et in aliis ab eo pendentibus (est enim multorum Apollo) nec ardorem, nec studium pietatis video. Rem tenes. Nihil adhuc antiquatum est, nec unquam antiquabitur, nisi fiat, quod molimur. Coenae institutionem urgemus, sperantes per eam nonnihil detractum iri Missae. *Gallum* et *Lothringensem* ajunt bellum indicturos *Argentoratensibus*. Eo vero eis non timeo. Vale in Domino qui Te nobis diu servet incolumem et me commendatum habe. Verbi ministros et pios omnes salvos cupio. *Ulmae*. 22. Febr. 1530.

Nota. Auctor nomen suum non subjecit Epistolae, sed *Conradus Somius* auctor est.

XXIX.

Erasmus Ritter ad Zuinglium.

Gratia et Pax a Deo per Jesum Christum. Carissime Magister *Udalrice*, tibi quae te velim et rem meam a *Petro de Louffen*, satis indicatam esse puto; nec minus mihi indicatum est, quid mihi porro in causa mea agendum esset. Jam scito, me comperisse, si rogaverim, multam mihi 80 ℔ remissum iri; quare si Domini mei *Turicenses* et *Bernates* cum *Schafhusianis* agant, ante quam causa mea transacta sit, id voluntatem eorum magnum in modum a me alienet et mihi impedimento sit. Si autem causa mea transacta erit, non inutile erit sed admodum expediet, *Turicenses*, *Bernates*, *Basileenses* *Schafhusiam* venire a Senatu majori petitum et quidem primum amice: cum *Benedictus* [2]) concionator tam parum pacis amans sit, qui cum nullo concionatore in concordia vivere possit, ut *St. Galli* quoque ostendit, ex quo multae turbae et discordiae sperandae sunt; idem is est qui audet ea docere *Schafhusiae*, quae *Bernae* [3]) quidem divinis scriptis obtinere nequivit; et alios quosdam locos alienos a christiana doctrina, qui cum Dei verbo non consentiunt — haec, dico, si exposuerint, petentes ut dimittatur, certo mihi compertum est, eum dimissum iri. Quod responsum si

[1]) Ulmensium Consuli.
[2]) *Burgauer*.
[3]) In disputatione.

iis datum erit, tum etiam cum iis agere poterunt de causa, quae mihi accidit. Id autem ne fiat ante quam 14 dies praeterierint, hoc enim tempore causa mea transigetur; neve tamen supra mensem differatur; nam hesterno die etiam tres pios cives multaverunt, quemque 80 ß, quorum causa fere mea ejusdem causa orta est; pro quibus iis intercedendum erit. Quod si perfectum sit, utile fore spero; si enim bonum collegam habeam etiam Magistratui aliter agendum sit. Quod si non factum erit, quidquid aedificio et recte facere studeo, Benedictus evertit. Si autem nemo Legatus ex Senatu veniat, vereor, ne literae Senatui majori non proponantur, neve nihil impetretur a Senatu minori. Tu, velim, rursus me certiorem facias, quid mihi porro agendum sit, etiam si venturi sint, quo die, ut domi maneam et iis consulam, quomodo res proferenda sit. Dedi *Schafhusiae* 26. Febr. 1530 [1]).

Erasmus Ritter.

29.

Erasmus Ritter an Zwingli.

Gratia et Pax a Deo per Jesum Christum. Lieber Meister Ulrich. Euch ist mein Anliegen und Handel von Petro de Louffen, als ich achte, genugsam entdeckt worden, auch mir dabei angezeigt, wie ich mich ferner im Handel soll halten. Nun sollt Ihr wissen, dass mir ist kund worden, sofern und ich werde bitten, so werde mir die Strafe um die 80 ß nachgelassen, darum wo meine Herren von Zürich und Bern vor ehe und mein Handel dannen gethan wurde, mit denen von Schafhausen wurden handeln, wurde es mir grossen Ungunst auch Hinderniss gegen ihnen machen; wenn aber meine Sache voll überhin kommt, so wird es nicht unnüz, sondern fast gut, dass Zürich, Bern, Basel gen Schafhausen kommen und vor einen grossen Rath begehrten, dasselbe anfangs freundlich begehrten, weil Benedikt so ein unfriedsamer Predikant wäre, der sich mit keinem Predikanten vertragen möchte, wie auch bei St. Gallen er erzeigt hat, daraus aber viel Unruh und Uneinigkeit erwartend ist, und er auch der ist, der das untersteht zu lehren zu Schaffhausen, das er doch zu Bern nicht habe können mit göttlicher Schrift erhalten, mit samt andern etlichen unchristlichen Artikeln, so sich dem Wort Gottes nicht verglichen etc. so bin ich gewisslich bericht, dass man ihn wird fahren lassen. So dann ihnen solche Antwort gegeben wird, mögen sie darnach auch mit ihnen handeln von wegen des Handels, so sich mit mir verlaufen hat, und solches soll vor 14 Tagen nicht beschehen, denn in der Zeit wird mein Handel ausgetragen, und soll doch über einen Monat lang nicht anstehen bleiben, denn sie haben auf gestrigen Tag 3 frommer Bürger auch gestraft, jeden um 80 ß, und hat sich der Handel auch fast um meinetwillen erhebt, für dieselben werden sie müssen bitten. So das also verstrekt würde, wär ich Hoffnung, es würde gut, denn

---

[1]) Cf. Ep. Bovilli datam 28. Martii ad Zwinglium. *Burgauer* enim *Ritterum* apud *Bucerum* accusaverat.

wenn ich einen guten Gehilfen hätte im Predigen, so würde der Gewalt auch anderst müssen handeln. Sonst was ich aufbaue und gerne wollte, gut machen, das bricht Benedikt wieder ab. Sofern und aber keine Rathsbotschaft würde kommen, hätte ich Sorge, die Briefe würden nicht vor den grossen Rath kommen. So richtet man bei dem kleinen Rath gar nichts aus. Lasst mich wissen wiederum, wie ich weiter handeln solle, auch ob sie würden kommen, dass ich könnte wissen auf welchen Tag, damit ich bei Hause bliebe, so könnte ich ihnen Rath geben, wie sie die Sache sollten anbringen. Dat. Schafhausen den 26. Febr. 1530.

Erasmus Ritter.

XXX.

D. Lanzerant Zuinglio.

Eruditissimo Viro Huldrico Zuinglio Concionatori Tiguri.

Literas tuas, eruditissime vir, per tuum Juvenem accepi, similiter et alter orator Regius, commilito meus, D. *Lambertus Megret*. Quam vero per easdem experiamur animum, quem fere in iis, quae nobilis ille *Travers*, Tibi nec non nobis cognitus, enumeravit, non usque adeo exacurati et experti commoditatis illius, quae ab alterutra parte in Rempublicam consequi posset. Cogitantes autem negotia praesentia ac terminum haud longum exequendarum rerum tantis votis optatarum a Rege colendissimo Domino nostro. Videtur mihi itaque, hocque Tibi fido, si amicus existas, secundum gratiam omnium rerum Conductoris, ut non sit faciendum semen terrae, quin et prius sit cultum territorium, atque id ipsum semen sit antea digestum, mortuum atque revivificatum, juxta verbum Domini in sancto ejus Evangelio quod teneo et credo nihil omittendo, atque eo pacto, ut unicuique vero Christiano credendum secundum gratiam Spiritus Sancti, absque quo nulli eorum, qui tales se nominant nihil fructus possunt ferre. Ut ipse optime calles. Nunc non respondeo rebus iis, quarum Tuae Literae acutissimo stilo memorantur, adeoque forsitan cerebro meo imbecillo vix eas comprehendere sit possibile. Nihilominus, quantum spectat ad ea, quae attingunt sive attingere possunt et sanctum Verbum, voluntatem divinam et salutem animarum christianarum hactenus intellexi Te difficilem scribendo mihi ostendisse, non tantum modo propter imperitiam Linguae Latinae, sed et ignorantiae divini verbi causa. Quarum utrarumque Te assero me indignum existimare. Quapropter ne mireris, si fortassis crassiore Minerva hasce praesentes Tibi scripserim ob longam distantiam temporis, quo non gravatim operam dedi bonis literis, quarum Te noscо optimum Praeceptorem, juxta ea, quae mihi sunt relata et cognitionem Tuorum nonnullorum editorum. Brevi dabitur occasio colloquendi mutuo, aliterque quam Literis. Tuncque plura Tibi dicam, quam nunc scribere velim. Contentionem, quae praesenti ob dissectam doctrinam in mundo circumvolitat, non admiror ob necessitatem, quod scandala veniant secundum verbum evangelii, ob peccata atque scelera, quae in

Christianitate versantur. Attamen post illa scandala et peccata speranda est misericordia iis, qui bonam fidem tenent, quique ad Dominum convertuntur. Inprimis interea fac, Te oratum volo, quod pax ubicunque interteneatur nihilque novitatis subrepat. Perlegi Discursum consilii Tui, quod sentio maxime referre. Commendo Te Deo Domino nostro, quem precor, ut Te et me sua divina gratia illustret. *Friburgi* 27. Febr. 1530.

Orator regius in Helvetia tuus *D. Lanzerant.*

XXXI.

Lambertus Magret Zuinglio.

Literae tuae a praesentium latore sunt redditae. Perspexi, magnifice et eruditissime Vir, consilium, quod mihi misisti, rem equidem tum politam, tum ingeniosam sed prout semper per nobilem virum *Antonium Traversum* significavi, donec viderimus resolutionem restituendorum Dominorum meorum, Filiorum Regis, quae Deo dante brevi fiet, nequeo Tecum conferre, neque ipsam rem locupleter et exacte Regi significare caussa literarum quae surripi aut videri possent, illaque ad liberationem dictorum filiorum impedimento vel saltem retardationi forent, cujus rei autor minime esse vellem, imo procul absit transacto aut infecto, quod dari nolit praedicto negotio communicandi dabitur locus. Gratia Dei Tecum, *Friburgi* 27. Febr. 1530.

Tuae Magnificentiae humillimus servitor

Lambertus Magret.

XXXII.

Zuinglius Sturmio Argentoratensi.

An Herrn Jakob Sturmen zu Strassburg oder in seinem Abwesen Herrn Conrad Joham, seinen lieben verehrenden Herren.

Gratia et Pax a Domino. Equidem vir clarissime, statueram nihil ad Te scribere, donec aliquid Epistola dignum accidisset, in ea re, quam nunc ago. Ea est, quod jam tertio a me postularunt Legati Regis *Gallorum*, consilium quod latine conscripsi de frangenda aut minuenda potestate Caesaris, nam bis negavi, at tertio, nisi non sine conscientia Probulentarum. Jam septimus dies est, postquam *Collinus* noster cum eo consilio ad Legatos proficiscitur, et nondum scio, an ad Regem ipsum sint libellum cum tabellione missuri, nec ne. Hic, inquam, constituveram, nihil ad vos daturum esse literarum, donec aliquid responsi accepissem. Sed hodie h. e. 27. die Febr. literas ex *Ulma* [1]) accepi, quae magnam suspicionem imo rescientiam de perfidia *Bessereri* mihi attulerunt, quae me indignitas cogit, ut vobiscum commenter. Vos enim soli potestis huic malo occurrere. Res vero

---

[1]) *A Somio.*

ipsa sic habet. *Haesus* intra quatriduum literas ad me dedit, in quibus miratur, cur tam difficiles nos exhibeamus in jungenda Civitate, cum *Ulma*, *Lindoia*, *Memmingae* et ceteris. Equidem vehementer admiratus sum hanc quaerimoniam usque ad hunc diem, quo literas accepi ex *Ulma*, amici cujusdam integerrimi ac primi quoque nominis, quocum multa egi de incunda vestro exemplo Civitate, in quibus bonus ille vir graviter queritur de *Bessereri* tum mutatione, tum cunctatione. Olim enim incubuisse in hoc, ut Cives fieremus, nunc cessare. Neque sine suspicione esse apud multos, populum enim ineundae Civitatis esse avidum, sed tergiversari omnes, qui *Besserinae* factionis sunt, etiam eos, qui prius pedibus ac manibus huc pergebant. Addidit idem amicus, quaedam a *Landgrafio* ad illum esse perscripta, quo facile deprehendi potest, mendacium istud, quomodo nos difficiles exhibeamus, ab illo ad *Landgrafium* esse confictum ac delatum. Nunquam enim quicquam nobiscum super ea re egerunt, quantumvis ego ad amicos totos libros perscribam. Sed sic cogitavit nimirum corruptus homo: longum est intervallum, et, quod dicitur, in longinquum mentiri non admodum periculosum est. Cumque Princeps eum urgeret per literas, ne cunctarentur ambire Civitatem nostram et ipse nollet ambire, mendacio respondit, nos nolle ipsos recipere, aut aliquid hujusmodi. Nam ista tarditas qua cunctantur immontanae *Urbes* omnino est ex perfidia aliquorum consciorum, e quibus ipse vereor *Bessererum* istum esse. Nam annus est, quo mihi coepit suspectus esse multis ex causis. Quum vero postulatur ab eo, cur detrectet nostram inire Civitatem, nihil quam hoc futile respondet, vereor, ne nimium offendat Caesarem, quasi vero placari Caesar illis possit, dum in re Sacramenti defecerunt a *Saxone* ac *Noricis* ad nos. Sed est quod agunt pulli *Erasmi*, *Caesarem* et *Ferdinandum* intelligo. Imparatos voluit potius opprimere, quam auxiliis instructos periculosius oppugnare. Et in hunc usum minis et muneribus incircumspectorum animos alienat a solidis consiliis, ut omnia habeant oscitantiae et dissidiorum beneficio, obnoxia. Orant me amici, ut per *Constantiam* et *Lindoiam* curem, *Ulmam* sollicitari ad Civitatem ambiendam, id quod sic facturum polliceor, ut etiam Vos et *Landgrafium* sollicitem, ut me juvetis. Proinde rem Vobis dignam feceritis, si apud *Ulmam*, *Campodunum*, *Bibracum*, *Memmingam*, *Isnam* atque *Lindoiam* pro virili allaborabitis, sed quam occultissime, ut rebus suis prospiciant, ne negligentia aut dissidiis sese Caesaris potentiae objiciant. Commemorate quomodo Vobis magis ac magis allubescat amicitia nostra, et cetera, quae si Vos docere pergere, Sus Minervam. Ad Principem nostrum *Landgrafium* idem scribo, quapropter eas literas primo quoque tempore ad illum dato. Quod si huc impelli Urbes istae nequirent, hoc tamen ab eis impetrandum esset, ne aut *Caesarem* inter moenia reciperent, aut adversus christianos fratres quidquam ad bellum suppeditarent. Sed dubium non est, si modo corruptis metus incutiatur, reliquum populum citra negotium nobis accessurum esse. Novarum rerum haec habemus. *Caesar* passus est se jam diu impediri artibus *Pontificis*, donec jam Ver adpetat, quo illi in *Germaniam* transeundum est. Quo desiderio ipsum aventerunt,

ne non constanter instet *Romae* coronari, sed *Bononiae* penultima Februarii diadema recipit. Id ego certum habeo ex Legatis *Francicis*. Nam *Allobrox* sive *Sabaudiae* tyrannus non inoffenso *Francorum* Rege quod tantum caesarisset, ad coronationem cum ambitioso 500 Equitum apparatu proficiscitur.

Foelix a Werdenberg exercitum scribit 20,000 peditum, equitum autem juxta proportionem. Res non sunt admodum vanae. Nam e multis locis intelligimus Duces constitui: sed multa sunt quorum causa haec concinnari consilia putem. Salvos jube *Bernardum Fridericum Pfarrerum*, *Capitonem* et *Bucerum*, et per hanc longam Epistolam excusa, quod nunc nihil dem literarum. Vale, et omnes homines admone, ut advigilent. Videbis enim sive fatis sive providentia divina, victores nos abituros esse. Tanta est malitia, perfidia et stultitia Caesaris, ut mundum ipsum credam hoc onus quacunque ratione positurum esse. *Tiguri*, ultima die Febr., nam partem heri post vesperam, partem hodie scribo. 1530. [1])

Huldricus Zuinglius, tuus.

XXXIII.

Jodocus Kilchmeier Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo. Tametsi nullas ad Te Literas hactenus dederim, *Huldriche* doctissime, non tamen hoc est, ut aut morbo aut tui oblivioni adscribas. Nolui enim alioqui maxime oneratum magis molestare. Jam vero compareo importunus scilicet aut praematurus. Non dubito, quae superioribus diebus, praesentibus *Tigurinis* legatis, apud nos gesta, Tibi per eosdem abunde satis declarari. *Martinus* [2]) noster *Flumsensis* Ecclesiae Episcopus vix manebit, nisi senserit quiddam aliud quo tutius agere liceat, nam nobis ipsis haud aliud quicquam persuadere possumus, quam mox ferociores fieri lumini rebelles, quandoquidem talia audimus, ut aut indigne fuerint accusati, aut rei absolutionem potius, quam poenam sustinuerint. Dolemus sic evenisse, non quod cuiquam male velimus optemusque, verum quod accusationem, si haec injusta fuerit, aut si justa, impunitatem in Evangelii ignominiam vergere timeamus, pariter in pios majorem quoque audendi posthac licentiam fore. Scis enim, quid a malis impune mala fecisse impetret. Ego instruxi animo nimirum, ut opinor, optima volente, quosdam, ut singulis ex Parochiis viri, pro causis componendis, publicis et communibus suffragiis, electi mitterentur. Hanc enim jactant veterem provinciolae et libertatem et consuetudinem. Consiliumque pium, ut arbitror, apud *Wartauwenses* praevaluit ceteris vere omnibus prudentiores. Apud nos autem, variis ac fluctuantibus votis datis, laboriose hinc

---

1) In libri inscripti: „Teutsches Museum“ a Münchio editi anni 2. libello 1. pag. 20 seqq. haec epistola male in vernaculam linguam versa exhibetur.

2) *Martinus Meunhard*, concionator *Flumsensis*, quem *Aegidius Tschudi* praefectus *Sargansensis* concionare vetuerat, et parochiales catholici munere moverant, cum alii parochiales eum retinere vellent.

ventem, ut quidem *Zannacasum* [1]) proficiscerentur indicta die, spectaturi, si forte et alii accincti essent ad veteris libertatis morem cuncta perficere. At nemo quam mei, *Wartewensesque* comparuit. Silent et isti, atque abeunt. Pergit itaque Proconsul et sua autoritate, sed verius vulpis illius nomine (scis quem fraudulentum et ad parandas insidias doctum institorem velim) convocat veteranos milites, ne quid durius dicam, qui plenaria ut Pontifex ait, potestate cum reliquis pagorum oratoribus pro tribunali sedent. Rem eo vertunt quo vides, et a *Tigurinis* Legatis audire potes. *Tigurini*, quamvis, ut minime dubitamus, meliora pro sua cupiditate cupierint, ac omni telorum genere oppugnaverint, qui tamen credi potest, tot renitentibus ipsos victores evadere? In quod sane dudum vulpem illam malorum non minimam facem excubuisse conjecturandum, omnia pro sua malitiosa sagacitate et loquentem et administrantem. Verum expectamus de proximo *Badensi* Comitio meliora. Mihi tamen sic omnia videntur, ut tua opera, scitu et voluntate clarissimi Senatus *Tigurini*, a quo huc missus (sum) abire liceat, quod etsi non modo, tamen data interim fausta manendi copia ad imminentem autumnum concedatur, aut divi Martini festivitatem. *Casparem Megandrum* ferunt hac ipsa aestate *Tigurum* reversurum in cujus *Bernae* locum me subrogari forte non temere, desiderarem, aut alibi, ubi et coelum et populi majus ad Evangelium Dei studium meliora polliceretur, si alias sub Magnificorum *Tigurinorum* imperio agere non licebit. Vellem Tibi mea explorata omnia, quaeque apud nos geruntur, quo facto non ambigerem, quin diligenter curares, alio in locum meum posito meis (rebus) consulere. *Ursum Grotz*, quem coram habes, Tibi sic commendatum oro, quo eum apud Senatum *Solodorensem* vel literis promovere haud pigeat, unde ante aliquot annos Evangelii causa expulsus. Fidelis jam 4 annis Ecclesiae in *Wyssthannen* verbi minister probatus inque Evangelio propagando admodum diligens. Rogat et *Georius Flymser* satis Tibi notus, ne graveris et suis rebus succurrere, atque ipsum, ubinam hoc sit ad verbum praedicandum dirigere. Pollet enim bonis moribus atque doctrina. Vale et fac in omnibus ut liqueat non Te fuisse vulgarem amicum. Ex *Meyls* die Martis post Invoc. 1530.

J. K. tuus, semper ex animo.

XXXIV.

Philippus Landgrafius Hassiae ad Zwinglium.

Amico meo, Magistro Udalrico Zwinglio in manus.

Care Magister Udalrice. Quae mihi scripsisti legi et libenter audivi; ea epistola autem demum heri Mercurii die mihi perlata est. Quod ante quam factum est Legatum meum (1) misi, omnibus rebus ei mandatis, iis exceptis, quae ad (2) pertinent, quippe quae nisi in occulto habeantur, disturbentur. Quamquam in magna spe sum, me multos homines rei immixturum esse nemine opinante. Sed magnopere dubito jam nunc

[1]) *Surgans.*

agere cum (3), (4) et (1) de (2) re, cum (3), (4) et (1) Senatus magnus sit, neque quidquam facile celari possit; itaque cum (3), (4) et (1) nihil de (2) agere possum, donec tempus sit. Si autem quod consilium nobis aperuisti de (5) vel de (6), id unquam processerit, et (3), (4) et (1) ad (7) in Misniam venerint, vel si (3), (4) et (1) per se soli adhibitisve (8) ad (7) venire cogitaverint et id mihi indicatum erit, tum (9) non dubitabit; praeterea autem velim, si tempus venerit, ut venturum spero, rem (2) expediendi, et si (9) ad (3), (4) et (1) etiam ad (2) miserit, industria impendatur, ut (3), (4) et (1) tum quam maxime in rem incumbant. Neque non Legatis meis *Basileam* missis scripsi, ut agant cum *Turicensibus* et *Basileensibus*, et me suadere, ut pactionem ineant cum (5) et cum (6) nec minus cum (8), id quod vos celare nolui, cum, quod supra scripsi, cum (3) (4) et (1) de re (2) agere nondum mihi liceat. Quod attinet ad rem quae (10) imminebat, profecto imminebat, cum autem vidisset, (10) et qui eum adjuvat resistere, etiam gravissimorum ducum unus ipsis occubuisset, nunc quidem res frustra fuit. Utinam (11) (10) animum haberet. Denique opus est, vos res vestras in occulto tractare, te et Dominos tuos; nam epistolas legi a familiaribus meis et a (11) mihi traditas, in quibus exempla aliarum inclusa erant eis a (7) tradita; in his exemplis igitur tam multa mira leguntur, ex terra vestra ad (7) scripta, ut mirandum sit; quorum pars vera pars mentita sunt. Quamobrem res vestras occulte tractetis et videatis cui fidem habeatis. (2) quoque me jussit (12) rogare ut si sibi scribere velit, id faciat obscuris verbis, his signis, se etiam constituisse, ut (13) epistolae accipiantur et inde perferantur. Denique Deo commendatus sis. Nosti satis manum meam, ut nomen adscribere non opus sit. Dedi Jovis die post Invocavit 1530.

34.

Philipp Landgraf von Hessen an Zwingli.

Meinem guten Freund Meister Ulrich Zwingli zu eigüen Handen.

Lieber Meister Urich. Ich habe euer Schreiben gelesen und gern gehört; ist mir aber gestern Mittwoch nach Invocavit erst zukommen. Darvor ich denn meine Botschaft her (1) geschikt, mit allem Befehl, ausgescheiden, was (2) angeht, denn solche Sache muss in solcher Geheim gehalten werden, oder wär verzett. Ich stehe aber in grosser Hoffnung, ich wolle viel Leute mit ins Spiel bringen, dessen man sich nicht versieht. Ich habs aber ein gross Bedenken, dass ich sollte mit (3) (4) und (1) von (2) Sache noch zur Zeit handeln, nachdem in (3) (4) und (1) der Rath gross und nichts verschwiegen wol bleiben kann, und darum kann ich mit (3), (4) und (1) nichts von (2) handeln, bis dass Zeit ist, so aber die Sache, da Ihr den Rathschlag aufgemacht habt, betroffen (5) oder (6), der einst vor sich ginge, und (3), (4) und (1) den (7) im Land meyssen würden, oder (3), (4) und (1) vor sich selbst allein oder mit Zuthun der (8) den (7) gedächten heimzusuchen und mir das zu wissen gethan würde, wollte (9) willig sein; aber daneben ist meine Bitte, ob die Zeit käme, als ich

Hoffnung habe, dass (2) Sache fort gehen sollte, und (9) zu (3), (4) und (1) samt (2) schiken würde, wollte denn Fleiss thun, auf dass (3), (4) und (1) denn frei drukten. Ich habe nicht unterlassen meiner Botschaft zu Basel zu schreiben, dass sie mit Zürich und Basel sollen handeln, dass mein Rath sei, dass sie einen Verstand mit (5) und mit (6) darzu (8) machten, weil ich euch nicht bergen wollte, denn wie ich vor geschrieben habe, ich darf noch zur Zeit von (2) Sache mit (3) (4) und (1) nicht handeln. Was angeht die Sache, die vorhanden was, (10) betroffen, ist gewisslich vorhanden gewesen, nachdem sie aber befinden, dass (10) und sein Helfer sich in die Gegenwehr begeben und auch ihrer trefflichsten Hauptleute einer niedergelegen ist, ist auf diesmal nichts draus worden. Wollte Gott, dass (11) (10) Sinn und Herz hätte, und zum Beschluss ist vonnöthen, dass Ihr mit euern Sachen in geheim umgehet, Ihr und euere Herren, denn ich hab Briefe gelesen, die mir von meinen vertrauten Freunden und auch von (11) sind zukommen, darin Copien sind gelegen, die ihnen von (7) sind zugeschikt, darin steht also viel seltsames Dings, dass aus euern Landen dem (7) zugeschrieben, dass Wunder ist. Es ist eines Theils wahr, eines Theils erlogen. Darum geht mit euern Sachen heimlich um, und sehet wem ihr trauet. Es hat mich auch (2) gebeten, so (12) ihm schreiben wolle, dass ers mit verborgnen Worten thue, durch diese Zeichen, er habe auch (13) bestellt, dass man soll daselbst Briefe annehmen und zurecht schiken. Damit seit Gott befohlen. Ihr kennet meine Hand wohl, es darf keines Namens. Dat. Donstag nach Invocavit 1530.

XXXV.

Bygel Zuinglio.

Vir doctissime. Apertis hesterno vesperi ultro et citro consiliis cum dominorum nostrorum, tum et aliarum, maxime *Argentorati* et *Constantiae* Urbium, quia inter consultandum nuntiis *Bernensibus* nec aliud commodum videretur, nisi quod amicitia aliorum Confoederatorum (quos antiquiores appellant) et illorum foedera sacramento reintegrarentur; placuit tandem singulis nunciis, aliquos, pro majori acriorique deliberatione negotii tam ardui et ancipitis ex numero seligere, ea lege, quod consultationes et consilia hujus modi selectorum per recessum dominis nostris hinc inde notificentur, si quid forsan in illis vel addere vel immutare libeat. Quum vero Tribunus major anni praeteriti *Jacob Meyger zum Sternen* numero hujus modi selectorum aggregatus fuisset placuit Deputatis *Basileis* hodie in Senatu cum dominis suis deliberare, nec alia hactenus acta sunt. Mores *Bernensium*, maxime nunciorum praesentium, *Manuelis* puta et *Petri am Werd* Tu probe nosti, quibus offensa Helvetiorum est molestissima. Consilium *Gallicum* tute comittere poteris cum *Sturmius* noster, vir integerrimus, Dominorum Argentoratensium Collega *Matthia Pfarrer* praesenti conventu nuncii hic praesentes existant. Tu interim cum dulcis-

sima tua conjuge et liberis jucundissimis optime vale. Ex *Basileorum* urbe. Jovis post Invocavit 1530.

Tuus, quem diligis,

Bygel,
Scriba major Tigurinus.

XXXVI.

Zuinglius Cunhardo Zuiccio [1]).

Gratiam et Pacem a Domino. Cum Consule vestro Probuleutae nostri sic convenerunt, ut Tibi, quae sequuntur, significem, Tu vero ista eis proponas, quibus tam spectata fides est, ut proditionis nullus sit metus. *Caesar*, quo citius in *Germaniam* transeat, coronatur penultima die Februarii *Bononiae*, cum hactenus semper institerit, ut *Romae* diadema acciperet. *Itali* omnia et faciunt et pollicentur, ut tam funesto onere liberentur. *Florentini* et *Ferrariae* Princeps per Legatos Regis *Francorum* conciliantur *Caesari*, ne non omnia post tergum habeat parata. Exercitus *Hispanus* id committit in amicos, quod alii in hostem. Per *Felicem Werdenbergi* comitem ingentem exercitum, scribit in *Germania Caesar*, quomodo vos non latet. Haec de *Caesare*. *Hessorum* Princeps hisce diebus literas ad me dedit, quibus queritur, nos, h. e. christianae Civitatis urbes, et praecipue *Tigurum*, *Bernam*, *Basileam* immontanae *Sueviae* urbibus, *Ulmae*, *Camboduno*, *Memmingae*, *Bibraco*, *Isnae* atque *Lindoiae*, iniquius negare jus Civitatis, aut certe morosius ac difficilius ejus facere copiam. Equidem admirari querimoniam et mecum reputare, unde ea orta sit, cum eae Urbes palam aut ex autoritate nondum quicquam hujus vel ambiverint vel postulaverint, nisi quantum privati amici super ea re commenti sunt. Ac dum mecum anxius omnia cogito, epistolam ex *Ulma* accipio, in qua vir non vulgaris judicii [2]) diversimode queritur, puta, quod *Ulma* cesset in ambienda Civitate, plebem isthic aliquandiu palam gestivisse ad amicitiam nostram, deinde et primi quoque nominis plurimos. Nunc *Bessererum* nominatim, dehortari ab ineunda Civitate, et quotquot factionis illius sunt. Hujus cunctationem non esse sine suspicione, quin id reprobet atque contemnat, quod paulo ante amplexus fuit. Morari denique residuas Urbes eum, quia omnia oracula ipsius non secus deosculentur quam Apollinis. Dum ista, inquam, in constantia mecum reputo, nempe quod *Hessus* queritur, nos negare aut difficulter exhibere, *Ulmensis* autem deplangit, suos non ambire, ecce, paulo post in eadem Epistola sequitur. *Hessus* scripsit *Bero* consuli nostro [3]) pacem se cum *Moguntino* iniisse etc. Quibus facile video, Consuli tantum esse amicitiae cum *Hesso*, ut literas inter se mutuo missitent. Cumque intelligo, non sine corruptionis suspicione esse, quod Civitatem detrec-

---

[1]) Senatori Constantiensi, fratri *Joannis Zuiccii* concionatoris illius ecclesiae.
[2]) *Somius*.
[3]) *Besserero* Consuli vestro?

tat apud suos, colligo, dum esse, qui tam impudens mendacium *Hesso* nunciaverit. Is enim, quantum in eadem Epistola mea capio, consulem incitavit, ut non adeo gravatim obeant negotium ineundae Civitatis. Porro hujusmodi mendacium non temere est. Magnam causam esse oportet, qua vir tantus pudorem atque honestatem posthabet. Adde, quod cum interrogatur, cur nunc cesset in prosequendo Civitatis commodo, frivolum hoc respondere audet, sese vereri, ne sibi Caesarem reddant implacabilem, si nobiscum amicitiam contrahant. Quasi vero eis aliquid boni sperandum sit apud Caesarem, cum nuper in comitiis *Bibraci* habitis ad nos a *Noricorum* et *Saxonum* articulis concesserint. Postremo orant me *Ulmenses* amici tantum non supplices, ut per vos atque *Lindoienses* efficiam, ut reliquae urbes immontanae *Ulmenses* adoriantur atque urgeant ad jungendam nobiscum Civitatem. Retulit quidem Consul vester, *Lindoium* quendam primi nominis hanc vocem edidisse: utinam Caesar parvo nos offenderet, quo justior causa esset ad urbes christianae Civitatis transeundi: sed ea vox paulo securiores, ne dicam imprudentiores animos prodit. Non enim vident boni atque innocentes homines, Caesarem nunc ante omnia cavere, ne quanquam offendat, si enim fieri potest, ut citra metum, venientem omnes recipiant. Qui ubi extra periculum in *Germaniam* advenerit, dii boni, quae dissidia, quas turbas, quae mala, quas clades, sub specie restituendi Romani Imperii instaurandaeque Religionis christianae dabit? Corruptos esse oportet aut socordes, qui ad hunc modum oscitant, qui non allaborant, ut auxilia et opes sic comparent, ut Caesar videat, se nequicquam tentare, Romanam fidem restituere, urbes liberas capere, Helvetios in ordinem cogere: id enim ante dimidium annum de arcanis ejus atque *Ferdinandi* consiliis verissime rescivimus. In quibus arcanis ferme sic continebatur: Prae Helvetiis et liberis urbibus Principes ac omnem Nobilitatem consistere nequire, proinde ineundam esse rationem, qua utrique in ordinem cogantur: Helvetii sic etc. Longum esset, hoc nunc scribere. At Urbes hoc modo: seorsim adgrediundae erunt, alia hodie, alia cras, et sic una post aliam, donec subigantur: deinde arma eis erunt adimenda, thesauri, machinae, opes etc. Vides nunc, mi *Cunharde*, ut corruptione isti consilio iter faciat *Caesar*, cum aut promissionibus aut muneribus accurat, ut urbes securae sint metu, quo facilius imparatas opprimat. Da, quod Deus avertat, ut in transcursu veniens, *Cambodunum* occupet, quo se tandem vertent reliquae, quam ad deditionem? Vereor enim nos quoque tunc, intra *Rhenum* manere tutum esse, dicturos. Quocirca vestri est officii, vestrae bonitatis ac providentiae, ut cum *Lindoiensibus* atque aliis *Immontanis* hoc agatis, ut expergefiant. Nam alias sub religionis titulo peribit eis publica libertas. Non est fidendum Tyrannorum amicitiae. Demosthenes ut monuit Tyrannis nihil aeque exosum esse atque *τὴν τῶν πόλεων ἐλευθερίαν*. Equidem, observande vir, eo sum magis solicitus, quod et illis speciatim, et in universum toti Religioni christianae hac maxime ratione imponi posse video: Caesar altera manu panem ostentat, altera lapidem celat. Honestis nominibus semper praetextum est pessimis consiliis. Proinde date operam, ut caute amicos moneatis et *Lindoiam*,

si aliam nullam, ad vos pertrahatis. Meticulosum esse oportet virum in Republica constitutum, ante periculum, at in periculo intrepidum. Sic ergo simus soliciti et anxii ante periculum, si sors Deus decerit, ut auferatur, si vero prorsus exhauriendum erit, forti animo perseveramus. Cetera Consul cum redierit, narrabit. Dabis item operam, ut quae nunc *Uberlingae* aguntur, hoc tabellione resciamus, potes enim ipsum ad hoc biduo aut triduo retinere. Vale et salutatis *Blaureris*, *Thoma* et *Ambrosio*, et inprimis fratre tuo atque *Menlishofero*, bene age, et recte rem gere. *Tiguri* prima Martii 1530.

Huldricus Zuinglius, tuus.

XXXVII.

Vadianus Zuinglio.

Quae de rumore scripsi, in eum finem feci, ut si alicunde monitus non fores, ex me tamen haec intelligeres, quo posses esse procinctior ad scribendum agendumve erga illos, quorum interest, ne impiae machinationes perditissimorum hominum simplicibus et incautis imponere ullo modo queant. Thraso ille gloriosus, quem Tibi adumbravi Literis meis, haud obscura indicia dedit improbi consilii factionis suae, unde mihi divinare licuerit, futurum ut a tyrannico aliquo impetu negotium ordiantur potius, quam a cognitione caussae pro veritate et Scripturis. Utcunque, persuademus nobis in fiducia, quae est in Christum Dominum, minime cessurum feliciter, quod illi tam nequiter et impie moliuntur, multum enim impeditum iri illorum audaciam Imperialium Civitatum prudentia speramus. Palam enim est videre, quo demum res abitura foret, si horum libidini licentiaeque non aliquo modo resisteretur, quorum animi, supra omne jus victoriae, non desinunt in miseram plebem *Germaniae*, atque adeo in ipsissimos pietatis patronos desaevire. Equidem bono animo sum, et constanter credo, quosdam in foveam casuros, quam fecerant. Illuc tamen spectandum, quid parturiant *Augustanae* illa Comitia: in quibus multorum conspirationem reclusum iri non dubitamus. Vale iterum. Cetera desunt.

XXXVIII.

Joannes Rudolfus et Henricus Zwinglii ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo. Frater carissime, benevolentissime, summe nobis colende. Quod nobis scripsisti bene te valere Deo gratias agimus, quippe quod auditum de te nobis summo gaudio sit. Deinde rem nobis scriptam nunc saltem nihil esse certo nobis compertum est; nam utique operam damus, ut comperiamus omnes seditiones et tumultus, qui nobis vel tibi sollicitudini sint. Etiam utrinque ad *Rhenum* amicos et benevolos habemus, quibus adjuvantibus facile comperiamus nihil non nisi quod in consiliis maxime clandestinis agatur. Quare certo confidas, nos et in hac et in aliis rebus quam maximam possumus operam daturos

esse et si quid periculi compererimus, quod certum sit, ejus te utique mature certiorem facturos esse. Deus semper tecum sit. Amen. Nos, Deo gratias, valemus. Dedimus in *S. Joannis* [1]) 9. Martii 1530.

Joannes Rudolfus et *Henricus Zwinglii*
fratres tui amantissimi.

38.

Hans Rudlig und Hainy Zwingli an Zwingli.

Fried und Gnad von Gott. Liebster Herr Bruder und Freund. Als Ihr uns geschrieben habt, es stehe wol um Euch, danken wir Gott, denn wir solches von Euch mit Freuden hören. Weiter von des Handels wegen uns geschrieben, sind wir gewisslich bericht, dass es jetztzumal nütz (nichts) ist, denn wir allweg fleissig sind zu erfahren alle Empörung und Aufruhr, so uns oder Euch sorglich. Wir haben auch zu beider Seite Rheins Freunde und Gönner, durch deren Hilfe (was nicht in gar heimlichen Räthen gehandelt wurde) wir wol erfahren mögen. Darum seit dessen gewiss, wir wollen all unser Vermögen in den und andern Sachen thun, und was wir Gefahrliches erfahren, das da gewiss ist, Euch allweg bei guter Zeit zu wissen thun. Gott sei allzeit mit Euch. Amen. Bei uns geht es von den Gnaden Gottes wol. Geben zu S. Johann am 9. Merz 1530.

Hans Rudlig und Hainy Zwingli
euer Freund und Bruder.

XXXIX.

Zwinglius Philippo Landgrafio.

Pomeranum (*Bugenhagen*) et *Lutherum* artibus effecisse, ut Comes *Frisiae orientalis* omnes concionatores secum consentientes de Sacramento fugaret et quidem *Joanne* Duce (Principe Electore Saxoniae) autore et quod *Lutherus* gloriatus esset, eos a se *Marburgi* victos esse. *Philippus* Landgrafius Comiti illi clare scribere et autor esse velit utrum *Lutherus* vicerit nec ne. „Nam per veritatem quae Dei est, *Lutherus* in hac re tam parum idonea et contumace doctrina utitur, ut nisi loci *Schmalcaldae* editi palam refutentur, magnum dissidium inde oriturum sit, cum omnibus veteribus quoque doctoribus repugnet, ne dicam Dei verbo in omnibus partibus. Quare, Domine clementissime, id gratum facere velis, ut Comitem illum in errorem ductum edoceas, ne Dei verbum in potestatem Saxonum sed in vim Spiritus ducatur.“ (*Oecolampadium* quoque ei scripturum esse.)[2]) Scripta est 9. Martii 1330.

---

[1]) Qui locus in Comitatu Doggio est.

[2]) Ex *Rommelii*: „Gesch. des Landgrafen Philipp“, vol. II. nota 88. pag. 235. 236.

39.

Zwingli an Landgraf Philipp.

Pomeranus (Bugenhagen) und Luther hätten durch ihre Praktiken angerichtet, dass der Graf von Ostfriesland alle Predicanten ihrer Meinung des Sacraments halber verjagt, und das aus Ansehen Herzog Johanns (Kursachsen) und aus dem Rühmen und Vorgeben Luthers, wie er sie zu Marburg überwunden. L. Philipp möge dem Grafen klar schreiben und Zeugnise geben, ob Luther gesiegt oder nicht. „Dan by der Warheit die Gott ist, só fürt Luter in diesem Handel ein so untüchtige widerwertige Ler, das wo man die Artickel so zu Schmalkalden usgangen nit offentlich widerficht, grosse Irrung dervon entston wirt, da er auch allen alten Lerern zuwider ist, ich geschwyg dem Wort Gottes überal. Hierum, gnädigster Herr, thut so wol und berichtend den verfürten Grafen, damit das Wort Gottes nit in Gewalt der Sachsen sondern in Krafft des Geistes gefürt werde." (Oecolampad werde ihm auch schreiben.) 9. März 1530.

XL.

Zuinglius Wernhero Byelo.

Gratiam et Pacem a Deo. Mutavi consilium de mittendo ad *Landgrafium* consilio *Gallicarum* rerum. Is enim cum latine nesciat, nisi valde tenuiter, opportunum non est ut ei mittantur, quae interpretem accire cogerent. Sed ne quid optimo Principi desit, summam brevi complexus sum in hac epistola, quam hic accipis. At ne *Sturmio* et *Pfarrero* deessem, ad Te nihilo secius iterum scriptum demitto consilium, ut ejus legendi copiam Domino *Sturmio* et *Oecolampadio* facias, hac tamen lege, ne quid cuiquam communicent; deinde ne quisquam describat, sed ut Tecum deportes domum. Quod ex vobis elegistis, qui de rebus communibus deliberent et cogitent, non admodum displicet, quandoquidem videmus *Bernam* semper Ursos mittere. Sed quod iidem *Ursi* semper hunc cupressum pingunt (ut dicitur) ut cum *V Pagis* conciliemur, hoc mihi resipit, quasi a Legatis *gallicis* docti ita faciant. Quod equidem factum esse vellem, videlicet ut quam optime conveniret nobis cum 5 *Pagis*, verum non istis moribus, quibus nunc praediti sunt. Deinde cum non fateantur hunc Deum per quem nos juramus, videtur mihi *Bernensium* consilium huc tendere, ut incauti adstringamus istis, quorum jus et leges sunt scelus et audacia, id quod acta in *Sanagaza* [1]) indicant, ubi innocentes et laesi mulctae sunt addicti, et foedifragi impunes absoluti. Praestat breviter non tanti facere *V Pagos*, ut foedera conjuremus, donec aliter se et erga Deum et erga nos gerant. Vale. *Tiguri* 12. die Martii 1530.

Huldricus Zuinglius, tuus.

Inscriptio: Wernhero Byelo, Tigurinorum a secretis, Domino ac amico suo primario.

---

[1]) *Sargans.*

XLI.

Zuinglius Oecolampadio.

Gratiam et pacem a Domino. Exposuit mihi *Leo* noster sententiam tuam de verbis Pauli. Et ea prorsus non est alia, quam nos tenemus. Dijudicare corpus Domini intelligimus, pro dignitate sancire de humanitate, morte, et resurrectione Christi; hoc est, sentire de Christo, quod de illo sentiendum est. Corpus autem Christi poni pro functione, quam in humanitate gessit, non est alienum in scripturis sanctis. Nam in Hebr. epistola habentur: ὅς ἐν ταῖς ἡμέραις τὸ σαρκὸς αὐτοῦ; pro: Qui dum hac vita fungeretur aut moreretur. Ubi carnem omnino pro humana functione ponit. Sic et hic loci: Corpus Christi dijudicat, qui humanitatem quam adsumpsit, et divinitatem qua pollet, ita novit unum salvatorem et Christum esse, ut majus ac preciosius mundo nunquam sit datum, quam hic redemptor. Porro deinde videtur mihi Paulus semper, quo ab idolothytis avellat, huc spectare, ut neget ecclesiam digne aestimari, dum qui ejus esse videri volebant, in idolothytis quoque acquiescebant. Qui enim Christi humanam functionem non satis digne aestimant, facile ecclesiam ejus contemnunt. Quid enim omnes, sive libris, sive epistolis agimus, quam ut a quibus deterrere volumus, perpetuo inculcemus? Cura tenebat Paulum de contempto Christo (en tibi nunc corpus); idcirco ubique inculcat ejus amplificationem et eohonestationem. Communio sanguinis Christi ecclesia nobis est, sanguine Christi fidens, sanguinem Christi bibens, sed spiritu, non rictu, nisi sacramentaliter. Nunc alienum non arbitror, si sanguinis Christi ecclesiam vocemus; nam quae sanguinem Christi spiritu haurit, quae sanguine Christi expiatam se credit, quae sanguine Christi fidit. Quod si alienior videtur haec locutio, certe tamen Paulus sic inquit: Unus enim panis, et unum corpus tota multitudo sumus. Qua προσαποδόσει causam reddit, cur societatem sanguinis Christi appellaverit etc. De *Carolostadio* arbitror te nunc et a nobis, et ab illo accepisse literas. Mihi magis videtur, ut *Argentorati* maneat. Si N. N. communicabunt tibi consilium nostrum de rebus *Gallicis*, diligenter lege: sunt enim multa, quae satis cavent corruptionem, largitionemque regis. Vale, et bene age. *Tiguri* 12. die Martii 1530.

XLII.

Valentinus Tschudius Zuinglio.

Gratia et Pax a Domino per Christum. Vetus dictum est, Doctissime *Zuingli*, quot capita, tot sensus, hinc fit, ut propter dissimilem etiam in rebus exiguis captum, multa dissidia oriantur. Quis igitur mirabitur, si in tam arduo negotio, dissimilibus hominum ingeniis tantae turbae excitatae sint? Omnibus eo suapte natura inclinatis, ut quod cuique visum fuerit, id summa pertinacia propugnare contendat. Quis vero alteri ignaviam exprobrabit, cum nemo majorem divini certaminis experientiam vendicare sibi poterit, quam illi Dominus

revelavit? Quid itaque novi *Valentinum* a suo *Zuinglio*, quem parentis loco merito venerari debuerat ἀποστατεῖν, cum plurimae domus divisae fuerint, parentes in liberos, fratres in suos fratres, vicinia in se, cives adversus concives, obliti veteris consuetudinis, plusquam hostiliter saevierint? Tanta est vis Divini fulgoris, ut primam intuentibus oculorum aciem hebetet, quemadmodum et Israelitae in faciem *Moysi* intendere nequibant. Nimirum a Domino ita ordinatum, ut quanto majori labore ejus Ecclesia a sordido squalore purgetur; tanto avidioribus mentibus jam purgatam, fideli cura custodire studeamus, nam leviter parta, leviter profunduntur.

Caeterum in hac peritorum dissensione, hac moderatione me continui, ut non, qua via multi progressi sunt, maledicendo alteri parti, vulgi plausum quaerere in animum duxerim; sed cum tam pervicax contentio de externis tantum Ecclesiae ritibus orta sit, inviolata petra nostrae fidei, quam uno ore omnes profitemur, quod *Paulus* Romanis c. XIV pro sedanda eorum concitatione, quam in externis rebus excitaverant, scribit, crebro inculeare solebam, ut omissis invidis hisce judiciis, charitatem invicem exhiberent, cum enim proprio Domino quivis stet aut cadat, is suo tempore omnes nos fulciet, ut stare possimus.

Quod vero hactenus signa tua sequi detrectarim, non Charissime Frater, Papisticae leges me adeo detinuerunt, nec avarum illud jugum prostratum commovit, ut ejus me vindicem subscriberem; sed longe periculosissimum hoc bellum, scientia duce, regnantibus privatis consiliis, suscipere animus meus abhorruit. Cum enim, priusquam aedificium inchoandum, sumptus primum conferendi, si ad perficiendum opus sufficiant; non satis perspicere potui, quonam modo caelestis haec structura, absente unitate Spiritus, neglecta quoque κοινωνίας τῶν ἁγίων solo litterae praesidio, firma stare possit. Haec namque rotunda est, ingenia vero hominum prava, ac in res novas declivia. Quomodo igitur ociosi cavillatores arcendi essent ab ovili Domini, firmo hoc repagulo remoto, dubitabam. Subierunt quoque tot florentes Ecclesiae Asiae, Africae, ipsius quoque Graeciae, quae sectis ducentibus eo pervenerunt, ut paucae admodum scintillae Christiani nominis reliquae manserint, tum demum verebar, ne scientia, stimulante philautia, oblita medii itineris, tantum se in altum attolleret, ut *Icari* in morem, liquescente cera, defluentibus alis, in lutum praecipitaret. Video enim magno discrimine separatas, scientiam humana industria comparatam, atque Divini luminis agnitionem. Quum illa assidua exercitatione ac diuturna lectione augeatur; haec vero per Spiritum humilibus tantum reveletur, quae fallere nequit, cum plurimos suae doctrinae confisos, foedissime saepe hallucinatos esse constat. Tales utique curae me eousque deterruerunt, ut erumpere non auderem, sed provide in statione persistere decreverim, si quo modo negotium eo pertraheretur, ut sedatis animis, per charitatem, in unitate Spiritus justa inspectio fieret.

Caute enim providendum, ne dum corrosas veteres columnas dejicimus, tota domus nimio impetu, aegre concutiatur, prinsquam nova fulcra admoveantur. Video enim quosdam neglecta charitate, tumul-

tuario agmine grassantes, rei christianae plus detrimenti, quam commodi convehere, quibus si non tandem per Dominum capistrum imponatur, ut secundum *Paulum* idem omnes loquamur, nulla spes est futurae quietis. Caeterum cum inter duo mala, quod tolerabilius eligendum sit, licet summe metuam gravia incommoda quae evenire possunt, recluso ostio τῆς κουφονίας, praesenti tamen malo prius occurrendum. Video enim hujus dissensionis praetextu, quam tam pertinaciter de cortice, relicto nucleo excitavimus, clam irrepere neglectum Dei, despectum magistratuum, violationem judiciorum, vitam quoque licentiosam, nam tanto odio exacerbatis animis perit aequitas, charitas extinguitur, et cum quisque suae voluntati satisfacere studet, ut quod ipsi visum fuerit, extollatur, damnum quod incurrimus non sentit. Quid vero populo tam hostiliter diviso ultra expectandum, quam desolatio? Propterea saluti Patriae primum consulendum, ne libertas tanto labore parta, nostra negligentia amittatur.

Quapropter illud Tibi de me persuadeas, congregaturum quantum in me erit. Palam enim hactenus testatus sum, Christianismum in omnibus his ceremoniis non consistere; sed postquam ex illius gratia, per fidem in filios adoptati simus, illud unicum a nobis requiri, ut exuatur verus ille homo, ac charitate amplectamur proximum, huc ego direxi Ceremoniarum caussam rescdificatae relinquens charitati, non enim hae antiquatae me commoverunt, at commovit κουφονία, versa in privata consilia. Quod si aliter fieri nequit, valeant. Apud me plus valebit publica quies, quam harum cura, omnes ancoras, quas hactenus appendi, sublatas esse oportebit. Nam quemadmodum in veteribus aedificiis contingere solet, ut quoad columnis fulciri possunt, nemo de ipsis innovandis cogitat, sed cum ventus ea dejecerit, necessitas novas aedes exstruere coget; ita quoque credo, quamdiu Pontifex, ejusque satrapae, suum regimen avaritia corrosum, quibuscunque adminiculis sustentare possent, restaurationem non pararent. Propterea Dominus per ruinam veteris, ad novam communionem nos vocat, quo rogo, Doctissime Vir, nervos tuos intendas, ut haec inter nos reparetur. Nam multa sunt quae cavillationibus locum datura sunt, si non remedio communionis commode subveniatur, litteralis enim scientia non tuta est carina, si cuique pro suo arbitrio gubernaculum arripere licebit. Unitas Spiritus commodissimus dux est, qui, spero, suffragiis proborum atque peritorum debitum honorem obtinebit.

Demum liberalitatis tuae, qua per litteras me consolaris, ingentes Tibi habeo gratias, hanc multis modis jam olim expertus. Facile quoque evenire potest, ut amicorum susceptio summa sit mea spes, nam res mea in praecipiti sita est. Hi namque accusant meam procrastinationem, illi vero, quod ceremonias strenue propugnare desistam, inique ferunt; quod quidem parum me movet, sed illud provide considerandum mihi, ne relinquantur infirmi, atque conscientiae eorum graviter impingant, nec minus meae famae consulendum, ne tam subito importune mutatis consiliis levitatis crimen incidam, atque ob id sermo Dei male audiat. Non enim antea ceremoniis aliquam partem nostrae salutis adscripsi, sed in hac doctorum dissensione, omnia patienter ferre,

hortabar, ut sedatis turbis aequo examini in unitate Spiritus singula pensitarentur. Prosunt interdum remorae currui in declivi loco admotae, ut eo commodius subsidat. Nostra conditio id quoque exigit, ut efferata ingenia quadam tardatione mitescant. Deus bene vertat, atque per Divini Spiritus auram ad felicem portum nos applicet. Haec boni consule. *Herus* salutationem tuam summo gaudio excepit, seque pristinae tuae fidei intime commendat. Salutes nostro nomine *Leonem* et *Hylarium*. Vale. Ex aedibus nostris *Claronae* 15. Martii 1530.

Valentinus Tschudius, semper futurus tuus.

Inscriptio: Doctissimo viro Huldrico Zwinglio, Episcopo Tigurino praeceptori suo.

XLIII.

Martinus Seger ad Zuinglium.

Venerande, benevolentissime, carissime Domine et frater. Tibi omnes honores deferens officia mea commendo. Non ita pridem tibi per tabellarium qui *Turico* venerat, scripsi, num Biblia mihi comparari possint. Quorum quidem exemplum habeo non minus *Turici* excusum, sed typis duplicis generis; in quo Prophetarum libri mihi placent, alii autem a *Luthero* versi, minus. Etiam margines parum spatii habent, ut nihil in iis ponere possim. Mihi indicatum est, ea *Turici* magnis typis forma regali quae dicitur excudi, quod exemplum si acceperim, mihi gratissimum factum erit. Tu, benevolentissime, carissime Domine et frater, mihi nonnunquam gaudium et utilitatem affers; et qui nobis bene volunt mihi (de te) bona indicant, qui nobis male volunt, mihi mala indicant. Spero Spiritum Dei ubique aliquando appariturum esse, ut nunc apparuit *Ragatii*. Missa sublata est, idola mox eam sequentur, quamquam id quorundam animo dolorem affert, praecipue magnis pueris. Audivi nunc *Basileae* magnum conventum haberi, cui pius quoque *Landgrafius* Hassiae vel qui ei a Consiliis sunt affuturi sint. Etiam quendam, qui satis gravis est, pro vero dicentem audivi, si Imperator Fidem corrigere voluerit, *Landgrafium* quem dixi cum iis qui cum eo sentiunt 6000 equitum et 40,000 peditum contra Imperatorem se daturum esse spopondisse, et quidem non minus; minae enim satis magnae sunt. Spero Deum controversiam compositurum esse. Tu quoque, velim, mihi nonnulla rescribas quae mihi solatio sint, quamquam scio, te, vir venerande, magnis negotiis onustum esse. Dedi *Meienfeldii* 22. Martii 1530.

Tibi promptissimus *Martinus Seger*.

43.

Martin Seger an Zwingli.

Ehrwürdiger, günstiger, lieber Herr und Bruder. Ich sei Euch mit Erbietung aller Ehren zu dienen befohlen. Nicht lang verschienen hab ich Euch bei einem Boten von Zürich geschrieben, ob es möglich

wäre, mir um eine Bibel zu verhelfen. Ich habe eine, ist auch zu Zürich gedrukt, aber 2erlei Druk; die Propheten gefallen mir, aber das ander hat der Luther drinn vertirt, gefalit mir nicht. Ist auch wenig Spatium, kans nichts in Margines sezen. Ist mir angezeigt, es werden in Zürich mit grossen Buchstaben regalsweise gedrukt, wäre mir ein gross Wohlgefallen.

Günstiger, lieber Herr und Bruder, Ihr bringet mir zu Zeiten Freud und Frommen, und Gönner zeigen mir Gutes an, unsere Missgönner zeigen mir Böses an. Ich verhoffe, es werde der Geist Gottes an allen Orten mit der Zeit geisten, als es jezt zu Ragaz angefangen hat. Die Mess ist hin, die Gözen werden bald hernach folgen, wiewol es etlichen im Herzen weh thut, sonders den grossen Knaben etc. Ich höre es sei jezt zu Basel ein grosser Tag; daselbst werde auch der fromme Landgraf von Hessen oder seine Räthe erscheinen. Ich habe auch von einem, welcher nicht nüz ist, hören warlich sagen, ob Kaiserliche Majestät den Glauben zu recht legen wollte, so hätte benannter Landgraf sich mit seinem Anhang 6000 Pferde und 40,000 Kriegsknechte wider Ihr Majestät zu geben erboten. Ist nicht weniger, die Drohung ist fast gross. Verhoffe, Gott werde scheiden. Möchte leiden, Ihr mir auch etliche Tröste zuschriebet, wiewol ich weiss, Euer Würde mit grossen Geschäften beladen seien. Dat. Meienfeld 22. März 1530.

Euer williger Diener Martin Seger.

XLIV.

Zuinglius Conrado Somio.

Gratiam et pacem a Domino. Quae nuper ex epistola tua intellexi, magna tum fide, tum cautione ad N. perscripsi. Is indubie navabit operam, ut quidam aut mutentur, aut saltem terreantur. Quum autem interea civitas Christiana constanter ac intrepide rebus omnibus pro virili prospicit, ecce quotidie referuntur ad nos literae a vicinis vestris, puta *Campodunensibus* et *Memmingensibus* atque aliis, plenae querimoniarum ac desperationis; quod scilicet ii, qui artibus suis effecerunt quo minus consilium ineundae civitatis Christianae processerit, huc res seduxerint, ut jam aperte N. metu facere se fingant quae faciunt: puta ut ab omnium amicitia, qui opitulari possent, abhorreant, ne Imperatorem scilicet non habeant propicium. Quem quaeso ut poterint habere benignum, cum eousque perrexerint, ut referre pedem non possint, nisi negare Christum sustineant? Quumque hunc istorum metum video, sollicitus sum, ut semper, de vobis; non quasi verear, Deum nos deserturum esse, sed ne imperiti rerum (quod semper, ut scis, timui) vestri aliquid patiantur. Ut enim *Suevicum* genus natura vehemens est, ita subito quoque, cum quid insperato accidit, consternatur. Adsum ergo iterum, consulturus rebus vestris; non consultus, sed certus nostram fidem vobis esse notam. Qui verbo praefecti estis, cavete digitum transversum a veritatis praedicatione abeatis, quamvis pru-

denter omnia. Sed simul testemini, vos paratos esse ad reddendam fidei ac doctrinae vestrae rationem, coram *Caesare* quoque, si modo libere liceat, ac sublata omni vi, adire et conferre. Secundo. Non solos esse qui sic doceatis, sed *Lutherum*, *Oecolampadium*, *Zuinglium*, caeteros multos; qui ut hujus praedicationis duces jure nominentur, vos autem populares ac gregarii tantum: aequum esse, ut si praesentis doctrinae ratio sit danda, sic palam ac libere fiat, ut non simpliciores opprimi potius, quam rem expendi pro dignitate, quisquam queri possit. Attamen pro vestra simplicitate non detractaturos satisfactionem coram *Caesare*, si modo fide publica, cum cautione, quod etsi haeretici essetis, nulla tamen vis metuenda vobis sit, ad *Caesarem* vocemini. Hic ego ad Landtgraffium me offero, ut si ipse interfuturus sit hisce comitiis, ac me ad se venire jubeat, adfore. Non aliter faciet *Oecolampadius* et omnes. Danda est opera, ut vestri saltem cum Landtgraffio aliquo pacto conveniant, quandoquidem a nobis abhorrent. Is enim multis modis commodare potest rebus vestris. Probuleutas nostros ipse conveniam, ut quicquid opis possint ad vestram confirmationem, nihil sint obmissuri. Vos modo constantes ac intrepidi state. Nihil poterit in vos adversa potestas, major enim est qui a nobis stat. Et proverbium habet: Quanto quisque est minacior, tanto minus nocet. Vale, et epistolam ipsam, vel descriptam, *Symperto* Memmingensi communica. Porro alteram quae ad Scribam ejusdem urbis est, primo quoque tempore mittito. Vale, et consta. *Tigari* vigesima sexta die Martii. Anno millesimo quingentesimo trigesimo.

XLV.

Bovillus Zwinglio.

Zuinglio suo fratri amantissimo. Gratiam Christi ante omnia. Carissime Magister *Udalrice*. Mea interest, quod dicunt, quemdam apud vos esse, cujus nomen mihi ignotum est, qui linguarum peritissimus sit. Quod si ita sit, tu mihi ejus eruditionem, mores et personam indicare velis; mihi enim mandatum est, ut aliquem virum doctum quaererem. In bona spe sum Dominos meos ei aequam mercedem praestituros fore; tamen is sit, qui possit resistere nostro Nemroth [1]), qui stentorior est stentore, idem habeat formam gravem, homines enim decipi volunt. Denique res nostrae Deo commendatae sint. Dedi *Schafhusiae* 28. Martii 1530.

Erasmus [2]) noster jam in tuto navigat.

(Joannes) Bovillus ex animo tuus.

65.

Bovillus Zuinglio.

Zuinglio suo fratri amantissimo. Die Gnad Christi zuvor. Lieber

[1]) *Benedictus Burgauer.*
[2]) *Ritter.*

Meister Ulrich. Mich langt an, wie dass Einer bei Euch sei, dessen Namen mir unwissend, aber der Sprachen wol bericht. Sofern das wäre, möget Ihr mir anzeigen seine Geschiklichkeit, Wandel und Person, dann mir in Befehl gegeben ist, etwann nach einem gelehrten Mann zu fragen. Wäre guter Hoffnung, Meine Herren würden ihm eine ziemliche Provision schöpfen, doch qui possit resistere nostro Nemroth qui stentorior est stentore und auch dass er ein Ansehen habe, denn die Welt will trogen sein. Damit Gott befohlen. Dat. Schaffhausen den 28. Merz 1530.

Erasmus noster jam in tuto navigat.

(Jo.) Bovillus ex animo tuus.

XLVI.

Martinus Manhart ad Zuinglium.

Gratia et Pax a Deo. Magister *Udalrice*, fide in Christo. Quum me, munere motum a praefecto [1]) Domini mei restituerint, ut pergerem concionare, nec minus servum Missarium paterer uti rebus suis Papisticis donec tempus venerit, tamen hac conditione ne impedirer: per eum decreto illi non obtemperatur; nam cum indicassem solito tempore campanis ad concionem vocatum iri, voluit *Aegidium Tschudi* quoque hoc praecepisse, ut finito sonitu campanarum primum sine mora Missa haberetur, deinde semihora post concio inciperetur. Quae omnia fiunt detrimento Dei verbo, et struuntur a *Crommero Sculteto* et *Tschudiis* (qui quidem non ignorant quantopere homines simplices hoc aegre ferant), ne tempus assequar agendi ut opus est. Deinde cum volentibus, qui plerique ecclesiae meae sunt, Domini Coenam celebraturus sum; vereor igitur ne praefectus agat ut solet, etiam egit in ecclesia mea, scilicet ne efficiat, ut rem meam peragam, nec minus sacrificulum lanienam suam exstruere patiatur; ita ut duplicem Christum habeam in una ecclesia, ex quo iterum rixa, irrisio, discordia oriantur, quibus maximam operam dant, ubicunque possunt. In hac re igitur consilium et auxilium peto, ut agam ut Christianos decet, nam adversarii quoque auxilium petunt a V pagis, iidem adjumento Magistratus nostri utuntur. Quare, nisi *praefecto* et ejus fratri scribatur, vereor ne pergant mihi haec et alia impedimenta objicere (si malitiam tegere possunt artibus), ut Evangelium opprimatur. Viriliter age, confortetur cor tuum et sustine Dominum. Dedi tertia feria post Judica 1530.

Martinus Manhart Minister Verbi in Flums.

66.

Martin Manhart an Zwingli.

Gratia et Pax a Deo. Meister Ulrich, Getreuer in Christo. Demnach mich Meine Herren (auf des Landvogts Absezung) wieder

[1]) *Aegidio Tschudi.*

eingesezt fürderhin zu predigen, auch den Messknecht zu dulden mit seinem Päpstlichen Handel bis zu seiner Zeit, doch vorbehalten mir ungesäumt; wird seinethalb dem Abscheid nicht gelebt, denn so ich verkündet habe zu gewöhnlicher Zeit zu der Predigt zu läuten, will er: Es hats auch Gilg Tschudi so geheissen, wenn man verläute, soll erstlich aufs Läuten die Mess ungesäumt gehalten werden, danach in einer halben Stund anheben die Predigt. Geschieht alles zu Nachtheil dem Wort Gottes. Sind Anschläg Schultheiss Krommers, der Tschudinen. Wissen wol den Verdruss der Einfältigen, damit ich nicht Weil gewinne nach Nothdurft zu handeln. Demnach bin ich Willens mit den Gutwilligen deren der Mehrtheil meiner Kirche, des Herrn Nachtmal zu begehen, fürcht' ich, der Vogt handle wie er gewohnt, auch gethan hat in meiner Kirche, verschaffe, dass ich meine Sache verbringe, dabei den Messpfaffen auch seine Mezgbank lassen aufrichten. Also müsst' ich duplicem Christum halten in einer Gemeind, daraus abermal Zank, Verspottung, Zweitracht, deren sie sich zum höchsten fleissen, wo sie mögen. In diesem Handel begehre ich Rath und Hilf, dass ich christlich handle, denn sie die Widerwilligen suchen auch Hilf von den 5 Orten; dazu haben sie Hilf und Beistand von unserer Gewalt. Wo nicht dem Vogt und seinem Bruder geschrieben, besorge ich, sie werden vorfahren, mit solchen und andern Hindernissen, wo sie den Schalk deken mögen (mit Listen) damit das Evangelium unterdrukt werde. Viriliter age, confortetur cor tuum et sustine Dominum. Dat. 3ia feria post Judica 1530.

Martinus Manhart Minister Verbi in Flums.

XLVII.

Martinus Manhart ad Zwinglium.

Gratia et pax a Christo. Carissime Magister *Udalrice*, fide in Christo. Cum consilium a Dominis meis accepissem, conatus sum ex eo agere, sed fieri non potuit. Servus Missarius ille jussu praefecti perrexit, papistico more, tres dies, Mercurii, Sabbati et sacro die confitentes audivit, eucharistiam celebravit; idem apud altare majus, quum praefecto vestrorum, Dominorum meorum, consilium proposuissem, dixit: se non solum *Turicensium* sed omnium VII *pagorum* servum esse; mihi fd observandum esse, quod (omnes) Domini mei velint; praeterea deinde in concione dixit, se eis sanguinem et carnem dare, quamquam pseudoprophetae aliud dicant. Quo facto provocavi omnes, qui doceant clam vel palam (Carnem et Sanguinem) contra Dei verbum esse et Fidem, ut se hic cum modestia et sine ira, palam coram universa ecclesia excusent et eam edoceant, aut a ratione sua desistant. Sacrificulus autem continuo ex ecclesia exiit, non excusatus, me accusavit; mihi accidit, ut praefectus me puniret et hanc excusationem vetaret, quae legibus pactionis repugnet; se neminî quidquam condonaturum esse, qui contra leges pactionis egerit. Sed quamquam tantum non impeditus sum, tamen tertia parte populi plures sunt qui cum magna attentione ad men-

sam Dei accesserunt quam alii, ita ut si iterum suffragia ferre possimus de hac re (scilicet non fraudati) omnes ceremonias sublatum iri sperem. Porro Domini mei ad me scripserunt, Legatos suos cum Legatis ex Senatu *Glaronensi* in comitiis *Thermis* habitis vetuisse me pelli per *V pagos*, quare mihi pergendum esse ut adhuc. Jam monitus sum a fratre *Joanne Schindler Wesensi*, Ammannum pagi *Glaronensis* sibi ipsi dixisse, Legatos suos et *Turicenses* suffragiis latis permisisse ut pellerer per *V Pagos;* quae res me sollicitum tenet, cum nesciam quid doli hic subsit, quamquam non tremo, cum omnem spem positam habeam in Dominis meis clementibus *Turicensibus*. Haec tibi, ut patri meo caro, indicavi iterum petens ut me edoceas. Tibi, precor, curae sim; ego nunquam non consilia tua secuturus sum; nam hic *Tschudi* vulpes est, et me vi pellere conatur. Deus tecum sit. Dedi tertia feria Paschae 1530.

Martinus Manhart, Concionator *Flumsensis*.

47.

Martin Manhart an Zwingli.

Gnad und Fried von Christo. Lieber Meister Ulrich, Getreuer in Christo. Nachdem ich Rath von Euch meinen Herren empfangen, mich geübt demselben nachzuhandeln, hat nicht mögen sein. Der Messknecht ist aus Geheiss des Landvogts vorgefahren, hat nach päpstlichem Brauch 3 Tage, Mittwoch, Samstag und am Heiligen Tag Beicht gehört, communicirt und auf dem Fronaltar, so ich dem Landvogt Euer Meiner Herren Rathschlag fürwandte, sprach er: Er wäre nicht allein deren von Zürich Knecht, sondern aller 7 Orte, dem sollte ich geleben, wär meiner Herren Meinung. Demnach hat er dazu gepredigt, er gebe ihnen Blut und Fleisch, wiewol die falschen Propheten anderst sagen. Auf solches hab ich gefordert alle, so da lehren heimlich und offentlich (Fleisch und Blut) sei wider Gotteswort und den Glauben, sollen sich die offentlich mit Züchten, ohne Zorn, vor einer ganzen Gemeind verantworten und die Kirche berichten, oder abstehen. Ist der Pfaff angehends zur Kirche hinausgeloffen unverantwortet, hat mich verklagt, ist der Vogt an mich gerathen, hat mich gestraft und verboten, solche Verantwortung, es sei wider die Bericht; er wolle keinem nichts schenken, so wider die Bericht handle etc. Aber wiewol ich fast gehindert, sind doch der Drittel Volks mehr mit grosser Andacht zum Tisch Gottes gegangen, denn der andern, dass ich der Hoffnung bin, wo wir wider möchten kommen zu mehren (ohn Vortheil) giengen alle Ceremonien hinweg. Weiter haben mir meine Herren zugeschrieben, dass ihre Boten samt den Rathsboten von Glaris auf gehaltnem Tag zu Baden nicht verwilligt mit den 5 Orten mich zu vertreiben, darum soll ich vorfahren wie bisher. Jezt wurde ich gewarnt von Bruder Hans Schindler von Wesen, der Ammann von Glaris hab ihm selbst gesagt, sie haben samt den Rathsboten von Zürich mit den 5 Orten verwilligt und gemehrt, mich zu vertreiben, das ist mir schwer, mag nicht wissen, was in der Feder stekt,

wiewohl ich mich ganz und gar verlasse ohne Zittern an Meine Gnädigen Herren von Zürich. Solches thu ich Euch kund, als meinem lieben Vater, begehre abermal Unterweisung. Bitte, dass Ihr Sorge für mich traget, will allzeit folgen, wann dieser Tschudi ist ein Fuchs, trachtet mich mit Gewalt zu vertreiben. Gott sei mit Euch. Dat. 3ia feria Paschae 1530.

Martinus Manhart, Predikant zu Flums.

XLVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Magnum Tibi donum misisse Tibi mihi videor, mi *Zuingli*, si Danielem hunc tua lectione dignum per otium judicaveris, et si quae minus probantur, amico libere indicaveris. Difficillimum enim mihi fuit hucusque progredi, et ea propter libenter alios meliora afferentes, audiam. Idem opto ut et *Leo* faciat, cui fortasse non multo plus quam Tibi otii est. Ceterum *Wolfgangus* iste, qui Literas affert, futurus in *Legnaw* [1]) parochus, dignus est, quem amore prosequamini. Eruditus enim est, et non pauca propter Christum passus est, tametsi nuper totum se Christo addixerit. Quem igitur suae virtutes commendant, non opus est, ut pluribus vobis commendem. Jam in negotio Imperatoris videtur quibusdam consultum, ut mutuum significemus nos, quibus respondendi et excusandi nostras civitates functio injungitur, quos potissimum articulos excusare, et quae crimina falso objecta depellere velimus. Sed videtur, opinor, supervacaneum, quandoquidem ex omnibus apologiis Legati unam deligant. At si etiam Tibi consultum videtur, libenter Tibi mittam, quae congero, non admodum multa, poterisque et Tu Tua mittere. De *Gallis* mihi parva spes est. Quavis enim ratione potius, quam Evangelii praetextu, conciliari posse videntur. Utinam saperent. Bene vale. Penultima Martii 1530.

Oecolampadius.

XLIX.

Oecolampadius Zuinglio.

Gratia et Pax a Christo. *Huldrice* carissime. Quantus is vir sit, quamque dignus loco haud obscuro opinor, absque meis literis tibi cognitum. [2]) Nos sane eramus eum retenturi apud nos, verum, quoniam non quid in rem nostram, sed quid in gloriam Christi et usum Ecclesiae ejus sit, spectare ac sectari oportet et cognovimus, quod Primaguardia, vel ut vocant, *Bremogardum* viro habeat opus probatissimo fide, eruditione, integritate, constantia, prudentiaque potissimum, dimittere eum cogimur, qui et ad illos commendatitias literas habet, et eo in loco plurimum luori Christo facere poterit. Scio, te

[1]) Forte: *Lengnau.*

[2]) Qui haud scio an *Carolstadius* sit.

homini affuturum quam diligentissime. Quod si tardius eo veniat, et alio bono viro provisum sit oppidum istud, in tempore, oro, significetur nobis, si fortassis hic residuus locus sit, et nobiscum agere possit. Ceterum φήμη, de qua *Chunradus* meus tecum egit, illic subgliscit in dies magis ac magis. Vale. *Basileae* 2. Apr. 1530.

Oecolampadius.

L.

Zuinglius Vadiano.

Gratiam et Pacem a Deo. Venit ad me *Burgkart Suter*, cui nescio qua occasione ante biennium oblatum est homicidium in urbe vestra, orans, ut ad Parentes occisi a se scribam. Equidem causari adperte, quod quandoquidem me fugeret, quidnam hominem ad tam atrox facinus impulisset, non temere ad quenquam scripturum. Cumque me majore injustitia per amicos quoque urgeret, huc responsi veni: ad Te virum et aequissimum et prudentissimum relaturum atque oraturum, ut juncto Tibi *Dominico Zylio* rationem ineas placandorum parentum et necessariorum, deinde ut strenue allabores, qui et vobis et sibi exul restituatur; spem non vanam habere, Te omnia pro ingenita bonitate dextre obiturum. Quod nunc facio, Te orans et obsecrans, ut efficias, quod meam apud Te interpellationem valuisse aliquid sentiat miser. De *Abbate* jubeo Te non nimis sollicitum esse, nam Senatus noster, Deo gloria, magis ac magis in illum irritatur. Quae autem prudens homo, scilicet, deinde prudentior homine Decanus et Conventus ejusdem factionis responderint, jam, puto, habetis. Res *Gallicae* quantum video, pendent, donec obsides Regis aut reddantur, aut spes recipiendi abcidatur. Cetera mediocriter habent, quam quod ἡ ἄρκτος [1]) difficulter parit, deinde *Leoni* [2]) satis perfidiose invidet. Sed finem inveniunt artes, victoriam vero solida virtus. Vale et salvos jube amicos omnes. *Tiguri* d. 5. Apr. 1530.

Huldricus Zuinglius, tuus.

LI.

Philippus Landgrafius Hassiae ad Zwinglium.

Carissime Magister *Udalrice*. Literas tuas legi et quod attinet ad *Bessererium* [3]) ei scripturus sum et summam operam daturus ut si fieri possit rei consulatur. De aliis rebus tibi antehac scripsi. Denique Deo commendatus sis. Dedi *Cassellae* Martis die post Reminiscere 1530.

Philippus Landgrafius Hassiae.

Inscriptio. Nostro carissimo, eximio Udalrico Zwinglino Ecclesiastae Turicensi in proprias manus.

---

[1]) *Bernates.*
[2]) *Turicensibus.*
[3]) Consul *Ulmensis.*

51.

Philipp Landgraf von Hessen an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich. Ich hab Euer Schreiben gelesen und was Herrn Besserer angeht, dem will ich schreiben und allen Fleiss thun, ob ihm zu helfen wäre. Auf andere Sachen hab ich Euch vor geschrieben. Damit seit Gott befohlen. Dat. Cassel Dienstag nach Reminiscere 1530.

Philips Landgraf zu Hessen.

Aufschrift: Unserm lieben Besondern, Ulrichen Zwinglin Kilchherrn zu Zürich, zu eignen Handen.

LII.

Dionysius Melander Bucero, Oecolampadio et Zuinglio.

Gratia vobis et Pax a Deo Patre Nostro per Christum. Exhibebit vobis, viri optimi, *Christophorus* Typographus noster *Philippi* sententias de Eucharistia. An vero homini sit respondendum, quo pacto et per quem, vestro judicio committo. Dedit ad me quoque Literas *Hartmannus Ybachius* [1]), *Marpurgensis* Ecclesiae minister, quas vobis legendas mitto, ut non tam meam videatis in hac re erga vos diligentiam, quam istorum hominum insaniam. Quare consulerem, ut ex vobis conscriberetur libellus ad *Hessorum* Principem in quo genuinus verborum Coenae sensus ex Scripturis et probatissimis Patribus contineretur. Reliqua narrabit *Christophorus*. His valete in Christo et me nostramque Ecclesiam Christo vestris commendate precibus. *Francofurdi* 14. Apr. 1530.

Dionysius Melander, vester deditissimus.

LIII.

Johannes Pherus Zuinglio.

Salutem dicit. Tuis literis, optime *Huldrice*, tam sum commendatus, quam totius consessus nostri *Constantiensis* commendatitia. Quam enim venabar', jam nactus sum spartam. Suo nempe paedagogio me praefecerunt *Probatopolitani* [2]) ac gratis in eo posthac Musas exerceri ordinarunt, unde mihi in quovis anni spatio sunt expensuri aureos 40, modios item frumenti 15. Simili pacto liberum patefacient aditum ad perdiscendas literulas, quas vocant, teuthonicas. Non dubito, quin et alios digniores Sanctae Reipublicae columnas sint posituri, tandemque (sat scio) integrius reddent civile illud ac sanctum aedificium. Illi sic arbitrantur et ponderant, firmius hoc fore, quod consideratius erigant, quam quod uno impetu. Haec obiter e viro haud inferiore hauriebam;

---

1) Vide Hott. Hist. Eccl. VI. 506.
2) *Scafhusiani.*

te penes fusius perpendito. Ego hercle id non ausim. Quamvis brevitate apud Te uti semper studeam, — Pro tua autem paterna commendatione referre gratias nequaquam possum, animus vero habet quam ingentissimas. Quod tamen in praesentia referam jamjam habeo. Dominum ipsum pro Te assiduis fatigabo precuIis meis. Vale *Θεόπνευστος* meque ut soles *πάνταπασιν* amato. *Constantiae* 16. Apr. 1530.

Joannes Pherus, tuus totus.

LIV.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Carissime frater. Ab *Italia Spiras* scriptum est, et illinc *Marchioni Badensi Philippo* inde ad nos delatum est, *Tigurinorum* et *Bernatum* Legatum unum ex eruditioribus vestris [1]) a *Venetorum* Senatu [2]) honorifice exceptum ac dimissum, (cum) responsum publicum hoc tulerit, concordiam cum Caesare illis stabilem intercessisse, neque abnuere oblatam amicitiam tamen etc. Postea privatim alia respondisse, quae, dum scribendum *Italogermano*, nondum constabant. Addidit, Legati illius eruditi *Tigurini* mandatum hoc fuisse: formidandam *Rebuspublicis* potentiam *Caesaris*, quae omnino ad *Europae* Monarchiam vergat, infesta plurimis liberis Rebuspublicis. Sed esse obvium, quibus rationibus debilitari queat etc. An rumor hic vanus et utrum sit pro causa nostra nec ne, Tu videris. Mihi videtur, tectiora esse debere ejus generis consilia. Sic opinor, *Veneti* suum commodum aliorum incommodo, et perfidiam adversus *Caesarem* fidem videri volunt, dum parum ex fide et sinceritate, simpliciter agentibus, occurrant. Quorsum enim attinuit, si quid ejusmodi factum est, famam inde tam illustrem diffundi. Interim vero *Erasmi* vaticinium approbatur Satrapis, qui scribit: ad democratiam spectare quosdam occultis artibus etc. Et si rite commemini, ex occasione Evangelii eo viam affectare quosdam. Adhaec, mi *Zuingli*, scribuntur super his rebus epistolae liberiores, quam oporteat. Quam facile res emergit etiam per cautissimos. Notis veteres scribebant, quas Tu contemnis. Qua ratione ignoro. Consilium enim consilium non est, ubi in plures dissipatur.

Princeps *Hassiae* sub initium *Caesarem* [3]) non adibit, nominavit 3 Legatos, Comitem *Johannem a Waldeck*, *Cancellarium*, et *Erhardum Snepium* consiliarios suos. Summa mandati est: ut communiter cum omnibus, ab Evangelio stantibus respondeant, Eucharistiae dissidio vel dissimulato, vel in aliud tempus prolato. Neque consentiant vel Imperiali Senatui sententiam adversus nos torquenti. Causas concordiae mutuantur ex Actis superiorum Conventuum. Quomodo enim

---

1) *Collinus.*

2) De iis quae *Turicenses* egerunt cum Venetis vide Hottingeri: Gesch. der Eidgen. 2, 308 seqq.

3) In Comitiis *Augustanis.*

futurum Concilium toties expetitum esse poterit, sententiis quorundam in praesentia damnatis. Concilium bipennis una est, qua nodus tam difficilis secetur. Haec est, ut nos interpretamur, remora, quae currentem tyrannidem cohibet. Nam in urbe Platonica coibunt Patres Spiritu Sancto afflati, qui remotis affectibus in Dei gloriam ambobus contendent. Interea *Fabrorum* cuneus fabrilia tractabit, et tamen optandum est, quod expectationem superat, ut interea aequissimis postulatis iniquitatis suae admoneantur. Praeterea jus fecit Legatis suo nomine respondendi, sed ne quid regulae ac freni injiciatur libertati verbi, ne Pontifex Romanus agnoscatur Ecclesiae caput esse. Postremo, recitatis doctrinis fidei, concludit, non assentiendum contraria sancientibus, sed ut suo nomine provocent ad tribunal boni et aequi atque sano judicio res controversas dispicienti. Itaque totus in hoc est, ut Concilium liberum et christianum indicetur, peragendum ad Calendas graecas. Verum adversariis omnium vice unus est Caesar, quem alii putant non esse difficillimum ad veritatem amplectendam. Illis videtur, mihi vero non item. Ajunt enim nescire neque latine neque germanice. Quis *Galliae* causam pietatis perspicue ac nervose perorabit, nam non audiuntur talibus Monarchis, nisi Monarchis proximi.

Quare unus *Hessus* publicis invigilat, reliqui suis indormiscunt commodis. Caput rei est, ne discordia nostra emineat. Neque facile *Lutherani* pacem recusabunt, aut potius tantulas inducias. Nunquam fiet, ut *Lutherus* salvus ex hoc congressu evadat, tam infausto nomine clarus est, et tamen suspicio est, plerosque ad iniquam pacem spectare. Quod in nobis fuerit demus igitur operam, ne discordiae materiem aliquam nos praebeamus, quin adjuvemus et nos saluberrimum Principis institutum. Divinabo vates ominosus: si una obnitemur, bellum desperatum existet. Sin ignavi ac disjecti praebuerimus terga, cadet plantula Christi et quicquid masculum est in *Germania* omni. Man wird die Gesellen aussenden. Superest ut de voluntate Domini certiores illius judicium ac sententiam expectemus. Vale. 22. Apr. 1530.

Capito.

Quod *Hessus* bellum tam accurate apparet, *Ybachio* dolet, quia sentit hac occasione fraudem fieri egentibus, atque esse destitutos, quos eum primis adjutos oportuit, admonendus forte Princeps, ut et parentibus suis jussis prudenter ac paterne praesit, interea vero curet, quae proprie Principis sunt, malum cupientis abarcere a suis. *Snepius* senator Imperii perquam gravis *Fabro* objicietur. *Sturmius* et *Pfarrherus* hinc mittentur. Dominus adsit suis, nam ad ultimum prope nixum devenimus. Viribus feliciter parturientis opus est, ut partum tandem exeludamus.

LV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Si *Carlstadius* Philippicis ineptiis probe responderit, labore sublevabimur. Sin minus parata est Epistola, quam

Marpurgi illi obtuli, quae hunc miselli conatum perdet, pauculis quibusdam additis, nisi Tibi secus consultum videatur. Respondebit autem *Carlstadius* consciis nobis. Non poterat codicillus ille, quem *Marpurgi* in manibus versabant, in spongiam ire. Scis, quo modo Principem testimoniis illis dementare conati sint. Quid autem in Comitiis *Augustensibus* conentur egregii illi consiliarii haud scio. Negotium Domini est, qui gloriae suae hostes in tempore ulciscetur. Reliqua ex aliorum Literis habes. Vale, mi *Hulrice*. *Basileae*. 26. Apr. 1530.

Oecolampadius.

LVI.

Wolfgangus Creulius [1]) Zuinglio.

Vale Patrone pietatis optime. Epistolam a fine incipere, negotii caussa, ut Tibi bene notum. Peregi enim integrum Sabbatum hinc inde equitando, ut commode res ageretur. Interim venit bonus, et in literis *Comandri* (quas hisce inclusas Tibi mitto ut ipse legas) commendatus pius frater, cui ego, quantum potuissem, lubens subvenissem, eum scilicet promovendo coram administratore nostro, si domi fuisset, quanquam parum liberalis siet in hujusmodi farinae viros. Hunc bonum virum commendatum habeas, ut fratres ii, si quid possunt, illi manum porrigant. Ceterum commissa omni fide et diligentia peracta sunt, ita ut omni hora 300 expeditissimi viri parati sint, quorum nullus novit, quid prae manibus sit, exceptis tutissimis, quibus etiam jurejurando interdictum, ne manifestent. Iterum vale. Raptim. Ultima Apr. 1530.

Wolfgangus Creulius Rutensis Ecclesiastes,
Tibi deditissimus.

LVII.

Laurentius Marius Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo Patre et Domino Jesu Christo. Amen. Bene dixit veritas, *Zuingli* plurium dilectissime, in mundo pressuram, in me vero pacem habebitis. Et: invisi eritis omnibus hominibus propter nomen meum. Cum scorpionibus certa habitatio nostra, juxta Ezechielis sententiam. Ecce, mi *Zuingli*, me ex urbe domum recipiente, exsuscitavit quorundam invidia in me gravissimum incendium, ut pene per totam Ecclesiam, non sine multorum ad invidentium partes, ruina flagrarit. Infamarunt me adflictum, traduxisse Senatui totam *Stamheimianam* Centuriam, non alia ratione, quam ut omnium in me animos invidentiae Cote acuerent. Consultarunt etiam quidam magni, Pontificum more, de expulsione. Caussas non justas invenientes falsas

---

[1]) *Tugiensis*, parochus in *Rüti* in Pago *Turicensi*.

comminiscuntur. Synodi severas in omnes delinquentes animadversionem, ut Noctuae lucem, declinarunt, juxta Domini sententiam: Qui male agit, odit lucem etc. quamvis bis eo pro publica concione vocati sint, censentes haud dextro Hercule inter tot Episcopos (es ist nicht gut machen vor so viel Pfaffen) nancisci robur suae erga me et invidentiae et impietatis. Summa gravissime premor invidia et extrema quaeque moliuntur, ut de Episcopatu dejiciar. Reliqua tua acris et vigilans prudentia conjecturis aceipere poterit. Ad Te igitur omnium nostrum fidelissimum parentem confugio, quod Tibi bonum et necessarium videtur, fac. Ego interim, Deo dante gratiam, intrepide adornabo, quam nactus sum spartam, etsi ad sanguinem usque ect. *Edlibacheus* et *Blüwlerus*, ut aestimo, propediem ad nos equitare statuerunt. Si placuerit, poteris eis rei negotium committere. Vale in Christo Domino Nostro. Is Te proteget. Ille det nobis robur mentis, et spiritus sui beatam patientiam cum caritate non ficta, ut magno animo ferre possimus hujus ingratissimi temporis horrendam impietatem et conatus supremos in evangelicae veritatis interitum. Non proficient ultra. Ex *Stammheim*, veloci calamo, secunda Maji 1530.

Laurentius (*Marius*) tuus.

LVIII.

Quirinus Schlaher Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Non volens, vir et pietatis et doctrinae insignis Tuam Dominationem innumeris alias occupatam curis meis ineptiis obruo, ni, perpetua bonorum comite egestate tam anxie premerer, et tuum officiosissimum subvenire fratribus animum ipse expertus essem, ut non solum mihi Tibi incognitissimo sed et cunctis bonis ad Te sit refugium, ut et communem Tibi facias eorum calamitatem, plusque curae Tibi sit eorum inopia, quam tua ipsius res. Non enim sufficiebat, me domui tuae aliquibus diebus oneri fuisse ni et recedenti pecuniolam addidisses, imo et spe bona proficisci admonens, Te quoque in posterum adjumento esse, insuper Literis fratres reliquos, ut et illi mihi adessent, admonens, quod et studiose exequuti sunt. *Matthias* [1]) *Vitudurae* exceptum in alterum (cum pluvia impedirer) benigne fovit diem, et cum ibi *Sutor*, qui me servare potuisset, non inveniebatur, *Bilam* [2]) profectus, ubi, Deum immortalem, quanto studio me et suscepit et tractavit *Franciscus* [3]), qui et me Civibus hic commendavit, illique pro me soliciti magistrum quaesiere, majoreque quam dignus eram, honore, affecerunt, et invento magistro operam meam illi collocavi, inscius quamdiu me servaturus sit, cum maxime caritatem hoc hominum genus juxta propriam utilitatem emetiatur. Non autem sic me a Literis alienavi, ut plane illas posthaberem, imo summe doleo,

[1]) *Hirsgartner.*
[2]) *Biel.*
[3]) *Zink.*

me his florentissimis Seculis natum, et ab honestissimo Literarum studio (ad quod et gentiles Philosophi maxime incitarunt) ad turpissima quaeque avelli. Et profecto inter cuncta quae mihi a puero acciderunt, adversa, hoc maxime indigne tuli, a doctis ad ineptissimos, a vere sacris ad profana, ab amoenis ad tristissima, et, ut brevi dicam, a vivis ad mortuos (iniqui ventris gratia) rapi. Sed ne hoc quidem absque fructu, nam nunc primum, quid Literae, praesertim sacrae, voluptatis habeant, experior, atque illorum hominum conversationem videns mecum tacitus cogito: O quam incultum hominum genus, quam barbara terra, ubi nihil, nisi quod ad eorum sordidum quaestum pertinet, audias, aut obscoena, aut maledica, aut omnino impudica, ut interim taceam, qualis familia, quibus conversandum, ut majus exilium demerenti cuidam Romano exquirere non posses. Quapropter tuam orans Dominationem, si alia qualisqualis conditio mihi obvenire posset, ut saltem ex hoc carcere imo morte mea eripiar. Vale. Non licuit plura in creberrimo et puerorum et familiae tumultu, neque Tu pluribus obtundi indiges, et me tuum ultimum mancipium commendatum habeas. *Bilae* 20. Maji 1530.

Quirinus Schlaher, tui observantissimus.

LIX.

Bucerus Zuinglio.

Salve quam plurimum. *Zuingli* observande. Hac hora accepi Literas et Coronatos 7 per puerum quem mihi commendasti. Curabo omnia ex fide. Gaudebunt hic boni vestros rationem habuisse *Catti*. Nemo enim omnium Christi negotium majore et sinceritate et dexteritate curat, quapropter jam non Papistarum tantum, sed etiam male consultorum *Lutheranorum* odio flagrat. Mitto duos ultimos quaterniones apologiarum, quos illuc *Christophorus* vexit. Augurantur quidam in futuris Comitiis primum omnium *Caesari* curae futurum, ut *Fratrem* Regem faciat qua occasione considet ira quidam. Gratia Domino, Nostri satis sibi constant. Bene vale. Ex balneo, quo utor contra scabiem ipsa scabie fere molestiore. *Argentorati* 4. Maji.

M. Bucerus, tuus.

LX.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Potuisses, mi frater, parcens oculis etiam paucioribus ac brevioribus Literis mihi satisfacere, tametsi longissimas illas tuas magna cum voluptate legam. Indignum autem foret, cum tua molestia, quod mihi jucundum, sectari, Teque a melioribus avocare. Meditor et ipse mecum *ἀπολογίδιον*, sed non tam nostro, quam nostrorum nomine. *Caesarem* minus nobis formidabilem esse, etiam alia nova, quae feruntur, confirmant. Rumor enim est, et naves ejus exu-

stas, et tormenta bellica a *Florentinis* intercepta, non sine magna exercitus ejus clade. *Gallia* tardius accedet Christo. Nuntiant enim, qui inde hoc Pasca venerunt, Episcopos et Theologos multum grassari in eos, qui Christum profitentur. Ad quod non solum tacet Rex, sed et minatur ignem doctissimis *Gerardo Rufo* et *Jacobo Fabri*, et aliis nisi dissuaserint Sorori [1]) quod persuaserunt, videoque optimos nostros amicos, qui illic, valde sibi metuere. Quod si jam reluctatur Domino, periculum est, ubi receperit vel non receperit liberos, per hypocrisin simulaturum Evangelium. Abbas *S. Galli* satis mihi descriptus est, *καὶ ὁ μονόφαλμος πρέσβυς*. Denique Lectori *Melanchthonis* simplicitatem parum candidam probe me ostensurum credo. *Bucerus* fidelissime nostri omnium causam adversus *Erasmum* egit, tametsi multo plura potuisset. Bene vale. *Basileae* 4. Maji 1530.

Joannes Oecolampadius.

LXI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Narravit mihi *Wolfgangus* iste, quem et nuper tuae caritati commendavi, quomodo ex Synodo vestra plebi suae scriptum sit, nequaquam eum esse idoneum ad illam regendam, quod profecto miror, nam et satis eruditum et pium esse scio, tametsi tardius a Papistis recesserit. Sed ita fieri solet, ut innocentissimis quibusvis Satan potissimum negotium faciat. Etenim non opinor, vel ob vitae inhonestatem, vel ob doctrinae impuritatem rejici hunc posse. Et quantum intelligo, a vestris examinatus non est; sed ob ceremonias quasdam non omnibus modis juxta ritum vestrum servatas, fratribus factus est exosus, quod eo magis miror, quum ille nihil pertinaciter egerit, et nondum vel admonitus vel interpellatus fuerit. Cogitabis hic, mi frater, si vestrates ita severiter pergent, an non, quod Lutheranis et Papistis quotidie objicimus, si percrebuerit, in nos quoque regeretur? At nisi fallor, ambitio quorundam, quos novimus illi et vita et doctrina minime conferendos, sic caussam viri neutiquam poenitendi non malam in se exaggerat et pessimam facit, ut succedat illi quem designarint. Quantum nobis orandus Deus, ne pestis illa unquam Ecclesias nostras infestet. Actum enim erit de nobis, si his artibus Ministri dabuntur Ecclesiis. *Τεκμήριόν ἐστι τὸν τοῦ ὑμετέρου ἀρχιγραμματέως ἀδελφὸν, τοῦτον παροικίαν φιλοτιμεῖσθαι. Ἔδει ἔν ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν οὐδένα κινδυνεύειν ἀζητήτως*. Certe si apud nos vacasset locus aliquis, nequaquam illum a nobis abire permisissemus. Maluit relinquere *Marchionis* ditionem, quam ultra illicitis Ceremoniis servire, non enim succenset *Marchio* etiam si pie doceatur. Igitur haec Tibi non potui non significare, sciens, Te non aegre laturum, quicquid amice monuerim, et adhuc oro, nomine illius, ut ne amoveatur. Audio enim et plebi factum esse gratum, et ad exhortationes illius etiam adversarios quosdam

---

[1]) Postea *Ferrariae* principi nuptae.

resipuisse. Praeterea nihil pervicaciae in hisce externis ab illo expectandum. Oro, ut Tu illum audias uberius, non possunt enim in tumultuariis Synodis omnia tam exacte perpendi. Mitto quae *Bucerus* ex *Argentorato*. Bene vale. *Basileae* XI. Maji 1530.

Tuus *Oecolampadius*.

LXII.

Paulus Fagius Zuinglio.

Ἐυπραττειν. Convenit me urbe in nostra concivis ille indicans, se *Tigurum* petiturum, rogitans ob id, quo reculam Literarum sibi ad Te darem deferendam. Est enim fautor Evangelii apud nos herbescentis non vulgaris, quare et singulare desiderium videndi Te plane gerit, propterea quod inter eos qui hactenus Evangelium, patrocinante Domino, promoverunt, non sis postremo collocandus loco. Precibus igitur hujus devictus, iterum Te his meis exonero chartulis, quae si non arrident, non mecum, sed cum eo, quem coram habes, verba commutes. Admonuit ille porro, ut solent, quo et novi aliquid adscriberem. At reor Te eorum, quae nunc vulgo sparguntur prorsus non esse ignarum. Apud nos *Caesaris* adventus, qui ante compluscules dies *Germaniam* appulit, in dies desideratur at quid adhuc sit futurum ignoratur plane, toties terminus ille, quo Comitia *Augustae* deberent esse conflata, alteratur atque suspenditur. Habui ego quendam *Anglicum* hisce diebus mecum, literatum hominem, qui cum Imperatore ex Italiae partibus simul adnavigavit. Is certo retulit, *Caesarem* iter *Coloniam* versus destinavisse, atque vix arbitratur, ipsum Augustam petiturum, vel eo, si proficiscatur, parum vel nihil conaturum in rem nostram, audio enim, quod fratrem suum, *Ferdinandum* scilicet in Regem Romani Imperii creari summopere ambiat. Hoc si contingat, ilicet nostras deserturum partes. Videt enim non ad natum succedere, quae cum sua papistica cohorte, qua undique stipatus, decreverit. At ita Domino visum est, in cujus manu cor Regis. Ad haec praeterea retulit praefatus, Imperatorem *Coloniae* concilium coacturum. Quid inde futurum sit, facile Tu divinare. Quo exercitu porro *Saxoniae* dux superioribus diebus *Augustam* venerit, non arbitror Te latere, item, quos doctos viros verbi Dei secum advexerit. Rumor apud nos est, et Te cum Tuis *Helvetiis*, quae ad haec quoque sint vocati Comitia advolaturum. Quod tamen apud me est incertum. Haec sunt, candide *Zuingli*, quibus praesentium lator tuam a me gravari voluit humanitatem, quare boni consulas precor. Si quid habes rescribe, precor. Miror enim nec parum, qui fiat, quod nec vel unicam literulam hactenus abs Te dignatus sim accipere. Vale in Domino atque *Pellicanum* ex me plurimum salutabis. *Isni* 13. Mai 1530.

Paulus Fagius, Ludimagister Isnensis.

LXIII.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino observande Zuingli. Quandoquidem apud nos nulla sit spes huic fratri nostro [1]) prospiciendi visum est eum ad te mittere cui obtigit messis amplior. Oramus igitur Te, ut illum commendatum habeas, tanquam non solum cruce probatissimum, sed etiam vita et moribus sic nobis exploratum, ut non dubitemus, in nos recipere, te Christi gloriae egregie inserviturum si eum, Ecclesiae Ministerio inserueris. Feroculus olim erat, ut ferebat et *Lutheri* ferocissimi convictus. et incredibilis insolentium ceptorum successus, qui quemlibet modestum insolescere facere potuit. Jam diutina persecutione, et gravissimorum casuum tolerantia ita fractus et circuratus est, tum Christo dignissimis opinionibus imbutus, ut certo sciamus, eum admirationi tibi futurum. Nec est, quod dogmatum in eo peregrinitatem verearis, per omnia nobis ὁμόψηφος καὶ ὁμόδοξος est, etiam circa baptisma. Quod, te insalutato *Tiguro* discesserit, cum ante aliquot annos illic fuisset, eam causam dicet, ex qua satis intelliges, nequaquam id factum tui fastidio, multo minus factionis, quae tum suppullulabat, studio. Jam non dubitamus, haud leve apud te momentum habiturum, quod cum primis renati Evangelii adsertoribus operam admodum strenuam navavit, tum praecipue, quod primus, etsi non tam consulto, quam fortiter basin omnis superstitionis, errorem illum circa Eucharistiam expugnare adortus est; eaque causa hactenus ea pertulit, et quod unice urere solet, a fratribus, quae nemo verbis satis explicaverit. Certe, si quisquam Christi nomine amice nobis et benigne excipiendus est, hic excipiendus est, tum amantissime, tum prolixissime, hac maxime aetate, tam constante et sincera pietate, tot crucibus exercitus, et propter Christum ubique gentium fere exul, odio denique flagrans majori, quam quisquam alius, apud eos etiam, qui Christo in primis ordinibus mereri sibi videntur. Sed haec satis superque tibi, qui etiam Christiani exercitus calones, nedum talem triarium benevolentia inusitata accipere et fovere soleas. De *Lutheranis* furoribus, quoniam omnium bonorum opinione majores sunt, non est quod scribam; sua ipsi mole ruent. *Cattus* et *Sturmius* et alii quidam, spero, plurimum illorum autoritatem hisce Comitiis imminuent. Opinor antehac nos Tibi scripsisse, *Vratislaviae* tertium ex primis Concionatoribus pro concione rectam de Eucharistia fidem defendisse. Hisce diebus scriptum est, et Ducem *Prutenorum*, illum, qui *Teutonici* ordinis, quem vocant, primus Magister fuit, incepisse nostra legere, cum significatione animi ad veritatem jam inclinantis. *Saxonem Augustae* esse puto Te non ignorare, cum suo *Islebio Germanorum* paroemiographo, quem cum aliis *Lutheranis* ferunt agere insolentius, mira enim sibi pollicentur de *Caesaris* favore, quem plane suum futurum augurantur, sed augurio vanissimo, quod miror nasutos istos non olfacere. *Billicanum* haec spes ita inflavit, ut cuidam hic scripserit: Expectamus *Caesarem* fessis

---

[1]) *Carlstad.*

rebus consultorem. Hic mire sibi placet, quod nec *Lutherus* nec *Cinlianus*, ita ipse scribit, nec *Anabaptista*, sed nec *Papista* sit, gloriatur namque eisdem in Literis, te nolle vel *Julium*, vel *Pompejum*, sed *Catonem* agere, adeoque certum esse cum Republica se casurum vel staturum. Agnoscis exiguo in corpore spiritus ingentes, qui se Juliis et Pompejis inserat, et Catonem agere se credat. O confidentem hypocrisim, quanto adhuc isti suffundentur pudore? Unum praeterea Te magnopere oro, innocenti huic fratri nostro adsis, quo scripto publico depellat calumniam *Lutheranorum*, qui illum passim perjurii infamant, quasi jurasset Principi, inscio et invito ipso ditionem ejus non egressurum, quod purum putum mendacium est. De reliquo scripto vos curabitis. Si uxor ejus cum liberis non tam mature advenisset, moderati ipsi illud fuissemus ne quis jure eo potuisset offendi, sicque moderatum vestrae quoque censurae idem obtulissemus. Nunc, cum visum sit, maturius ad vos concedere, si forsan citius ipsi Dominus prospecturus sit, quo contingat, unde uxorem et liberos alat, oramus et hac in re adsitis. *Rotwilensium* exulum scio Te satis memorem, alioqui Te orarem, ut si qua via posses, curares ipsorum aliquando rationem haberi. Nec dici enim potest, quantum furiant Oligarchae istius oppidi. Bene vale. *Argentarati* 14. Maji 1530.

Utor balneo, hinc factum, ut alii dictarim ex balneo Epistolae partem, reliquam scripserim ipse, avocatus enim fuit alio Amanuensis.

M. Bucerus tuus.

LXIV.

Capito Zuinglio.

Gratia et Pax, carissime frater. *Carolstadium* exulem authoritate *Lutheri*, propter assertam etiam nunc veritatem Eucharistiae, apud nos, et per hos dies conversatum, non potuimus non vehementer probare. Ingenio et natura duriore apparet, sed animo putamus aequo, et ad aedificationem, non ad sectas spectanti. Tantum potest crucis usus, quo plurimum illi fides adolevit. Hic nulla spes brevi consequendae conditionis, postquam propemodum unam Urbem habemus: Nam reliquae ditioni, quae est perquam exilis prospectum est. Jam difficile est tantam alere familiam, ubi paterfamilias ad comparandum victum est idoneus. Nihil requires, nisi patriae istius Idiotismum, quo consequendo navabit operam. In villa aliqua domicilio exceptus pulchre sustinebit vitam. Pascitur tenuibus ac paucissimis. Nos hominis magnopere permiserescit, vel ob *Lutheranorum* improbitatem, qui tragica in illum excogitant flagitia, posthabita omni humanitate, nedum fide, quam praeclare tamen jactant; sed nihil minus ambigunt consequi, nisi fides sit tam malignis artibus innocentes laedere. Scio, quae de te sine fronte praedicant, quae in nos et *Oecolampadium* infanda ad Senatum nostrum scripserit *Lutherus*, quae idem palam de me asseruit *Marpurgi*. Ea mihi argumento sunt, quamobrem illorum accusatione nihil commovear. *Philippus* fucata dictione praeditus est, non nego, sed videtur minorem

sortitus sapientiam opinione, praesertim sua. Alioqui non tam liberas contumelias passim effutiret. Scripsit alicui; *Argentoratenses* negare divinitatem Christi. Qua quaeso fronte, nam videor equidem plus tenere de viva Christi divinitate, sensu fidei, quam ille verbis inanibus, quamvis eloquens, explicare poterit, et mirarer, cur *Carolostadium* aemulum olim gloriae insectarentur, postquam ad nomen adeo spectant? Rerum asserunt, se malle ad Papistas concedere, quam ad nos haereticos. O fidem, o candorem! nam judicium non requiro in scholasticis istis ingeniis. Nihil enim bonae frugis, vel per somnium experti sunt. Irrepsit *Philippus* pridem in aulam, rudis plane, ut doctum forte dederim capessendae gloriae. *Hessus* mascule mandatis, adeoque ex animi tui sententia scriptis Legatos tuos instruxit, nimirum, ut pro concordia nitantur, inter nos, qui Evangelium profitemur, instituenda, et ne concedant meditantibus Sacramentariis condemnationem. Causam habet ex gestis veterum Conventuum Imperii, quibus Concilium, ceu remedium certum atque unicum, omnium calculis expetitum et per Imperatorem Carolum promissum est. Si moram nexuerit *Hessus* in publicis consiliis nobiscum faciendi, ne nos perturbet. Tandem cum auctu majore telam continuatam finiet, etiamsi nihil sciam, nisi quatenus infirmis conjecturis suggeritur animo. Ex Conventu Principum, qui in hoc tempus agetur expecto eadem, quae superioribus extiterint, videlicet ut oecumenicum concilium in diem longum definiatur. Interea pro spe adversariorum habebunt res *Germanorum*, mihi videtur, non pessime, neque illi nisi optima pro se sperant. Caesar, inquiunt, ferat rebus fessis suppetias.

Ad finem, rogo, amplectaris *Carolstadium*, dispicias ubi vitam degat, donec in ministrum verbi inaugurari possit. Inops rerum est, odio *Lutherano* plus satis abundans, et gravatus majorem in modum *Wittenbergensium* autoritate. Quod ad Linguam attinet, non est omnino desperatum. In sententiis erit concors. Erudivit eum durus Magister adversa toties experientia. Fratres ex nobis saluta plurimum, maxime Consulem *Reschium*. Ad Conventum Imperii abeunt crastino, opinor, *Sturmius* et *Matthaeus Pfarrerus*. Vale felicissime. *Argentorati* 15. Maji 1530.

Wolfgangus Capito.

LXV.

Fridericus Jacobus ab Anwil [1]) Zwinglio.

Gratiam et pacem a Deo et ejus caro filio Jesu Christo optat ante omnia officia amica offerens. Carissime Domine et amice. Mihi curae est, quomodo tu colloquium nunc in Synodo *Frauenfeldensi* inceptum in lucem editurus sis. Deinde cum ardenter cupiam tecum ut cum fratre et amico colloquia evangelica habere, praesenti usu tibi notior quam

[1]) Nobilis *Thurgaviensis*, qui reformationem adjuvit; idem scripsit: „Versuch der Beschreibung des Thurgaus."

adhuc fieri, etiam praeterea tibi indicare aliquid quod te velim: te amicissime rogo, ut, si Synodus finem habuerit, ad me venire neque usquam alibi quam apud me devertere et hospitio uti velis; nam si ullo modo possem te libenter (et quidem merito) ipse equis huc deducerem. Si autem gravium negotiorum causa venire non possis (quod quidem mihi molestum sit) hoc est quod te velim: Habeo tres filios legitimo matrimonio natos, quorum minimum natu in aula Landgrafii *Hassiae* Domini mei Clementissimi collocatum velim; cum igitur sciam, te Principi illi notissimum et acceptissimum esse, te ut amicus amicum rogo, ut mihi literas commendaticias ad eum tradas, argumento exempli huic epistolae inclusi, quod ut mutatis mutandis pro arbitrio tuo corrigas non ignoras, quas festinanter per affinem meum *Joannem Henricum a Klingenberg* traditurus sum. Non enim dubito quin commendaticiae tuae mihi fructui sint; quod officium ut amicus de te meriturus sum. Dedi 16. Maji 1530.

Fridericus Jacobus ab Anwyl, Eques.

65.

Friz Jakob von Anweil an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott und seinem geliebten Sohn Jesu Christo mit Erbietung freundlicher Dienst zuvor. Lieber Herr und Freund. Mich langt an, wie Ihr das gegenwärtig vorgenommene Gespräch des Synodus zu Frauenfeld erscheinen werdet, und so ich dann hizige Begierde trage, evangelische brüderliche und freundliche Gespräch mit Euch zu haben, mich Euch Euer Person halben weiter denn bisher bekannt zu machen, auch Euch daneben etwas meines Anliegens anzuzeigen etc. Langt an Euch meine ganz freundliche Bitte, so der Synodus sich enden wird, Ihr wollet zu mir herkommen und sonst niendert dann in meinem einkehren und Herberg nehmen, denn wo es in meinem Vermögen wäre wollte ich Euch gerne (und billig) nachreiten etc. Ob Ihr aber trefflicher Geschäfte halben (das mir doch ein Beschwerd wär) nicht kommen möchtet, so ist das mein Anliegen: Ich habe 3 eheliche Söhne, wollte den jüngsten gern bei Meinem Gnädigen Herrn dem Landgrafen von Hessen an seinem Hof wissen und haben, und so ich dann weiss, dass Ihr Seiner Fürstlichen Gnaden wol bekannt, und angenehm sind; langt an Euch meine freundliche Bitte, Ihr wollet mir ein schriftlich Förderniss an Seine Fürstliche Gnaden mittheilen, Inhalt eingeschlossener Copie, die Ihr mutatis mutandis nach Eurem Gefallen wol wisset zu bessern, die ich förderlich durch meinen Schwager Hans Heinrich von Klingenberg überantworten lassen will etc. Bin ohne Zweifel solch Euer Förderniss werde mir fruchtbar und ersprieslich sein, das will ich um Euch freundlich zu verdienen habeu. Dat. 16. Mai 1530.

Friz Jakob von Anwyl, Ritter.

LXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Mi frater. Assunt hic *Conrad Joam* et *Sturmii* frater, *Argentoratenses* legati. Horum alter, nempe *Conradus* familiariter me convenit, et quum varia inter nos colloqueremur, hortatus est me, ut Tibi scriberem, quod arbitratur *Helvetiorum* gloria dignum, et multis aliis evangelicis oppidulis nobiscum sentientibus profuturum. Si tres illae civitates, *Tigurum*, *Berna* et *Basilea*, egregium aliquem virum, *Gallice* scientem, *Augustam* mittant, Imperatori, si non humiliter, certe amice expositurum, nihil periculi esse a nostro Evangelio, quod a bellis ac pensionibus debortetur, fidem servandam doceat, et pacis maximum habeat respectum: Intolerabiliores autem, si Evangelium non doceretur, pleraque etiam improperari, quae secus habeant, vel non tam atrocia sint. Et si qua alia sunt, quae causam nostram honestent, ut est per se honestissima. Opinatur enim scripta minus profutura et admittenda, quam Oratorem. Jussit igitur ut Tibi scriberem. Tu deliberes, et si consultum videatur, quibus opportet, suggeras. Equidem ut ignarus sum, quid se dignum censeant *Helvetii*, nescio an expediat. Porro quantum gloriaturi sint, si contingant, divino, nec ignoro bonorum verborum quam sint largi Principes. *Carlstadius* cum suis advenit, uxore, inquam, et liberis, quibus hic relictis Te propediem inviset, cum quo plura. Nos jubet calamum sistere. Vale. *Basileae* 22. Maji 1530.

Tuus *Oecolampadius*.

LXVII.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Qui has perfert sub *Marchionatu* Ecclesiae ceu vicariam operam diutius praestitit, donec mutatis praesidibus prae religione sibi amplius non licuit, nam ceperant hominem ad missandum adigere. Quod facinus cum praedicatione sua prorsus pugnasset, Sustentavit vitam nobiscum hactenus. Jam difficultate temporum adactus incipit circumspicere, quo pacto queat alere familiam inoffense. Perspicit enim saepius esse fallendum, qui velit propolarum ratione tueri, sicut ipse tutatus est, etsi perquam debiliter. Integer est, indiligentiae culpare nequeo, sed neque commendare summae industriae. Ingenio est quale tulit rus, et tamen firma videtur fide praeditus. Cui si locus esse alicubi posset, putaremus mediocribus muniis facile parem fore. Fac, ut consolatione data placide miserum dimittas, si nihil dabitur praeterea. Ceterum *Carolstadium* si juvabis, ex sententia nostra actum putabimus, imo ex re nostra, postquam illum nobis Eucharistiae sententia et indignitas adversarii conjunxit. Quod si duri maxime ingenii fuisset, nihil dubitamus, quin diutina cruce tandem esset permitigatus ac mansuetior factus. Dominus te nobis servet, mi frater. *Argentorati* 24. Maji 1530. *V. Capito*, tuus.

LXVIII.

Bucerus Zuinglio.

Salutem in Domino. Carissime *Zuingli*, *Saxo* habet secum *Philippum*, *Jonam*, *Spalatinum*, *Islebium*, adest et *Schnepfius*. Hi omnes sunt fortissimi *Lutherani* et in oppugnando *Michaele* nostro, [1]) imo Christo, impigri. Nemo horum *Michaelem* appellare amice sustinuit, *Urbano* interim, *Rana* et *Agricola* sese oblectant. Isti civilem justitiam, quam pridem a fidei justitia separarunt, sic tractabunt, ut hostibus non solum ludibrio, id enim perparum referret, sed usui quoque ad oppugnandum Christianismum futuri sint. Antehac libertas erat ceremonia in *Saxonibus*. Nunc exilio mulctatur, qui ex iis vel tantillum omiserit, praeter ea, quae omittenda censuit *Lutherus*. Hinc latinae resumuntur cantiones, repetuntur sanctae vestes, oblationes etiam per viatorem publicum extorquentur, et id, ubi aliquamdiu nihil harum nugarum usurpabatur. Id putas latere *Fabros*, nec animadverti vicinis *Cochleis*? Bis autem terque stolidi, si ultro offerentibus A non etiam B extorqueant, quod citra negotium facturi videntur, siquidem consideres constantiam, tam eorum, qui Religionis causa, quam qui prophanae ditionis, consuluntur. Sed Christus aderit suis. Ego me cuivis addicere lanienae, quam sic christianus esse malim. *Catius* inter sacrum et saxum stat, et de sociis magis quam hostibus solicitus est. Nostros Legatos, quarto hinc die egressos, *Augusta* excipiet, volente Domino, post diem tertium. A quibus Tu in tempore rescies, quae erunt e re nostra, si non effecta, cognita tamen. *Carolstadium* tanta Christi causa perpessum, et rebus vitae omnibus, excepta uxore et tribus filiis, destitutum, tuae antea caritati commendavimus, eum iterum ac iterum Tibi commendamus, persuasi nunquam fore, ut Te benevolentiae illi exhibendae poeniteat. Bene vale. Salutant Te fratres, nominatim *Capito*, *Hedio*, et alii. Item *Bernardus Fridrich*, qui identidem Tui meminit perquam amanter. 25. Maji 1530.

LXIX.

Zuinglius Blaurero.

Gratiam et Pacem a Deo. Remitto Tibi epistolas tuas ac simul oro, ut *Curiae* [2]) Magistro *Pileolo* dicas, quod ea, quae *Frauenfeldii* nunciaverim, sic se habeant. Nec quicquam ultra nunciatum esse, quod in ea summa, quam exposui, non contineatur. Probulentae tamen nostri intra paucos dies vestris scribent. Interim Urbes ad constantiam inhortabimini. Proficiscitur hic tabellio *Augustam* ad *Cattum* et *Argentoratenses*. Credere illi tuto potes, quod voles. Vale cum *Zuiccio* et fratribus universis. Cupio scire, quos Legatos *Augustam* miseritis. *Tiguri* 26. Maji 1530. *Huldricus Zuinglius*, tuus.

---

[1]) *Cellario.*
[2]) *Constantiensis.*

LXX.

Bucerus Zuinglio.

Salutem in Deo. Hic frater Evangelium in *Marchia Badensi* annunciavit, atque cum aliis fratribus, quorum aliquos apud Vos habetis, exilium praetulit servituti Ceremoniarum. Tentavit varia, si posset sua industria et labore victum sibi parare, sed parum hactenus successit, etsi nonnihil ex patrimonio habuerit. *Capito* eum melius quam ego novit, et novit qui inter mediocres posset verbum Dei non absque fructu sperare, quantum homo hominem nosse valet. Et mihi tum videtur, praesertim sic cruce exercitus, Evangelii munus obiturus haud quaquam inepte. Sic Te gravamus nostris Exulibus inter quos oro et obsecro primas habeat *Carolstadius*, vir, nisi omnia fallunt pure pute christianus. Valc. *Argentorati* 26. Mai.

M. Bucerus, tuus.

LXXI.

Jacobus Sturmius Zwinglio.

Suo φ Amico carissimo.

Salutem. Recepi Literas tuas, alterasque ad *Cattum* curavi per nuntium tuum ut reciperet. Quod de *Bucero* ad vos fama retulit, vanum fuit. Nam Senatus noster non putavit illi aut alicui ex nostris Ecclesiastis tutum fore absque Literis publicae fidei huc appellere. Quanquam fortasse non omnino infrugiferum foret, si is hic esset. Dabitur fortasse commoditas post incepta Comitia illum huc vocandi. Hactenus enim nihil, neque privatim, neque publice, quantum ego rescire potui, hic actum ob absentiam Caesaris et fratris ac multorum Principum, praesertim eorum, qui negotio pietatis hactenus obstiterant. Aguntautem hic Caesaris adventum expectantes ex Principibus *Saxoniae Johannes* Elector, *Fridericus* filius, *Georgius*, *Henricus Brunswigensis*, *Georgius Pomeranus*, *Albertus Magnipolitanus*, *Ernestus* ac *Franciscus* fratres *Luneburgenses*, *Joachimus* Elector, *Johannes* filius et *Georgius* patruus, *Marchiones Brandeburgenses*, Archiepiscopi *Moguntinus* et *Coloniensis*, Landgrafius *Hassiae*, Episcopus *Spirensis*, *Treverensis* Legatos misit, Cardinalis *Leodiensis* frater Domini *Roberti de Arburg Ulmae* expectat *Caesaris* adventum. Hodie dicitur Caesar *Oenipontem* reliquisse, et recta ire *Monacum*, ubi a *Guilielmo* et *Ludovico* Ducibus *Bavaris* fratribus magno apparatu excipietur, agetque ibi, ut putant, per triduum, dein recta *Augustam* petet, quod fiet intra dies forte duodecim. *Johannes Eckius* 404 articulos publice hic disputandos suscepit, quorum Tibi exemplar mitto, ut videas hominis prius Tibi satis notam impudentiam. Sed bene habet, quod *Lutherum* in omnibus antesignanum facit, maximeque agit, ut illum Caesari et Principibus de seditione quam maxime suspectum faciat. Dabit tamen fortasse per hoc caussam illi, quo minus nostros tanto supercilio rejiciat, quamquam qui a Concionibus sunt

Principis Electoris *Saxoniae* hic non tam in *Romanenses*, quam nostros in publicis Concionibus saeviant, ita ut nisi per adversarios factionis pontificiae in castra nostra vi cogantur, non sperem facile concordiam inter nos sarciri posse. Mitto et articulos, quos *Lutherus* antea conatus est nobis obtrudere, ut crederemus, et jam ad haec comitia publicari fecit, sed tamen tales, quos Pontificii meo judicio minime laturi sed condemnaturi sint. Consulo autem, ut nihil facile per Te aut tuos edatur, nisi prius consultis id fiat Magistratibus christianae Civitatis. Si possemus rem eo perducere, ut totum negotium universali Concilio exeutiendum committeretur, crederem moram hanc adhuc profuturam, ut crescente in dies majore judicio, minori difficultate tandem res Reipublicae christianae restituerentur. Nam certum est, hic nihil posse obtineri, quod ad promovendam pietatem spectat, tam magnis praejudiciis omnia agantur, totque stipatus Cardinalibus, Episcopis et id genus hominibus Caesar advenire dicitur. Si Literas ad me daturus es, vide ut cautius et quam tectissime deinceps scribas, nam si has, quas misisti, aliquis intercepisset, inerant quaedam de inscitia et stultitia quorundam, quae etiam non sine periculo meo, ad quem scribebantur, vulgari potuissent. Scis quam teneras quidam aures habeant.

Fama est, atque ea talis, ut non omnino conficta videatur, *Saxonem* articulos quosdam *Caesari Oenipontem* misisse per Legatos, quibus fidem suam contestetur, adjecisseque se non discessurum ab ea Confessione, nisi apertis Scripturae testimoniis diversum quis docuerit ac persuaserit. Id si verum est, quemadmodum ex fide dignis percepi, puto eosdem fore, aut non per omnia dissimiles his articulis, quos Lutherus excudendos curavit, et Tu per hunc Tabellionem recipies.

Si Tu et Tui interim Apologeticos parassetis ad Caesarem et Principes, in quibus quam piissime, citra cujusquam, quantum fieri potest, suggillationem, fidei vestrae rationem redderetis, ita tamen, ut non ederentur, nisi consultum nobis, qui hic agimus, visum fuisset, non credo omnino operam et impensam perdituros vos. Nam scis, quid olim etiam ad Ethnicos Principes simile Christiani et Martyres fecerint. Sed credo vos jamdudum in ea re ex jussu Magistratuum vestrorum aliquid tentasse. Faxit Christus ut omnia in gloriam Nominis sui per nos quam constantissime perficiantur, qui Te diu incolumem nobis et pietati servet. Ex *Augusta* ultima Maji 1530.

Tuus Ψ.

Nota Simleri: Sine dubio Literae *Jacobi Sturmii* ad Zwinglium sunt.

LXXII.

Bucerus Zuinglio.

Salutem. Frater hic rarae fidei et constantiae, nec non eximiae prudentiae est, *Fronspergiis* multis annis domi et militiae magna fide et dexteritate inservivit, sed dum illi Christi doctrinam et vitam ferre diutius non potuerunt, et ipse eam nequaquam in illorum gratiam dese-

rere, coactus est exsulare vir sexagenario major. Eum quaeso humaniter, ut soles, excipias ac juves. Sic enim constitutum animum et morem habet, ut sit Ecclesiae ministerio maxime idoneus. E Comitiis nihil dum audimus, praeter *Lutheranorum* furores et multorum stultissimas adulationes, nec minus Rebuspublicis noxias, et si omnia ad eum modum habeant, ut quod ille dixit, nihil expectandum sit, dann ein Reichstag. Bene vale. De Abbate *S. Galli* dicet Tibi aliquid hic frater. Bene vale. *Argentorati* Cal. Juniis Saluta Fratres. Salutant qui hic sunt Te et tuos.

M. Bucerus, tuus.

LXXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve in Christo, mi frater. En et Te invisit *Andreas* [1]) ille, prae aliis multum exercitatus, homo longe alius, quam vel a *Melanchthone* vel *Luthero* descriptus. Nos hic pauculis diebus gustum morum ejus accepimus, et siquidem preces nostrae apud Senatum nostrum invaluissent, jam prospectum illi esset in agro, sed scis, illum, ne cetera dicam, in provehendis doctioribus cunctabundum. Indignos tanto hospite nos vereor. Tibi oro diligenter commendatus sit. Multis autem nominibus meretur, non solum quia bonus vir et eruditus, sed etiam quia impressionem cum primis in adversarios Christi fecit, jamque multis annis exulat, in quo et nos persequutionem patimur. Dolebit item adversariis, qui pridem in Ecclesiis suis praedicabant, nos tres ex tribus verbulis tres haereses condidisse. Videant nunc, an in nobis sit dissensionis spiritus magni illi Eliae et Prophetae summi. Porro, non dubito, quin uberius illum commendarint et *Argentoratenses* fratres. Responsiones ad Epistolas *Philippi* beri absolvi. *Carlstadius* legit, judicium illius audire potes. Dialogus [2]) praeter opinionem meam prolixior factus. Non permittebat lectorum ruditas, nudas sententias nudis opponere. Fraudes parum candidi *Melanchthonis* suaviter detegendae erant. Si Typographi nostri tam christiano quam Mercuriali ingenio praediti essent, maturarem editionem. Jam nescio, quid futurum sit. Omnia bona Tibi precor, mi frater. Vale in Christo. *Basileae* 3. Jun. 1530.

Joannes Oecolampadius.

LXXIV.

Zuinglius ad Berchtoldum Hallerum et Casparem Megandrum.

Gratia et Pax a Deo. Ista nunc, carissimi fratres, necessaria significo, ut opitulatione vestra *Jacobo Spiess* adsitis, quo illi urbs et

[1]) *Carlstadius.*
[2]) De sententia Patrum in causa Eucharistiae.

ager vester redaperiatur, hoc enim nisi fiat, hominem non jam e vestra ditione relegastis, sed etiam a mundo. Imo fame et miseria enecabitis. Cum enim jam matura aetate sit, et artem aliquam nec discere, nec operari possit; officio autem verbi non praefici, eo quod honeste recessisse a vobis testimonium auferre nequit, nihil ei, quam fame mori, quod esse ajunt omnium miserrimum, superest. Prehensate ergo patres, et omnia tentate, quo calamitosum juvetis. Qui in agro *Tigurino* sunt, a vestris non coluntur pro dignitate. Senatus noster illis promisit, per omnia similes nostris agricolis facturum. Nunc vero arcentur per vestros, ut ne leporem quidem petere audeant, mitto enim cervos et capreas, quorum non est tanta copia, ut sementium vastationem expectare ab illis cogantur. Et hoc seculum omnino tale est, ut qui sese bello armisque tegere velit, operam det, ut media pars exercitus sit ex missulariis, h. e. his, qui a bombardulis glandibus jaciunt. Ager autem ille cum ad omnem occasionem non tantum accommodus, verum etiam paratus ac promtus sit, an non erant parvulis istis privilegiis demerendi? Praesertim cum tota ferme nobilitas prorsus adversum nos, agricolae vero toti a nobis stent. Mihi credite, non sunt in tota *Helvetiâ*, qui clam tot mala machinentur, atque *Tigurini* agri nobiles. Equidem abhorreo ab agricolarum contumacia et inobedientia; sed hic modus erat servandus.

Quod autem Collatoribus dare praecipitis quemque Episcopum de 100 florenis quotannis dimidium, ad refusionem haereditatis, an non est Papatum alere? Quod enim Papistae hoc sibi vendicarunt, an non mera simonia est? Cur enim redditum det verbi minister, nisi quia Pontificum avaritia hoc dictavit? Deinde nobiles Papistarum viam ingressi sunt, et permiserunt sibi licere quod istis liceret. Date igitur operam, ut in agro *Tigurino* ad nostrae urbis praescriptum et leges vivere liceat, quod illi dudum speraverunt et responderunt. Nos enim, si qui ad legum vestrarum praescriptum vivere statuunt, perinde gratum ac ratum sumus habituri, ac si sese nobis conformarent. Proinde diligenter omnia gerite fratres carissimi.

Carolstadius vir longe alius, quam eum *Lutherus* infamet, nunc apud nos est. *Lutherani* defectionem parant ad *Papistas*, quantum audio. *Megander* saepe venit ad nos promissionibus, re vera nunquam, cum nobis essent multa commentanda. Valete. VI. Junii 1530.

Huldrychus Zuinglius.

LXXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Quod ad *Wolfgangum* attinet, mihi satis factum est. Plus fidei apud me invenit unum verbum purgationis tuae, mi frater, quam plaustra quaerimoniarum illius, nihilominus non possumus opem nostram, per charitatem Christi obtestando implorantibus negare. Sed quod illum commendavi, non absque causa feci. Dedit ante 5 annos honestum specimen eruditionis suae, editis etiam Concio-

nibus. Interim semper commendatus a vicinis suis, quod ceteris innocentius vivat. Homo ego sum, et falli possum. Homo et ille est, et mutabilis. Itaque nolim propter illum a me fraternitatem tuam offendi. Porro quantum accipio a *Bucero* et a primatibus urbis ejus, mittendus erit ipse *Augustam*, modo per conductum tuto liceat. *Lutherus* quosdam articulos Confessionis suae dicitur oblaturus Imperatori, in quibus consentit nobiscum excepta Eucharistiae caussa. Hodie *Hervagius* dialogum nostrum de sententia Patrum in caussa Eucharistiae excudendum accepit. Gratias habeo, quod *Carolstadium* tam humane foves. Idem fere mihi de illo judicium, quod et tibi. Dabis igitur operam, si illi prospici queat. Dic ei salutem verbis meis, et significa, valere uxorem ejus cum liberis. Bene vale. *Basileae* die 17. Jun. 1530.

Joannes Oecolampadius.

LXXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem. Per *Connardum* hodie *Wittingenses* dederam ad Te literas, mi frater, et venerunt a *Wolfgangello* illo Literae, quibus se plurimum excusare conatur, nihilque adeo metuit, quam ne ego Tecum, vel Tu mecum dissideas. Atqui ex Literis tuis non potui conjectare, quod hisce meis familiaribus scriptis succenseas, neque est quod suspicer. Libenter tamen legi, quod ille hoc gravius conqueritur, in quo nihil periculi, quam suam caussam. Quoniam autem ubique magis quaerenda sunt ea, quae pacis, quam dissidiorum, ad preces illius, quae ad excusationem pertinent, Tibi indicabo. Dicit, quod eo tempore, quo mihi conquestus est, nihil adhuc suspicatus sit de literis, quae postea objectae. Deinde illis se excusat, et profecto verisimiliter. Ea propter nihil mali foret, si causa ejus tota audiatur, vel ad plenam ejus confusionem, vel ad reconciliationem. Si quidquid est, mi frater, nihil minus de me suspiceris quam rancorculum erga Te, neque ego quippiam vereor, quamvis et aliis bene esse velim. Sed de his satis et supra. *Carlstadi* sunt hae adjectae literae. Uxor ejus desiderio tenetur. Tibi et tuis bene precor. *Basileae* 17. Jun. 1530.

Tuus *Oecolampadius.*

LXXVII.

Simon Grynaeus Zwinglio.

Praedicat non ignotam mihi humanitatem tuam, praestantissime vir, *Andreas Carolstadius*, et quem antea multis nominibus colebam, facit ut nunc te amem magis, magis admirer. Praeclare facis, cum in instauranda Dei et verae sapientiae schola et doctrina renovanda, fortis dux in acie ipsa collocatus, non sapientia solum tua, sed veris virtutibus, et vivo exemplo, tot mortales in te conversos provoces. Nihil adulor tibi, nihil enim, dum haec scribo, ultra quam decet, attribuo.

Nec tu, cum ista, quanquam praeclare facis, amplius quam te decet, facis. Sic locus est, in quem te Dominus collocavit, ut nihil non admirabiliter, i. e. ultra quam hodiernorum hominum mores et studia ferunt, facere conveniat Te. Et quanquam non est istuc virium mearum, qui de tuis laudibus et virtutibus dicam, nec istud institui nunc, tamen non possum quin laudem, quod viri, quem multae nobis res non ejiciendum esse hortantur, rationem habere pergis. Quo abeat enim, si istic nullus fuerit locus? porro ne pergat, ad ipsos hostes, an convertat pedem; turpe erit hoc ipsi quidem, sed multo tamen turpissimum nobis. Causam intelligis Tu quidem rectius, quam ego narrare possum. Itaque res propemodum postulat, ut apud vos subsistat, non hoc dico, qui non videam, id jam prius a nobis etiam officii requiri potuisse, sed excusabit fortasse tamen, quod nescio quo pacto natura simus cunctatiores omnes, quam diu ad extrema non est ventum, et caritas semper bene sibi pollicetur. Hii, a quibus ad nos venit, majori apud nos in pretio futurum sperabant. Sperabamus nos quoque Vos quid speretis, cui deinceps fiduciam istam committatis, jam ultra nemo est. Satis, inquies, argutus es, dum ableges hospitem. Ego vero, praestantissime vir, illum esse apud me cupiam perpetuo, nec dubitarim hujus fortunam iniquiorem quam malam, mea tenuitate perpetuo sustinere, si vel hujus pudor, vel tua beneficentia et humanitas permisisset. Nunc cum honeste abs Te videam vocatum, dimitto libenter, et hoc nomine felicem ego puto, cui liceat apud Te versari et tua consuetudine opportune uti. Commendo vero Tibi virum, [1]) commendo me ipsum. Si quid est porro, quod studio et summo conatu afferri a me ad eam gratiam et amicitiam, in quam semel receptus sum abs Te, potest; istuc ego quidem et manibus et pedibus enixe semper operam dabo. Vale et vive nobis, diu praeclare vir. Sine consule et die (circa 17. Jun. 1530)

Simon tuus *Grynaeus*.

Inscriptio: Praestanti viro Domino Huldrico Zuinglio patrono suo.

LXXVIII.

Bucerus Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Consul noster nos detinuit jam dies aliquot, expectans, ut iterum ab *Augusta* scribatur, cum sit scriptum tertio. Spero tamen cras Literas adfore. Nihil aeque cupio, atque illo advolare quam primum. Edidit *Lutherus* hisce diebus exhortationem ad Ecclesiasticos, in quo *Caesari* et profanis principibus satis blanditur, nosque suo more in invidiam trahit, et sibi omnia tribuit, adeo tamen cum ingenio suo pugnare non potuit, ut nihil solitorum convitiorum in illos non evomuerit, faciens eos praedones, christiani sanguinis effusores, omnis pietatis oppugnatores, et nihil non. Protestatur quoque, si quid eorum, quae nos Scriptura freti contra eorum placita usurpa-

---

[1]) Zwinglius enim auctor fuit ut *Carlstadius* Turici exciperetur et omnino ei consuluit. Videsis Hott. Helv. Eccl. Hist. 3, 538. 539.

vinus, in his comitiis concesserint, se id nequaquam recepturum, tanquam ipsorum concessione factum sit licitum, verum illud vindicaturum, ut quod vi verbi Dei, ipsis Sacrilegis et homicidis extorserit, nec satis habiturum, donec id confessi fuerint, et ad satisfactionem sese exhibuerint. Videtur sibi persuasisse, bonus vir, se paulo formidabiliorem esse Ecclesiasticis, et plus gratiae habere apud profanos, quam experturus sit. Nam praeterquam quod se, nostra et Ecclesiasticorum invidia, profanis insinuat, viam eis indicans ad opes ecclesiasticas, et ea tantum incessit, quae vulgo jam improbantur, more suo omnia velut e sublimi loco superbe, procaciter et truciter agit. — *Islebius* furit in *Michaëlem* [1]), atque adeo in nos omnes, et totum Christi negare negotium palam coram Principibus aliquot et solenni Auditorio mentitur. Solus *Hessus* eum non audit, sed *Michaëlem*. Unde dici non potest, quam odiose de illo loqui illi ceperint, indubie plurimum incommodaturi, sicubi poterunt. Valde nos exhilaravit tuum de *Carolostadio* judicium. Nobis plane pius et candidus visus est. Salutabis eum, si adhuc tecum fuerit; commendare sic charum non est opus. Salutat te singulari affectu *Bernhardus Friderich*, apud quem heri coenatus audivi mira tua praeconia. Dicebat, si aetate minor esset, non admissurum, quin singulis annis te saltem semel inviseret. [2]) (Circa 17. Jun. 1530.)

M. Bucerus tuus.

LXXIX.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Rediit *Philippus*, quem Tibi fide mea connixus *Bucerus* commendavit. Sacrificus fuit, deinde Ecclesiae in verbo minister, tandem reditionem ad Papistas horrens ad nos a *Marchionatu* confugit, nostro se concredens consilio et ope. Auctores fuimus, ut Census et Sacerdotium papisticum cederet, et hic ageret maritum, opificio aliquo victum quaesiturus. Annuit, migravit huc, duxit uxorem, subinde aliud atque aliud tentavit, donec superioribus annis corrasam pecuniolam omnem dissiparit, magis fortunae ac temporum, quam suae culpa, jam ad extrema devenit, et per *Melchiorem* illum tuum *Lucernatem* excitatus, omnibus modis contendebat Te accedere, si quo pacto, vel in postrema parte alicujus functionis haerere posset. Unde Literas *Buceri* exoravit, tanquam majoris ponderis apud Te, quas ita attemperavit ille, ut ansam subjicerent suspicandi nescio quid *Anabaptismi*. Macilentus ac miser est. In reliquis nihil affine illis habet. Neque adeo sum inobservans reipublicae, ut seeus velim seditiosa ingenia fovere, cujus modi bona pars illorum est. Locum aliquem apud me habent simplices ac timentes dominum. Quo nomine, fateor, mihi imponitur, sed sine periculo aliorum, nisi quod solemus hominum more, si quid perperam ceciderit, alius in alium crimen rejicere, quod verbis non

---

1) *Cellarium.*

2) Dies deest.

anxie defendo, rebus autem fortissime abs me propulsatum satago. Haec scribo, ut me Tibi purgem, nam volo, ut securus de me invigiles publicis. In horas miseri anhelamus abitionem ad iter *Augustanum* jamdudum accinctissimi, ocreae, calcaria, galeri, et omnia, veluti affectant profectionem, vel nobis contantibus. Moramur invitis plerisque, ut conjiciam esse consilium Dei. Mei usus aliquis, nisi fallor, illic erit, ob veterem aulicorum notitiam. Apparo me legendis *Lutheranis*, quanta taedia devoro. Hactenus enim abstinui, ab illius hominis furoribus legendis, qui me turbare, sed de mysteriis docere non potest. Meliorem equidem semper putavi ac prudentiorem. Confessionem, ultimam, opinor, foeturam hominis de Eucharistia nunc tero. Quo libello excusso persuadebo mihi facile hominis ingenium totum esse exploratum. Illud miror, esse quos impotentia calumniandi in rebus sacris, tam effrenis moretur. Scripsit in Episcopos libellum odiosissimum. Senatus Imperii *Augustae* ne venalis exponatur, interdixisse, fertur. Sui simillimus est. Nos taxat levius, vel potius paucioribus, nam seditionis obiter accusat, et a nostro impetu Episcopos servatos gloriatur, suo periculo, qui nos illorum nomine acerrimos hostes gravissimis proeliis confecerit. Et id genus quaedam. Glorias spirat idem libellus plus quam Thrasonicas. Profuse depraedicat quanta suo Evangelio solus orbi, atque adeo Episcopis praestiterit, etsi talionem indignamque vicem a nobis recipiat Schwermeris. Vertetur, haud dubium, in Linguam latinam et gallicam. Iccirco nihil periculi auguror, ne concordiam cum illo in nos Papistae sanciant, atque utinam hodie adessemus certamini rerum, haud nos ignavos praestabimus. Gaudeo Tibi *Carolstadium* probari. Ad nos scribens amicissime Tui commeminit idem. Habeo domi *Valentinum* quondam *Erfordianum*, exulem, ejectum per *Lutheranos*, qui multis millibus passuum confectis Colloquium *Lutheri* vel brevissimum, intercedentibus *Jona* et *Spalatino* nancisci non potuit. Increvit post Colloquium *Marpurgense* tyrannis *Saxonum*. Alibi pleraque habent meliuscule. *Hessus* audit *Augustae* conciones *Michaëlis Cellarii*, qui noster est. *Agricolam Islevium* negligit. *Leoni Bucerus* respondebit. Dominus Te nobis servet, quod ex animo subinde precor. *Argentorati* sine consule et die (circa 17. Jun.) 1530.

(*Capito.*)

LXXX.

Ph. Suo amico carissimo [1]).

Salutem. Literas tuas recepi simulque intellexi *Ursi* [2]) sententiam, quam in eo quod non putat mittendos legatos non omnino improbo. Nam hii, qui hactenus missi sunt, nihil quod ad rem [3]) attineret, reportarunt, ita quod jam vellent plerique non missos.

---

[1]) i. e. *Jacobus Sturmius Zwinglio.*

[2]) *Bernatum.*

[3]) Civitatem christianam.

Quo in statu res hic [1]) sint paucis accipe. Caesar XV hujus mensis huc venit, comitatus fratre *Ferdinando*, *Laurentio Campegio* Cardinali Legato Romani Pontificis, *Salzburgensi* et *Tridentino* utroque Cardinali, *Wilhelmo*, *Ludovico Bavaris* fratribus, *Friderico* fratre Comitis *Palatini* et aliquot aliis non magni nominis principibus. Venerunt et cum *Caesare* multi *Hispani* Episcopi et ordinum militarium commendatores. Ingressi sunt et 1000 pedites lancearii pro custodia a *Caesare* conducti, sed stipendium urbs haec *Augusta* solvere cogitur. Hii, cum reliquis quos *Caesar* pro custodia corporis habet, militibus, noctu vigilias agunt. *Caesari* obviam ierunt, quotquot hic adventum illius praestolati sunt Principes. Contentio inciderat inter *Ferdinandum* et Legatum Pontificis Romani et Electores Principes. Nam Caesar cupiebat a dextris *Ferdinandum*, et a sinistris Legatum Pontificis in ingressu habere. Id quod Electores negabant ex constitutione *Caroli IV.* Imperatoris illis licere, sed ad *Moguntinum* et *Coloniensem* spectare. Itaque *Caesar* solus in suo ordine praecedentibus Electoribus ingressus, quem e vestigio secuti sunt *Ferdinandus* et Legatus, ac reliqua *Cardinalium* et *Episcoporum* cohors. Haec ideo scribo, ut videas quas nugas quanti faciamus. Contentio haec nonnihil remorata est ingressum, ita ut continuo nox ingrueret. *Caesar* statim postquam equo descendit retentis apud se Duce *Saxonum*, *Georgio Marchione Brandenburgico* et Principe *Hessorum*, solo fratre *Ferdinando* praesente petiit, ne deinceps durantibus hiis comitiis publicas conciones per hos quos adduxerant ministros verbi haberent: dein ut crastino die, qui erat sacer corporis christi supplicationi sive processioni, quam ex more habiturus esset, interessent, ac Eucharistiam comitarentur. Id cum Principes multis ex causis facere gravarentur et se excusarent, atque Caesar instaret, dilata est res in crastinum. Summo mane Principes Caesarem denuo adeuntes, negarunt, se hoc officii Caesari posse praestare multis ex causis. Verum se ad multo majora, quae citra offensam Dei fieri possent, obtulerunt. Caesar, cum videret, illos perstare immotos, jussit, ut responsum et causas, quas afferent, scriptis illi exhiberent. Id quum Principes recepissent, Caesar cum reliquis Principibus Eucharistiam nudo capite et una manu ardentem ferens cereum comitatus est ad primam usque horam pomeridianam *Moguntinus* ornatu plusquam persico Eucharistiam detulit, stipante utrumque latus *Ferdinando* Rege et *Joachimo* Marchione *Brandenburgico* Electore. — Crastino Principes responsum dederunt scriptum. Id cum Caesar et reliqui Principes in deliberationem sumpsissent, tandem heri conventum est, cum Caesar omnino nollet ferre praecones verbi, ut non solum horum Principum sed et reliquorum Principum, etiam *Ferdinandi* conciones silerent, liberum tamen esset Caesari quosdam instituere, ita tamen, ut citra suggillationem istorum, qui hactenus Evangelium annunciassent, declamarent. Ea res, etsi multos deterreat, visa tamen est quibusdam pro loco et tempore tolerabilis. Caesar quo videatur multis quasi detriumphatum in hoc negotio, per tubicines et Heral-

[1]) *Augustae Vindelicorum.*

dum, quem vocant, tota urbe exclamari fecit, ne quis hic publice concionetur, nisi per Caesarem ad hoc admissus sub gravissimis poenis per Caesarem infligendis non parentibus. Promisit tamen Caesar christianis principibus, se illorum fidem et rationes auditurum, idque primum antequam de reliquis negotiis, quorum causa haec Comitia indicta sunt, agatur. Nobiscum adhuc nihil actum. Sunt qui putant caussam nostram Comitiis *Spirensibus* damnatam, ideoque extra controversiam illam hic non audiendum. Traducimur undique, tanquam nescio quae mira moliamur etiam cum exteris Nationibus in perniciem Imperii et Principum, ita ut aperte seditiosi habeamur. Haec, etsi falsissima, ut scis, sint, non desunt tamen, qui nostrae confessioni [1]) non credant, quod ajunt, quosdam ex nostris hoc publice jactare, instructos nos opibus, armis, auxiliis, ad propulsandam non solum injuriam et vim, si qua inferatur, sed etiam, si libeat, ad occupandos vicinorum Principum agros. Sunt qui dicant divisos jam etiam ante victoriam inter nostros Episcopatus, et nescio quae similia. In summa sic geruntur omnia publice et occulte tam per Pontificios, tam per aliquos, qui a parte Evangelii et veritatis stare videntur, tanquam cupiant nos omnes perditos. Nisi Dominus sua ope et misericordia assit veritati et innocentiae parum abesse videtur, quin vivos nos deglutiant adversarii. Nemo nostras agit partes praeter *Cattum* isque nonnisi tectis consiliis, non propalam. Nobis occluduntur et aures et aditus omnes, ita ut nihil possimus. De tuo et alterius adventu seu vocatione parum est quod sperem, si tamen se offeret non negligemus occasionem. Cum has scribo, nuntiatur, Concionatores, qui hactenus in hac urbe partes Pontificis Romani tutati sunt declamare, idque permissu Caesaris. Reliquos tacere coactos. Magnum addet hoc animum omnibus per *Germaniam* Pontificiis. Videtur hic futurum Concilium illud toties per decreta tot Comitiorum promissum, tale tamen, ut auditis paucis quibusdam res ex voluntate Caesaris et Legati Pontificis reliquorumque principum, qui nos numero anteeunt, decernatur, ita tamen, ut quaedam ad sedandos vulgi commotos animos concedantur, quae tamen statum et autoritatem Pontificis Romani et suorum non labefactent, puta libertatem aliquam eiborum, dierum et aliquot ceremoniolarum. Fortassé dabitur et hoc, ut quemadmodum Concilium *Basileense* permisit communionem utriusque, ut vocant, speciei *Bohemis*, ita et quibusdam Principibus id ad tempus concedatur pro illorum plebibus. De Missa omnino palam jactant, se illius vel mutationem vel abrogationem non laturos. De sententia nostra in Eucharistia paucissimi dubitant, quin illa tamquam impia explodetur, etiam nemine illius sententiae audita. Ego putarem, si possemus obtinere, ut ad restituendos mores Ecclesiae depravatos primum animum adjicerent, dein opiniones conciliarent, futurum, ut in hiis restituendis quo opinio confirmior pietati foret, facile dispiceretur. Sed inter tot monstra et perditissimum luxum eorum, qui se pro Episcopis et successoribus Apostolorum vendunt, quis speret aliquid pro restituendo Ecclesiae statu obtineri posse. Si quid in his consilii habes,

[1]) Tetrapolitanae.

rogo communices vel mihi vel Catto. Quanquam si ad me miseris facile *Catto* commune faciam. Volebam quam brevissime scribere, et ecce quorsum, ut nisi charta defecisset forte longior futurus eram. Vale et me amicis illic, quos nosti, nominatim commenda. 19. Junii 1530.

Ψ.

Lieber Herr und Freund. Wie ich diese hie beigelegte Briefe verfertigt, in Willens den Boten also lassen hinzuziehen, ward angesagt auf Morgen, d. i. auf heut Montag Datum dieses Briefs, zu 7 Uhr bei Kaiserlicher Majestät zu erscheinen, hab ich darauf den Boten verhalten zu vernehmen vorhin, was allda gehandelt werde. Also sind auf heut Morgen alle Fürsten und Stände bei Kaiserlicher Majestät ersehienen, mit Ihro Majestät zu Kirchen gegangen. Da hat man ein Amt vom Heiligen Geist gesungen, hat das Amt der Churfürst oder Cardinal von Mainz gehalten und dem Amt hat ein Italienischer Bischof, wie ich vernehme, heisst er Episcopus *Raxanus*, eine lateinische lange Oration gethan, ist mit dem Legato apostolico hie, darin er ermahnt zum Krieg wider den Türken, und darum der Teutschen ihre Uneinigkeit der Religion angerührt, mit Anzeig, wie der Türk eine Religion, einen Glauben, ein Gsaz und einen Herrn hätte, dadurch er in seinen Sachen fürdringe, das wäre uns Christen auch vonnöthen etc. Aber dagegen hätten viel Teutsche eine Lust von den Sazungen ihrer Obern abzutreten und neue Sazungen, Gebräuche und Religionen anzunehmen etc. Nach dem Amt ist der Kaiser samt allen Ständen auf das Haus geritten, und hat da durch Herzog Friedrich, des Pfalzgrafen Bruder, lassen vortragen Ursache, warum er aus Hispanien in das Reich kommen, mit Entschuldigung des Verzugs, und darnach eine schriftliche Instruction lassen vorhalten, die in Summa diese 2 Punkten in sich gehalten, nemlich zum ersten erzählt, was Schaden der Türk der Christenheit bisher zugefügt, mit Begehren, dass Churfürsten, Fürsten und alle Stände des Reichs wollen bedenken und berathschlagen eine beharrliche Hilfe wider den Türken, dazu wolle er der Kaiser und sein Bruder Ferdinand alle mögliche Hilfe auch thun, dazu der Papst und andere Könige vermögen auch zu helfen etc. Zum andern erzählt, nachdem sich gleich nach seiner Krönung zu Aachen und Annehmung des Reichs eine Spaltung im Glauben erhoben, habe er zu Worms ein öffentliches Edict wider die neue Lehre ausgehen lassen, also dass, wo demselben gelebt wäre worden, wäre viel Unraths, Ungehorsam, Aufruhr, Blutvergiessen, Uneinigkeit und weitere Sekten verhütet worden; weil aber demselben nicht gelebt, und seither sich die Spaltung je mehr je mehr eingerissen, so habe Seine Majestät keinen füglichern Weg wissen vorzunehmen zu der Einigkeit, denn dass sie eigner Person in das Reich käme, und eines jeden Opinion hörte und also nochmals Einigkeit aufrichte. Darauf so wäre Ihro Majestät Begehren, dass jedermann sein Gutbedunken und Meinung Ihro Majestät in Schriften beides lateinisch und teutsch übergebe, desgleichen alle Missbräuche und Beschwerden, so die Weltlichen gegen die Geistlichen und herwieder die Geistlichen gegen die Weltlichen hätten, so wollte

Ihro Majestät die hören, und mit ihnen beschliessen, damit wieder Friede Ruh und Einigkeit im Reich erhalten und aufgericht würde etc.

Haec ideo germanice scripsi, ut quia *Caesar* germanice sua proposuit, quam minimum possem, a verbis Caesaris errarem. Intelligis ergo primum peti auxilium erga *Turcas* et recuperandam *Ungariam*, dein *Caesarem* eo tendere, ut hic in caussa religionis concludat. Et quo facilius id possit, petit omnes omnium opiniones audire, ne quis calumnietur se inauditum damnatum. Multi hic miris laudibus clementiam Caesaris evehunt, quod cum posset inobedientes et rebelles Principes et Respublicas perdere, sic se tamen demittat, ut etiam illos benignissime audire dignetur. Quanquam qui sunt cordatiores intelligant, quorsum haec clementia tendat. Verum Principes *Saxonum* et *Cattus* parant se ad reddendam fidei suae rationem. Itaque Tu cogita, anne consultum videatur, ut et nostri fidei suae, et de his quae hactenus novarunt rationem reddant. Nam etsi non dubitem hos, qui a consiliis sunt Caesari non huc spectare, ut rem in melius restituant, quis tamen scit, an ea via velit Deus Caesarem informare de his, quae hactenus perperam a Pontifice Romano et suis acta sunt. Itaque pro tua prudentia cogitabis, anne et per Te et tuos a Caesare petendum sit, ut et eorum, quae hactenus gesta sunt a vobis ratio audiatur, si forte Dominus daret, ut quod hostes nostri in salutem suam excogitarunt, in perniciem verterentur. Sunt tamen qui dicant, Caesarem omnino nolle, ut in controversiam ducatur Missa, papistica opinio de corporali praesentia Christi in Eucharistia, et nescio adhuc quid aliud, nam tria ajunt esse quae in disputationem nolit duci Caesar. Haec omnia ideo ad Te scribo, ut Tu, exacto tuo judicio omnia sic examines, ut quod consultum Tuis videbitur et Tibi in tempore fiat. Nam credo negotium religionis, antequam de bello *Turcico* fiat mentio in consultationem venturum, ne occasione neglecta sero sapiant Phryges. Bene vale et praepropere scripta boni consule. 28. Jun. 1530.

Tuus Ψ.

Illa pars epistolae vernacula lingua conscripta latina haec est:

Carissime Domine et amice. Quum epistolas his literis inclusas conscripsissem, tabellarium jam dimissurus, indictum est, ut eras, id est, hoc ipso die quo hanc epistolam dedi, septima hora ad Imperatorem veniremus; deinde igitur tabellarium retinui, ut prius audirem, quid ibi ageretur. Jam hodie mane omnes Principes et Ordines ad Imperatorem venerunt, cum eo in aedem sacram ierunt, ubi Missa de Sancto Spiritu cantata est et Princeps Elector vel Cardinalis *Moguntinus* sacram Coenam administravit, et in laudem Missae Episcopus *Italus*, cui nomen esse Episcopo *Raxano* comperi, longam latinam orationem habuit; is hic est cum Legato apostolico. Ea igitur oratione hortatus est ad bellum contra *Turcam*, ideoque *Germanorum* discordiam in religione attigit, exponens, ut *Turcae* unam religionem, unam fidem, unam legem et unum Dominum habeant, quo in rebus suis progrediantur; id nobis Christianis quoque opus esse. Contra autem multos Germanos a legibus primorum suorum desistere cupere, et novas leges,

nem et religiones accipere. Peractis rebus sacris Imperator cum omnibus in curiam vectus est, ubi *Fridericum* Ducem, Comitis Palatini fratrem proferre jussit, quibus ex causis *Hispania* in imperium venisset, nec minus excusare moram; deinde proponi jussit commentarios, quibus hae duae res exhibebantur: Primum quantum damnum *Turcae*, universis Christianis adhuc attulissent, se igitur petere, ut Principes Electores aliique Principes et omnes Ordines Imperii reputare et consultare velint de constanti auxilio contra *Turcas* ferendo, ad quod se ipsum Imperatorem et *Ferdinandum* fratrem suum quam plurimum possint additurі sint, praeterea etiam Pontificem aliosque reges se commoturum, ut adsint auxilio. Deinde narravit, cum continuo se *Aquisgrani* corona ornato et accepto imperio controversia in Fide orta esset, se *Wormatiae* publicum edictum edidisse contra novam doctrinam, cui si obtemperatum esset, multum noxae, repugnantiae, seditionis, caedis, discordiae aliaque dissidia prohibita essent; cum autem ei non obtemperatum esset, et ex eo tempore dissidium in dies magis irrupisset, Imperatorem nulla aptiore via uti potuisse ad concordiam restituendam, quam ut ipse veniret in Imperium auditum cujusque opinionem itaque concordiam institutum. Quamobrem Imperatorem velle, ut quisque sibi conscripta tradat vernacula et latina lingua quae ei videantur, nec minus omnes pravos usus et incommoda, quae laici clericis tribuant et rursus clerici laicis; quod si factum sit, Imperatorem ea auditurum esse et res ita compositurum, ut pax, quies et concordia in imperio serventur et efficiantur.

LXXXI.

Zuinglius Henrico Bullingero, Bremgartensi.

Gratiam et Pacem a Deo. Carissime *Heinriche*. Hic, quem vides *Carolstadius* est. Homo sane talis, qualem se *Lutherus* esse credit, cum tamen non sit alius, quam ipse *Carolstadium* esse praedicat. Eum deduci ad iter, quod *Basileam* pergit, facito. Strenue pauper est, quapropter quicquid potestis, juvate et opitulamini, non ut nostra hauriatis, sed ut de nostro, quid ei refectionis obveniat. Vale et *Gervasio* [1]) salutem nostro nomine jubeto. *Tiguri* 22. Jun. dilluculo 1530,

H. Zuinglius, tuus.

Carolstadius ad nos transmigrabit, donec ei divina bonitas prospiciat. Liberos abit adductum, quorum tres habet, et eos mares.

LXXXII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Mi frater. Imitati sunt tandem nostri hic

[1]) *Scholastico Argentoratensi*; idem parochus fuit in *Bischwiler*, Diaconus *Turici*, deinde concionator *Bremgardii* et a. 1531 cum *Bullingero* inde pulsus est; postea *Basileae* Diaconus factus est et 1533 concionator *Memmingae*.

exemplum vestrum, et e minori majorique Senatu omnes cedere fusserunt, qui vel verbo Dei adversantur, vel nobiscum in coena Domini communicare hactenus noluerunt, futurumque est, ut omnia officia a summis usque ad minima sic lustrentur tam in civitate, quam in rure [1]). Deinde etiam censura Ecclesiastica instituatur, quae excommunicationis loco erit, imo Excommunicatio omnium, qui inemendabili vita aut doctrina Ecclesiam nostram coinquinant. Aspiret Christus felicibus ceptis. Purgata enim domo Domini ab inquinatoribus illis, per Christum satis fortes erimus adversus mundi minas. Si enim Dominus pro nobis, quis contra nos? *Bucerus* dicitur *Augustam* profectus. Orandum ut magno fructu cornupetat adversarios. *Carlstadio* bene precor. Sui utcunque valent. Desiderio ejus laborant. Superioris anni Tribunus, *Jacobus Mejer*, Consul electus est, Tribunus vero *Balthasar Hildbrandus*, quem in bello nosti qualis. Porro Canonici Cathedralis Ecclesiae nolunt post hoc amice in causa sua et civium *Basileensium* (sc. agere). Ita rescripserunt *Argentinenses*. Quod multis non multum dolebit. *Basileae* 23. Jun. 1530.

Oecolampadius.

LXXXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Nuntiatum est huc, oratorem Imperatoris coram proceribus Imperii principio petiisse, ut sibi assint justo et idoneo adversus *Turcam* subsidio, sicque licere illis domum redire, negotia reliqua primo quoque tempore perficienda. Responsum autem a Proceribus, id non esse integrum ipsis, nisi rebus fidei compositis, noliat enim ita inter se perpetuo dissidere. Porro, oratorem subjecisse, etiamsi ad omnia alia conniveretur, omni conatu imperatoriam Majestatem contraiturum erroribus in Sacramento et Missa, ac confessione. In Summa, nihil gratiae ab Imperatore sperandum, sed plurimum a Deo. *Bucerus* die dominico abiit *Augustam*. *Capito* die Lunae. Deus prosperum faciat iter illorum. *Lutherus* librum scripsisse fertur, in quo Caesari blanditur, caussam nostram invidiosam reddit, Principibus aditum ad possidendas res ecclesiasticas parat. Ceterum scurratur. In festo Corporis Christi Imperator clericaliter detonso capillo, gestans cereum ardentem nudo capite, in medio aestu sequutus est *Moguntinum* ferentem Deum impanatum, plerique Principes sese domum retulerunt, ubi comitati fuerunt usque in Templum. Multi hic adversarii verbi e Dignitatibus submoti sunt. Dialogus meus sub prelo est. *Carlstadius* salvus rediit. Vale cum amicis. 25. Jun. 1530.

Tuus *Oecolampadius.*

Qui Literas reddit, uxoris meae frater est, monetarius, charus mihi, charus et Tibi sit.

---

[1]) Cf. Hott. Helv. Eccl. Hist. 3, 524 ff.

LXXXIV.

Hedio Zuinglio.

Salutem in Christo, Praeceptor observandissime. *Capito* abiens ad Comitia Literas posteriores tuas legendas exhibuit, in quibus petis, sententiam *Bedae* mitti ad vos. Equidem praesente Te in Bibliotheca Templi majoris descripseram et *Marpurgum* mecum advexeram. Verum cum non esset ejus usus, post reditum inter schedas forte hujus argumenti schedae admixta fuit, ut jam ad manum non sit. Quaeram tamen, et quamprimum reperero ad Te mittam. Neuter fratrum a Comitiis quicquam adhuc scripsit. Expectamus tamen in omnes horas. *Capitō* in itinere in Episcopales Equites incidit, sed illaese. In diversoriis passim agnitus, tametsi repugnaret. Vox et vultus hominis hominem prodiderunt. Est autem iter ab *Argentorato* per *Esslingen* ad *Augustam*, quod equitavit *Capito*, semper frequentissimum. Si quid dignum acnepero non fraudabo Te. Vices absentium gero in praelectionibus, geram et in scribendis literis. Id Tu, pro tua humanitate, boni consulas. Communem Ecclesiae causam diligenter Deo precibus tuis et tuorum commendando. Vale. Raptim. *Argentorati* 27. Jun. 1530.

Qui hasce Literas reddit, frater est pius ac eruditus. Appositissimus esset formator juventutis ob inculpatos et modestos mores. Si istic nulla conditio continget, redeat ad nos. Nam *Capitoni* perquam charus est, item *Carolstadio*, cujus caussa multas adversitates sustinet. Id quod Tu ex praesenti ubi vacaverit, auditurus es. Saluta *Rudolfum Colinum* et *Funkium* cum *Leone* et *Pellicano*.

Hedio tuus.

LXXXV.

Bucerus Zuinglio.

Salve quamplurimum observande *Zuingli*, Venimus huc ego pridie solennitatis Divi Joannis, *Capito* die dominica sequenti. Nostri usus hactenus nullus fuit, nisi quod summam Fidei nostrae latine et germanice conscripsimus [1]), Caesari offerendam. Ei soli *Constantienses*, *Lindovienses* et *Memmingenses* subscribent. *Ulmenses* satis habebunt petiisse concilium. *Nurenbergenses* et *Reutlingenses* subscripserunt principibus, *Saxoni* et ejus sociis. Horum confessio perquam lenis est, etsi adhuc magis mascula, quam ferant Pontificii. Nostra nondum admissa est, et haud scimus, an admittenda sit. Plus minus viginti Theologis ejus farinae, ut primas inter eos habeant *Eccius*, *Faber*, *Köllin*, commissa est confessio *Saxonum*. Bis die convenire dicuntur. Nonnunquam accedit eos et *Hildesemensis*. Reliquis Proceribus feriae sunt. Nam antequam de religione definiatur, nolunt consultare de rebus aliis et causam religionis discutiendam Caesari commiserunt. Inter Ecclesiasticos quidam augurantur Scisma futurum, aliis

[1]) In Confessione tetrapolitana.

nihil e receptis rebus concedendum, aliis secus arbitrantibus. *Melanchthon* a *Caesare*, *Salisburgensi* et *Campegio* vocatus est, quid autem cum eo actum nos latet, etsi pertentatum putemus, ut cum mitigarit tam multa, cedat et reliqua. Adest *Osiander*. *Urbanus* (*Regius*) sic fidit *Augustanae* Religioni Pontificiae, ut se adjunxerit Duci *Lüneburgensi*, delitias *Augustanas* ulterioris *Saxoniae* asperitate commutaturus, sed indubie haud volens. Scribis; Personas esse. At Pueri personis etiam exanimantur. Sic res habent, ut sola Dei manus Christianos defensura sit et non sine miraculo. Quod scio plane futurum. Tanta est hostium improbitas. Nihil potest fingi *Lutheranorum* in nos odio implacabilius, nihil aeque atrox et dirum. De reliquis, non est, quod scribam. Unus *Cattus* est, qui idoneum videatur gloriae Christi organum. Is animose et religiose fidem suam confitetur et confessus cum Caesari ipsi, tum aliis. Reliqui Principes addictiores sunt suis Ecclesiastis, cetera satis pii et fortes. Nos jam volumus, si Christo placet, a *Philippo* et suis impetrare Colloquium. Si successerit, agemus quidem modeste, sed sic tamen, ut videant et nobis curae esse gloriam Christi, plus enim quam dici queat illi adversatur Cato tertius [1]). Bene vale, et ora Deum, ut tantum nobis faveat, quantum Caesar Pontifici, imo impium id esset petere, nam oporteret ipsum totius orbis gubernacula nobis concedere. *Capito* salutat Te ex animo. Saluta Fratres. *Augustae.*

LXXXVI.

Christophilus Landenberg Zwinglio.

Gratiam et Pacem a Deo Patre et Christo Jesu Servatore nostro. Mi Magister *Huldrice*, te scire volui, Magistrum *Ambrosium Blarer* ab erroribus suis non destitisse in causa Coenae Domini, nam nondum 14 dies sunt ex quo *Episcopicellae* in concione dixit, aeque valere, utrum credatur, Sanguinem et Carnem in Domini Pane inesse, an non, hunc enim non esse locum fidei. Quod quidem contra collegarum meorum et meam doctrinam est; nos enim docemus nostros, neque sanguinem neque carnem in Pane Domini inesse, sed Panem esse significationi; ad quod probandum saepe hoc dictum inter alia afferimus: Sedet ad dextram Patris; et hujus controversiae magnopere piget aliquos inter vulgus, cum vir celeber sit apud eos et magnam auctoritatem habeat. Quamobrem tu, precor, nobis consilium dare velis, quid nobis agendum sit de eo, quippe qui anno ante eadem in concione docuerit *Episcopicellae*. Si tibi commodum fuerit, tu, velim, mihi rescribas simul ac potueris quid de hac re sentias, quae collegas meos et me quam maxime sollicitos teneat et nobis in concionando magnum detrimentum afferat. Boni consulas quae levia tibi scripsi neque id respicias quod levia scripsi sed necessitatem. Jam nihil ultra praeter votum ut Deus semper tecum sit. Dedi 15. Julii 1530.

Tuus paratissimus *Christophilus Landenbergius* in *Oberpüren*.

---

1) *Billicanus Nördlingensis.*

86.

Christophilus Landenberg Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo Patre et Christo Jesu Servatore nostro. Mein Meister Huldreich, ich lass Euch wissen, wie Meister Ambrosius Blarer von seinem Jrrsal nicht gestanden ist des Herrn Nachtmahl halb, denn innerhalb 14 Tagen hat er zu Bischofzell gepredigt, es gelte gleich, ob man glaube, es sei Blut und Fleisch im Brot des Herrn oder nicht, denn es sei nicht ein Artikel des Glaubens. Welches doch meiner Mitbrüder und meiner Lehre widrig ist, denn wir lehren die Unsern, es sei weder Blut noch Fleisch im Brot des Herrn, sondern das Brot sei eine Bedeutung oder Zeichen etc., und ziehen oft unter andern Sprüchen den Spruch an: sedet ad dextram Patris etc., und bringt solches einen grossen Widerdriess unter etlichen des gemeinen Volks, denn er ist ein verrühmter Mann unter dem Volk und hat ein gross Ansehen und bitt Euch um Rath, wie wir uns gegen ihm sollen halten, denn er solches vor einem Jahr zu Bischofzell auch gepredigt hat. Ist es Euch füglich, so lasst mich eine Antwort wissen, sobald es Euch möglich sei, denn es meinen Mitbrüdern und mir heiss anliegt, und bringt unserm Predigen einen grossen Nachtheil. Haltet mir mein einfältig Schreiben nicht vor übel. Sehet nicht an die Schlechte, sondern die Nothwendigkeit. Nicht mehr jezt zumal, denn Gott sei mit Euch allezeit. Den 3. Juli 1530.

Tuus paratissimus
Christophilus Landenbergius,
in Oberpüren.

LXXXVII.

Bucerus Zuinglio.

Gratiam Dei. Omnia minantur nobis dira, quum ii nihil non possint, qui nihil minus, quam nos ferre possunt. Incensi sunt quoque ii, quorum opera tot partae victoriae sunt, ut nihil supra. Caesari res cordi est, plus quam dici queat, nec ulla re alia atque Religione incitari videtur. Tempus itaque est clamandi ad Dominum ut gloriae suae in nobis faveat, ac submoveat quicquid ipsi displicet, quo idonei simus ad illustrandum nomen ejus, sive vita, sive morte. Cavendum est cumprimis, ne quid nostri huic causae admisceamus et sic geramus omnia, ut nihil praeter Dei regnum et justitiam quaesisse videamur. Cruce probanda fides est. Haec modo probatio instat, nisi fallant omnia. Sed ut Tu alias scripsisti, ad sanctam in Domino constantiam omnis mundi impetus frangatur necesse est. Nequeunt enim portae inferorum praevalere Ecclesiae Christi. Atqui haec tum erimus, cum caro et sanguis revelationi cedet Patris. Hanc augeri nobis precabimur, et suo quisque officio pro virili incumbet. Cetera, per Christum Servatorem, cujus gloriam solam quaerimus, securi. Spes mitioris exitus esse poterat, si de morum, publicaeque justitiae restitutione in communi

actum fuisset. Jam reddita est Expositio religionis. Eam cum examinarint hactenus summi adversarii, tandem petitum est, si quid velint nostri adjicere. Ubi responsum fuerit datum, expectatur, ut postulet Caesar, sibi omnem caussam committi decidendam, aut certe ut restituantur omnia in eum statum in quo erant, et expectetur decisio Concilii statim indicendi. Quod si neutrum obtinere poterit, nihil aliud augurantur, quicunque aliquid hic augurari posse creduntur, quam armis rem tentaturum. Ibi verendum, ne qua *Lutheranis* spes in speciem fiat, quo minore nos negotio sub jugum mittamur. Sic certe animatum Caesarem nemo dubitat, quin cupiat clementissime omnia perficere, sed ut in suum locum restituat dignitatem ecclesiae et ceremonias, alioqui vitam, nedum regna cessurus citius, quam ut hic suo, ut sibi videtur officio desit. Dolendum est, optimi Principis, ut omnia abunde indicant, animum sic praestringi obnoxiumque esse istis hominibus, qui nihil minus, quam ejus salutem et dignitatem quaerere videntur. At simul perpendendum, quid valeat haec de nobis, in animo tam innocenti et religioso persuasio, non vivere homines magis, quam nos simus, impii, nec Sectam, quam majori cum laude oppresserit, et foediore dedecore superesse patiatur. Ad haec quid valeat illa fiducia, tot tamque praeclaris victoriis collecta, quid indicibilis multorum, quorum manu haec res perficienda est, ardor et promptitudo, quis nesciat? Sed nec illud nullum momentum habebit, quod gens tua una videtur hactenus monarchiae obstitisse, ut taceamus odium, quo necesse est vestros flagrare, ob auxilia hostibus identidem lata. Has in hoc conjecturas considerasse forsan referet, ut quo certius hostium insultus expectatur, eo ferventius ad Christi opem confugiamus, indeque majori studio ad ejus voluntatem omnia nostra conformemus. Neminem enim christianum aliud perturbabit, quam offendisse eum, a quo nihil non expectat. Vale. 9. Julii.

Quae hic scripsi, cave aliter quam auguria et conjecturas accipias, quae in horam possunt mutari, et forsan mutabuntur. Ne quicquam Te lateret eorum, quae hic non dicuntur tantum et geruntur, sed etiam conjiciuntur, volumus haec Tibi perscribere. Saluta amicos. Salutant Te qui hic sunt, quorum communi haec scripta puta.

LXXXVIII.

Nicolaus Baling Zuinglio.

Salutem Dicit. Vir hic vobis sit commendatus plane modestus et pius testimoniis plurium jam persecutionum. Vale vir candidissime et eruditissime. *Curiae Rhaetorum* 9. Jul. Rerum novarum apud nos est plane nihil, nisi quod timemus bellum nobis futurum cum *Mussio*. Verum haec mandatis verbis audies a tabellione hoc.

LXXXIX.

Georgius Maurer, Scriba Civitatis Memmingensis ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo per Christum. Benevolentissime, carissime Domine et amice. Ex tabellario tuo comperi, ipsum epistolam a te Imperatori destinatam Praeposito *Waldkirchensi* tradidisse. Cupio scire, quid ei scripseris; si enim aliquid intersit, ut epistola perferatur, satius esset, si eam Imperatori ipsi tradidisset, cum facile intercipi possit. Etiam cum demum tribus diebus ante *Augusta* venissem, tibi res novae a me scribendae fuerunt; sed reputavi Doctorem *Capitonem* et *Martinum Bucerum*, quos quidem scio clam ibi esse, aliosque *Argentoratenses* tibi quae opus fuerint ex rebus gestis copiose scripsisse, et praecipue ut Principes et civitates inter se ipsos aliquantum separati sint; quamquam enim in ea una re, quod decretum *Spirense* non acceperunt, sed ei intercesserunt et omnes una ejus rei rationem reddiderunt, inter se consentiunt, tamen de aliis rebus, de doctrina, ceremoniis et opinione Fidei nostrae, qua quomodo earum utamur, discrepamus. Primum *Norimbergenses*, *Reutlingenses*, *Heilbronnenses* cum Principibus, et *Argentoratenses*, *Constantienses*, *Memmingenses*, *Lindavienses*, utraque pars separatim subscripserunt. *Ulmenses* autem prorsus improbi sunt, qui per se soli rationem reddiderint, neque ejus rei ullam civitatem certiorem fecerint et mortales magis quam verum potentem aeternum Deum vereantur. Quem eorum misereat, ut eis melius consulat. Qui res suas tam occultas habent, ut nemo eas comperire potuerit, quas ego fratri meo *Cunrado Sam*, parocho *Ulmensi* indicavi, qui mihi rescripsit, se ex quodam audiisse: eos ejus rei Imperatori eam rationem reddidisse, quam scheda huic epistolae inclusa exhibet. Quod minime nos sollicitat, cum non dubitemus, quin Deus Dominus, in quo nisi sumus et ad quem suspeximus, nos servaturus sit; atque etiamsi omnes homines, ne dicam *Ulmenses*, a Deo descisant, tamen *Memmingiam* nunquam non Bethlehem futuram esse spero. Apud nos enim prorsus nihil periculi est. Senatus et civitas omnino inter se consentiunt et firmo animo a Deo et ejus sacro verbo stant; imo prompti sumus in ejus gloriam, ad mortem, dolores et omnes humanas calamitates subeundas, ne desinamus solius Dei esse. Nihil enim damni faciamus, sed merum lucrum, etsi humana bona pro aeternis demus. Deus faxit ut digni simus, qui ejus verbi causa gravia patiamur. Nondum conjicere possum, quidnam boni in his comitiis acturi sint; sed nisi rem aliter incipiant, admodum parum vel prorsus nihil eos profecturos esse existimo, sed omnes damnum facturos et ludum supensum iri, usque ad Concilium, quod *Romae* in ponte *Tiberino* edicendum sit. Verbo, causa Dei est, qui quidem eam solus obtinebit, ne honor suus cuiquam alii tribuatur. Imperator est benevolus et sine dubio probus, sed turba eorum qui pecunia corrupti sunt omnia ex suo arbitrio perficit. Idem ad 1000 equitum *Burgundionum*, qui circa oppidum nostrum collocati fuerant et cum eo ex *Italia* venerant dimisit, qui revera hinc domum discesserunt. Nonnullos in *Hun-*

gariam contra *Woivodam* pugnatum misit. *Simperti* [1]) concionatoris nostri frater ei heri scripsit, *Turcam* in *Croatiam* equitum ad 15,000 vagatum misisse. Etiam nuper *Augustae* pro certo dicebatur, *Woivodae* ad urbem *Budam* magnum auxilium a *Turca* venisse. Id quod eo probant, quod militum Imperatoriorum et Austriacorum ad 10,000 *Budam* contra *Woivodam* proficiscentium cum id comperissent, quatuor milliaria retro cesserint. Spero me fere 8 diebus rursus *Augustam* profecturum esse. Ubi si quid novarum rerum compererim, te certiorem faciam, scilicet si opus fuerit. Doctor *Urbanus* [2]) hinc abiturus est ad Ducem *Lüneburgensem*. Magister *Michaël* [3]) autem adhuc *Augustae* est sed non contentus. Epistolam huic inclusam tu, precor, carissimo meo cognato *Joanni Stamp* parocho *Wildpergensi* tradere velis. Qui me certiorem fecit, te paterno studio sibi favere, atque satis te laudare non posse mihi videtur. Quod igitur tibi tam acceptus est, ego quoque gaudeo intimo animo, et tibi quam maximas gratias ago; atque, quocunque officio potuero, id non minus libenter de te merebor, ac si in me ipsum proficiscatur; tu, precor, eum etiam abhinc benevolentiae tuae commendatum habeas. Legati *V pagorum Augustae* sunt admodum magnifici et inflati; existimo autem nisi crumena eis farciatur, tympanorum strepitum aliumque tumultum mox minorem futurum esse. Etiam hic *Gallo* liberi redditi esse feruntur, is autem pecuniam solvisse et cum Imperatoris sorore concubuisse, et dicitur *Gaissmeierum Turici* esse. Nihil grave ultra nunc quidem praeter votum, ut Deus Dominus tibi et omnibus amantibus sui verbi gratiam et sapientiam dare velit et usum sacri sui verbi in aeternum conservare. Amen. Saluta meo nomine honestissimam, carissimam tuam uxorem, etiam Nobilem *Wilhelmum a Zell*, si apud te sit. Existimo quidem, *Simpertum* quoque nostrum tibi scripsisse; hac hora autem concionatur, et tabellarius statim proficisci voluit. Dedi 12. Julii 1530.

Tibi promptissimus *Georgius Maurer*,
scriba civitatis *Memmingensis*.

89.

Jörg Maurer, Stadtschreiber zu Memmingen an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott durch Christum. Günstiger lieber Herr und Freund. Ich habe von Euerm Boten verstanden, wie er Kaiserlicher Majestät von Euch einen Brief gebracht, und denselben dem Propst von Waldkirch gebracht hat. Mich wundert, was Ihr ihm geschrieben, wäre gut, wo was Sonderes daran gelegen, dass er ihn dem Kaiser selbst geantwortet hätte, es mag sonst leichtlich harunder wol geschlagen werden. Ich bin auch erst vor 3 Tagen von Augsburg kommen und sollte Euch von neuer Zeitung schreiben, so gedenk

---

[1]) *Schenk.*
[2]) *Rhegius.*
[3]) *Cellarius.*

ich, Dr. Capito und Martin Buzer, die ich wohl weiss heimlich da sein, saint denen von Strassburg haben Euch was vonnöthen und vorhanden nach Länge geschrieben, und insonders wie die Fürsten und Städte unter ihnen selbst etwas gesöndert seien, nemlich, wiewol in dem einen Punkt, warum sie den Speirischen Abschied nicht angenommen, sondern dawider protestirt eins, und sich säintlich verantwortet, so sind wir doch im andern, der Lehr, Ceremonien und Opinion unsers Glaubs halb, und was und wie mans bei jedem hält, entzweit. Erstlich haben sich Nürnberg, Reutlingen und Heilbronn mit dem Fürsten, und Strassburg, Konstanz, Memmingen und Lindau auch insonders miteinander unterschrieben. Aber die von Ulm sind gar kein Nuz, und sich für sich selbst allein verantwortet, keiner Stadt nichts davon gesagt, und fürchten den todten Menschen mehr dann den wahren, starken, lebendigen Gott. Der erbarm sich ihr, sei ihnen zu helfen. Sie haben ihr Ding so geheim, dass niemand hat erfahren mögen, aber ich habs meinem Bruder Cunrat Sam, Pfarrer zu Ulm angezeigt, der berichtet mich wieder, er habe von einem gehört: dass sie die Sache gegen Kaiserliche Majestät auf solche Weise verantwortet, wie das eingelegte Zedelein inhalt. Das kümmert uns gar nicht, und sind ungezweifelt, Gott der Herr, auf den wir gebaut und gesehen, der werde uns erhalten, und obschon die ganze Welt, geschweige die von Ulm, von Gott abwichen, dennoch verhoffe, Memmingen soll Bethlehem bleiben. Es hat bei uns ganz kein Noth. Rath und Gemeinde sind ganz eins und standmüthig bei Gott und seinem heiligen Wort, ja uns willig von seiner Ehre wegen in Tod, Leiden und alles zeitliche Unglück zu geben, dass wir allein Gottes bleiben möchten. Denn wir haben ja kein Verlierens, sondern lauter Gewinnens, wenn wir schon einen zeitlichen um den ewigen Schaz geben. O Gott, dass wir würdig wären, um seines Worts willen zu leiden! Ich kann noch nicht erachten, was doch auf diesem Reichstag Gutes möge gehandelt werden, denn dass ich gedenke, wenn man die Sache nicht anders in die Hände nehmen will, dass gar wenig oder gar nichts ausgerichtet, sondern jedermann verkert und das Spiel aufgehebt werde, bis auf ein Concilium, das zu Rom auf der Tiberbruk ausgesprochen werden soll. In Summa, der Handel ist Gottes, der wird ihn auch allein erhalten, damit seine Ehre keinem andern gegeben werde. Der Kaiser ist gütig und ohne Zweifel gutherzig, aber der geschmierte Haufe richt alles nach seinem Gefallen. Kaiserliche Majestät hat bei 1000 burgundischen Pferden, so um unser Ort gelegen, und mit ihr aus Italien herausgezogen, geurlaubt, die sind ab und heimzogen. Etliche hat er himab wider den Weiden [1]) geschikt. — Unsers Predikanten Herr Simperts Bruder hat ihm gestern geschrieben, wie der Türk auf Krabatten [2]) etwas bei 15,000 Pferde streifen geschikt habe. So sagt man jüngst zu Augsburg für gewiss, dass dem Weiden auf Ofen zu eine grosse Hilfe von Türken zu-

1) Woiwoden.
2) Kroatien.

kommen sei. Ursache: dass bis in 10,000 Kaiserliche und Oesterreichische hinab gen Ofen wider den Weiden ziehen, so sie aber das vernommen, vier Meilen wieder hinter sich gerukt seien. Ich versehe mich etwa in 8 Tagen ungefahrlich, wieder gen Augsburg zu reiten. Erfahre ich was Neues, lasse ichs Euch wissen, das anders vonnöthen ist. Dr. Urban kommt hinweg zum Herzog von Lüneburg. So ist Meister Michel noch zu Augsburg, aber nicht zufrieden. — Diesen beigelegten Brief bitte ich Euch meinem lieben Vetter Joh. Stamp, Pfarrer zu Wilperg zuzuschiken. Er hat mich auch berichtet, wie Ihr so väterlich und getreulich zu ihm sezen und meinen, dass er sich nicht genug von Euch rühmen kann, das mich auch von Herzen freut, dass er Euch so angenehm ist, sag Euch dessen sondern hohen Dank, wollte es gern um Euch, wo ich immer weiss, worinn, nicht anders verdienen, denn ob es mir selbst zu Gutem käme und beschähe, und bitte Euch ihn fürhin auch im günstlichen Befelch zu haben. Es sind Botschaften von 5 Orten zu Augsburg prachtlich und fast erplassen. Ich gedenke aber, wenn man ihnen den Beutel nicht schmiere, die Pauken und das Geschrei werde bald minder werden. So sagt man hier auch, dem Franzosen seien seine Kind geliefert, so habe er das Geld bezahlt, und des Kaisers Schwester beschlafen, und solle der Gaissmair zu Zürich sein. Sonst nichts sonders diesmal, denn Gott der Herr wolle Euch und allen Liebhabern seines Worts Gnade und Gesundheit verleihen und in seinem heiligen Wort ewiglich behalten. Amen. Grüsst mir Euer ehrsame liebe Hausfrau, auch Junker Wilhelm von Zell, ob er bei Euch wär. Ich achte wol, unser Zimprecht habe Euch auch geschrieben, so prediget er diese Stund, und hat der Bote gehen wollen. Dat. auf 12. Juli 1530.

Euer williger Jorig Mawrer,
Stadtschreiber zu Memmingen.

XC.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Domino suo clementi in manum propriam.

Gratia et pax a Deo ante omnia. De re tua, Princeps clementissime, (1) [1]) difficiles se praebuerunt, sed ex eo tempore comperi eos aliquanto faciliores factos esse. Nobilis quidam cute quidem albus, moribus autem Afer *Andream Doriam* apud *Siciliam* stravit et eum cum alio occidit et deinde ad *Savonam* appulit et id oppidum custodit. Dux *Sabaudiae* contra *Nissam* occupat. Hunc nuntium ex (2) Legato pro certo comperi. Regi *Gallorum* filii restituti sunt. Id quod Galli foederatis, praesentibus (3) scripserunt. (2) maxima (4) pollicitus est.

Ut mihi videtur res (5) [2]) non est quod quisquam sibi timeat, nisi

---

[1]) Bernates?
[2]) Imperatoris.

qui sibi timere voluerit. Apud nos, Deo gratias, omnes res bene habent. Dedi 13. die Julii 1530.

Tibi, Princeps clementissime, semper promptissimus

φ.

90.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen.

Synem gnaedigen herren zu Eigner handt.

Gnad und Frid von Gott beuor. Üwer gnaden sach halb hatt sich (1) etwas schwer gemacht, aber ich hab sidher verstanden das man etwas geschickter worden sy. Es hatt ein wysmörischer herr Andro Adora by Sicilia nidergelègt und inn sampt einem andren umbracht, und demnach gen Savona gelandet und bewart die statt. Hertzog von Saphoye besetzt dargegen Nyssa. Dise mer hab ich uss (2) botschaft für gewüs. Dem Küng us Frg. sind sine süne widerum worden. Und habend die Franzosen das den Eydgnossen in bysin (3) zu geschriben. Es hatt sich der (2) hoch gegen den (4) embotten.

Als mich des (5) sach ansicht darff inn niemand fürchten weder welcher gerne will. By uns stat es umb alle sachen (Gott lob) wol. Geben den 13. tags Julii 1530.

Üwer Gnaden allzyt williger φ.

XCI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Non oportet, mi frater, nostra interpellari studia negotiis nihil ad nos pertinentibus. At propterea non liberamur. Denius hoc partim nostrae facilitati, partim petentium simplicitati. Satius fuerit peccare in partem, quae plus favoris habet, nempe ne difficiles simus. Petiit *Henricus* ille civis *Basileensis* commendatitias ad Te, tametsi mihi parum cum illo consuetudinis, nolui esse difficilis, et oro, ut et Tu aliquid humanitatis ei exhibeas patrocinando, nolim tamen vestrates *κινδυνεύειν*, qui sua prudentia, hominum ingenia, artes ac fidem, nobis melius norunt. Si opus illius opera habent, certis et minime periculosis conditionibus, cum illo agere poterint. Accepi ea, quae Imperatori *Carolo* misisti [1]), et placuerunt, quamvis vereor, ne surdis fabulam. Audio enim supra 30. M. N. [2]) Theologos *Augustae* congregatos, aliqua de fide consarcinaturos. Expecto in singulas horas a fratribus literas, qui certiora nuncient. *Cattorum* princeps ac *Sturmius* noster optime se gerere dicuntur. *Carolstadio* adjunxeram tuo libello quaterniones, ad ipsum pertinentes, quem saluta. Vale, *Basileae* 14. (vel 19.) Jul. 1530. Fidei tuae ad Imperatorem rationem accepi, avide legi, laudo multis nominibus.

Oecolampadius.

[1]) Confessionem.
[2]) Magistros nostros.

XCII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Carissime frater. Quae *Augustae* geruntur, intellexisti forsan ex certioribus propioribusque nuntiis. Lege tamen et illa quae *Capito* fratribus scripsit, qui mea sententia fidelior est. En sicut praesagivimus, *Saxones* pedem referunt. Hoc nimirum consilio, praeter meritum nostrum calamus illorum in nos debacchatus est, ut in alios derivata invidia, sibi favorem conciliarent. Atqui Dominus id consilii infatuat pulchre, terribiliterque vindicat, ut leges. Porro Candidus ille noster (scis enim *Landgravium* insinuari) sua constantia plus quam heroica, h. e. vere christiana, meretur profecto, ut a nostris sanctius observetur, et dolendum ἀρχιπολίτας [1]) tam aegre illum in civem recipere, unde communis quidam noster amicus, multa mecum super hac re contulit. Est autem maximi nominis apud nostros, et oravit, scriberem Tibi, quod alioqui facturum Te confidimus, ut per optimates vestros cures, illos summa obtestatione admoneri, et gravissima adhortari persuaderi eis, ne se a vobis, spero autem ne et a nobis, in recipiendo illo segregent, id quod et ipsis et nobis honestius, addo etiam ob religionis et caritatis caussam, Christo gratius, et si externa spectare libet, ob conjunctas vires utilius, hostibusque terribilius. Vide igitur, mi frater, et pro tua sagacitate cogita, quo cuneo nodus ille difficilis frangatur. Certe periculum est, ne illi cessando etiam *Argentinenses* reddant segniores. Habes rem. Alterum est, quod et ipsum cum *Bernensibus* agi serio operae pretium videtur, nempe *Salodorensium* nomine. Illos jam junctos esse in Christo nobis oportebat, tam bona in illorum regione jacta erant seminaria. At nunc fama constans est, totam illam *Catabaptistarum* colluvie coinquinari, quos in Evangelii perniciem Papistae tolerant patienter, et prae illis veri divini verbi Ministrorum autoritas obsolescit, nulliusque pensi est. Jam nemo illos magis et justius avocarit ab hoc errore, quam illi ipsi *Bernates*. Sed fortassis, et plane mihi verisimile est, quod etiam istos vix audiunt. Attentandum tamen, si qua ratione ea regio purgari queat, ut Christi fiat aliquando capax. Cogitabis igitur et quid in hoc negotio faciendum. *Philippus* illorum Ecclesiastes quantum valeat, nescio. Dominus Tibi in omnibus assit. Vale. *Basileae* 15. Jul. (1530).

Tuus *Oecolampadius*.

XCIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. *Ambrosius* ille noster, jam multis annis Tibi notus, non dubito, quin et commendatus, in caussa uxoris suae commendatitias nostras ad Te petiit, tametsi ob tuam erga sinceros Mini-

---

[1]) Bernates.

stros Verbi fidem, illas parum necessarias arbitremur, quia tamen valde nobis charus est, et ab initio nobiscum fideliter egit in Ministerio Verbi, etiam quum in mediis versaremur periculis, oramus, ne multitudo negotiorum tuorum, quibus Te supra modum scimus oneratum, remoretur, quo minus illi, ubi licuerit, patrocineris. Nuptias suas cumprimis et tuo consilio exorsus est, et tantum non nudam sibi junxit uxorem, vere conjugali affectu, *Agathen* illam *Tigurini* civis filiam, [1]) corpore tamen non admodum validam, et scimus nos, ex vicinorum omnium fama, honestum sanctumque inter ipsos fuisse conjugium, nunc autem quum ex monasterio illo [2]) pleraeque dotentur, quae post illam exierunt, et assignetur aliquanta portio ex bonis monasterii, quo commodius vivant, orat, ut et sua uxor portione sua non privetur, et quod plerisque conceditur, etiam illi non negetur. Quod certe nobis non videtur iniquum. Itaque, mi frater, quoniam et caussa Tibi nota est, et ab illo facile in memoriam reduci potes, illius nomine Te rogamus, ut apud bonos viros ei, quantum licet, adesse digneris, gratificaturus es in hoc nobis omnibus plurimum. Bene vale. *Basileae* 18. Jul. 1530.

Oecolampadius et alii Ecclesiastae Basilienses
Tibi addictissimi.

XCIV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Hac hora literas istas accepi ab *Hedione*, in quibus aliqua continentur, quae si non antea nosti, bene expendito: ut de *Marco ab Ems*, de ratione fidei reddita Imperatori; de induciis cum *Turca*, de *Melanchthone*, de *Bernatibus* ut *Cattorum* Principem in foedus recipiant; de *Lucernanis* et *Tuginis*, *Constantiensibus* tam charis. Fiducia nostra in Domino, qui gloriae suae non deerit. Est hic mantica *Carlstadii*, proxima vectura ei transmittetur. Bene vale. *Basileae* 20. Jul.

Tuus *Oecolampadius*.

XCV.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Clementi suo Domino in manus proprias.

Gratia et pax a Deo. Domine clementissime, omnes Deo gratias agimus, quod (1) animum ita confirmat, ut verum intrepide profiteatur. Deinde scito, mihi omnes res (2) [3]) omnino nihil nisi speciem esse videri, sacrificuli enim qui eum captum ducunt, alios paratos esse non patiuntur. Hac igitur in re tu, minister consiliorum maxime Domini

[1]) Sine dubio *Kettenaker* v. ad ep. 15. Martii 1531 datam.
[2]) *Gnadenthal.*
[3]) Imperatoris.

et mi Domine clementissime, ne ulla ratione commovearis neque minando neque pollicendo. Videbis enim superbiam ubique evanescere; in aeternum autem in Coelo apud Deum et omnes pios, et in terra, dum mundus constet laudabitur qui nunc fortiter a vero stat; etiam omnis honos originis et potentiae parvus, quin nihil est, ad eum honorem quo frueris, quod in coelo et in terra praedicaberis et laudaberis unus et primus principum, qui non retro respiciens aratrum tenuerit. Apud nos omnes res recte habent; nam etsi (3) [1]) non prompti sunt, tamen concesserunt, ut quidquid (4) et (5) ceterique de ea re decreverint, ipsi eam minime deserere vellent. De (6) [2]) homines graves semper ex me quaerunt, quidnam de ejus rebus sperandum sit. Tu igitur in ejus causa in tempore promptus sis; cui enim rei vulgus favet, de ea multum sperandum est. (7) Legati legunt Evangelium et in eo magnos progressus faciunt, Deo gratias. Atque (7) ipse bonus est. Regi gaudium allatum est, qui ipse scripserit sibi filios redditos esse. Quae scribere opus fuerit, *Jacobo Sturm* manda, cui singulis horis tabellarii expediendi sunt. Deus te semper conservet in suam gloriam. Amen. Dedi 22. die Julii 1530.

95.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen [3]).

Synem gnaedigen herren ze eigner hand.

Gnad und Frid von Gott. Gnaediger herr wir sagend alle Gott danck das er (1) dermass frickt das er die warheyt unverzagt bekennet. Ich sag ouch üch ze wüssen, das uns gantz und gar wil ansehen das alle handlung des (2) nur ein schein sye, dann die pfaffen die ins gfangen fuerend, mögend nit erlyden, das man uf sye. Hier nun frommer diener des höchsten herren und min gnädiger herr, lassend üch gheinen Weg bewegen, weder mit tröwen noch verheissen. Ir werdend sehen das der blast allerwegen und ze nüt werde. Und in die ewigheyt imm himmel vor Gott und allen userwelten und uff erden, diewyl die welt stat gebrisen wirt, welcher jetz by der warheyt styff stat. Es ist ouch alle eer der geburt und herrlicheyt klein, ja nutzid, gegen der eer, da man in himel und erden bekennen und loben wirt, das ir der einig und der erste sind uss allen fürsten, der on hindersich sehen den pflug hebe.

By uns stond alle sachen recht, dann ob (3) glych nit fertig, habend sy doch bewilliget das (4), (5) und die da wider die sach mögind beschliessen, wellind sy allweg die sach nit verlassen. (6) halb wird ich stäts gefragt von eren lüten, was doch siner sachen halb ze hoffen sye. Darum sind in syner sach zu syner zyt unversümig, dann wo der gemein gunst ist vil ze hoffen. (7) botschafft liset das evangelion, nimmt fast zu, gott hab lob. Und der (7) selbs ist gut. Dem Küng ist freude, sind nach synem schryben die sün wider worden. Was

[1]) Bernates.
[2]) *Udalricus* Dux Wirtembergensis.
[3]) v. Neudecker, Urkunden p. 151. 152.

not wirt sin ze schryben, empfelhend es herr Jakob Sturm, der hatt alle stund botschaft ze fertigen. Gott bewar ich Üch zu synen eeren ewicklich. Amen. Geben 22. Tags Julii 1530.

XCVI.

Capito et Bucerus Zuinglio.

Salutem Dicunt. Caesar gravi legatione *Georgium Brandenburgium* et *Saxonem* appellavit, ut ad Ecclesiam revertantur, minas diras promissis ingentibus adjiciens. Respondit uterque fortiter, a receptis desciscere non posse, quicquid immineat, nisi scripturis convincantur errare. *Cattum* modo non appellavit, quod forsan spem de illo ex priori confessione desponderit. Quanquam non desint, qui putent, hunc jam poenae destinatum, ita ut nollent eum resipiscere. Interea Principes fidei veteris, cupientes avertere bellum, constituerunt, qui dispiciant de mediis inter Evangelicos et Papistas. Audierunt enim confutationem, qua Papistae Principum confessionem confutarunt. Spargi incipit inter media haec fore, ferendos Ecclesiasticos usque ad Concilium, qui duxerunt uxores, ne quis tamen eorum posthac maritus fiat; utraque specie communionem permittendam petentibus, sic tamen, ut alteram volentibus aeque obsecundetur; Missam neque exigendam, neque prohibendam. Haec tamen non nisi in iis locis, ubi Evangelium obtinuit. Qualiacunque vero haec sunt, multi putant a Caesare impetrari non posse, cum nihil queat concedere, nisi quae velit *Pontifex*. Alii existimant, tantum effecturos eos, qui deliriis suis timentes nunquam non incutiunt metum et a *Turcis*, et Plebibus ut ea vel invito extorqueant. Nemo enim Principum sic instructus est, ut ferre bellum queat, solo *Caesare* excepto, cui ingentem vim pecuniae in hoc sacrum bellum contra haereticos *Anglus* promisisse fertur. Habet enim hic Legatum suum. Nos latere pridem desiimus, et scripto fidei rationem, quam *Argentinensium*, *Constantiensium*, *Lindoviensium* et *Memmingensium* Legati obtulerunt, complexi sumus. Cum *Brentio* item collocuti. Per eum ut cum *Philippo* quoque liceret colloqui, ambivimus. Is rescripsit et humaniter, sed aliter agere eum in nos apud Episcopos multi ferunt. Respondimus et secundo Colloquium petivimus. Quid impetraturi simus, nondum licuit rescire. In eo quoque sumus, ut fidei nostrae rationem reddere queamus coram Principibus *Lutheranis*. Veremur autem, ut nos Principes illi admissuri sint, ita obnoxii doctis suis sunt *Saxo* et *Brandenburgensis*, *Luneburgensis* non ita. *Cattus* illis jam noster habetur, eoque per eum nihil amplius apud duos illos impetrare licet. Collocuti sumus et cum *Moguntinae* aulae duobus, *Capito* cum primo consiliario, ego cum Theologo. Non sunt hi, sicut nec Princeps eorum, adeo feri, ut alii. Una tamen omnium vox: Revertimini ad Ecclesiam h. e. admittite rursus frenum, quo ducamini nostro arbitrio. Miram enim Ecclesiae reformationem pollicentur, ubi nos illis devoveremus, qui nihil minus quam Reformationem ferre possunt. Tua confessio quosdam offendit, et potissimum duobus

locis, altero: Cum dicis, quosdam respectare ad ollas Aegyptiacas, quod urit *Lutheranos*; altero: cum scribis, pedatum et mitratum genus Episcoporum id esse in Ecclesia, quod gibbi et strumata in corpore. Sed qui recte rem omnem perpendunt, Tibi et haec facile condonant. Nam, ut adhuc res habent, non apparet, quid aequi ab utrisque expectari queat. Cetera, quibus fidem ipsam exponis, non audivi, quos offendissent, ex iis maxime, quorum nobis sit habenda ratio. Res ipsa hactenus nos docet, non esse aliam rationem cum fructu adserendae veritatis, quam ingenue ac fortiter citra procaciam (procacitatem) tamen et sannas, id fateri et dicere, quod res est. Ut cum docendi homines sunt, prudens verbi dispensatio eum ordinem observat, quem omnes rite docentes, ut ab iis nempe ordiatur, quae captu faciliora sunt discentibus, ita cum res est cum mundo, et coram illo veritas confitenda, nihil non quam simplicissime exponet et testabitur, eorum maxime, quae antea asserta sunt. Si namque suo spiritu feratur mundus nihil foret veritati, quamlibet id civiliter dispenses, vel agnoscas dispensatum. Cum ergo hic solo Christi spiritu nitendum sit, praestat agere simpliciter. Bene vale. Nos, spero, constantes erimus, sed orent fratres, ut id cum nobis, tum omnibus Christus donet. *Augustae* 23. Jul. 1530.

Utinam vero Dominus det, ne praeter vos. In nobis si situm arbitrium fuerit, haud alia ibitur. Fertur quosdam vicinos vestros optare, ut suas ditiones in *Boemis* haberent.

Tui *Capito* et *Bucerus*.

Salutat Te Comes noster [1]), quid praeter haec quod scriberet, nihil habuit, *Catto* literas heri reddidit, respondebitur fusius proximo nuntio.

XCVII.

Martinus Seger ad Zuinglium.

Gratia etc. Quum nuper tibi confessus essem, quae te vellem, mihi dixisti, si tibi exemplum epistolae meae miserim, te ut mihi consulas quam maxima industria usurum esse; quamobrem tibi id exemplum misi, te per Deum rogans, ut me aliqua ratione adjuves, ut liberer ex captivitate Babylonica. Ego quidem homo pauper nihil de te mereri possum, tamen Deum Dominum precari, ut tibi officia tam fida rependat. Nec minus tibi gratiam habeo omnium honorum et benevolentiae mihi nuper *Turici* praestitae, quam officiis referre vellem. Benevolentissime, carissime Domine, comperi nunc *Turici* comitia ab omnibus *foederatis*, exceptis *V pagorum* haberi, etiam quatuor vel quinque diebus Domini mei *Turicenses* cum civibus suis christianis et socils ad bellum profecturi esse dicuntur, id quod mihi valde displicet, cum verear, ne dissidio omnium foederatorum sit. Existimo Legatum *Turicensem* hodie *Ilantium* vectum esse; Dominos meos autem continuo conventum

[1]) *Jacobus Sturm.*

foederatorum habituros esse credo, quo ego quoque, si Deus voluerit, ibo optimis consiliis suffragatum. Tu, velim, mihi novas res omnes scribas, etiam de rebus meis. Denique Christo commendatus sis. Dedi *Ragatii* Martis die post Jacobi 1530.

Tuus promptissimus *Martinus Seger.*

Idem hic *Zwinglium* ex *Majenfeld* 21. Martii 1531 rogat, ut sibi exemplum mittat decreti olim *Basileae* facti de vocando in judicium Camerae.

97.

Martin Seger an Zwingli.

Gnad etc. Als ich Euch mein Anliegen jüngst entdekt, darauf mit mir geredt, ich sollte Euch eine Abschrift meines Briefs schiken, so wollet Ihr mir zu verhelfen möglichen Fleiss ankehren, schik ich Euch solche Abschrift, Euch um Gottes Willen bittend, mir in etlich Weg zu verhelfen, damit ich aus der Gefängniss Babilons erlöst werde. Mag als armer Gesell um Euch nichts verdienen, jedoch Gott den Herrn für Euch bitten, dass er solch Euere treue Dienste bezahle. Dank auch Euch für alle Ehr und günstigen Willen mir jezt zu Zürich bewiesen, wollte es auch gerne verdienen. Günstiger lieber Herr ich vernehme, wie jezt zu Zürich ein Tag von allen Eidgenossen, ausgenommen von den V Orten, gehalten sei, dabei geredt, in 4 oder 5 Tagen werden Meine Herren von Zürich sammt ihren christlichen Mitburgern und Bundesverwandten in das Feld ziehen, das mir fast übel gefällt, besorge dass es eine Zertrennung gemeiner Eidgenossen sein werde. Achte, der Bot von Zürich auf heutigen Tag gen Ilanz geritten sein, werden Meine Herren von Stund an, als ich glaube, einen Bundstag halten, dahin werde ich, ob Gott will, auch kommen, das Beste verhelfen thun. Schreibt mir alle neue Zeitung, auch meiner Sachen halb. Damit seit Christo befohlen. Dat. Ragaz Zinst. nach Jacobi 1530.

Euer williger Martin Seger.

Eben dieser bittet Zwingli aus Majenfeld den 21. März 1531 um einen Bericht zu Basel, ehedem gemacht wegen Citirens für das Kammergericht.

XCVIII.

Bertoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Mittit ad Te, carissime *Huldrice*, *Domina a Madiis* pueros hos duos, quo tua opera commendentur iis, qui non solum eruditionis et literarum, sed et morum rationem habeant, ut cui ingenium ad studia desit, morum integritate id supplere satagat. Petiit meas ad Te literas, quas etsi negare non potuerim, tamen quia Te futurum illis patrem certo sciam: eo minus de his Tecum agam. Omnia apud nos in silentio sunt. Leguntur passim libelli tui ad

Caesarem missi, similiter et *Lutheri*. Ceterum gaudemus *Megandrum* rediisse ad *Bernates* salvum. Propediem consilio tuo opus habebimus in *Salodorensium* negotio. Interea cum fratribus omnibus vale et quaevis impera. *Bernae* 28. Jul. 1530.

Franciscus Lamberti, antequam peste periret, veritati Eucharistiae accessit.

Tuus ex animo *Berchtoldus Hallerus*.

IC.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Gratia et pax a Deo ante omnia. Quod (1) [1]) domum vectus est, causam nondum comperi. Tu, Princeps Clementissime, non ignoras, (2) promtos fuisse ad eam rem, (3) [2]) tantum recusaverunt aperte agere, quamquam summa cum fide post conventum literis polliciti sunt, se nihil omissuros esse. Sed postea (4) quoque claudicare coeperunt, ideo quod illi contra scripserant, subsistendum esse, quod quidem nobis sero venit, res enim jam transacta erat; (4) autem putant eos qui repugnent fortasse a (1) certiores factos esse, ipsi subsistere gratum esse, vel fortasse eum rei prorsus poenituisse vel eum metu (5) [3]) satis habere eos ausos esse. Jam mihi omnino nihil metuendum esse videtur, profecto enim si (5) globum impulerit, ei longius curret quam velit. (1) igitur, submissus precor, me certiorem facere velit, quidnam rei sit. De Dei providentia tibi, Princeps Clementissime, latine scripsi et quidem aperte; qua enim in re quaedam a multis non ita magno solatio expensa sint, de ea mihi satius visum est aperte scribere. Quae mihi scire licet de (6) [4]) et de *Nassavia* si compererim, mihi gratissimum factum erit; nisi molestum fuerit ea tibi indicare. Deus te conservet ad omnia bona. Amen. Dedi *Turici* 3. die Augusti 1530.

Tibi, Princeps Clementissime, semper promptus φ.

Tu, Princeps Clementissime, eum qui epistolas istuc fert octo dies *Francofurdi* invenies; typographus est.

99.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen [5]).

Gnad und Frid von Gott bevor. Das (1) heimgeritten hab ich die ursach noch nit verstanden. Wie Üwer Gnaden wol ze wissen ist (2) gutwillig im handel gewesen, aber (3) hatt sich allein der offenen handlung verzihen, aber sust in aller trüw nachrissen ton nützid ze underlassen. Aber noch dem hatt (4) ouch anheben hincken, darumm das die da wider geschriben hattend, man sölle still ston, welchs doch by

---

[1]) Philippus ipse.
[2]) Bernates.
[3]) Imperatoris.
[4]) *Udalricus* Dux Wirtembergensis.
[5]) Nach Neudecker.

uns zu spät kam, dann die sach war schon hinüber, noch so vermaint (4) die dawider sygind villicht durch (1) also bericht, das es im gedient sye still ze ston oder villicht die handlung geruwen, oder us vorcht des (5) underston für gut anneme. Nun dunckt mich das gar nützid ze fürchten sye; dann warlich warlich lasst der (5) die Kugel an, sy wirt im ze verr louffen.

Hier inn ist mein demütig bitt (1): welle mich berichten was doch die sachen sygind.

Von Gottes Fürsichtigheyt hab ich Üwer Fürstlichen Gnaden in Latin geschriben und das offentlich, dann es ist etwas in disem stuck von vilen nit zum trustlichesten betrachtet. Hier nun hatt es mich für gut angesehen offennlich zu schryben.

Was mir ze wüssen zimt von (6) und von Nassau möcht ich wol lyden so verr es Üwer Gnaden nit beschwerlich angezeigt wurde. Gott bewar üch zu allem guten Amen. Geben Zürich am 3 tags Augusti 1530.

Üwer Fürstlichen Gnaden allzyt williger φ.

Üwer Gnad findt den der die brief hinab fertiget 8 tag ze Frankfurt, ist ein buchtrucker.

C.

Megander Zuinglio.

Gratiam a Deo. Regi [1]) redditos esse liberos diu jam rumor et vox vulgi fuit. Verum quia certi nihil habemus, certi non scribimus Tibi quicquam. Ceterum *Wingarterus* noster, tertia hujus, arreptus peste, quam minaciorem nobis, quam perniciosiorem futuram speramus, quinta ejusdem ante prandium hora fere decima expiravit, luctu et moerore profecto piorum omnium. Negotium enim Dei tam beneficum et potentem virum apud nos plurimum desiderat. Fuit enim in hoc promovendo singulari virtute apud nos Senator. *Farellus* suo more magna fortitudine apud *Neuenburgenses* jam jam agit, quibus *Wingarterus* isto quo infectus est (die) peste, apud Senatum nostrum, pro legatione illuc ad Comitia dominica proxima ventura amandanda, patronum egit. Item alia de re [2]) quam scribis, nonnullos certiores reddemus, item praesertim eos, per quos saepe, ut qui inconsulte et per imprudentiam agatis, reprehendimini. Et omnia praeter audaciam faciemus. Vale. *Bernae* 6. Aug. 1530. Saluta *Leonem*, *Myconium*, *Pellicanum*, atque fratres omnes.

Caspar Megander tuus.

CI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve mi *Huldrice*, Orationem hanc *Pimpineli Bucerus* ex *Augusta*

[1]) *Galliae.*

[2]) Sine dubio de principe *Hesso* in civitatem christianam recipiendo.

tibi transmittendam misit. Totus in hoc, ut *Germani Turcam* repellant. Digreditur alicubi et conqueritur, tunicam Domini scissam, diabolicamque doctrinam nostram censet; qua et optimi ac prudentes Principes seducti. Signavi locum B. 4. Alibi adulatur ac blasphemat, quod Christum ipsum humani generis redemtorem, ac universum orbem terrarum, *Germani*, si obtemperent, defensuri sint. At, mi frater, nos scimus, quibus infensiores sint quam *Turcae*. Nihil attentant quo pacificus ipsorum erga nos animus declaretur, sumptuosis legationibus ut pacem impetrent *Turcae* foedas fortassis conditiones offerunt. Nova quae *Bucerus* idem scribit, jam isthic inveterata sunt. Poterit autem *Rudolphus* ea, quae hic geruntur, Tibi recensere, qui ut plerique alii calcare egent, quo ardentius ea, quae Ecclesiae Christi curent. Potes tu οἰκοθεν liberius agere cum illo, ob singularem familiaritatem, quam superiore anno peregrinatio tibi cum illo conciliavit. Salutabis mihi *Carlstadium*. Demum, si tibi esset parata a te interpretatio in Job, qua carere posses, oro, eam mihi communices. Statui enim, victus amicorum precibus, meis Commentariis pro virili illustrare. Faceres autem rem gratissimam minime futuro ingrato. Vale. *Basileae* die 15. Augusti a. inc. (1530).

Tuus *Oecolampadius*.

CII.

Berchtoldus Haller Zuinglio.

Salutem. Obiit hoc mane, carissime *Huldrice*, animula mea et frater plusquam germanus *Michael*, Diaconus meus, quem procul dubio apud me olim, cum giga sua oblonga, didicisti. Hoc me nunc urget quam maxime quoad carnem. Nam hunc solum in omnibus perentionibus meis expertus sum Achatem. Tibi igitur dolorem hunc meum volebam communem. Deinde non Te latet, me ad mensem, non sine tumultu, Christum *Solodorensibus* praedicasse, quem cum et *Bernenses* et *Basileenses* dirimerent, eo ventum est, ut ad festum Martini Pastores omnes cum Canonicis doctrinae et totius religionis suae rationem redderent, modo nemo exterorum adsit, excepto *Bertoldo*, quod is etiam illic docuerit omnium rerum summam. Hic formidamus Papistarum dolum, quod *Tregarium* clam adducturi sint, cui cum Doctorem Theologiae et urbis civem se fateatur, nemo negare possit provinciam disputandi. Haec una est cura. Proinde Tu consulas, num pauciores articuli, quam in nostro congressu, aut aliqui ex illis et iisdem conditionibus, quibus et noster congressus suscipiatur offerri debeant. Solum illic *Philippum* agnosco *Grozium*. Major pars agri abolita superstitione, a parte nostra stat. Major et potior pars urbis a Papistis. Ex Evangelicis *Catabaptistis* etiam alicui quique potissimum habebunt locum. Nec cum fructu congressus ille transigi potest, nisi palam etiam audiantur homines illi insani. Gloria itaque Dei hoc exigit, nec negligendi sunt illi *Salodorenses*, ut Tu, qui unicus es oculus et vigil non solum totius Patriae, sed et

publicae rei christianae consulas, mox habito nuntio quibus articulis, conditionibus, quave via negotium sit adoriundum, ne quod Tu cum fratribus magnis laboribus et periculis exantlasti, nos aut nostra negligentia, aut ignorantia, in nihilum redigamus. Monuit idem *Oecolampadius* quod nunc ego clamito. Obsecro igitur, humanissime *Huldrice*, quam primum fieri potest, tuum suppedites consilium. Trecenti sunt ex tota plebe *Salodorensi*. Ducenti Papistis, reliqui Domino initiati sunt, et populus ab utraque parte durissimus. Habes rem omnem. Peste interimus quotidie et si numero pauciores, quam forte audiveris. Cogitamus etiam de *Carolstadio* aut *Jodoco Kilchmejer* in locum *Michaelis* surrogando. Egemus homine, qui ad suggestum, Consistorium, et similia nobis adesse possit. Nam *Franciscum* [1]) Senium, *Megandrum* et me corporum imbecillitas premit. Scis herniam, certe eandem, quam *Fritzius* reliquit. Vale et quicquid faciendum censes in omnibus, impera, et me commendato ad aram usque utere. Rursum vale. *Bernae* 15. Aug. 1539.

Tuus *Berchtoldus Hallerus*.

CIII.

Vadianus Zuinglio.

Salutem. Vir clarissime. Quandoquidem jam nunc non dabatur, certas ob caussas, *Tigurum* proficisci, coramque commentari de rebus communibus, literis interim Te compellare lubuit. Ac primum quidem, sic festinabam pridie in prioribus illis reddendis literis, *Buceri* praesertim, ut non satis Te (quod volebam tamen) edocuerim. Jam igitur sic habe. Libellum illum contra fidei tuae confessionem, *Eccii* esse, quem *Andreas* [2]) scribit exemplar chalcographo dedisse, quod transscriberet atque adeo, demandasse ut primo quoque tempore curaret edendum. Aliquot post dies exemplar iterum ereptum est e chalcographi manibus atque interdictum severe, ne in lucem dedat, vel id quod excusum est. Qua de re existimat *Andreas*, Caesaris jussu factum, ne daretur in lucem id genus sycophantiarum, cum ejus edicto paucis ante diebus cautum sit, ne aut famosi aut contumeliosi libelli uspiam *Augustae* venirent: Proinde lente Tibi sane festinandum, si forte respondendum duxeris, donec totus liber prodeat. Primi certe habebimus exempla, si quae prodibunt. Vigilat enim apprime *Ekius* noster, idque quidquid est quaternionum, nescienti etiam impressori ne careres interim *Eccianae* maledicentiae gustu. De summa rei, vir doctissime, quantumvis trepidet carissimus frater noster *Bucerus*, non est quod admodum macieremur. Sane praesto sunt conjurationes factionesque plusquam proditoriae, sed e contra sic se accingunt, qui nolunt vi ad ullam religionem adigi, ut nihil dubitem (quod Tu nuper *Tiguri* e suggesto clamabas) speciem quidem prae se ferre caesareos conatus

[1]) *Kolb*.

[2]) *Andreas Ek* Sangallensis. De quo videsis notam ad ep. 78. a. 1525.

magni mali, at nihil esse aliud quam fabulam et logos. Tentatum est, si quid minando et terrendo assequi posset *Caroli* splendor, ea consilio dum Sophistae non proficiunt, ad alteros intercessores recurritur. Constans apud nos fama est, brevi triginta urbium legationem *Norimbergae* coituram, nec defuturum *Janum Saxonem*, aliosque non paucos Principes, qui, quid spectent, aut quae consilia sint capturi, res ipsa clarius docet, quam ut scribere habeam opus. Commodum elapsus est *Hessus*, ac sane (ut heri *Augustanus* civis mihi dixit) capiti consuluisse visus est. Hoc certum habeo, *Carolum*, dum privatim a plerisque Principibus compellatur, non dare non mitissima responsa, dum consiliariis stipatus, *Fabrisque* comitatus et *Eccii*s prodit, omnia quae loquitur supinissimam tyrannidem olent. Dubium vero non est, quin de nobis arte aliqua adgrediundis, decreverint. Hoc ipsum contemtus ille plus quam sycophanticus *Ecciani* prologi palam indicat, et perscripsit *Andreas* noster. Sed putant miseri, hoc se jam in manibus habere, ut a tergo a nostris obruti consueiemur, antequam ipsis struendae aciei occasio fiat. Fallentur autem certo, nam plebem immontanam amore libertatis nondum exutam, in hanc temeritatem nemo, meo judicio, adducet, etiamsi maxime id Ammanni aliqui et Sculteti molirentur. Praeterea et de *Gallo* sibi quaedam pollicentur, et *Lotharingio* duce, quos *Caesarei* quidam *Augustae*, et plane mures aulici omnes, opem *Carolo* strenue contra nos laturos garriunt, ut spes suas vanissimas satis fulciant vanis fabulis. Quid intra se alat Regulus ille *Lotharingius*, satis alioqui ob fraudem notus, scire non possum. De *Gallo* hodie mihi Capitaneus *Ambrosius* retulit, qui pridie e *Baden* ad nos venit, ne suspicandum quidem, quo illic feratur. Eo animo *Gallum* esse, ut faveat haud parum urbibus, praesertim cum videant sui, quam nulla fronte, *Lucernani* quidam in *Caesaris* aulam sese ingerant, de quibus tamen *Gallus* tam liberaliter sit meritus. Sed haec Tibi in aurem dicta sint: Nollet *Gallus Caroli* potentiam vel hilo majorem, nec dubium quin eximie simulent utrinque capita illa odio plus quam Vatiniano inter se dissita. Exigit autem necessitas, ut nos ex animo cohaereamus, inque id animemur mutuo, ut ne quam urbem ulla molestia aut vexari aut premi sinamus, id quod foedere civitatis nostrae belle docemur. Putarem et ipse, id spectandum, si bellum immineat, missis Legatis, *Abtzellanos* primum omnium gravissime inhortandos, ne causae nostrae deforent, item et *Turgojios* in fide et *Toggenburgios* tuos animandos, quo omnes essent ad communis negotii tuitionem fultionemque paratiores. Conduceret et hoc, si *Constantiam* eligerent vestri, qua proxima comitia celebrarentur, nam trepidant non nihil trans lacustres et transrhenani agricolae, aegre laturi bellum, unde tantum damni sibi vident imminere. Mihi crede, non parum animorum detraheremus hostibus, si eo loci indicia aliqua nostrae alacritatis daremus quin et *Constantia* illa longe constantior fieret, cujus urbis societas quantum nobis commodet, dici vix potest etiamsi tu eximie intelligis. Interim Domino Deo constanter fidendum, apud quem distantia non est, ut ille dicebat, in multis ne, an in paucis, auxilietur. Sed quo de rebus multis certior fias, lege indicem, quem Legatus noster, vir optimus et amantissi-

mus aequi, scribae vestro exhibet, idque jussu Senatus nostri, qui sane nihil neque operae neque dispendii praetermittit, quo certiora exploratioraque habeat omnia, et jam propemodum expertus es, quanta sedulitate agat, cui hoc negotii datum est. Vale, et si quid factu apud nostros opus esse putaris, jube et admone, ex fide enim, neque trepide, juvante Domino agemus, et sunt nostri (mirum) ad quaevis obeunda parati, modo pietas nobis reliqua servetur. *S. Galli* 16. Aug. 1530.

Joachimus Vadianus tuus.

CIV.

Zuinglius Conrado Somio et Simperto Memmingensi.

Gratiam et pacem a Domino. Quod, charissimi fratres, aliqua trepidatio vestros subit, admirari nolite: Pars enim in fide revera etiam num est, pars rerum humanarum imperita, pars vero a veritate non modo aliena, sed etiam abhorrens. Hinc novi nihil fit, si consilia capiuntur interdum non satis firma, si a coeptis pedes referuntur, si cum hoste quoque colluditur; nam in tanta ingeniorum ac sensuum diversitate nasci uniforme ac solidum consilium qui poterit? Verum tametsi humanum corpus ab ossibus, nervis, costis, deinde a cute, carne, venis, ac sanguine consideremus, jam et huic metui remedium invenietur. Est pondus carnis, cutis, ac sanguinis longe majus, quam nervorum et ossium, sed nihilo secius pondere ac mole sua nihil sunt, nisi horum robore veluti fulcris ac staminibus erigantur et ferantur; sed neque ista fulciunt aut surregunt, nisi spiritu universa animentur, ut sic primum sit animus, secundum ossa et nervi, postremum caro et sanguis in humano corpore. Ad hunc modum res nunc habent. Teneri in fide homines, inexperti et irreligiosi, imbecillis caro sunt, nihil quam voluptates et inera ocium adpetentes. Vere pii tum prophetae tum populares homines, et si pauci sunt, veri tamen ac integri sint dato, jam non aliter tam imbecille corpus sustinebunt ac fulcient, quam ossa et nervi carneam istam massam. Tunc autem et ii validi ac vivaces erunt, si spiritu Dei animentur. Eat nunc, et Evangelio metuat, qui hoc pacto videat Ecclesiam esse instructam. Nunquam enim tam bene cum Ecclesiae corpore actum est, ut nulli essent infirmi, imperiti, et hypocritae in ea. Quod si ista nunquam defuerunt ei mala, et tamen semper crevit, stetit, stabitque, non erit nobis ne cogitandum quidem, quod spiritus ille coelestis non sit corpus suum Ecclesiam animaturus et fulturus; id autem per nervos et ossa, quae vos estis, cum senioribus et popularibus, qui de Ecclesiis vestris Domino fidunt. Ego perpetuo in ea sum sententia, Pontifices bellum ferre non posse; sciunt enim urbes, oppida, et arces suas, etiamsi essent munitissimae, servari tamen oportere iis, qui maxime perditas cupiunt; adde quod pleraque illorum praedae, direptioni, et incendio sunt exposita, quae ipsos omnia non fugiunt. Cum vero adeo minaciter imminent, confidentia et calliditas est, non consilium quod ex animo proficiscatur. Putant etiam Caesarem sese sic ducturos esse, ut quicquid suggerant, ille comminctur,

Cum ergo sperant nos ita esse dissidiosos, ut tametsi plurimi inter nos sint qui magno animo laturi sint omnem fortunam propter religionem, non deesse tamen qui arte et opibus valeant, ac in diversum plebem possint trahere. Jam his minis credunt confore, ut quicquid Caesar imperet, accepturi simus, et non temere sperant, si humana spectemus. Sed potentior est spiritus, qui suos animat. Hac igitur via isti arti occurrendum est. Summa constantia confitenda est veritas, promittendumque Caesari officium debitum, si modo fidem nobis permittat illibatam; nisi verbo Dei aliud docuerit, aut aequa, libera, adpertaque collatione aliud evicerit. Si id facturum neget, jam dolere vobis respondebitis, Caesarem sic a Pseudoprophetis seductum esse, ut credat se potestatem quoque in animas vestras ac fidem illius habere, quam sibi nunquam quisquam aut pius imperator sumpserit, aut si sumpserit, nemo concesserit. Ultima igitur potius experturos esse, quam loco, ni Deus verbo suo moveat, cessuros. Hic mihi credite, Pontifices manus ac pedes referent. Nam si Caesarem, ut vi tentet impulerint, sciunt ante omnia se pessum iisse; omnia enim sua direptioni sunt obnoxia, quae ubi perierunt, adhuc pendet victoria. Sola igitur constantia solvetur hic nodus. Quod si mihi dicatis, verisimile quidem esse quod expono, attamen obtineri tam firmum consilium non posse: Respondeo, posse, modo prudenter, amanter, et consulto universa agatis. Romanum imperium, imo quodque imperium, ubi religionem sinceram opprimere coeperit, et nos illud negligentes patimur, jam negatae aut contemptae religionis non minus rei erimus, quam illi ipsi oppressores. Exemplum est apud Jeremiam 15. ubi exterminium comminatur Deus Israëli, quod Manassem permississent impune esse pessimum. Deinde si sensim coeperitis personam Romano imperio detrahere, quomodo stultum sit hoc imperium agnoscere, quod isthic non agnoscitur, unde nomen habet. Perinde ac si nunc Pannones, Sophum Persiae Dominum, si regno pelleretur, suum Sophum facerent, hac lege, quod Persiae aliquando Sophus fuisset. Ipsi autem Persae jam longe feliciores essent quam unquam, si hac tyrannide liberati, aliis hanc Aten et noxam misissent. Sic est Romanum imperium. Id autem quod subindico, non pro publica concione, sed in loco fieri oporteret. Nimis amantes estis rei Romanae. Quid Germaniae cum Roma? Sed haec oportet post longum tempus sperare, si pergimus sero sapere Phryges. Prudenter igitur ac paulatim agenda sunt hujusmodi, atque cum paucis, quibus credere possis quae ardua sunt. Postremo leve erit hoc consilium, quod sola constantia videbitur superaturum esse. Sed nunc tabellio abiturit. Domino fidite, et memineritis, quod omnium quae nunc vobiscum aguntur typus antecessit apud nos. Comminabantur Pontifex et Imperator; sed ut primum consistebamus, jam sese recipiebant in latebras suas astus et calliditas. 18. die Augusti. 1530. Epistolam potestis anonymam fratribus communicare, quibus tuto creditis; nam alias multa habeo, quod Romanum imperium, luxum, tyrannides, et calumniam in Germaniam ex Italia transtulit.

CV.

Ambrosius Blaurerus Zuinglio.

Gratia Tecum. Mitto nunc eam Epistolam, quam heri *Bucerus* ad me misit, quam lectam aut etiam exscriptam remittas velim, pariter et libellum, nisi forte non habeas aliud exemplar. Nuntio praeterea abs Te satisfieri volumus. Rescribe si quid habes, quod rescire nos oporteat. Incidi in nuntium istum nihil minus cogitans, quare boni consules, quicquid hoc est. Pariter et Dominum roga, ne deficiat fides fratrum, qui passim nunc vehementer, ac supra quam dici potest, anguntur. Neque autem dubito, Christum omnia illa terriculamenta propitio suo Numine aversurum. Saluta omnes fratres. Salutant Te nostri, *Zuicclus*, *Menlishoferus* cum ceteris. Descripsi quantum licuit ex Epistola *Buceri*, cum fortuna nunc nuntium habeam, ad ornatissimum *Vadianum* nostrum. Nos fortes sumus in Domino, quibus crescit etiam animus et fiducia illorum minis. Quid enim possit terra et pulvis adversus saxeam et inexpugnabilem veritatem? Iterum vale. Ex *Constantia* 18. Augusti.

Tuus *Ambrosius Blaurerus.*

Libellus *Eccii* [1]), si quid mihi naris est, nihil minus sapit quam *Eccii* phrasin, qui varia, inconstans et sui semper dissimillima est, scatens subinde barbarismis et foedis soloecismis, ut omnino credam, hominem hic aliena opera usum. Tu mihi hic tuum judicium quoque significa, quanquam ut verum fatear, unam solum atque alteram pagellam legi, cum ad plura non vacaret.

CVI.

Joannes Marchtorphinus [2]) Zuinglio.

Pacem et Gratiam Dei per Christum Tibi opto. Tametsi luculente norim, *Zuingli* optime, in ea gymniade nostra succumbendo vincendum esse tolerantiamque illam ut mundi, ita et suae immunditiei acerrimam esse victricem, quae Dei etiam numen quandoque superet, tamen impietatis calumniam susque deque ferre, praesertim penes eos, quibus pro evangelico candore suo, aliena delicta non pudorem modo, sed etiam stuporem incutiunt, hominis esse intemperanter abutentis et Evangelio et conscientiis autumo. Quare cum me haud lateat, quantum Tu Christo, nos vero ipsi cum universo Christianismo omnes debeamus tibi pariter post Christum, vehementer ingratus sim, si fumum hunc, quem isthic vobis obspersum esse, nescio quo modo hic rumor est, columbinos illos, ac pro nimiis lucubrationibus, quibus nobis omnibus haud praeter inclytam frugem et sedulo et salubriter desudasti,

---

1) *Johannis Eccii* repulsio articulorum *Zwinglii* Caesaris Majestati in comitiis *Augustanis* oblatorum Jul. 1530 edita.

2) *Marchdorfio* oriundus, oppido Episcopatus Constantiensis in Suevia, *paroclus Weinfeldensis.*

pene caligantes oculos, commorsicare longius patiar, cordatae lucubrationes tuae, quae cum omnium, tum maxime tuum genium referunt, Te ostendunt, morsus ac illecebras, palpones ac capnopolas semper juxta posuisse, planeque intelligere, patulas illas fagos ventis cumprimis feriri. Me eademque vana illa suspicione prorsus levarent dudum, ne qua fiat, ut his credas, qui Te isthic lingunt, hic lancinant, atque viduare Te passim Ecclesias, me vero non venari modo, sed etiam vitiare, nugantur. Ego quidem, Deum testor ac homines, ab auspicato, ac Domini opera apud me subinde gliscente Evangelio, nihil unquam perinde infremui, atque vulpeculam illam et lupum ovem mentientem, qui simulato Christi zelo, ambitiosa quadam vocatione, conflctoque Dei halitu in Christi caulam aliunde non dicam conscenderit, sed irruperit, atque ea re oculos, mentem, manusque pedesque istos in hunc usque diem casu me non raro transversum abripere conante, semper continui, idque viri Dei, *Joannes Zwikus* atque *Ambrosius Blarerus* urbis *Constantiae* serenissima lumina, qui adhuc nudis, quod ajunt, gratiis animae pariter ac corpori meo haud segniter patrocinantur, rogati syncere confirmabunt, qui ubi multum a Senatu et a *Winfeldensi* Ecclesia, quam *Zwikus* [1]) ardenti suo studio Deique adflatu, ad tantam tamque salubrem frugem reduxit, ut in brevi, vera religione ista, a Te doctissime adamussita, nemini cessuram sperem, continuo solicitarentur, ut eis Pastorem aliquousque crederent, me, nihil minus exspectantem, successorem miserunt; ubi in ea vocatione hactenus me dicto factaque ita ubique gessi, ut communi voto omnis Ecclesia christianis suffragiis me, quod et illud malignus interpres mihi, ab omni populari aura alioqui alienissimo, extorqueat, sibi expetat, sacrificulum illum, sive quisque iste sit Sycophanta meus, ne somnio unquam laesi, verum me etiam in usum suum pro virili effudi, atque animam istam quoque misellulam, deinceps illi nimis quam lubens impertiar, modo ille velit, et ego salvo Evangelio possim. Ceterum quas bene de se merito mihi calumnias concinnarit, vel in hoc prudens supprimo, ne christianam caritatem alicubi praeter institutum suggillem, neve tantisper ei similis fiam, dum paria facio. Proinde granum illud synapis, quod Christus sevit Jesus, venerandus ille *Zwikus* plantavit, id rudis ego cultor humecto, et utinam Deus ille maximus tacitis auctibus ita suscitet, ut alites coeli in eo nidulentur. Inter haec ita me composui, ut quotus quisque, dicam mihi Evangelii nomine dixerit, caussam meam non modo sim dicturus, sed defensurus intrepide. Habes, *Zuingli* integerrime, firmamentum hujus expurgationis meae, quam si pro sobrio acumine tuo discusseris, fore spero, ut, quae tua in benevolos bonitas esse fertur, me et juves et tueare; Tuis, fratrumque nostrorum precationibus in Domino quam possum officiose commendo. Ex *Winfelda* 15. Cal. Sept. 1530.

Joannes Marchtorphinus, Tui amantissimus frater.

---

[1]) *Joannes Zwik*, Concionator *Constantiensis*.

CVII.

Zuinglius Ambrosio Blaurero.

Gratiam et Pacem a Deo. Ego me ocyus ad *Eccii* librum dabo, et pellecto deliberabo, an respondendum sit, nec ne. Si quid respondebo, breve erit. *Bucero* quoque primum significa, me priores quoque literas recepisse, quamvis et epistolam mox miserim satis testaturam, quidnam legerim, at nescio quam cito reddatur. Mihi videtur, mi *Ambrosi*, *Bucerus* paulo humilius repere per timorem, qui cuivis etiam ferreo contingere posset, dum inter tot artes, quas urbes tanto magis ignorant, quanto magis sunt a tyrannide alienae. Tu ergo illum erige, quantum potes, nihil enim quam artes sunt, quantumvis et illae plurimum formidandae. Vale, et fratres omnes, Tum, *Guilielmum a Cella*, *Zuiccium* quoque cumprimis saluta. Nos per Dei bonitatem constamus. *Tiguri*, 19. Aug. 1530.

Huldricus Zuinglius, tuus.

Judicium de *Eccio*, cum perlegero, scribam.

CVIII.

Erasmus Ritter ad Zuinglium.

Gratia et Pax a Deo per Jesum. Dum idoneus et fidus mihi oblatus est nuntius, videlicet *Vitus* noster, visum est mihi, monimentum quoddam articulorum ad Te mittere, quibus *Benedictum* [1]) aggrediantur Nuntii ad nos venturi.

1. Articulus Sacramenti: quem nunc publice (post fraternam admonitionem fratrum, qui apud *S. Gallum* sunt, deinde post publicam Disputationem *Bernae*) tueri conatur in hunc usque diem. Anno 1528. dominica vocem Jocunditatis, omnes, qui *Est* pro *significat* interpretantur, Wiclephistas vocavit, atque verbo simpliciter credendum adhortatus est. Dominica Trinitatis eodem anno idem de sacramento atque ad confirmandum suum errorem abusus est Pauli dicto ad Hebr. XI. de fide. Dominica tertia post Pentecosten eodem anno clamavit: Hoc est, Hoc est, oportet, ut verba sic maneant: Non dixit Christus, Hoc significat, sed, hoc est, multis et inauditis calumniis nos incusans, nos Deum velle mendacem facere. Eandem sententiam etiam nunc 1530 anno in die Pentecostes.

2. Anno 1529 in die Philippi et Jacobi dixit: Christum non eandem nobiscum cum corporis habere rationem, sed spirituale habere corpus.

3. Anno 1528 in die Jacobi dixit: Si ego crederem, Christum tantum juxta carnem passum, haereticus essem. Ipsissima ea verba, quae *Lutherus* in Libro Confessionis Arrianice confitetur. Et nunc Anno 1530 feria secunda post Pentecosten sicut Lutherus in propositionibus asserit: Divinitatem esse passam, sic ipse publice concionatus est.

---

[1]) *Burgauer.*

4. Anno 1528 in die Petri et Pauli publice, Christum juxta humanitatem esse Ubique.

5. Eodem die dixit, idola in conventionibus publicis non esse prohibita. Illud quoque Anno 1530 in die Ascensionis asseruit cum infinitis convitiis, ut qui aliter sentiant, Suermeri sint.

Haec omnia sunt adeo contra Scripturam, ut civitas illa christiana pati omnino non possit. Hoc notandum, Er hat ein Verschreiben um sein Pfrund, doch sofern er predigt, was er mit Gottes Wort kann verantworten.

Haec ad Senatum pertinent: 1. Non volunt a verbo esse correcti. 2. Defendunt altaria, horas canonicas, idola et omnem suppellectilem, quae ad Missam pertinent. 3. Fovent omnes impios, et qui contra Verbum loquuntur. Ceterum omnes, qui verbo adhaerent, odio prosequuntur. 4. Patiuntur quendam, cujus fides omnibus nota est, qui tempore belli *Tigurini* optabat, quod populus alienus adveniret, deinde, quod Deum vellet percutere, si sua potestas praeciperet. Hunc sine omni multa etc. Ceterum si verbum ex nostris quidquam profertur, statim etc. 5. Omnes adversarios Papistas fovent, nam hic tanquam ad Asylum confugiunt. 6. De Monasterio *Paradiso* etc. et nihilominus ostendunt, se male velle verbo. (Ante 19. Aug. 1530.)

CIX.

Jacobus Werdmtiller, praefectus Locarnensis [1]) ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo Patre Nostro et Domino Nostro Jesu Christo semper tecum sit, carissime Domine et Compater. Primum scito mihi a te duos libellos cum epistola redditos esse, quorum tibi quam maximas gratias ago. Adhuc parum novarum rerum mihi obtigit, cujus rei causa est, quod multi homines peste abripiuntur; quod ubi fit nec abire nec adire licet, ut scis. Sed spero, me proxima hebdomada in castellum [2]) immigraturum esse, quod Deus Dominus noster faxit. Video ante me multas res pravas actas esse; me autem ita acturum esse spero, ut in lucem proferantur, et caveam, ne neque a me neque ab aliis fiat. Porro video multos iniquissime foenerari, id quod ne amplius fiat idem ego aliquando cauturus sum alique consilio, quo enim, mihi providendum est. Etiam nemo hic concionatur, neque possint, etsi velint; quamquam hic est, qui Scripturae peritus sit [3]), cui eidem libellum tuum latinum legendum dedi; is enim clericus est, qui multum in Testamento legat, et dicit, se dum vivat, satis de epistolis Pauli conciona-

[1]) *Jacobus Werdmüller*, qui tribunus militum fuit in primo bello Capellensi a. 1529. Quam praeclare provincia functus sit in Locarno *Ferdinandus Meier* exposuit in libro inscripto: „Die evangelische Gemeinde zu *Locarno*."

[2]) In *Locarno*.

[3]) *Balthasar Fontana*, cujus ep. cf. ad Zwinglium Cal. Mart. 1531 datam.

turum esse, alios autem de aliis concionari, cum de epistolis concionari non possint. Deinde victus hic carus est. Cujus rei causa fere est, quod nulla pactio nobis intercedit cum Duce [1]); quamquam de ea re sine mora acturus sum eum aliis, praefectis scilicet, qui ex *foederatis* nostris hic sunt. Jam nihil novarum rerum; tu autem rebus optime consulere velis et me commendatum habere. Ego quoque, Deum testor, ita acturus sum, ut nullam reprehendendi ansam praebeam, neve pecunia data me a ratione mea depellat. Uxor mea carissimam tuam quam maxime salutat. [2]) Dedi *Asconae* ad *Locarnam* 20. Aug. 1530.

Jacobus Werdmüller amicus tuus et compater.

109.

Jakob Werdmüller, Vogt zu Luggarus an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater und unserm Herrn Jesu Christo sei allzeit mit Euch, lieber Herr Gvatter. Wisset wie mir 2 Büchlein mit samt einem Brief von Euch worden sind. Dess ich Euch fleissig Dank sage. Es begegnet mir noch wenig, schafft bisher der Sterbend. Wo der ist, da ist weder Von- noch Zugang, wie Ihr wisset. Ich bin aber der Hoffnung, die andere Wochen in das Schloss wills Gott unser Herr. Ich finde dass man vor mir sehr faule Dinge gehandelt, in Hoffnung ich wolle dergestalt handeln, dass es an Tag komme und fürkommen werde, dass es weder von mir noch andern beschehe. Mehr find ich grossen Wucher, werde ich mit der Zeit mit Rath darin lugen. Ich muss mich fürsehen mit was Rath; es predigt auch niemand, und können es nicht, so sie schon gern wollten, wiewol hier einer der der Schrift bericht ist, dem ich auch Euer lateinisches Büchlein geliehen habe, denn derselbe Pfaff viel im Testament liest und sagt, er wolle sein Tag genug die Episteln Pauli predigen, das die andern sonst predigen, denn sie diese Episteln nicht können predigen. Auch ist es theuer hie. Schafft fast, dass man mit dem Herzogthum ohne Vertrag steht, doch werde ich mit andern darin handeln ohne Verzug, als mit andern Vögten, so von unserer Eidgenossenschaft hie in sind. Jezt nichts Sonderes, denn thut allweg das Beste und lasst mich Euch befohlen sein. Ich will auch wills Gott handeln unverweislich, dass weder Gab noch Gelt wenden. Meine Hausfrau thut Euere liebe Hausfrau fast grüssen. Datum in Aschgona (Ascona) bei Luggaris 20. Aug. 1530.

Jakob Werdmüller Euer Freund und Gvatter.

CX.

Marcus Peregrinus in Frutigen ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo Patre per Jesum Christum Dominum nostrum.

---

[1]) *Mediolanensi.*

[2]) Cf. ejus Literas ad *Turicenses* Dominos suos Clementes Majo a. 1531 datas in illo *Meieri* libro.

Domine christiane, carissime. Non solum id quod tibi jam diu quamquam minus notus sum sed etiam studium rerum divinarum me movit ut tibi scriberem. Quamquam igitur non ignoro, verbum divinum quidem etsi recte tractatum non solum improbari, sed etiam exagitari et crucem docentis tergo imponere; tamen magistratuum et custodum populi est quam maxime possunt impedire, quominus parvi offendantur, et providere ut id avertant justa poena, non modo in rebus maxime ad salutem pertinentibus, sed etiam pro rerum conditione in moribus et ceremoniis, quoniam infirmos accipere jussi sumus a Paulo, ita ut eas saepe pluris faciant quam res gravissimas. Quamdiu autem vel quatenus infirmi a nobis ferendi vel iis parcendum sit quisque verbi praedicator scit. Hoc igitur est, quod me movit ut scriberem tibi, summo Episcopo *Turicensium*, imo quem a Deo summo ingenio et doctrina ornatum omnium nostrum oculi respiciant. Tibi enim fortasse notum est, me a *Bernatibus* Dominis meis clementibus parochiae quidem satis bonae verbo praefectum esse; sed ea res mihi parum feliciter cecidit, quum non modo a vicinis, *Valesiis*, *Subsilvanis* et *Sanae* vallis incolis quotidie pugnam exspectem, et a peregrinis, qui semper *Thermis* huc veniunt et hinc *Thermas* proficiscuntur, omnium maximum damnum in ovibus meis accipiam, a lupis, qui in hanc terram veniunt quaestum et mercaturam factum, scilicet a laniis. Novissima enim dominica post Jacobi accidit, ut ex civitate vestra *Turicensi Melchior lanius* et *Ludovicus* ejus filius *Frutingam* venirent, et apud sodales in caupona de praesentibus rebus loquerentur, etiam ad Ceremonias venirent, quod attinet ad dies festos et precationem campanis indicatam, quos Domini nostri lege rebus divinis utili et christianis digna ubique aboleverunt; quod *Melchior* se mirari simulavit, etiam ipse et ejus filius dixerunt, *Turici* adhuc mane et vesperi ad „Ave Maria" sonari, praeterea omnium XII apostolorum et aliquot Divae Virginis dies festos haberi ut ex antiquis temporibus, his fere verbis utentes. Quibus nostrorum aliqui fide infirmi admodum commoti sunt, ita ut me indignis verbis calumniarentur, quod eas Ceremonias reprehendam, quas *Zwinglius* ille omnium nostrum princeps, adhuc bonas et justas ducat, haec et multa alia verba proferentes; denique vehemens clamor et murmur inter vulgus contra me ortus est, atque improbi omnes hoc argumento contra me utuntur: Jam videmus, novam fidem non justam esse, quam qui defendunt inter se non consentiant; alius reprehendit quae alius bona ducit etc. Atque quamquam haec omnia palam refutavi, scilicet, vere piorum nihil interesse utrum ejusmodi res usurpentur nec ne, *Turicenses* autem tam bene doceri ut omnino nihil ejusmodi requirant, omnia frustra fuerunt; sed palam dixi, me *Turicum* scripturum esse et quam maxime possim sciscitaturum et operam daturum ut apud nos aeque ac apud vos agatur. Deinde *Melchioris* filius cum parochialibus meis pignore certavit, se 14 diebus post literas sigilli fide obsignatas allaturum esse, quibus probet, illas ceremonias adhuc usurpari et a majori parte bonas et justas existimari. Et quidem pignus est vestis. Ante eum etiam lanius apud nos fuit a *Monasterio*, qui fere eadem dixit, scilicet nos *Turicenses* et *Bernates* non eodem modo

agere; et 19 die Augusti lanii famulus, cui nomen est *Joanni* et cujus domino *Hieronymo, Thermis Frutingam* venit, qui dies Veneris fuit, quo ab hominibus honestis ad coenam vocatus sum; ubi lanius quem dixi apud nos sedebat, et ante et post coenam *Turicenses* vehementer vituperabat, inter alia afferens, eos detrimento universae Helvetiae bellum incepturos esse nonnullius sumptus causa. Sed denique etiam commemoravit, *Turicenses* adhuc omnium XII apostolorum dies et aliquot Divae Virginis festos habere, quoque die ad „Ave Maria" sonare, iis convitiis utens quae supra dixi, scilicet rem nostram constare non posse, nos enim inter nos ipsos non consentire. Denique tam multa prolata sunt, ut dicerem: Scito *lanie*, me ea Dominis meis *Bernatibus* et *Turicensibus* scripturum esse. Ad quae ille: Scribe, inquit, cuicunque volueris; quae dixi vera sunt. Haec tibi scripsi non ut damnum afferrem hominibus a me commemoratis, sed rei ipsius causa, scilicet ut ejusmodi apertae ceremoniae, quae adhuc graves et necessariae ductae sunt et quas usurpari vel non adhuc fide infirmorum interest, respicerentur, et nos vicini vestri eandem rationem ac vos sequeremur. Ejusmodi convitia autem me neque sollicitare neque commovere tu, Pater benevolentissime, scias, etsi non dixerim. Scio enim, usque ad finem mundi hanc rem ea incommoda allaturam esse; sed quod aeque ac Paulus quemque pro virili parte cura et industria mea adjuvare velim, ideo scripsi. Dei verbum quidem hic obtinet, sed multi vehementes impetus ei accidunt, quibus interdum prope pereo, et utique adhuc non aliter ac Petrus exercitatus sum. Etiam a multis praedicatoribus, qui circa me sedem habent, rogatus sum, ut eam rem tibi indicarem, nam *Melchior lanius* et ejus filius in *Adelbodcn* eadem ratione usi sunt atque hic. Porro *Melchior lanius* generum suum ad me misit, mihi nuntiatum, se audiisse, me dixisse, me de se severissime consulturum esse. Ad quae ei amice rescripsi, omnem iracundiam per me sublatam esse, sed me existimare, vera esse, quae parochiales mei ipso auctore dicant; me enim ipsum novisse et quidem veracem virum ducere. Si autem quid dixerit, quod non verum videatur, me quidem ipsum castigaturum esse, nostros autem jussi neque ejus verba, neque *Turicensium* curare, sed auscultare, quae *Bernates* Domini nostri christiani incipiant. Verbo dico, mihi nunquam in nostra terra tantas turbas accidisse, quantae nunc ex illis verbis ortae sunt. Populus penitus excitatus est; quid autem illi cum singulis hominibus locuti sint, nescio. Sunt qui coeperint publice contra me et magistratum loqui et convitia effundere, ut intimo animo sollicitus sim, et noctes et dies studeam, ut ei rei ratione Deo probata occurram et eam tollam. Deus nos omnes ducere velit ex una optima sua voluntate. Amen. Orate Deum pro ecclesia nostra metropolitana *Bernensi* et omnibus nostris communibus, quum adhuc multum putridi ligni, vitiosorum truncorum et infelicium arborum habeamus. Velim *Melchioris* filium sponsionem suam nonnisi in terra nostra transigendam hominibus nostris deferre et sumtui parcere; nam si literas sigilli fide obsignatas attulerit, mihi et praedicatoribus mihi vicinis magnas turbas excitabit, et probabit argumentum quo vulgus utitur; scilicet *Turicenses* novam fidem primos inter Hel-

vetios accepisse et *Zuinglium* omnium doctissimum esse, a quo omnes clerici discant. Tamen eos Sanctorum dies celebrare et ad „Ave Maria" sonare bonum et justum ducere; quid autem agant clerici nostri, et alia id genus. Quamquam igitur scio fore, ut *Melchior* in hac causa vincat, tamen jus exsecutum nolo; cum hic homo magnam auctoritatem habeat apud nos, ita ut mihi detrimento sit; sed, si ullo modo fieri potuerit, eas literas, quas supra dixi, non huc afferri et illas ceremonias abrogari; nam *Bernates* Domini nostri omnia vobis auctoribus edixerunt, instituerunt et reformaverunt; solis in duobus rebus, quas dixi, vos praecurrerunt, quas ratione christianis digna moti omnino sustulerunt. Multi praedicatorum mihi vicinorum et fratrum tibi et ecclesiae tuae gratiam et pacem Dei optant. Denique me tibi submissus commendo. Dedi *Frutingae* 27. die Augusti a. 30.

Marcus Peregrinus Speculator Frutipgensis.

110.

Marcus Peregrinus zu Frutigen an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott dem Vater durch unsern Herrn Jesum Christum. Christlicher sonders lieber Gebieter. Nicht allein von alter, wiewol kleiner, Kundschaft, sondern göttlichen Eifers wegen bin ich geursacht, Dir zu schreiben. So ich nun wohl weiss, dass das göttliche Wort, sofern das treulich gehandelt, allweg nicht allein widersprochen, ja verfolgt wird, und ein Kreuz auf dem Ruken trägt: Ist dennoch den Fürgesetzten und Wächtern treulich Aergerniss bei den Kleinen zu verhindern, ein Aufsehen zu haben, solchem vorzukommen oder abzulehnen nicht allein in nothwendigen Sachen, das Heil antreffend, auch nach Gestalt in Bräuchen oder Ceremonien, so doch die Schwachen von uns anzunehmen geboten durch Paulum, vielmal dieselbigen höher schäzen, weder die Hauptartikel. Wie lang aber oder viel die Schwachen von uns geduldet oder geschont soll werden, weiss jeglicher des Worts Verkündiger. Auf solches bin ich geursacht, Dir, als dem obersten Bischof zu Zürich, ja auf den als von Gott hochbegabten, unser aller Augen sehen, zu schreiben. Als Dir vielleicht wissend, wie ich an einem tapfern Ort und Gebiet von meinen gnädigen Herren von Bern im Wort vorgesezt bin, leider ungeschikt, da ich nicht allein von den Anstössen, als Wallis, Unterwalden, Sanen und andern täglichen Kampf erwarte und von Fremden, so allzeit von und gen Baden fahren, am allermeisten Schaden unter meinen Schäflinen empfahe von den Wölfen, die in das Land wandeln mit ihrem Gewerb und Kaufmannschaft, nemlich die Mezger. Hat sich begeben Sonntag nach Jacobi verschienen, dass aus Euer Stadt Zürich Melcher Mezger und sein Sohn Ludwig gen Frutingen kommen, bei guten Gesellen im Wirthshaus von dem jezigen Handel geredt, und an die Ceremonien kommen, der Fejertag und des Betenläutens halben, welches unsere Herren durch ein christlich göttlich Mandat allenthalben abgestellt haben, das sich Melcher fremd hat lassen bedunken, und geredt er und sein Sohn, wie man zu Zürich noch Morgens und

Abends das Ave Maria läute, dazu alle 12 Boten und etliche Unserer Frauen Tage feire, wie von Alters her, mit dergleichen Worten; sind der unsern etliche Kleingläubige hart bewegt mit ungeschikten Worten mich hinterredet, wie ich solche Ceremonien schelte, und aber der Zwingli, unser aller Haupt, sie noch für gut und gerecht habe etc. mit viel Worten, ist ein gemein heftig Geschrei und Gemürbel wider mich worden, ein gemein Argument der Böswilligen: Jezt sehen wir, dass der neue Glaube nicht gerecht ist; sie sind nicht eins; der eine schiltet, was der andere für gut haltet etc. und wiewol ich das alles öffentlich versprochen habe, nemlich, dass an solchen Dingen nichts gelegen, sondern gebraucht oder unterlassen den Rechtgläubigen gleich, und die von Zürich so wol erbauen, dass sie ganz keinen Mangel in solchem haben, will alles nicht beschiessen, sondern ich habe geredt offentlich, soviel möglich will ich gen Zürich schreiben, mich erkunden, Fleiss ankehren, dass bei uns gleichförmig gehandelt werde. Hat Melchers Sohn mit meinen Unterthanen gewettet, er wolle in 14 Tagen Brief und Siegel von Zürich bringen, dass die gedachten Ceremonien noch gebraucht und vom Mehrtheil für gut und gerecht gehalten werden. Giltet ein Kleid. Vor demselbigen ist auch ein Mezger bei uns gsin von Münster, hat aber dergleichen geredt von Zürich und Bern, dass wir nicht gleich sejen und auf den 19 Tag Augstmonats ist ein Mezgerknecht von Baden, heisst Hans und sein Meister Hieronimus, gen Frutingen kommen, ist Freitag gsin, bin ich von Ehrenleuten geladen zum Nachtmal; ist gedachter Mezger bei uns gesessen, und hat vor und nach dem Nachtmal die von Zürich heftig geschmüzt. Unter andern wie sie zu Nachtheil gemeiner Eidgenossenschaft einen Krieg wollen anfangen um etwas Kostens wegen etc. Doch zulezt auch auf das kommen, wie Zürcher noch alle 12 Botentage und etliche Unserer Frauen Tage feiern, alle Tage das Ave Maria läuten, mit Scheltworten, wie obsteht, dass unsere Sache nicht möge bestehen, denn wir seien selbst nicht eins. Ist soviel geredt, dass ich sagte: Mezger, du sollst wissen, dass ich solches meinen Herren von Bern und gen Zürich schreiben will. Sprach er: Schreibet wo Ihr hin wollt, was ich habe geredet, das ist wahr etc. Das schreibe ich Dir nicht zu Nachtheil der angezeigten Personen, sondern von des Handels wegen, also dass in solchen offenbaren Ceremonien, die bisher für gross und nothwendig gehalten, und bei den Kleingläubigen noch einen Unterschied haben, ein Ansehen geschehen und gleiche Form bei uns Nachbauern gehalten würde. Sollte aber, getreuer Vater, hier nicht gedenken, dass mich solches Geschreis bedaure noch bewege. Ich weiss dass bis zum End der Welt dieser Handel solches auf ihm trägt, aber aus Sorge, Fleiss und Ernst, so ich mit Paulo jedermann nach Gestalt zu Hilf wollte kommen schreibe ich: Das Gottes Wort ist bei uns im Schwank, aber viel ungestümer Anstösse fallen zu, in denen ich unterweilen gar schier untergehe, werde mit Petro bisher allweg ersökt: Ich bin auch von viel meiner Umsässen der Predikanten gebeten, Dir obgedachten Handel anzuzeigen, wann Melcher Mezger und sein Sohn hand im Adelboden ge-

braucht wie bei mir. Hat wol Melcher Mezger seinen Tochtermann zu mir geschikt, und berichtet, wie er habe vernommen, ich habe geredet, ich wolle ihm sein Dingli machen, dass ich das böseste thue etc. Hab ich ihm freundlich geschrieben, dass aller Unwille meinethalben ab sei, sondern meine Meinung, dass die mir befohlen nicht zu viel von ihm sagen, denn ich kenne ihn und halte ihn für einen wahrhaften Mann. Wo er aber etwas hätte geredet, das sich nicht würde finden, so wollte ich ihm sein Dingli wol machen und sie sollen seiner Worten, noch deren von Zürich nicht achten, sondern losen, was Unsere christlichen Obern von Bern vornehmen etc. In Summa sag ich, dass noch nie keine solche Unruh in unserm Land mir begegnet ist, als jetzt aus gedachten Reden erwachsen. Das Volk ist ganz entsezt, nicht weiss ich was sie mit sondern Personen geredt haben. Etliche fahen an öffentlich wider mich und meine Oberkeit zu reden und schmüzen, das mich herzlich bekümmert, Tag und Nacht trachte, solchem göttlicher Weise zu begegnen und abstellen. Gott wölle uns leiten alle nach seinem allerbesten Willen. Amen. Bittet Gott für unsere Metropolitankirche Bern und all unsere Gemeinden, wann wir noch viel faul Holz, böse Stemm und unfruchtbare Bäume haben.

Ich wölltte gern, dass Melchers Sohn sein Gwett zu bestäten brächte in unser Land, und den Kosten ersparte, wann wo er Brief und Siegel bringt, so wird er mir und meinen Nachbaren eine grosse Unruh anstatten und das gemeine Argument bestäten: Zürich hat den neuen Glauben in der Eidgenossenschaft von erst angenommen, und der Zwingli ist der Allergelehrteste, von dem alle Pfaffen lernen. Aber sie halten Feiren der Heiligen und Ave Maria läuten für gut und gerecht, was treiben denn unsere Pfaffen? etc. Wiewol ich weiss, wie Melcher geschikt ist in diesem Handel, ist meine Meinung nicht, dass die recht geferket werden, denn Melcher hat einen grossen Namen bei uns, würde mir zu Nachtheil dienen, aber soviel möglich solcher Brief nicht herkomme, wie obsteht, und gedachte Ceremonien abgestellt, denn unsere Herren von Bern alle ihre Mandate, Ordnungen und Reformationen bei Euch abgenommen, allein in angezogenen zweien Stücken Euch vorgelaufen, dazu sie christlich bewegt ganz abgestellt haben. Viel meiner Nachbaren und Brüder wünschen Dir und Deiner Kirche die Gnade und Friede Gottes. Sich hiemit Dir unterthäniglich befehlend. Geben zu Frutingen am 27 Tag Augstmonats im 30 Jahr.

Marcus Peregrinus Speculator Frutingensis.

CXI.

Zuinglius Capitoni.

Gratiam et Pacem a Deo. Audio Te salvum domum rediisse, diis gratia. Quae *Philippus* [1]) *Augustae*, cum *Bucero* tandem sese

[1]) *Melanchthon.*

exhibuit, concesserit, ex ipso arbitror *Bucero* intellexisti. Id si dudum fecissent, jam constaret Concordia, et non esset Caesaris metus passim tantus apud Vos h. e. reliquas Imperii urbes. Scio enim qua constantia vos fulti stetis. Ego ad *Bucerum* rescribo satis longa Epistola, qua ista lege recepturum concordiam promitto, si ad hunc modum utrinque confiteamur. Christum in coena vero adesse, non in pane; non unitum pani; non naturaliter aut corporaliter, sed nudae, divinae ac purae menti, fidei contemplatione et sacramentaliter. Haec enim fere concessit *Philippus*. Ad *Eccii* vesanos clamores epistolam dedi responsoriam ad Principes [1]), qui in Comitiis sunt. Eam videbis, excusa enim est; nescio an *Christophorus* [2]) secum vehat. Utinam aliquis Deus ἀπὸ μηχανῆς adpareat, qui *Luthero* pacem infulminet. Cupio scire quales *Argentorati* sitis. Nos per Dei gratiam satis firmi sumus. Catabaptistae novam illam praefecturam *Argoviae*, quae postremo ad Evangelium concessit, suis clamoribus infestant, adeo, ut, ni compescantur, motus inde aliquis metuendus sit. Sed Dominus ista quoque curabit. Vale et salvos jube fratres omnes, praesertim *Hedionem*. *Tiguri* ultima Aug. 1530.

Huldricus Zuinglius, tuus.

CXII.

Philippus Landgrafius Hassiae ad φ (Zwinglium).

Amico meo in manum propriam.

Carissime φ. Quod tibi tamdiu non scripsi, ideo factum est, quod me ubique speculantur, an epistolas meas reperire possint, quibus suspectus videar. Brevi (1) vel eorum amicis rescripturus sum de illa re. Jam scis (2) Legatos suos jussisse immotos a veritate stare, neque quemquam in ea re respicere, neque alios exspectare. Quod autem (2) *Augusta* discessit gravi causa factum est, et satius duco, comitia enim adhuc durant, ubi mihi ab illorum ratione aliena scribere non licet. Sed quid dicam de eo, quod *Philippus Melanchthon* retro it ut cancer, et vir est, qui Evangelio Christi noceat verecundia sua; nam eo erroris venit ut desinere nequeat, et multi homines eum sequuntur, me autem, si Deus voluerit, non simulabit. (2) suos jussit, si qui *Zwingliani* vocantur condemnentur, id nequaquam concedere. Providete, immoti state a veritate et audaces este, nam nihil timendum est. In (3) re multae viae patent eam bona cum gratia componendi, quarum si nulla profuerit, magnis hominibus (3) freto esse licet, a quibus eum posthac adjutum iri certum est, si res diu protrahatur, nisi inter homines nulla fides sit. Hoc anno, id ab iis impetrari non potuit, si autem tempus venerit, (1) et (4) aliosque admoneas (3) ut faciant quaecunque poterint. Res in eo est, ut Landgrafius *Hassiae* cum

---

[1]) *Zwinglius* ad Illustres Principes Germaniae.

[2]) *Froschauer*.

Missa [1]) pactionem ineat, quod ad multas res proderit. Imperator quidem pius esset, si alii homines quoque agerent ut (?) aliique. Deo commendatus sis et Deum ora pro me et quoquo ad membra Christi mitte libellos excusos, ut constantes sint in veritate, neve prudentia hominum vel vi se in errorem duci patiantur, et ut meminerint proverbii: Memento mori. Haec mea manu scripta sunt. Dedi dominica post Aegidii a. Domini 1530 (post 1. Sept.)

Quae *Philippus* egit *Lutherum* non probaturum esse puto. Idem *Philippus* gloriatus est: Jam *Lutherum* et *Zwinglium* ipsi non repugnare. Utinam *Philippus* nonnisi verecundia motus cesserit. Deus solus novit omnia praecordia.

(*Philippus* Landgrafius Hassiae.) [2])

112.

Landgraf Philipp von Hessen an φ (Zwingli).

Meinem guten Freund zu eignen handen.

Lieber φ. Dass ich Euch so lang nicht geschrieben habe, hat die Ursache, dass man allenthalben auf mich lauert, ob man Briefe von mir finden könne, darin ich verdacht werde. Ich will in kurzer Zeit antwort den (1) oder ihren Anhängern auf die Sache geben, wie Ihr wisst, dass (2) hat seinen Lüten befohlen, hart bei der Wahrheit zu halten, und darin niemand anzusehen, noch auf andere ein Aufsehen zu haben und dass (2) von Augsburg ist hat grosse wichtige Ursache, ist besser mein dann der dauert noch da mir Ungleichs nicht steht zu schreiben. Aber was soll ich sagen, Philipp Melanchthon geht zurük wie ein Krebs und ist ein schädlicher Mann dem Evangelio Christi mit seiner Blödigkeit, dann er ist ins Vergehen kommen, kann nicht aufhören, und viele Leute hangen an ihm, er soll aber mich nicht sein ob Gott will. (2) hat den Seinen befohlen, so man die Zwinglisch genannt werden wolle verdammen, sollen sie in keinen Weg willigen. Sehet zu, stehet fest bei der Wahrheit und seit kek, es hat keine Noth. In (3) Sache sind viel gütliche Wege vorhanden, wo es aber alles nicht helfen will, so hat er (3) Vertröstung von grossen Leuten, die ihm auf zukünftige Zeit gewisslich helfen werden im langen Verzug; es sei dann kein Treu und Glauben auf Erdreich. Es ist das Jahr bei denselben unmöglich zu erheben gewesen, wenn aber die Zeit kommen wird, so seit (3) eingedenk bei (1) und (4) etc. auf dass sie auch das Beste thun. Es steht darauf dass der Landgraf von Hessen mit Missa vertragen werde, welches dann zu viel Dingen dienstlich sein wird. Der Kaiser wäre wol fromm wenn andere Leute thäten als namlich und andere. Seit Gott befohlen und bittet Gott für mich und schreibet allenthalben an die Gliedmassen Christi durch den Druk, dass sie beständig seien in der Wahrheit und sich nicht mit Weltweisheit noch Gewalt verführen lassen und dass sie ge-

[1]) Episcopo Moguntino?

[2]) Pessime hic princeps scripsit. Nota Siml.

denken an das Sprichwort: Memento mori. Meine Hand. Geben Sonntag nach Egidii Anno Domini 1530 (nach 1. Sept.)

Ich glaube dem Luther werde Philippi Handlung nicht gefallen. Hat Philippus gross thun Luther und Zwyngel wären jezt nicht wider ihn. Gott gebe, dass Philippus dieses Weichen allein aus Blödigkeit thue. Gott erkennt alle Herzen.

(Philipps Landgraf zu Hessen.)

CXIII.

Capito ad Bucerum jussu Zuinglii, Oecolampadii et Casparis Megandri et sui ipsius.

Gratia et Pax. Carissime Frater. Quod *Lutherani*, ut scribis ad *Zuinglium*, contentionis materiam omnem facile sint omissuri habiturique satis abunde, nos Christum fateri non in pane, neque pani unitum, sed cum Sacramento h. e. sacramentaliter in coena praesentem nudae, ut Chrysostomus loquitur, menti etc. *Zuinglio* cum praestantioribus ministris *Tigurinae* Ecclesiae, *Johanne Oecolampadio Basileensi*, *Caspare Megandro Bernensi*, et mihi cum Symmystis nostris, majorem in modum placet. Quibus quidem nihil facile adoptatius contingere potest, quam cum tantis fratribus eundem Christum contestantibus pax tuta sinceraque concordia. Tamen etsi post *Marpurgensem* Conventum variae voces jactatae sunt, longe aliud atque aliter praedicantes, quam utrinque illic convenerat. Cujusmodi nos cum superioribus gestis omnibus Domino libenter condonamus, modo in posterum alii alios, amantius amplexentur, utrinque dicta et scripta candidius interpretentur, et membra esse ejusdem Christi censeant, dum fidem in illum et puram et solidam haud obscuris conjecturis utrinque colligere dabitur. Quod nos esse facturos, ut in nobis fuerit, praesentibus pollicemur. Nam libenter credemus, a Dominis ac fratribus *Lutheranis* hactenus non animadversum, nos Christum agnoscere in coena vere praesentem, vereque verbo distribuentem in mysterio corpus et sanguinem suum, quae dona credentium anima sola proprie accipiat, et cetera in hanc sententiam, quae missis ad *Lutheranos* articulis continetur, si fideli examine depensa fuerint. Sunt enim paulo implicatiores, neque satis firmae adversus calumniam, ut nobis videtur. Quemadmodum non solum ex singulorum sententiis huic epistolae adjunctis, facile observandum, sed etiam praeclare testantur, tam editi libri, quam Ecclesiae nobis ministris et spiritu magistro Eucharistiae veritatem edoctae. Ergo da operam, mi *Bucere*, ut institutam hanc telam feliciter absolvas. In nobis quidem nihil morae, nihilque simulationis erit, adeoque superiorum temporum, ne memoriam quidem superesse deprehendent. Quin mutuis officiis ardentique studio cursum illorum in Domino candide adjutabimus, et vicissim illorum subsidia vel bene ominantibus votis, si minus rebus ipsis contigerit, expectamus. Vale, *Tiguri* ex aedibus *Zuinglii* nostri hospitis. 4. Sept. 1530.

Quod si omnino *Philippo* [1]) et aliis videtur super certis articulis transigendum, etsi stabilior amicitia in Domino, quae libero spiritu nititur, quam quae quantivis ingenii humani cancellis continetur, habebis his inclusam schedam, quae duplicem rationem, alteram astrictiorem continet. Tu judica, utra illis accommodatior aequabiliorque futura sit. Quod si quid vel verbis vel sententiis ab hoc praescripto variandum, proprio nuntio *Tigurum* rescribas, ut omnium conscientia transigi possit, quo concordia in posterum firmior maneat, nam cauti timent offendicula pusillorum, alioqui satis fortes ad contemnendos inepti vulgus adversos rumusculos, quales a *Marpurgensi* conventu plurimos pertulerunt. Vale.

Capito nomine et jussu *Zuinglii*, *Oecolampadii* et *Casparis Megandri* et sui ipsius.

CXIV.

Zuinglius ad Ambrosium Blaurerum.

Gratia et Pax a Deo. Quae de Nobilitate dixímus [2]), ante paucos dies fere sic habent. Nobilitatem, virtute cum aestimaretur, rem inclytam fuisse. Cum vero imaginibus et Majorum recte factis censeri coepit, eo prolapsa est, ut maxima Nobilium pars non sit alia re, quam potando, scortando, aleando, dejerando, luxuriando, clara, qua re nihil unquam fuerit quicquam sceleratius. Secundo loco contuli Nobilitatem cum rusticis nostris, qui haec vitia sectando Nobilitatem ambiunt, quales sunt Pensionarii etc. Hos nebulones abjeci prae istis genere tantum claris, quod qui apud Nobiles fere educantur ab infantia, non pessime instituuntur, quantumvis degenerent, unde spes sit, aliquando redituros ad bonam mentem; de istis nihil bonae frugis, postquam conscelerati sunt, unquam sit sperandum. Tertio, ut semper soleo, sic excepi: Nimm dich dess nicht an, frommer Mann, atque addidi, scire me optimos esse, inter Principes ac Nobiles, viros, qui rem christianam et publicam justitiam restitutam in locum cupiant, longe magis anxie, quam quisquam. Postremo dixi: Nobilitatem atque rusticos diversis nonnunquam mediis ad idem scelus tendere. Ut cum rustici Evangelium recipiant, ut omne aes alienum omneque debitum vi antiquent. Et Nobiles Evangelium non recipiant, ne quid tyrannidi suae decedat; jam utrosque in cupiditatis barathrum incidere, mediis tamen diversissimis. Haec fuit summa. Sed hoc nimirum tantopere offendit, quod simul dixi, omnium excidiorum, quaecunque usu venerunt, populis atque urbibus, fere caussam fuisse Nobilitatem. Et plane sic res habet, si, quid Athenis, Carthagine, Romae, et postremo apud Pannonas factum est, consideramus. Verum ipse in hoc non sum, ut extinctam Nobilitatem cupiam, sed emendatam, atque quod ad rem christianam pertinet, in ordinem conductam. Cetera *Gregorius*. Vale cum *Zuiccio*

---

[1]) *Melanchthoni*.

[2]) Pro concione publica. Siml.

et fratribus universis, *Guilielmo* meo a *Cella* velim negotium exponas, nam otium scribendi non suppetit. *Tiguri* 6. Sept. 1530. Non relegi.

Huldricus Zuinglius, tuus.

CXV.

Georgius Hertwig Zuinglio.

Accepi literas tuas, doctissime *Huldrice*, tuo quidem nomine gratissimas; ceterum cum infensioris erga me animi visae sunt indices, maluissem accepisse, quales velim ab amico, et eo quidem amicissimo. Nam non solum inimicitiae, sed ne simultati quidem, tecum, quod in me est, locum sum admissurus. At unde haec scribendi occasio tibi accesserit, conjectura capio. Evenit ante mensem, aut hebdomadas sex, ut ad nos delati sint articuli sex quidam per Principes eos, qui divini verbi apud *Germanos* eximii Patroni habentur, inprimis videlicet *Saxoniae*, *Hassiae*, *Brandeburg*, *Anhalt*, Civitatumque nonnullarum Legatos, Caesari exhibiti, quorum non unus a Tua distat doctrina, id quod, cum de hisce rebus, sermo inter convivandum inciderit, familiariter locutus sum. Non quod Te, tuamque doctrinam, hisce carpserim; tam autem abest, ut Te, doctrinamve Tuam haereseos notarim, ut ab ipso nomine (praesertim si aliqui vulgari nostra Lingua utantur) abhorruerim semper, abhorreamque hodie, satisque constat, mortalium neminem ex me audivisse unquam. Ne autem me haec, praeter rem scribere, aut finxisse existimes, mitto Tibi praedictos, ex quibus haec locutus sum, articulos. Certum quoque mihi, Te ea esse praeditum sapientia, ut haec aegre non laturus sis, cum novorum cupidi, ubi quid afferatur, de his loquamur. Caeterum, monitorem Te, ita non respuo, ut mihi contigisse laeter maxime. Neque est, ut me *Salodori*, aut ego *Tiguri* Te convincam. Nam in re Theologica, caeterisque disciplinis a primis annis versato Tibi, cedo facile utpote mus Elephanto: Ego quidem aetatem hactenus in Reipublicae negotiis contrivi, satisque mihi sum conscius, id in literis esse erga Te, quod in Evangelica Historia Johannes erga Christum fatetur, indignum videlicet solvendi corrigia calceamentorum. Verum cum Tibi satis superque compertum, non esse haec spiritualia virium nostrorum, amicitiam tuam obtestatus rogo, ut liceat mihi de Sacramento Eucharistiae sentire id, quod Tibi ipsi peritissimisque Theologis *Madeburgi* [1]) placuit, ut videlicet quisque hoc sentiret, quod Deus, qui ob id implorandus, inspirarit, singulisque civibus publico optimatum hujus oppidi edicto concessum, nam tametsi *Lutherana* sententia (ut moleste non feras, precor) magis hoc articulo arrideat, ejus fui semper, sumque hodie animi, ut veritati, si quando me Deus gratia sua visitare dignabitur, aditum haud quaquam obstrusurus. Id quod delatores illos (cum solenne mihi sit) ut doceri haud renuam, dixisse oportebat, non perperam inter-

[1]) *Marpurgi.*

prefatos, quae sine convitiis ac simpliciter inter amicos dicta. Haec boni consulas, doctissime *Huldrice*, rogo, precorque obnixe. Vale optime. XI. Septembris 1530.

Georgius Hertwig, a Secretis Reipublicae *Solodorensis*.

Inscriptio: Doctissimo Huldrico Zuinglio, Tigurino Pastori, Domino et amico observando.

CXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Domi tuam in Job complanationem [1]) una cum Epistola reperi. Curabo, mi frater, ne lucubratio illa tua periclitetur. Porro, nulla hic nova nunciata, quam quod *Bucerus* scripsit, ea, quae Tibi, etiam mihi, et quia posteriores quae ad me scriptae Literae, hoc unum adjectum erat, quod Septeni illi, qui principio delecti ad quaerendas vias concordiae, postquam terni illi nihil profecerunt, iterum commissi sunt. At Evangelici quum plus ab eis expectatum sit, minus Papistis assenserunt. Atque ita perpetuo confunduntur veritatis adversarii. Vale et saluta familiam tuam omnem, una cum fratribus carissimis quorum humanitati nuper nobis exhibitae perpetuas gratias habeo. *Basileae* 13. Sept. 1530.

Reliquit *Hieronymus* meus pilleolum meum isthic. Remittetur per illum.

Oecolampadius.

CXVII.

Wolf Schall ad Zwinglium.

Submissus officia mea offero et plurimam salutem opto tibi, carissime Magister *Udalrice*. Tabellarium, quem *Augustam* ad *Argentoratenses* Dominos meos miseras, jussi tibi dicere, Testamentum a te mihi donatum, quum ex *Hassia* terra proficisceremur sororem meam sumpsisse, quae non minus est vere christiana. Jam tabellarius mihi dixit, te mihi aliud exemplum paraturum esse; sed quum accidisset, ut *Quirinus* hic *Augustae* esset et libros secum haberet, ex iis mihi exemplum Testamenti sumpsi, quod tu, velim, ei reddas. Quod officium de te, vir venerande, si possim, meriturus, et pretium ejus libri tibi soluturus sum. Nihil ultra, nisi me promptum esse ad tibi vita mea serviendum. Scripsi festinanter *Augustae* 14. Sept. 1530.

Wolf Schall, semper tui observantissimus.

117.

Wolf Schall an Zwingli.

Meine unterthänigen Dienst und alles Guts. Lieber Meister Ulrich.

[1]) Hoc scriptum *Zwinglii* non jam reperiri potuit.

Ich habe Euch entboten bei einem Boten, den habt Ihr zu Meinen Herren von Strassburg geschikt gen Augsburg, er soll Euch sagen, das Testament, das Ihr mir geschenkt habt, da wir aus dem Land zu Hessen sind geritten, habe mir meine Schwester genommen, die ist auch eine gute Christin, hat mir der Bot gesagt, Ihr wollet mich mit einem andern versorgen, so hat es sich eben zutragen, dass Quirinus hier bei uns zu Augsburg ist, und hat Bücher da gehabt, da hab ich ihm ein Testament genommen und bitte Euch, Ihr wollet ihm ein anderes zustellen. Das will ich um Euere Würden verdienen, wo ich gut bin, und Euch wieder bezahlen. Nicht mehr, denn Euch zu dienen wär ich bereit mit meinem Leib. In Eile. Augsburg auf den 14. Herbstmonat 1530.

Wolf Schall, Euer unterthäniger Diener allzeit.

CXVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Gaudeo Tibi probari nostram de Excommunicatione vel disciplina ecclesiastica instituenda, imo reducenda, rationem, qua, ut res nostrae habent, non video, quomodo carere ea non sit periculosissimam. Intolerabilior enim erit Antichristo ipso Magistratus, qui Ecclesiis autoritatem suam adimit. Magistratus gladium gerit et recte quidem. At Christus Medicinam et Pharmacum dedit, quo curemus fratres lapsos. Si Ecclesiae manserit sua dignitas, adhuc lucrifacere poterit, admonitionis suae remedio, etiamsi Satanae tradat in carnis interitum, sin rei omnes Magistratui sint offerendi, aut Magistratus gladium suum hebetabit aut inutilem prorsus reddet, paucis vel multis parcendo, aut saeviendo Evangelium invisum reddet. Ad haec, non emendabimus, sed prodemus fratres, quos Magistratui deferemus. Non dixit Christus si non audierit, dic Magistratui, sed Ecclesiae. Non excludam propterea nostros Proceres ex Ecclesia cum *Catabaptistis*. Sed ipsorum functio alia est ab ecclesiastica, multaque ferre et facere potest, quae puritas evangelica non agnoscit. Tolerat Judaeos cum suis privilegiis, connivet, ut sint prostibula, plurima ad majora mala cavenda impunita permittit, quae tamen Ecclesiae placerent minime. Unde mi frater, multa subinde me movent, ut videatur plane officii nostri esse, Ecclesias nostras hortari, ut claves recipiendi excludendique a Christo sibi traditas non negligant. Mitto autem Tibi exemplar orationis meae quam fratrum nomine, coram senatu, post proxime exactam Synodum habui, ut mentem nostram totam habeas. Ceterum quod Tu optas, communi omnium Ecclesiarum nostrae civitatis consensu recipi, quo et major accederet autoritas, vellem et ego posse impetrari, et nescio, an aliud magis salubre et necessarium Ecclesiis nostris contingere queat, atqui multa me terrent. Pleraeque enim tarde et aegerrime consentient, causaturae novam papisticam tyrannidem, ubi nihil minus est. Pleraeque negotiationibus suis timebunt. Fortassis quaedam omnino respuent. Scio quam parum christianas voces jactarint

quidam *Bernenses* et *Argentinenses* cives, quasi inde patriae excidium immineat, quum tamen ne minimum quidem sit periculum, si recte intelligatur negotium. Veruntamen haec non magnopere erunt curanda, nam si esse, quod praedicari voluerint Civitates christianae, nequaquam Christi praeceptis repugnare poterint, et vel cum aliis recipient hanc ordinationem, vel statim sequentur. Tela itaque sic texenda erit. Indicatur, quamprimum per opportunitatem fieri potest, Conventus Civitati christianae, in quo cum aliis negotiis de hoc quoque deliberetur ac decernatur, ubi quaeque urbes, vel cum uno ex praecipuis suis concionatoribus, vel consilio in hanc caussam a concionatoribus condito compareant. Possent autem praetexi caussae matrimoniales et aliarum ceremoniarum varietates, quas expediret uniformiter dirimi et servari. Interim fratres in singulis urbibus monendi, ut caussam Excommunicationis pure pro suggestu tractent, tanquam Ecclesiis utilem, et quodammodo necessariam. Quoniam autem *Basileenses* jampridem dereverunt, recipiendam, et adhuc cunctantur, nescio an in alios respicientes, vel caussae parum fidentes, nos certe, qui hic sumus, cogimur illos inhortari, ut pergant. Si tamen spes foret, quod ceterae civitates eandem ordinationem recipere paratae essent, posses tu per Senatum tuum facile impetrare, ut nostro Senatui scribat, intellexisse se, quomodo decreverint nostri instituere Disciplinam vel Excommunicationem ecclesiasticam, juxta Verbum dominicum: Rem laude quidem dignam, et a se non improbatam. Esse autem et sibi in votis, ne in suis quoque Ecclesiis aliquid desideretur, et proinde hortari, ut interim rem usque in proxima Comitia suspendant, quo liceat simul et in hac et in aliis rebus Ecclesiae uniformiter agere, nolle tamen ut propterea quicquam, quod in dedecus Ecclesiae cedere queat, interea impunitum maneat. In hanc sententiam si Senatus *Tigurinus* scriberet, certum est, nostros cunctatores non properaturos, etiamsi nos strenue incitemus. Quamvis ubi intellexerimus vestras Ecclesias sic affectas, etiam ipsi cessare aliquandiu a nostra extimulatione, nobis imperantes, poterimus. Proinde Tu, ut res habeat, significabis.

De Scholis instituendis et educandis pueris Ecclesiarum stipendio, item libello supplici *V Pagorum* Legatis offerendo, fideliter indicavi Consuli et Tribuno, quum redirem. Illi per se hoc egerunt coram Senatu, ut de hac re non frustra proposuerimus, tametsi qua ratione haec commodissime fiant, adhuc nondum discusserint. Posset in Conventu christianae Civitatis super his plenius deliberari. Res enim est magis ardua et necessaria, quam ut quae vulgariter tractetur. Libellum supplicem ad *V Pagos*, breviorem vellent, *εἶναι τὸ δεῖ τῷ μείζονι οὐκ ἀρέσκον*. Mitterem, quae *Bucerus Argentorato* scripsit, sed non descripta sunt, nec talia, quae magni sint momenti scire. Descripta tamen mittam. Salutem dic uxori ac liberis, *Pellicanoque* ac *Leoni*, cum quibus orationem lege et expende, libereque meneto. Vale. *Basileae* 17. Sept. 1530.

Tuus *Oecolampadius*.

CXIX.

Paulus Rhodocomus [1]) ad Zwinglium.

Gratia et Pax per Christum. Domine benevolentissime, eximie et frater in Christo. Mihi nuntiatum est ab hominibus fide dignis, tibi maxime displicere quae nuperrime de Magistro *Valentino* [2]) tibi scripsi, etiam alia scripta mea et conciones sacras, quasi is sim, qui *Glaronenses* rursus vi sub jugum Mosaicum mittere velim et quidem ita ut verendum sit, ne magnum dissidium oriatur inter incolas pagi; ideo quod tibi scripserim, *Valentinum* nolle, ante omnia in causis judicialibus eam justitiam respici, quae solo ex Dei verbo et ejus legibus discitur, et ex ea judicari. Quas literas quidem te ita intellexisse et accepisse sentio ut omnibus viribus et fortasse laudis causa imperio Mosaico quocunque modo possim instituendo instem, quasi nulla via Dei leges sequendi, nisi interpretatio Mosaica reperiri possit, quae tamen etsi accipiatur in omnibus causis non omnes res satis explicet. Has igitur literas meas vereor ne quis malevolus, qui et eas et conciones parum intellexerit, et magis ollas Aegyptiacas quam Manna amet, adjuverit, et me eum accusaverit, qui severe et acerbe, etiam perperam leges praecipiam et clamen, etiam me in omnibus rebus praepropere agere et modum excedere, ut verendum sit, ne vel prompti manum rursus ab aratro retrahant; eundem me eas res incipere, quas nec tu quidem unquam inceperis; verbo, me ovibus aquam turbare et omnes res pervertere, sola de hac causa, ut doctissimus et fortis aestimer. Quorum si merito accusatus essem, non iniquum esset, ea tibi de me referri, sed etiam me ex terra pelli. His igitur tibi a benevolis indicatis tacere me non decuit, ne qui innocens sim, reus suspicerer, sed potius innocentiam et bonam voluntatem meam etiam probis et Domino notam tibi profiteri. Itaque ad illam accusationem haec respondeo. Magister *Valentinus*, siquidem mentem ejus satis intellexi, Magistratui, non respectis legibus Dei ad imperandum et leges ferendas habenam omnino remisit, allato dicto Pauli Rom. 6 „non sumus sub lege". Ad quod respondi: „Igitur fornicatio, furta, caedes aliaque scelera impunita erunt". Quamquam pluribus verbis usus sum, quae tibi quaestor noster [3]) qui has pertulit narrabit. Hic animadvertas, mi Magister *Udalrice*, quid sibi velint, qui dicunt: me novas leges ferre, et intelligas, quo dolore affecti sint. Dico etiam, Magistratui non licere contra has Domini leges alias facere. *Joannes Wichser* quaestor et alii saepe me rogaverunt, ut summam causarum judicialium congererem ex Mosis libris, quibus morem gessi. Eo autem neque Senatum neque populum coegi, ipse populus in conventu suffragiis decrevit, codicem pagi Dei verbo accomodare; praeterea iis minime probatus sum ut peregrinus. Quamobrem in ea summa postremum, pro simplici mea intelligentia, de poenis aliisque rebus judicium meum protuli, quem libellum autem Domini mei nunquam

---

[1]) *Rassdorfer.*

[2]) *Tschudi.*

[3]) *Joannes Wichser*, qui in primis reformationem adjuvit in pago *Glaronensi*.

legerunt. Acerbae conciones, quibus nusquam aliter ac domi utor, non acerbiores sunt ac opus est. De qua re quaestorem interrogare velis. Quin nullus discipulus vel pauci sunt, qui non virgam oderint et ludimagistro interdum injuriam afferant. Severitate utens vitia sustuli, quae ridenti restitissent. Reputa quae tibi quotidie non magis nocenti afferantur et allata sint. Si peccaverim vel erraverim, tu, Magister *Udalrice*, mihi, non dicam scribere, sed digito nuere velis; me enim doceri patiar; et te per Deum rogo, ut nemini me accusanti indicta causa credas, et alienatum animum, si est, quod autem non vereor, abjicias. Justitiae per Deum non per gloriam studebo, quatenus Dominus me adjuverit. Submissus me tibi commendo. Actum in *Rüti* 17. Sept. 1530.

Paulus Rhodocomus (Rasdörfer) tibi deditissimus.

De aliis rebus quarum accusatus sum pro me qui has pertulit causam dicet.

119.

Paulus Rhodocomus an Zwingli.

Gratia et Pax per Christum. Freundlicher, besonderer Herr und in Christo Bruder. Mich langt an durch glaubwürdige Personen, wie Ihr ab meinem jüngst beschehenen Schreiben, Euch von wegen Meister Väletin gethan, auch andern meinen Schriften und Predigen ein sonder hoch Missfallen tragen, als ob ich der sei, der die von Glaris wieder unter das Mosisch Joch, auch mit Sorg der Landleuten grosser Uneinigkeit jagen und zwingen wolle, darum dass ich Euch geschrieben, der Vältin wolle nicht, dass man sich aufs nächst in den Gerichtshändeln auf die Gerechtigkeit, die allein aus Gottes Wort und seinen Geboten erlernt werde, lugen und richten soll. Welches Schreiben (als ich spüre) Ihr auch dermassen gefasst und verstanden, ich dringe mit Gewalt und etwa um Ruhms willen allermassen auf die Mosisch Regierung, als ob sonst kein Weg gefunden möchte werden, den Gottes Geboten nachzugehen, dann allein die Mosische Erklärung, die aber auch, ob sie schon würde angenommen, in allen Händeln nicht genugsame Erläuterung thut auf alle Sachen. Diesem meinem Schreiben ist (als ich besorge) etwa eine ungünstige Person, die meines Schreibens und Predigens wenig Verstands getragen, auch zu Hilf kommen, mehr die Egyptischen Häfen dann das Manna geliebt, mich als einen strengen und rauhen, auch irrigen Gesezprediger und Belfer ausgegeben, wie auch ich alle Dinge zu gach und scharf übertreibe, dass zu besorgen sei, dass auch die Gutwilligen die Hand wieder von dem Pflug ziehen werden; unterstehe mich auch solcher Sachen, deren auch Ihr Euch nie unterstanden, und Summa, ich mache den Schafen das Wasser trüb und stürze alle Dinge zu Haufen, um der Ursach willen allein, dass man achte, ich sei hochgelehrt und tapfer. Wo ich in solchem mit Wahrheit beschuldigt würde, wäre es nicht unbillig, dass man mich in Euch vertruge, sondern gar aus dem Land stiesse. Auf solche treuer Personen Eröffnung hat mir zu schweigen, auf dass ich nicht

schuldiger, der ich unschuldig bin, verdacht würde, nicht gebührt, sondern mehr meine Unschuld und Gutwilligkeit, die auch den Rechtherzigen bekannt und dem Herrn, Euch entdeke, und sage und antworte auf solche Anklagung also. Meister Vältin, hab ich anderst ihn recht verstanden, hat der Oberkeit, ohne Anschauung der Gebote Gottes, zu regieren und Geseze zu machen, den Zaum ganz frei gelassen, darauf gesezt den Spruch Pauli Röm. 6: „Wir sind nicht unterm Gesez." Darauf ich geantwortet: „So muss Hurei, Diebstahl, Todschlag und andere Laster frei ungestraft bleiben." Wiewol mit mehr Worten, deren Bericht von unserm Sekelmeister, Zeiger dieses Briefs. Hie merket mein Meister Ulrich, was die begehren, die von mir sagen: Ich mache neue Sazung; möget Ihr wissen, wo ihnen weh ist? Also sag ich noch, dass eine Oberkeit nicht frei ist wider diese, des Herren Gebote, Sazungen zu machen. Hans Wiehser, Sekelmeister, hat mich zu mehrmalen bittlich ersucht, auch andere mehr, Ihnen aus dem Mose der Gerichtshändeln einen Auszug zu machen, denen bin ich willfährig gsin. Habe aber damit weder Rath noch Land gezwungen, sie selbst, die Landleute habens ermehret an der Landsgemeind, das Landsbuch Gottes Wort gleichförmig zu stellen, zu dem ich auch ihnen gar nicht hab gefallen, nachdem ich ein Ausländer bin, so habe ich mich in demselben Auszug zu hinderst, nach meinem einfaltigen Verstand, der Strafen halb und anderer Sachen erklärt und haben aber Meine Herren solches Büchlein nie verlesen. Die rauhen Predigen, die ich nienen anders dann daheim brauche, sind nicht rauher dann die Nothdurft heischt. Darum fraget den Sekelmeister. Ja es ist keiner, oder selten ein Schüler der nicht die Ruthe hasse und den Schulmeister zu Zeiten lästere. Ich habe Laster mit Ernst dannen gebracht, die sich mit Lachen erwehrt hätten. Gedenket was man Euch täglich, auch unschuldig gethan hat und thut. Fehle oder irre ich, Meister Ulrich, nicht schreibet mir, sondern winket mit einem Finger, ich will mich weisen lassen, und bitte um Gottswillen, wollet keine Anklag auf mich unverhört annehmen, und den Unwillen, wo einer, dessen ich aber nicht besorge, vorhanden, ablegen. Der Gerechtigkeit um Gottes und nicht Ruhms willen, will ich mich fleissen, soviel mir der Herr Gnad giebt. Ich befehle mich Euch unterthäniglich. Actum Rüti 17. Sept. 1530.

Paulus Rhodocomus (Rassdörfer)
Tibi deditissimus.

Anderer Sachen halb, darum ich angeklagt bin, wird mich Zeiger des Briefs verantworten.

CXX.

Dionysius Melander Zuinglio.

Salutem. *Zuingli* doctissime. Literae tuae me plurimum exhilararunt. Ardentissimo enim voto de Ecclesiarum concordia quid audire cupivi. Faxit Christus, princeps pacis, ut omnia ad ejus gloriam et

Ecclesiarum fructum componantur. Amen. Post tuas mihi redditas audio *Capitonem* et *Oecolampadium* super hac re Tecum *Tiguri* habuisse Colloquium. Si quid quod me scire operae pretium existimas, actum est, me obsecro certiorem redde. Quae usus postulat, a me scribi petis. Agerem profecto non illibenter Tibi morem, si quid certi haberem, quod ad Te perscriberem. Quae enim hic narrantur, tam inconstantis sunt famae, ut etiam referre pudeat. Tamen quod Te scire aequum judico unum est. *Pomeranus* hic nundinis evulgavit Commentarium in 4 Cap. 1 Ep. ad Cor., in quo satis invidiose tractat rem Coenae, et Te quoque de peccati origine et aliis nominatim perstringit. Tempus legendi defuit in nundinis. Tuo judicio committo, quid faciendum sit. Indicasse me his occupationibus satis esse judico. *Justus Jonas* e *germanica* in *latinam* linguam vertit Enarrationem *Lutheri* in *Jonam* Prophetam, qui et ipse in Epistola nuncupatim incessivit, ut vocant, Sacramentarios. Vide mi *Zuingli*, quid moliantur isti homines. Verum non haec scribo, ut Te non vera docuisse sentiam, sed ut scias, quibus viis eis sit occurrendum, quanquam nihil optabilius pace, hac potissimum tempestate, mihi esset, neque dubito, quin etiam me tacente ultro facturus sis, quae pacis et aedificationis sunt. His in Domino bene vale, et Dominum pro me ac nostra Ecclesia ora, quod pro Te et ipse facio. Iterum vale. *Francofurdi* 18. Sept. 1530. Extemporaliter.

Dionysius Melander tuus deditissimus.

CXXI.

Bucerus Zuinglio.

Salve. Quamlibet miris artibus Satan conjungere hactenus conatus sit, quos oportet esse disjunctissimos, nempe Filios lucis et tenebrarum, nondum tamen successit. Imo nunquam adhuc tantum inter se disjuncti fuere, Legato *Pontificis* tyrannidis restitutionem a *Caesare Bononiae* jurejurando promissam, ut ferunt, urgente improbius, quam antehac unquam. Gratia Christo, qui suos vel invitos e mundo seligit imo eripit. Statutum erat Electori heri, hodie proficisci. Id si succedat, proficiscor una. Nihil tamen in concordiae negotio admisserus, quod me non deceat. Nullos enim vulgari articulos sinam, quos non visos ipse approbaveris. Velim autem hic Tu mecum, non stultitiam unius aut alterius, a quo tamen permulti boni cordatique pendent, sed tam numerosam Christi Ecclesiam, quae revera nobiscum hoscia sentit, consideres, cui plus quam dici queat, sublato hoc dissidio commodaverimus. Qualesquales enim sumus, si hic juncti ipsis fuissemus, non dubito fortius multa gesta essent, qui habiti rejectitii tamen aliquid per Domini gratiam apud nonnullos effecimus. Certe quo causa potiores sumus, eo plus decet illis deferamus, si in viam aliquando reducere eos possemus. Quare magno redemptum vellem, te non ita ob oculos habere paucorum indignitatem, ut veritatem multis bonis quoque odibilem redderes. Nam etiam ubi deest occasio arripis *Lutheranos* mordicus.

Negant Sacramenta conferre gratiam, etsi in contentione affinia huic errori loquantur, et Tu illos cum Papistis conjunxisti in responsione ad convitia *Eccii*. Item plus quam odiose proscidisti illos, et in praefatione ad Principem *Cattorum* [1]). Quem insignem et immortalitate dignum librum haud debueras infausta hac praefatione invidiosum reddere. Tum poterant et alia quam de Eucharistia exempla adduci in ipso opere. Crambe toties repetita, plus quam mors est. Satis pridem hac de re disputatum est iis, qui possunt capere. Quibus hoc nondum datum est, tantum bilis istiusmodi scriptis movetur, et ab aliis plausibilioribus nostris scriptis, quae sic istos nobis conciliare poterant, ut citius et Eucharistiae veritatem a nobis reciperent, abalienantur. Tum vehementer miramur, quid Tibi eo volueris, quod *Cattum* certum esse scribis nostri dogmatis, et sancta eum id hypocrisi dissimulare. Vel probas enim hoc consilium vel non probas. Si probas, ut prae Te fers, jam prodidisti illum, ne amplius ille queat prodesse, quod in eo tantopere laudes. Si non probas, et cujus ad apertam illum confessionem perpellere, poteras certe id aliis, et Te et illo dignioribus rationibus efficere, praesertim hac tempestate, cum ille supra quam credi queat, flagret invidia omnium fere Principum, etiam exterorum. Si jam aliis hac ratione illum pro exemplo, et, ut scribis, portu quodam producere voluisti, quid si ipse testetur orbi, te falsum scripsisse. Nam non dubito, eum hic virum amicis quibusdam dixisse, se neque *Lutheri* neque tuam sententiam capere posse. Crede experto, innumeri sunt optimi, et judicio acri praediti, quibus tamen verba ista Domini: Accipite, edite, hoc est corpus meum: sic negotium exhibent, ut licet, ducente analogia fidei, corporalem manducationem Christi non recipiant, nequeant tamen non adfirmare, vere praesentem in coena Christum, veniantque eo, ut cupiant nihil de eo disputari, quomodo adsit, corporaliter vel spiritualiter. Nec enim possunt videre, quantum fidem aedificet hic clare veritatem exponere. Sic tenet illos religio verborum Domini et offendunt irreligiosae multorum voces, qui nostri videri volunt. Quid autem Tu his facies? Pii sunt ex asse, et in negotio Domini multi, qui nostra vehementer propugnant, ferventiores. Indubie noles eos abjici, noles negligi. Cum itaque fatentur hi solam fidei manducationem prodesse, et nullum Eucharistiae usum, quam quem verba Christi exprimunt, admittendum, tum in omnibus reliquis nobiscum faciunt, quaeso, an non putes his multum deferendum, dandamque operam, ut eos nobis penitus conciliemus, maxime cum videamus, eorum duces non esse, quantum oportebat, strenuos. Per communem itaque Christum Te oro et obsecro, mitte posthac istos tuos morsus, ne paucorum Te stultitia permoveat, ut plurimos sinceriter Christianos et optimos fratres, non tam a nobis, quam ipsa veritate alienes. Sunt vere tot integerrimi homines, qui nondum plene nobiscum sentire possunt in negotio Eucharistiae, facillime autem huc adducerentur, si illis conjuncti essemus, ut non dubitem, si Tu hos subinde audires, et propius nosses, tanti Tibi foret eorum amicitia, ut ungues diligentissime contineres.

---

[1]) Libri de providentia Dei, scr. 20. Aug. 1530.

Ceterum scito, Principes mascule *Caesari* respondisse postridie natalis Divae Virginis [1]), atque illi negasse, ut de mediis ulterius tractaret, ad quod ipse sese obtulerat. Interea iterum quaedam tentata sunt. Sed non successit. Jam autem, dum Legatus improbius urgeri *Pontificiae* tyrannidis restitutionem coepit, spero minus jam concordiam Principum cum Pontifice metuendam, quae certe citra jacturam veritatis nulla expectanda est. Bellum jam nobis metuunt etiam ii, qui antehac dejerabant, *Caesarem* hac de caussa nullum moturum. Nam dum inter tractandum de mediis, quaedam nostri in specie pacis caussa concesserunt, quod nunc, dum vident ea alio rapi, retractant, idque tantum selecti arbitri (nam media ab his praescripta nemo adhuc Principum, praeter *Georgium Brandenburgensem* recepit) *Caesari* persuasum est, nostros sibi non constare, quem misere quoque solicitant Episcopi et Legatus, perpetuo ei objicientes tot tantasque victorias, quas illi Deus ob id contulerit, ut Ecclesiae suam dignitatem restituat, haeresibus sublatis. Movet postremo eum, quod hac caussa *Hispanias*, non sine suo incommodo, item *Italiam*, uxorem et liberos reliquerit, homo pacis quam belli amantior, et plane nihil ambitiosus. His ita accenditur, ut, licet nihil minus velit, certo tamen jam multi qui circa eum sunt, existiment, bello nostros petiturum. Nuper ita incanduerat, ut diceret: Restituam Ecclesiasticos, vel non appellabor *Carolus*. Sunt Episcopi et alii, qui a bello dehortentur, sed non valent tantum, quantum *Hispania* et *Italia*, quidam Episcopi, tum etiam *Pontifex*. Jam addunt oleum camino male conciliati quidam Principes, si vera narrantur. Pauci quidem hi sunt, sed apud Caesarem pluribus praestant. Sed utcunque Dominus de nobis statuerit, tantum liberet nos a mala cum Pontifice concordia. Nunquam me dejiciunt, quae de bello narrantur, et si sciam viribus humanis nos plane consistere non posse, dejiciunt autem vehementissime, quae subinde afferuntur de mediis concordiae. His enim scio offendi nobis Deum, bello autem, si petamur, propter veritatem scio nobis Deum tanto fore placatiorem. Bene vale, et quae de continendis aculeis scripsi, obsecro boni, fretus enim tuo incomparabili candore ita tibi scribere soleo, ut qui mihi nescias irasci. Ich gemeins auch wahrlich gut, et ompia in gloriam Christi. Res in *Hungaria* hactenus habent tolerabiliter, et si *Turcam* quidam minentur. Milites ex *Italia* veniunt. Quidam ajunt mittendos ad *Hungaros*, quidam alio. Venerunt et ex *Hispania* in *Brabantiam* plus minus mille pedites. Dominus doceat nos sibi fidere et vivere et optime cadent omnia. *Augustae* 18. Sept. 1530. Salutant Te Legati nostri.

Inscriptio:

Domino Valentino:
— — man Canonico
— Munster patruo
suo observando.

---

[1]) 9. Sept.

CXXII.

Zuinglius Vadiano.

Gratiam et Pacem a Deo. Si potes, clarissime Vir, hanc epistolam protinus ad *Bucerum* transmitte, si minus, occasionem expecta. Non enim scribo, quae expensis sint graviora. De Excommunicatione quaedam nuper disputavimus, cum essemus congregati. *Oecolampadius* rationem quandam ostendit, quae fratribus tum non magnopere placebat, at mihi magis ac magis arridet. Referam nunc in isto Conventu [1]) nostrae sententiae summam ad Urbium Senatum. *Aurelii* istius, qui a *Catabaptismo* resipuit, librum legit *Utingerus*. Vir, ut scis, gravi judicio. Is ut non improbat, quae de infantium baptismo adferuntur, ita non probat, quod de Magistratu, jurejurando, ceterisque quae ab istis tumultuose controvertuntur, nihil dixerit. Cumque novi prorsus nihil adferatur, quod non sit prius multis a multis dictum, veretur librum fore invendibilem, et ob eam rem a chalcographo, cum domum redibit, neglectum iri. Scribit *Aurelius* ipse ad Te. Mihi videtur homo ad inertiam otium spectare potius, quam ad honestum. Salvi sint *Christianus* atque alii fratres ac Domini. Vale, et si es in itinere, commenda quibus opportunum est, transmittendae epistolae negotium, cujus legendae copiam Tibi facio. *Tiguri* 22. Sept. 1530.

H. Zuinglius tuus.

CXXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Nihil novi, quod nunciem habeo, mi frater, expecto autem, quid Tu ab *Augustanis* acceperis. Suspicor sane, *Lutherum* atque *Melanchthonem* nostram sententiam non recepturos, quantumvis *Bucero* spem fecerint. Certe Syngrammatarii plerique in *Cheruscis* adhuc strenue in nos clamitant, praedicentes, nos tandem confundendos. At confundentur, quotquot non posuerunt Deum protectorem suum. Nobis nunquam placuit mendacium. Habes hic Epistolas *Martini* ad *Philippum* [2]) satis masculas, utinam magnanimitati huic, synceritatem judicii in aliis adhiberent. Jam si illi tam confusa docenti, tanta est constantia, quanto minus nihil erit, quod nos terrere debet. Nam quamvis multa in plebibus nostris adhuc desideremus, apud Christum judicem, id si strenue adhortari pergimus, nihil nobis incommodari poterit. Excommunicationis caussa iterum coram Senatu nostro ventilatur [3]). Quum alioqui negligentius animadvertat in facinorosos, qualem relinquet Ecclesiam, si irritabit et id, quod tam sancte Christo consuluit. In quo salietur, si et sal infatuatus fuerit. Vult Christus

---

[1]) Urbium Christianarum. Simi.

[2]) Lutheri ad Melanchthonem.

[3]) v. *Oecolampadii* orationem de excommunicatione in epp. Oecol. et Zwinglii I, 42 sqq.

victimam omnem sale conditam, et Paulus ἄζυμον Pascha. O miseram Ecclesiae faciem, si fermentum efferri prohibeatur, si in Castris Israel impudentes oleum fecerint. Expende igitur, mi frater, bene, quod nuper per *Thomam Blatterum* scripsi et misi. Vale et saluta *Pellicanum*, *Leonem*, *Wernherum*[1]), *Collinum* et *Ammianum* et imprimis *Ulricum Funkium* atque domum tuam omnem. Iterum vale. *Basileae* 25. Sept. 1530. Tuus *Oecolampadius*.

CXXIV.

Henricus Winkler in Sax.

Gratiam et pacem nobis det Deus per unigenitum suum filium Jesum Christum. Carissime Magister *Udalrice*. Non ignoras quam repugnationem aliquamdiu passi simus a vetere praefecto *Joanne Egli*, quam rem quidem questi sumus coram Consule et Senatoribus *Turicensibus*. Quo facto Domini mei nuper scripserunt praesenti nostro praefecto, ut *Joannem Egli* quem commmemoravi nisi a singularibus suis rebus et artibus desistere voluisset, caperet et se rei certiores faceret. Quarum literarum Dominorum meorum *Joannes Egli* certior factus est, fortasse, ut puto, per ipsos Dominos meos *Saxenses*. At ex eo ita locutus est, ut nusquam in publicum prodire auderet; quamquam semper rebus malis studuit, scilicet nuper nonnullis domibus nec minus iis, qui Castellum habitant, literas sigilli fide obsignatas ab Imperatore attulit, quibus persuasit, ut non ad *Lutheranum* Dei verbum se converterent, neque eos cogendos esse. Agricolae autem quibus discordia minime placet, sed qui pacem et quietem habere malunt, si Deus dederit, noctu eum captum exierunt et comprehenderunt; quod te scire voluerunt, ut si opportunum fuisset, id gratum sibi fieret ut tu, qui divinos honores defendis et omnem justitiam adjuvas, operam des, ut homo ille avertatur a cervicibus nostris, neve cauda vulpina feriatur. Nisi enim severitate usum erit, diutius hic manere non potero, quamquam libenter nihil parcere velim neque vitae neque bonis ad Dei verbum adjuvandum etiam communem justitiam. Etiam patriae meae utilitatis causa, nisi agatur severe a *Turicensibus*, desistere cogar, qui minus gravis et prudens sim, quam ut his hominibus resistere possim. Tu igitur, si fieri potuerit, nobis consulere velis. Scito etiam, Deum Maximum acriter virga in nos uti. Te igitur per caritatem fraternam precamur, ut Deum pro nobis ores. Turba adversariorum hastis, securibus et sclopetis armata venit captum nobis ereptum. Deus iterum fecit ut fortiores essemus. Vale. Scripsi festinanter noctu 25. Sept. 1530.

Henricus Winkler in *Sax*.

---

[1]) *Steiner*.

[2]) Senatus *Turicensis* ad Baronem *Udalricum a Hohensax* priori anno literas scripserat, quibus eum graviter correxerat et vituperaverat, quod, cum ab ecclesia *Saxensi* decretum esset, ut ornamenta ecclesiae et imagines tollerentur, fieri passus esset, ut *Joannes Egli* et *Vitus ab Heyden* sacrorum custodi claves eriperent et eas res auferrent.

124.

Heinrich Winkler zu Sax.

Fried und Gnad verleih uns Gott durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum. Lieber Meister Ulrich. Euch ist wol zu wissen der Widerstand, so wir jezt eine Zeitlang erlitten haben von dem alten Statthalter Hans Egli, dessen wir uns auch erklagt haben vor einem Burgermeister und Räthen bei euch zu Zürich. Haben meine Herren geschrieben unserm jezigen Statthalter, wo der Mann (jez gemeldt Hans Egli) nicht von seinen seltsamen Händeln und Praktiken wolle abstehen, sollte er ihn gefänglich annehmen und sie dann des Handels berichten. Dies meiner Herren Schreiben ist Hans Egli inne worden. Ich achte vielleicht durch meine Herren von Sax selbst und hat sich geäussert seither, also dass er nienen öffentlich sich hat dörfen lassen sehen, hat aber immerdar Unglück nachgestellt, nemlich jezt neulich etwelchen Häusern samt dem Schloss Brief und Sigel erholt von Kaiserlicher Majestät dass sie nicht müssen zu dem Lutherischen Gotteswort, man soll sie auch nicht nöthen. Die Bauern aber, denen Uneinigkeit nicht genehm sein will, lieber auch Fried und Ruh hätten, sofern Gott vergönnt, sind auf ihn gegangen, haben ihn ausgegangen bei Nacht und gefänglich angenommen, und fügen Euch solches zu wissen, ob es sich fügte, dass Ihr als wol thätet, als ein Handhaber göttlicher Ehren und Förderer aller Gerechtigkeit und daran wäret, dass dieser Mann uns ab dem Hals werde genommen, und nicht mit einem Fuchsschwanz geschlagen. Wo nicht Ernst da gebraucht wird, weiss ich nicht länger zu bleiben, wiewol ich gern nichts wollte sparen weder im Leib noch Gut, zu fördern das göttlich Wort, auch gemeine Gerechtigkeit zu Gutem auch meinem Vaterland wo nicht mit Ernst gehandelt wird von Zürich her, werde ich zwungen abzustehen, denn ich denen Leuten zu kleinfüg bin und zu schlecht Widerstand zu thun. Mag es Fug haben, helfet und rathet. Ich füg Euch auch zu wissen, dass der Herr Gott so hart mit der Ruthe unter uns ist. Seit aus brüderlicher Liebe gebeten, Gott für uns zu bitten. Der widerwärtige Haufe ist mit Spiessen, Hallbarten und Büchsen kommen und haben uns den Gefangenen wieder wollen nehmen. Gott hat aber gefügt, dass wir die Handfesteren waren. Vale. Dat. am 25. Sept. 1530. Eilends bei Nacht.

Heinrich Winkler zu Sax.

CXXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Obtemperatum est a me Tibi et a Senatu *Basileensi* tuo. Veni *Aroiam*, auditus sum patientissime, rem exposui, ut volebas. Admonui, discrimen esse magnum inter Magistratum secularem et autoritatem Ecclesiae quamquam sit illi necessaria sua dignitas. Nec dubito, quin, si offerant Tibi libellum actionis meae, diligenter acturus sis, quod in usum Ecclesiae pertinet, et non opus Tibi

admonitione. Tria petii. 1) Ut in hac re *Basileensium*, imo Christi praecepto accedant. 2) Dein si id minus integrum, ut ex singulis Urbibus Civitatis christianae mittantur praedicatores additis Legatis, qui juxta verbum Dei rem omnem dispiciant, ut, quod melius est, eligatur. Conveniant autem *Basileam*, propter *Argentoratenses*. 3) Si nihil tale impetrare possumus, non traducantur *Basileenses*, si ipsi, quod juxta Verbum Dei est, persequantur. Nihil indigne petitum est. Utinam respondeatur pari aequitate. Quid sperandum sit, quamprimum certior fieri cupio, *Bernates* vereor magis abhorriturос, quoniam nupera Synodo publice testati sunt, quod suam autoritatem in manus Magistratus tradiderit. Quae mihi servilior vox esse videtur, quam ut Pastores deceat christiani gregis. Nescio an *Megander* nos parum intellexerit, qui suis persuasit, quasi non possint nunc melius res Ecclesiae institui. Igitur cum ipse, tum *Berchtoldus* monendi sunt, ut rem melius considerent. Videtur mihi Legatus illorum *Negelinus* tenere mentem nostram, nisi fallat. Certe nos *Basileae* jam confeceramus negotium, nisi supervenissent Senatus vestri Literae, tanto impetu dominico die concorditer declamatus fuit, ne perpetuo, quod semel decrevit Senatus, praestare cesset. Quod si aliquos habituri sumus socios, utile fuerit, sisti cursum nostrum aliquandiu, tametsi Ecclesiae nostrae ratio aegre caritura est hoc remedio. Nihil dum audimus, quid *Bucerus Augustae* cum *Melanchthone*. Scribes per filium consulis nostri, quid me agere velis. Saluta uxorem cum liberis, *Leonemque* ac *Pellicanum*. Vale. *Aroiae* 27. Sept. 1530.

Tuus *Oecolampadius*.

Dominus Bannerherr [1]) mea sententia bonus vir, dicet Tibi, quid actum sit, nam quomodo propositio mea placuerit, scire non possum, nam mecum a concilio digrediebat Senator meus.

CXXVI.

Capito Zuinglio.

Salutem. Praesentibus inclusis intelliges, quid nunc geratur *Augustae*, id scilicet quod nunquam non providebam cogitatione. Nostrae Civitati Christianae bellum inferent *Caesareani*. Gaudeo Principibus *Lutheranis* animum in nos aequiorem factum. *Bucerus* 19. Sept. *Augusta* solvit, aditurus *Lutherum*, quo successu Dominus viderit. Rescripsit nobis pridem, se nihil veritatis cessurum, sed navaturum operam, ut *Lutherus* nos cesset diris devovere. Nam hujus cum asseveranter commonefeceram. Spero quae Senatui scripta simul mitti, quod nondum impetrare potui, nam inveni Magistratum occupatiorem, quam ut me admitteret, etsi per Secretarium in Senatum Probuleutarum, quae peterem, perferenda curarim. Hic nos mediocri sumus conditione, animo nondum dejecto. Difficultas annonae maxima instat. Vicinia agit

[1]) *Joannes Schweizer.*

parum ex fide. Explevimus granaria nostra temeraria liberalitate. Occultis consiliis affectanda via, ut vel in annum prospici possit. Quod si malevoli olfacerent nos urgeri, mirum quam cauturi essent, ne quid frumenti venum exponeretur. Forum urbis Episcopales pertinaciter declinant, obliquo quodam edicto admoniti. Has scribenti, consilium in mentem venit, cujus Magistratum actutum commonefaciam, etsi incertus sim, quam sit futurum validum. Verum ne dubita opportune, importune, curabimus nobis prospectum et quod vobis submittendum tempestive submittetur. Haec Tecum preme. *Erasmus* quanta nos gravet invidia ex libello in *Bucerum* facile agnosces. Brevi expectamus *Sturmium*, quo praesente confieiemus institutam telam cum *Candido*. De Magistratu et Senatoribus excutiendis ratio ineunda brevi, h. e. ante Februarium. Interea praeparabimus, quae eo conducent. Nihil neglige, mi *Zuingli*, quod facturum putabis ad molliendos veterum *Elvetiorum* animos. Quam nostro dissidio firmantur adversarii, et tamen ita conandum Tibi, quo nullam des metus significationem. Etsi non audaces, fortes tamen ut simus, res postulat. Mitte Cantiones, sed compositas etiam ad testudinem, si Tibi est, qui talibus cuvis distringendus. Nam vides, opinor, quam seria mediter sub tanto incendio. Sed amo tua, mi frater ac Domine. Omnes amicos saluta nomine meo et omnium symmistarum. *Argentorati* 27. Sept. 1530.

Capito.

CXXVII.

Capito Zuinglio.

Cras hora 8va abibit hinc, qui quae Senatui scripta certiora ad Senatum *Basileensem Candidus* [1]) cupit quiddam pecuniae ad nostros mercatores deponere quo cum aliquando motum in se incendium aut extinguere aut in hostem rejicere tentabit.

CXXVIII.

Jacobus Grob de Lichtensteig Zuinglio.

Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. An omnibus liberum sit, Te alloqui, *κράτιστε ἐπίσκοπε*, nemo est, puto, qui dubitet. Mihi certe, cum frequenter alias, tum proxime visum est, vel illud abunde magnum esse argumentum, quod simul atque ad hostium tuum sto, *κρούοντι εὐθέως ἀνοίγεται, ἀσπάζομαι, καὶ ἠρώτως ἵνα φάγῃν μετὰ σου.* Ad haec repetis initia tui in me amoris ex nostrorum cognatione Parentum. Quibus sane liberi aditus inditiis partim excitatus sum, ut ad Te scriberem, partim etiam nostrorum querela Pastorum certatim id ut facerem adhortantium me tandem impulit. Licet parum aut nihil, quod non prius audiveris,

[1]) *Philippus* Landgravius Hassiae.

adferam, tua tamen fretus, ut dixi, benevolentia, eadem retractare gestii, cui et venia, non mihi tribuetur, si hic peccatum est. Sed ut ad rem festinem, ac primum ab eo incipiam, quod apud Bibliopolae tabernam dixeras, conquerenti mihi περὶ τῆς ἀγνωσύνης τῶν ἀγριῶν, qui bona, quae a Majoribus nostris in alimenta Pastorum essent provisa, alio verterent. Verendum esse, respondis, ne ex ista confusa, inhumana atque agresti ingratitudine, alius, temporis progressu, morbus, priori longe pejor, irrepat, purgatosque jam, velut praesentanea pestis sic contaminet, ut prius vitam adimat, quam vacet de castiganda cogitare vita. Nae Tu haud temere, ut ingenue fatear, divinasti. Id si eveniet, jure nobis obtigisse confitebor. Attamen in quem rejiciemus culpam, cum culpa non careat? Nemo, cui impingam, apparet, sive parum oculi prospiciunt, nigrum enim plane quod video. Imo Monachus est. Abbas noster *Franciscus* est, qui Dei gratia sepultus jacet (quod Deus bene vertat) cum toto suo imperio. Is visus est caput fuisse istius mali. Ut primum enim impius furor in Monachum conversus erat, ut veritatis ablegare cultores decerneret, omnia pastorum ordo interturbatus est. Perturbati autem (interim dum sic multis modis adversus veritatem dimicando injurius est) circumspiciunt ad quem justius quam ad Ecclesiasticos fugiant, vident neminem. Cui etiam satis pro se quisque sedulo quantum poterat clara voce exponebat, cujus esset potestas, pastorem tum eligendi, tum rejiciendi. Ceterum astuti, adeo dociles, adeo callidi erant, ut brevi etiam temporis spatio magistros anteirent, non eligendi solum, non rejiciendi tantum, verum etiam conducendi jura ad amussim jam sic, ut nihil supra, calleant. Ea sic nunc exercent, ut sane harum conditionum duorum brutorum ne, an animarum Pastor apud eos esse, utram malis, nescias, adeo liber abeundi exitus utrisque annue servatur. Faciunt hoc non omnes Ecclesiae, neque hoc dixerim, quod de spe deciderim. Imo arridet nonnulla, fore, ut omnia ad salutem convertantur. Sed hac via, ut tua tuique te similium industria, morbo pharmacum adhibeatur. Adhibebit enim vestrum nemo opportunius, si saltem hoc ulcus tangendum est. Sed redeam. Cum isti, inquam, instando nihil praetermitterent, huc deventum est, ut etiam reliqui discordes doctrinae suae rationem reddere jussi sint. Breviter eo evasit, ut dicerent marmoreae statuae quod non paulo malint beneficiis carere, locum mutare, quam Missam ut a nobis relictam sic malam relinquere, sic ipsis sancti sint propitii. In quorum locum (digressis fuga victis) successerunt alii, duodecim numero, quos prope nil magis nunc curare existimo, quam ne denuo in exilium, cujus pedum visa est via, miseri extrudantur. Ex iis quidam famelici circumerrant, cum ad emporium veniant. Esurientes magis, ut opinor, quo magis vident edentes. Vicit nuper unum ex istis vinum, quod paulo immoderatius biberat, non absque cerebri detrimento. Ecempta enim fame consurgitur. Prodit vino malidus, quasi maete alienatus, nunc ad dextrum, jam ad sinistrum latus plateae se flectens, tandem per portam ut semisomnis ereptat. Sequuntur alii, quos si juberes periculum facere vel in *Donato*, nescirent declinare casus. Hic, si propius accedis, inspicis, caret nasu. Alterius inscitiam, cum modestius ferre nauseant,

innuunt, ut cui silere pulchrum, sed paucis, expediat; aut cum frigus est in pedibus palam dicunt: Jam satis est. De reliquis horum similium taceo, partim quia pudet referre, partim etiam improbum duco, tot negotiis dictrictum his insuper obtundere. Haec non in alium usum protuli, quam ut non respicias quorundam verba, quos nihil pudet; Dicere audent, satis habent, sufficit eis modicum. Non canunt, non orant, non vigilant, non jejunant, ut antea etc. Si multum datur, plus deglutiunt. Fortassis eo commoti haec dicunt, quod audiunt, *τὸν ποιμένα τῆς πόλεως ἡμῶν διανέμοντα ἐν ἑνὶ τῶν συμποσιῶν πλεῖονα ἢ ἑξήμον αὐτῷ*, ut puta, 18 crucigeros, aut plus 20; Sagittarius enim est ex eorum numero, ut conjicio, quibus dicitur in spectaculis, exponite vos, unus tantum, qui sagittam scopo adfixit, praemio dignus est. Est alioqui vir probus, literatus, promptaeque facundiae, quidvis ferre poteris, praeterquam tintinnientem crumenulam. Sed huic malo velim alia via praecaveri. Et id propter ingenuos, qui familiam suam et Ecclesiam, juxta Pauli praescriptum et curant simul et pascunt. Interea autem dum in tali proposito persistunt etiam ii, qui sunt columnae apud nos, ut modico velint Pastores pasci, sic ut fame citius, quam pinguedine disrumpantur, integri et quibus est eruditio, parant se alio. Incepit hoc primum *Martinus* ille, qui praefuit Ecclesiae quae est in *Neslau*. Cujus caussa potissimum irritatus, haec Tibi significare volui. Is abiit non alia de caussa, ut ipse mihi retulit, quam quod egestate impulsus diutius manere non potuerit. Educatur jam beneficio honesto apud *Glareanos*, non in unum tantum annum. Sunt deinde alii duo, qui nonnihil habent eruditionis, respectu aliorum, qui se subsequuturos ajunt, ejus caussa, opinor, cujus *Martinus* abiit. His rebus tantum futurum arbitror, ut, quod nemini obtrudi potest, mittatur in gregem nostrum, ut ex stultis insanos reddant. Sunt praeterea (ut et istud intolerabile nefas in autorem hujus mali refundam potius, quam ut ex nostro vitio commissum agnoscam vulgi quidem more, sed frustra) qui ignorantiam suam scientiae praeferre conantur, quo turpius ingrati sint liberatori, deblaterantes, se satis doctos esse, nullius opus esse Pastore (quo evasisset o bone deus, si parentum animos iste error occupasset?) omnia sic undique provisa, ut decipi posthac non possint. Quorum singularem stoliditatem flebilem ne magis, ut a natura insitam, an exsecrabilem ut a temeraria insicitia profectam, esse pronuntiem, mecum adhuc deliberare statui. Interim summam impietatem vocare liceat. Ego vero ista absque animi dolore audire nequeo, imo ad vomitum usque nauseo, quando recordor, hujus generis numerum in iis Ecclesiis maxime grunnire, in quibus dum Abbatum vulgus locaret beneficia, Pastores abundabant facultatibus. Sunt denique (quos non audiendos puto) qui dicunt, se velle quidem Pastorem, at non familiam tantam alere i. e. legitimam. Sapiunt quidem mea sententia, si pro beneficio maleficium reddere sapere est. Imo haec velim potius dicerent: Si nihil dare volumus, volumus etiam, juxta Catonis dictum, nihil auferre. Dispersis autem cucullatis, scis, qui in eorum dominium ascendere properent! iis velim de ordine, de capitulo. Sed liceat prius (libet enim) sed in aurem, sed semotis aliis, hujus generis unam adhuc, caussarum

non minimam, interjicere, ex qua collegisse me puto, quare apud nos pro flagitio capitali ducatur τὸν ἐπίσκοπον integro beneficio potiri, utputa pratis etc. h. e. annuo sumtu, quem priores Corpus vocabant. Quia Vestales nostrae regularem amiserunt visitatorem, in ejus locum, ne misera turba se solam relictam defleret, electus est inveteratus ac simul conjugatus adulter (si esses hic, videres vel eminus, quem notarim. Est enim albi, non ut Monachus, nigri coloris, nisi cognomen me fallit) hinc certe et habeant, quod dent, necesse est, ut impudicis venerabilis nostrae Dominae amori suppeditare possit, et dent nulli largius, quia canit, orat, vigilat ac laborat, ut antea in petinis h. e. stertit noctesque et Dies. Hunc, inquam, necesse est, multum accipere; ejus caussa omnes soli citos esse, ut Monasterium eo praesente, absente pateat. Ad haec invocato ut semper sit locus. Sed o bone Deus, quo sum raptus? Imo haec est caussa ὁ δὲ Ἡρώδης ἡδέως μὲν τὸν Ἰωάννην ἤκουεν καὶ συνετήρει αὐτὸν, διὰ δὲ τὴν Ἡρωδιάδα ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι etc. h. e. Veritas odium, assentatio indusium parit. Ineptum fortassis est, privato mihi Cynico, aliorum officia fungere, tui tamen officii est dijudicare κράτιστε ἐπίσκοπε, privati, an christiani Magistratus persona, suum plus sustinuerit decus. Patria mea est, quae me solicitat, in qua omnia Christianis digna videre cupio, et id si peccatum est, fateor id quoque. Deinde si non omnia haec, sic vera sunt, ut dixi, praevenias, caveas, communices Tute idem, ac si essent, et quam vellem, quod jam jam secus, ac dixi, cognitum haberes, et non ab iis, qui semper dicunt, bene omnia, bene omnia. Patriam ideirco tuam altricem ut in hac re adjuves, atque ita, ut semper solitus fuisti, facias obsecro. Τὸ δὲ τέλος. Sentio enim me modum Epistolae superasse, ac paratum ultro currere instigasse. Deum immortalem, rerum omnium moderatorem precor, ut Te nobis quam diutissime incolumem tueatur, eoque magis tueatur precor, quo magis video hunc annum ne Viris quidem sapientia et autoritate maximis parcere. Absumpsit enim nobis unum, quem multis redimere vix possis, Virum eloquentia populari egregie instructum, Ammannum omnibus prope acceptum, quem oculis patriae ereptum dolemus, quicquid enim censebat, summo consensu excipiebatur. Et quod saepe multis postulare denegatum erat, id solus impetrare potuit. Quod me recordantem fragilitatis humanae miseratio subit, quod scimus, ὅτι οὐκ ἐν τὸ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτου ἐστὶν ἐν τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Vivimus enim ipsi, quasi semper victuri. Vale ac diu vive cum selectissima conjuge tua, quam simul cum filio vestro *Wilhelmo* plurimum salvere exopto. Ex Patris monte mei montoso, in quo nunc, a securi, at in meliorem crucis partem ictus delitesco. Ubi interea dum Medicus studiose de vulnere sanando, ego de dolore minuendo, uterque pro virili curaret, obvenisti Tu primus, qui dolorem hac epistola lenire cepisti, cujus scribendi facultatem vulnus praebebat. Sed vale, inquam, carissime cognate. Plus satis Te detinui. Mense Sept. A°. 1530.

Jacobus Grob, ex animo tuus.

CXXIX.

Ammannus et Senatus Pagi Glaronensis ad Zwinglium.

Salutem honores officiaque quam maxima possumus pro benevolentia nostra ante omnia deferimus tibi, carissime Magister *Udalrice*. Quaestor noster [1]) nobis indicavit, cum nuper tecum de judicio conjugiali colloqueretur, te in controversia Magistri *Valentini Tschudi* et *Pauli Rasdorfer* V. Cl. *Valentini* sententiam allatis nonnullis scripturae locis probasse, scilicet uxori non idem jus divortii faciendi esse ac marito; quod cum *Paulus* quem dixi compererit ex Quaestore nostro, judicio ecclesiastico nostro adesse non vult, nisi prius de ea re sententiam tuam penitus compertam habeat, quae omnia literis huic epistolae inclusis tibi ipse indicaverit. Quum igitur nostra multum intersit judicium conjugiale non differri, te quam instantissime rogamus, ut *Paulo* ad literas ejus festinanter et sine mora rescribas; nullo enim pacto judicium differre vel tollere possumus: denique ut te in hac re praebeas quem te praebiturum confidimus pro reverentia quam summam tibi habemus. Dedimus Martis die post Leodegarii 1530.

Ammannus et Senatus Pagi *Glaronensis*.

129.

Landammann und Rath zu Glarus an Zwingli.

Unser günstlich Gruss und was wir Ehr, Liebs und Guts vermögen Euch bevor. Lieber Meister Ulrich. Unser Sekelmeister hat uns angezeigt, nachdem er kurz verrukter Tagen mit Euch, des Ehegerichts halben Red gehalten, wie Ihr in dem das Meister Valentin Tschudi und Herr Paulus Rassdorfer etlichen Zank in einem Artikel, nemlich dass die Frau nicht soviel Gerechtigkeit als der Mann sich zu scheiden habe, Ihr damals dem Valentin mit Anzeigung etlicher Schriften recht und wahr gegeben haben, und so gemeldter Herr Paulus dessen von unserm Sekelmeister berichtet, ist er Willens bei unserm Chorgericht nicht zu sizen, bis er zuvor deshalben Euere Meinung im Grund, wie er Euch dessen alles schriftlich, auch hiebei berichten wird, verständiget werde, und weil uns eben viel daran gelegen und solch Ehegericht nicht hiemit verlängert, langet an Euch unsere gar trungenliche ernstliche Bitte, Ihr wollet Herr Paulo seinem Schreiben nach endlich und unverzüglich Antwort zuschiken, denn wir mit keinem Statten, das Gericht verziehen noch aufheben können, Euch deshalben beweisend, wie wir Euch aller Ehr wohl vertrauen. Dat. Zinstag nach Leodegari 1530.

Landammann und Rath zu Glarus.

CXXX.

Praedicatores pagi Glaronensis ad Zwinglium.

Gratia et Pax a Deo. Carissime Domine et frater. Nobis num-

---

[1]) *Joannes Wichser*.

tiatum est a *Joanne Wichser*, Quaestore pagi nostri, quam nos omnes sententiam de Matth. V, scilicet etiam uxori cum marito divortium facere licere, si causam justam protulerit, in instituendo judicio ecclesiastico nostro coram Magistratu nostro professi sumus, eam te improbasse, cum locum male neque satis intellexerimus, quod nunc quidem minime veriti sumus, respectis locis quos ipse excusos edidisti, qui uxori non magis jus divortii faciendi, utpote in jure divino positum, negant. Quamobrem verba Matth. V. non ut Mosaica, sed ut Christi ipsius in perpetuum observandum praeceptum synecdochice interpretati sumus, putantes uxori in iis rebus tantam potestatem quantam marito esse, quoniam Paulus 1 Cor. VII uxori non minus quam marito potestatem cum marito non Christiano divortium faciendi vel cum eo in matrimonio manendi integram relinquit. Alios locos alia nobis efficientes hic ut brevibus utamur omittimus. Cum autem non dubitemus, quin quaestor haec vere dixerit, decet nos, ut tu dixisti, errorem nostrum mittere, quippe qui praedicatores humiles nos victos esse et parum prudens consilium cepisse confiteamur; itaque propensi sumus, ut si melius Dei verbo edocti simus, a consilio nostro desistamus et prudentiorum sequamur. Ad haec igitur, submissi precamur, tu, praeceptor et Domine noster, per eum qui hanc epistolam pertulit, nobis certas literas remittere velis, ex quibus clare videamus et manu teneamus errorem nostrum. Nos cedere non pudebit, quamquam id fiet magno cum periculo, ignominia et malevolentia nobis et iis quae docemus in concionibus sacris. Utinam adversarii nostri aeque agerent in gravioribus rebus. Cujus officii ut gratiam referamus summam operam daturi sumus. Denique nos, Dei et tui ministri humiles, tibi, et te Deo commendamus. Dedimus 4. Oct. 1530.

Nos Praedicatores pagi *Glaronensis*
tibi promptissimi.

Submissi precamur, ut necessariam epistolam nostram in optimam partem accipias.

Inscriptio: Ob Christum venerando viro *Huldrico Zwinglio* Tigurino Episcopo extra aleam vulgi observando.

130.

Die Prädikanten des Landes Glarus an Zwingli.

Gratia et Pax a Deo. Besonders lieber Herr. Uns langt an durch Hans Wichser, Sekelmeister unsers Lands, wie und Ihr uns allen in diesem Artikel Matth. V. dass sich auch die Frau von ihrem Mann, wo sie ziemliche Ursache fürwendet, möge scheiden, den wir in Aufrichtung unsers Chorgerichts vor Unseren Herren und Obern bekennt, haben Unrecht geben, als denen die den Text übel und nicht recht verstanden, dessen wir aber kein Sorg diesmal trugen, angesehen euere Artikel in Druk ausgegangen, die doch auch der Frau Ehscheidung, als in göttlichem Recht gegründet, nicht abschlagen. Deshalben wir die Worte Matth. V. nicht für Mosische, sondern für Christi eigentlichen und unveränderlichen Befehl synecdochice angesehen, vermeint

dabei, der Frau sei soviel Freiheit in solchen Händeln als dem Mann vergönnt, weil doch Paulus 1 Cor. VII. der Frau als wohl als dem Mann, die Freiheit sich von den Ungläubigen zu scheiden oder zu bleiben unverrükt bleiben lässt. Andere Oerter mehreres uns verursachend, lassen wir allhie Kürze halben ruhen. Weil wir aber nicht zweifeln, Sekelmeister sei hier an der Wahrheit, müssen wir uns unsers Irrsals nach Euern Worten ergeben, denn wir uns arme schlechte Verkündiger und Einfältige in unserm Vorrath ergeben und bekennen, deshalben geneigt, wo wir Besseres aus Gottes Wort unterwiesen, abzustehen und mehr verständigen folgen. Auf solches bitten wir Euch, unsern Präceptor und Herren unterthäniglich, wollet uns schriftlich und gewisslich bei Zeiger dieses Briefs einen Bericht schiken, in dem wir ergreifen und klärlich unser Irrsal sehen. Wollen wir uns zu weichen (wiewohl mit grosser Gefahrlichkeit und Schmach, auch Ungunst, die uns und unsern Predigen daraus erwachsen) nicht schämen.

Wollte Gott, unsere Widersächer thäten desgleichen in grössern Sachen. Womit wir solches mögen beschulden, wollen wir aufs höchste beflissen sein. Befehlen uns hiemit Gottes und Eure arme Diener. Hiemit seit Gott befohlen. Datum den 4. October 1530.

Wir die Predikanten des Lands Glaris,
Euere Willige.

Wir bitten demüthiglich, wollet unser nothwendig Schreiben im Besten von uns vernehmen.

Inscriptio: Ob Christum venerando viro *Huldrico Zuinglio* Tigurino Episcopo extra aleam vulgi observando.

CXXXI.

Berchtoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Mittit vidua *a Madiis* pro natis *suis* fovendis, carissime *Huldrice*, 20 aureos monetae *Bernensis*, qua 15 Ursi aureum constituunt unum, ut eos *Enochus* ille per Te accipiat, quibus ubi minus hoc tempore contentus fuerit, scribes et viduae. Matres plures congerent, modo liberorum eruditio et disciplina nonnihil sumtui respondeat. Scribunt aureos aliquot pro libris emendis illis necessarios, unde Te precantur Matres, ut vel a pueris, vel a praeceptoribus perconteris, quibus opus habeant, et a *Christophoro Froschovero* parari facias, huic quicquid id fuerit, numerata curabo solvi pecunia, ubi Tibi forte grave fuerit. Ceterum. Scripsit *Oecolampadius* Epistolam ad nos, quam per *Froschoverum* ad Te misimus, et nobiscum communices, quid potissimum hac re sit faciundum. Nosti consuetudinem, item et leges Consistorii utriusque civitatis quibus et vitiis obnoxii monentur, et tandem puniuntur non solum carcere, sed et Excommunicatione, non solum Ecclesiae, sed et excluduntur societatibus. Tandem quum resipuerint, admittuntur. In Consistorio nostro, nomine totius Ecclesiae sunt 2 Concionatores, 2 Senatores, 4 ex Diaecesiis, hi Ecclesiam nostram repraesentant, et ne ridiculo fieret a plebe

tam dura ac vitiis inveterata, et monitio et excommunicatio, addidit Magistratus his 8 etiam officium et potestatem suam, ut a nobis singuli carcere punirentur juxta sancita atque ita a nobis persuasi, ideo ne cum in eorum manu, Excommunicatione a nobis lata, esset malorum punitio, personas acciperent, aut in universum gladium sopirent, facillimi enim sunt ad misericordiam, ubi nulla esset exhibenda. Nunc autem cum Consistorii sit utrumque et punire Magistratus nomine, et monere atque excommunicare Ecclesiae nomine, hactenus, etsi erga *Sebastianum Lapideum* et *Bultschelbachium* tentarint multi, tamen cum nos Ecclesiam totam adpellaremus, nihil ausi sunt in contrarium. Tu igitur, carissime *Zuingli*, considera, quid nobis amplius faciundum, aut huic mori adimendum, et quamprimum poteris, rescribito. Senatus noster, bello hoc finito, utinam feliciter, *Basiliensibus* non negabit conventum nostrum, ubi ubi is commodissime fieri possit, aut *Salodori* ad festum Martini, aut in *Arow*. Ad haec enim loca simul *Megander* et ego venire possemus. Quod si malueritis *Basileae*, propter *Argentoratenses*, *Megander* procul dubio veniet, sed timemus et Te quoque ob itineris molestias defuturum. Magister *Johannes Gundelfingius*, *Augustanus*, ad quatriduum nobiscum fuit; quam gaudemus fratrem illius *Augustae* impunem et liberum, Dei opera, ablisse. *Froschoverus* de militibus expeditis omnia referre poterit. Vale. *Berhae* 5. Oct. 1530. Commendati Tibi sint pueri *Madiani*. Vix enim credis, quam pias habeant matres. Salvus sit *Leo*, *Pellicanus* et alii. De Monacho illo *Frenespergensi* proximo nuntio habebis certissimum responsum.

Tuus ex animo, *Berchtoldus Hallerus*.

CXXXII.

Zwinglius ad Senatum Memmingensem [1]).

Gratia et pax a Deo ante omnia. Conspicui, sapientes, benevolentes, carissimi Domini et fratres in Deo. Rogo vos per Jesum Christum Dominum nostrum, cujus causa periclitamini, ne literas meas in malam partem accipiatis, quippe quas profecto neque audacia neque curiositate motus, sed cura et fide scripserim. Quoniam enim nobis cum gaudentibus gaudendum et cum flentibus dolendum est, etiam cum anxiis angi et solicitari debemus, non ut ii qui de Deo suo dubitent, sed qui provideant ne quis in dubitationem incidat vel offendatur. Quod idem fere S. Paulus dicit verbis: Quis offenditur, quin urar vel soliciter? Ego igitur, etsi parum auctoritatis habeam ad hortandos tam praeclaros viros, optimo consilio vobis, carissimi Domini et fratres, hanc consolationem meam misi, non quod dubitem de fide et constantia vestra, sed ut vos cavere jubeam, ne quibus quae accidere possint, offendamini. Jam non dubium est, quin, quod gentiles quoque philosophi confitentur, virtus et justitia res tam magna et preciosa sit, quam nemo penitus

---

[1]) Ep. descripta ex *Schelhornii* Amoenitt. liter. Vol. VI. 445—451 Siml.

assequatur, nisi qui mortem subire ausus sit. Hoc enim certum est, omnibus probis tot et tantas insidias tendi, ut nisi se omnino contemserint potius mortem subituri quam a probitate destituri, abstrahantur et metu ducti justam rationem deserant; quamobrem contemtio sui etiam in justitia vulgari in prima acie collocetur necesse est aut aciem relinquemus. Quanto magis in causa religionis christianae et fidei, quae nihil aliud est, nisi plena mors carnis et spiritus vita, nos jam pridem contempsisse et effecisse debemus ut probaremur soli coelesti imperatori, in cujus exercitum nomina dedimus. Considerate, carissimi Domini et fratres, annon in toto orbe Christiano, tam parum christiane, tam impie et misere agatur, ut cujusque hominis conscientia ipsa hanc sententiam dicat: Nos omnino emendare debemus, aut Deus nos puniet; quod quum omnium animi confiteantur et omnes videant, hos impios mores prava doctrina Pontificis provenisse et adolevisse, ita ut sperare non liceat, eos ea doctrina in rectam viam ductum iri, minime dubium est, quin nulla alia doctrina nobis tenenda sit, si mores nostros emendare et cum Deo in gratiam redire volumus, nisi Dei ipsius verbum. Quis enim nos Dei voluntatem melius docere potest quam ipsius verbum? Ubi igitur Deus verbum suum patefacit et proponit, ibi gratiam ejus patere et offerri nobis certum est; si enim voluntatem suam verbo suo patefacit, id nonnisi idep facit, ut accipiamus eas res quae verbo suo sibi probari intelliguntur et contra abjiciamus et horreamus res quae suo verbo repugnant. Quoniam autem Deus Omnipotens vobis sacrum Evangelium suum patefecit, quo tuta salus nostra promissa et ratio piae vitae in Christo Jesu praeformata est, sine dubio Deo maximas gratias agere debetis, quod vobis in periculo et minis irae suae viam monstravit, qua secum in gratiam redire possitis. Et si homines vos ideo odisse, imo insectari et interficere audeant, eae minae vobis leves sint, velut si qui dives, pulchra, pudica filia in matrimonium petenda sit, quam alius quoque petat, is cui filia morem gerere velit, non deterreatur neque se repelli patiatur, ideo quod dicatur: desiste, te enim alter procus superaturus est. Ita si vos homines a cara filia, ecclesia Jesu Christi abstrahere velint eo quod minentur se vos ut inimicos insectaturos esse, homines vobis contemnendi neque curandi sint, lucrum enim et bona quae a Deo accepturi sumus longe alia sunt ac quae homines nobis pollicentur. Quem fructum autem pariat sibi si quis vel omnium hominum gratiam sibi conciliet, eo autem Dei gratiam amittat. An spes nostra spectat res humanas an aeternas? Nonne is solus nobis timendus est, qui corpus et animam in aeternum ignem mittere potest. Cum igitur nunc, ut mihi videtur, tempus adsit, quo provocemini ad profitendam fidem vestram, reputetis, carissimi Domini et fratres, Christum imperatorem nostrum minari, qui se infitiatus sit, cum se quoque infitiaturum esse apud patrem suum, et invicem qui se apud homines professus sit cum se quoque professurum esse apud patrem suum. Quae cum ita sint, veritatem libere profiteamini et Christo imperatori rem vestram apud regem summum, patrem coelestem procurandam committatis, non dubitantes, quin ipse, qui vobis lucem et spiritum suum dedit, id quod incepit perfecturus sit. Ipse nos primum parvis rebus duxit;

num nos deseret in maximis? Contemnatis vires et vestras ipsorum et adversariorum, sed videatis quam potens is sit, cujus causa est, quam suscepistis, et cui creditis et servitis. Ubi unquam eos qui ei confisi sunt, deseruit? Nonne omnem potentiam hominum omnino afflixit et stravit? Is est, qui Pharaonem, Amelech et Amorrheum profligavit. Ipse est vis omnium rerum et nihil vivit nisi in eo, itaque inimicos quoque vestros ejus vi vivere necesse est, quin eis omnem vim adimere et vobis addere potest et invito ipso inimici nihil valebunt. Videatis ante omnia, carissimi Domini et fratres, ut consentiatis et concordes sitis inter vos, ubi enim concordia est, nullum unquam oppidum tam parvum fuit, quin honorem servaret, contra ubi discordia est, nullum unquam imperium tantum fuit, quin dilaberetur. Prudentes estote, carissimi Domini, et circumspiciatis etiam alios Christianos, quod Deo non minus probatur, ut qui uno animo sunt etiam opus et certamen ad Deum pertinens una faciant, omnia in Domino, in concordia et fide; ego enim, per Deum, quem praedico, vobis polliceor, si concordes fueritis neque mercedes fallaces et perfidiam valere passi eritis, Deum profecto vos sustentaturum esse; sed ne vos dissociari patiamini, et si qui sint qui de fide nondum satis edocti sint, tamen reputent, fortunam et bona sua una cum vestris peritura esse si a vobis dissederint. Potenti et non dubio Deo commendati sitis. Obtemperate *Simperto Schenk* fidissimo ministro Evangelii, tum res vestra salva erit. Omnia in optimam partem accipiatis. Dedi X die Octobris 1530.

Vobis, Domini conspicui, sapientissimi, semper promptissimus
Huldricus Zuinglius.

Piis, conspicuis, sapientibus etc. Consuli et Senatoribus Civitatis *Memmingensis*, Dominis suis venerandis.

132.

Zwingli an den Rath zu Memmingen.

Gnad und Fried von Gott bevor. Ehrsame, weise, günstige, liebe Herren und in Gott Brüder. Ich vermahne Euch bei unserm Herrn Jesu Christo, um desswillen Ihr in Gefahr steht, Ihr wollet mir mein Schreiben nicht verargen, denn es wahrlich nicht aus Frevel noch Fürwiz, sondern aus Sorg und Treu beschieht. Denn so wir je mit den Freunden Freud und mit den Weinenden Trauern haben sollen, auch mit den Angsthaften in Angst und Sorgen stehen, nicht als die an ihrem Gott zweifeln, sondern versehen, dass niemand in Zweifel oder Anstoss (falle). Wie denn der heilige Paulus sagt: Wer stosst sich an, dass mich dasselbe nicht brenne oder ängstige? Darum ich, liebe Herren und Brüder, ganz guter Meinung, unangesehen dass ich Euer Fürnehme zu vermahnen gering genug, diese meine Verströstung zu Euch sende; nicht dass mir zweifle an Euerer Treu und Standmüthigkeit, sonder vor solchem Anstoss, der Euch gegnen möchte, verwarne.

Und ist also einmal ungezweifelt, als auch die heidnischen Philosophi bekennen, dass Tugend und dass Recht ein so hoch und theuer Ding ist, dass es niemand eigentlich erlangt, er habe sich denn zuvor

in Tod verwegen. Denn das ist gewiss, dass allen Gerechten soviel wird aufgesezt, dass wo sie sich nicht verschäzt, ehe den Tod zu erleiden, weder vom Rechten abzutreten, dass sie sich lassen abführen und aus Furcht das Recht verlassen, darum so muss das Verschäzen sein selbst, auch in gemeiner Gerechtigkeit, zuvorderst an Spiz, oder aber man wird flüchtig.

Wieviel mehr sollen wir im Handel der christlichen Religion und Glauben, der nichts anders ist, weder ein rechter Tod des Fleisches und ein Leben des Geistes, uns vorlängst verschäzt haben, und angerichtet, dass wir allein dem himmlischen Hauptmann gefallen, in dessen Zug und Haufen wir uns haben lassen anschreiben? Betrachtet, liebe Herren und Brüder, ob es nicht in der ganzen Christenheit, so unchristlich, sündlich und jämmerlich stehe, dass eines jeden Menschen Conscienz selbst dies Urtheil spricht: Wir müssen uns gänzlich bessern, oder aber Gott wird uns strafen, so nun das alle Gemüther bekennen, und sehen aber, dass solch sündlich Leben unter der unrechten Lehre des Papstes aufgegangen und erwachsen, deshalben sich zu derselben Lehre nicht zu verstehen, dass man mit ihro werde auf die rechte Bahn gewiesen, so ist je ungezweifelt, dass man sich keiner andern Lehre halten soll, so man sich bessern und mit Gott versöhnen will, weder mit Gottes eigenem Wort. Denn wer kann uns bas Gottes Willen berichten, weder sein eigen Wort? Wo nun Gott sein Wort eröffnet und darstellt, da wird man vergwissert, dass seine Gnade offen steht und urbietig ist; denn so er seinen Willen in seinem Wort öffnet, thut ers allein darum, dass man die Dinge die erfunden worden in seinem Wort ihm gefällig sein, annehme, und herwieder die Dinge so seinem Wort widerstreben hinlege und scheue. Sintemal aber Euch der allmächtige Gott sein heilig Evangelium eröffnet, darin die Sicherheit unseres Heils, und die Form eines unschuldigen Lebens in Christo Jesu verheissen und vorgebildet ist, so sollet Ihr ohne Zweifel Gott hohen Dank sagen, dass er Euch in der Gefahr und Dräuen seines Zorns, Weg zeigt hat, wie ihr mit ihm versöhnt werden möget. Und so Euch die Welt darum hassen, ja durchächten und töden untersteht, soll es Euch je ein ring Dräuen sein, gleich als da einem eine reiche, schöne, züchtige Tochter zu der Ehe sollte beworben werden, nach der ein anderer auch würbe, da würde sich der, dem sie willigen will, nicht lassen schrecken oder abweisen darum, dass man sprechc: stehe ab, denn der andere Gegenwerber wird dir siegend. Also ob Euch die Welt von der lieben Tochter der Kirche Jesu Christi abwenden wollte, darum dass sie Euch feindlich durächten, dräute, sollt ihr die Welt verschäzen, und ihr nicht achten, denn der Gewinn und Gutes so wir bei Gott haben, ist viel ein anderes, weder das uns die Welt verheisst. Was Nuzen schafft aber der Mensch so er gleich aller Welt Gunst überkäme und verliert aber dabei Gottes Huld? Oder sieht unsere Hoffnung auf Zeitliches oder Ewiges? Sollen wir nicht den allein fürchten, der Leib und Seel ins ewige Feuer senden mag? So nun jezt (wie es mich ansieht) die Zeit hie ist, da Ihr erfordert werdet Euern Glauben zu bekennen, so ermesset liebe Herren und Brüder,

dass Christus unser Hauptmann dräut, wer sein verläugne, dess werd er auch verläugnen vor seinem Vater, und herwieder, wer ihn vor den Menschen bekenne, dessen werde er auch vor seinem Vater bekanntlich sein. Und auf das so bekennet die Wahrheit frei, und lasset den Hauptmann Christum Euere Sache beim obersten König, dem himmlischen Vater versorgen, ungezweifelter Hoffnung, Er der Euch sein Licht und Geist gegeben, werde das er angefangen ausführen. Er hat uns erstlich durch kleine Dinge angeführt, und sollte uns in der Hauptsache verlassen? Nicht achtet der Stärke, weder Euer selbst, noch Eurer Widerwärtigen, sondern schet, wie stark der sei, dessen der Handel ist, den Ihr angenommen, und dem Ihr glaubet und dienet. Wo hat er, die ihm trauen, je verlassen? Hat er nicht allweg alle Macht dieser Welt gaschwächt und zu Boden geschlagen? Er, er ists, der Pharao, Amelech und Amorrheum geschlagen hat. Er ist die Kraft aller Dinge, und nichts lebt denn allein in ihm, so müssen auch Euere Feinde aus seiner Kraft leben. Eja so mag er ihnen alle Kraft nehmen, und Euch stärken, und ohne seinen Willen wird der Feind nichts mögen.

Sehet vor allen Dingen, liebe Herren und Brüder, dass ihr einmüthig und einträchtig seiet, denn wo Einigkeit ist, da ist kein Städtlein so klein nie gewesen, es ist bei Ehren geblieben, herwieder wo Zweitracht, ist keine Macht nie so gross gewesen, sie ist zergangen. Seit weise, liebe Herren, und umsehet Euch auch gegen andere Christen, das gefällt Gott auch, damit die so einen Geist haben, auch ein Werk und Streit Gottes miteinander thuen, alles im Herrn, in Einigkeit und Treue. Denn ich Euch bei Gott, den ich predige, verheisse, so Ihr einmüthig seit und die falschen Mieth und Untreu nicht werben lassen, werdet, dass Euch Gott gewiss aufrecht behalten wird; allein lasset Euch nicht theilen, und ob gleich noch etliche des Glaubens nie zum besten bericht wären, sollen sie doch gedenken, dass ihnen mit Euch ihr Hab und Gut in die Schanze gehen würde, wo sie sich von Euch theilen würden. Seit dem starken ungezweifelten Gott befohlen. Folget dem wahrlich treuen Diener des Evangeliums Simpert Schenk, so steht Euere Sache aufrecht. Vernehmet alle Dinge im Besten. Geben X Tags Octobris 1530.

Euer Ehrsamen Weisheit allzeit williger
Huldreich Zwingli.

Den Frommen, Ehrsamen und Weisen etc. Burgermeister und Rath der Stadt Memmingen, seinen verehrenden Herren.

CXXXIII.

Philippus Landgrafius Hassiae ad Zwinglium.

Carissime Magister *Udalrice*. Literas tuas legi et quas ad me et quas ad (1) [1]) scripsisti. Tibi igitur gratias ago novarum rerum;

---

[1]) Udalricus Dux Wirtembergensis.

quod autem mihi scribis (2) et (3) adjuvandos esse, etiam vos in re (1) acturos esse tempore quo flores proveniunt, quidem bonum consilium sit, si sciamus, quid certi (2) etiam (4), (5) et (6) [1]) revera praestituri sint; nam profecto ipse libenter summam operam et sumtus impendere velim, si certum auxilium sperare possim, quamquam hic quoque nonnihil videmus quod sperare liceat, quod si Deus voluerit, fiet, et amplius patefiet ubi opus erit. Ut autem de ea re cum (3) et (1) agatur, paciscendum est cum (2) et saltem etiam cum (4) nec minus cum (7), quatenus iis confidere possimus. Quomodo autem haec res transigenda sit in occulto ut necessitas postulat, tibi amplius reputandum committo, quod si repereris mihi indicare velis. Tamen precor, ut rem quam occultissime tractes. Etiam volo te postulare, ut controversia *Marburgensis* componatur. Hic fama est certissima, (8) bellum illatum iri, quem deserere non possum. Qui si expellatur, cum damno nostro fiat, cum constanter Evangelio studeat et multum prodesse possit; idem ad rem *Marburgensem* adhiberi possit. Consultissimum sit, istic aliquid incipi, si (8) aggressi sint, quo magis hic expediatur. Mihi nuntiatum est, (4), (5) et (6) *Ulmensibus*, *Lindoviensibus*, *Memmingensibus* ceterisque res tam iniquas proponere, quae iis molestissimae sint; itaque mihi consultum esse videtur, (4), (5) et (6) magis Evangelium spectare quam suam utilitatem, ne fratres deserantur. Certo audivi Evangelium in Anglia admodum augeri; in quam terram a te quem doctum et pium mitti conducat veritati. Denique Deo commendatus sis. Et si mihi scribere volueris, scribe mihi his signis in meas manus, quorum tibi his literis inclusam tabulam mitto. Dedi Lunae die post Dionysii a. 1530.

Philippus Landgrafius Hassiae.

Inscriptio: Doctissimo nobis carissimo, eximio Udalrico Zwinglio, Ecclesiastae Turicensi in manus proprias.

133.

Philipp Landgraf von Hessen an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich. Ich hab Euer Schreiben gelesen, an mich, und auch euer ander Schreiben an (1) gethan. Bedanke mich der neuen Zeitung, wie Ihr mir aber schreibet, betreffend dass die (2) mit (3) aufzubringen seien, auch daneben schreibet, belangend zu handeln in (1) Sache, wann die Blümlein hervorstehen, wär wol eine gute Meinung wenn man wüsste, was endlich und gwisslich die (2) und auch (4), (5) und (6) dabei thun wollten, denn wahrlich ich wollte gern allen Fleiss und Kosten thun zu meinem Theil, wenn ich auch sonst Vertröstung, die gewiss wäre, hätte, wiewol etwas Hoffnung hie auch vor Augen, so es Gott (will), wirds geschehen, und dann weiter offenbar am Ort, das es Noth thut. Soll man aber zu solcher Handlung betreffend (3) und (1) kommen, so muss mit (2) und zum wenigsten auch dazu mit (4) gewiss gemacht werden, was auf sich zuver-

[1]) Plures civitates.

lassen sei, auch mit dem (7). Wie aber solche Handlung in Geheim (als die Nothdurft erfordert) zu End zu bringen sei, stell ich in euer weiter Bedenken, mir das anzuzeigen. Doch ist meine Bitte, in grosser Geheim mit umzugehen. Es ist auch mein Begehren, wollt fordern auf die Marburgische Handlung, das ein Ende gewinne. Es ist Kundschaft hie eigentlich, dass man (8) überziehen will, welchen ich nicht verlassen kann. Wär auch nicht gut, dass er verjagt würde, denn er ist gut Evangelisch und kann viel Nuzen sein, wär auch wol in die Marburgische Handlung zu bringen. Wär wol gut, so mit (8) angefangen, dass denn droben etwas angefangen würde, auf dass dieser desto besser Luft hätte. Mir ist angezeigt, dass (4), (5) und (6) denen von Ulm, Lindau und Memmingen etc. die Sachen so gar ungleich vorhalten, das ihnen gar beschwerlich sei, und darum, däucht mich gerathen sein, dass (4), (5) und (6) das Evangelium mehr ansehen, denn den eigenen Nuzen, auf dass die Brüder nicht verlassen werden. Ich höre, das Evangelium nehme gewisslich sehr zu in England; wär gut, dass Ihr einen hineinschicktet, der gelehrt und fromm wäre, der Wahrheit zu Gutem. Damit seit Gott befohlen. Und wenn Ihr mir schreibet, so schreibet mir also durch die Zeichen in meine eigene Hand. Ich schicke Euch auch hiemit solche Zeichen eingeschlossen zu. Dat. Mont. nach Dionysii A° 1530.

Philipps Landgraf zu Hessen.

Aufschrift: Dem Hochgelehrten, unserm Lieben, Besondern Ulrich Zwingell, Ecclesiasten zu Zürich, zu eigenen Handen.

CXXXIV.

Zuinglius Vadiano.

Gratiam et Pacem a Deo. Nolui committere, ut quandoquidem ad Vos profecturus erat Juvenis ille, Consulis *Augustani Huldrici Rechlingeri* filius, Patri cognominis *Huldricus Rechlingius*, junior, eum Tibi non signarem atque ostenderem. Parens enim ejus, sive id notum Tibi est, sive minus, absque omni controversia, *Augustanorum* omnium piissimus et sanctissimus est, secundum publicos honores, quos tam prudenter et fideliter gerit, ut autoritatem hominis Evangelii hostes revereantur. Quicquid ergo honorum illius filio datum fuerit, cum Patri non liceat ad nos, quibus plus quam candide favet, impensum credemus. Adde, quod uxorem habet juvenis, quae non parvam necessitudinem apud vos comprehendit. Non hoc ago, quasi vos sim extimulaturus, sed ut Tu Te illi exhibeas; forte enim fortuna mentio tui domi nostrae incidebat, verbo absit, magnifica. Ibi cum Te miraretur, ajebam, quandoquidem esset *S. Gallum* profecturus, cuperetne ordiri Tecum amicitiam, orabat anxie, ut se Tibi commendarem. Ex bello hoc habemus: Machinis frangunt arces quasdam *Bernenses*, interim pax concinnatur satis, quantum video, segniter. Spero nostros victores redituros, quod simulatis *Caesaris* minis personam aliqua sal-

tem parte detrahet, quam quidam videre dissimulant. Vale, et quod soles, bene spera, et consta pro more. *Tiguri* 14. die Oct. 1530.

Salvi sint *Christiani*, et *Sebastiani*, omnes.

Huldricus Zuinglius, tuus.

CXXXV.

Bucerus Zuinglio.

Salutem in Domino. Literas tuas et quas simul misisti accepi hac vespera circa quintam. Dedi nuntio salarium Batzios *Constantienses* 16½, mea enim caussa missus est. Literae *Catti* eras ibunt *Argentoratum*. Ego a prandio sequar, volente Domino. Quod Senatus ad me scripsit, impellente *Catto* factum est, quanquam et ipsi vehementer ad pacem propendeant, quae constet cum Christianismo. Multumque gaudebunt, cum a me audient, Te idem cupere. Et vere magno cum fœnore pietatis hic infirmioribus deferemus. Quod literas senatus ad me aperuisti, tuo jure fecisti, quod et senatus tuus agnoscit, etiam si alia illae continerent. Nam haec cum ad Te etiam attineant, mallent Te legisse, quam suae hic dignitatis rationem habitam religione praepostera. *Oecolampadius* Te salutat. Is nihil novi habet. Nostri die Martis nondum ex *Augusta* acceperunt, nostrae confessioni responsum esse, quod miror, nec aliam caussam esse arbitror, quam quod non possunt rationem invenire nos adgrediundi. Valde tamen oro in hoc sis, ut simul atque quatuor Urbibus, quae simul fidem suam confessae sunt, responsum fuerit, *Constantienses* socios Confessionis, cum *Isnacensibus*, *Campidonensibus* et *Ulmensibus* convocent, ut quid sibi singulae invicem praestare cogitent, aperiant. *Basileae* 14. Oct. 1530.

Bucerus tuus.

CXXXVI.

Bucerus Zuinglio.

Salutem in Domino. Quinto die cum abs Te discessissem, veni salvus domum meam, in qua salva quoque omnia reperi, gratia Christo, maxime autem, quod adeo nihil sit trepidationis. *Basileae* cum *Oecolampadio* de Excommunicatione sua contuli, quam probari per omnia, cum Tibi, tum aliis quibusdam, qui secus sentiunt, gloriabatur. Ego autem reputata diligenter mecum, quae Tu dicebas, nec inveniō, quanam ratione possit ejusmodi judicium ecclesiasticum institui, ut non impediat alicubi Magistratum christianum etiamsi nihil turbet ob imperitiam Ecclesiastarum. Sunt enim plerique plus aequo *μεμψίμοιροι*. Et utinam *Oecolampadius* ipse satis ubique *ἤπιον* se praestet. Valde vereor, ut Patrum severitas, qua tamen non raro plus damni quam commodi Ecclesiis invexerunt, illi plus satis arrideat. Sic sane res habent, ut magnum operae pretium facturos nos putem, si conveniamus. Ut res *Augustae* habeant, scite ex iis, quae ad vos missa sunt. *Catti* nego-

tium velim acceleretis [1]). Poterit enim Ursus postea sequi. Nam hostes quoque nihil contantur. Bene vale et saluta domum tuam, Dominum *Gerolzekium*, *Leonem*, *Pellicanum* ac reliquos omnes. *Argentorati* 19. Oct. 1530.

Tuus ex animo, *Martinus Bucerus*.

CXXXVII.

Werner Bygel Zuinglio.

Consultandum cras erit, vir humanissime super negotio praesenti, quonam modo quibusque pactis Christiana Civitas cum Principe *Hassiae*, viro nedum christiano, sed et piissimo, contrahenda sit: ut igitur consultius super hac materia deliberare valeas, hasce consultationes et deliberationes priores Tibi transmittendas duxi. Me perinde tuae integritati ex pectore commendans.

Tuus quem diligis, *Werner Bygel*.

Nona pagina Instructionis *Arovicae* et cet. sq. invenies articulos in *Marchburg* per Principem Nuntiis nostris communicatos, cera consignatos, una cum schedis ad hanc rem facientibus.

CXXXVIII.

Petrus Dasypodius Zuinglio.

Salutem et Pacem per Christum. Cum Senatus *Helvetici* decreta super rebus fis, de quibus sat acriter inter nostrates rusticos et nobilitatem, hactenus controversum est, Te cupere mihi significasset Praefectus noster [2]), quamprimum ea ἀπὸ τοῦ ἀρχετύπου describere mihi cura fuit, maxime quod per id simul me gratificaturum Tibi, deque Patria nostra, dum Tibi pro commodis ac tranquillitate ejus ὅση δυναμις τε πάρεστι satagenti hanc opellam praesto, bene mereri videbar. Eaque nunc tali cautela, ni fallor, Tibi mitto, qualem adhibere meo tuo nomine jussit idem Praefectus, quem sane proximo velim Colloquio moneas, ut parum curet favorem nobilium, nam quantum mihi conjicere licet, homini dolet nonnihil, quod dum rusticis impensius patrocinatus est, illos minus sibi propitios reddidit. De me porro, si hujusmodi, vel quavis alia re Tibi commodare possum, certo polliceri debes, quod nihil laboris tua gratia detrectaturus sim unquam. Vale, meque in tuorum amicorum albo, id quod spero, semper numera. *Frauenfeldiae* 22. Oct. 1530.

Petrus Dasypodius Frauenfeldiae, Ludi moderator.

---

[1]) Recipiendi in civitatem christianam.

[2]) *Philippus Brunner Glaronensis* qui reformationem adjuvit.

CXXXIX.

Berchtoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Literas tuas ad *Saepianum* [1]) missas, carissime *Huldrice*, accepisse nos, ab ipso jam dudum Te intellexisse arbitror. Vellem ut cum secretiora apud nostrates agenda essent, ipse primum cum Quaestore institueretur. Uterque prudens et circumspectus a nostris Diacosiis habetur, et quicquid illi, ut alioqui parati sunt ad negotia Reipublicae promovenda in animum reciperent, maxime promovere possent. Sed quid sus Minervam. *Salodori* sic se res habet. *Philippus* [2]) senatui 4 Articulos obtulit defensandos. 1. Missam non esse sacrificium, Christum unicum esse Mediatorem, nullumque purgatorium. 2. Traditiones humanas nos nihil ligare. 3. De Idolis abrogandis. 4. De veritate Eucharistiae. Papistae vix tandem consenserunt (se) sua defensuros. In *Tregarium* sperant, quem eo libentius adfuturum crediderim, quod nec tuum, nec *Oecolampadii* adventum veretur. Opus ergo erit quam maxime, ut adsis. Scripseram ad Te nostrum in negotio Excommunicationis ritum, missis a *Madiano* 20 aureis *Enocho*, *Lanio*, et in his ipsis volebam, quasi a casu nos *Salodori* convenire. Nam non soli Papistae illic aderunt, sed et tota Catabaptistarum secta, Rabini, Coryphaei locum illic habebunt, quibus omnibus, ut nosti, ego ut minime satisfacere possum, ita solus ceteris Ecclesiis nihil derogabo. Prospicies igitur, carissime *Zuingli*, quid nobis faciundum. Patriae totius Episcopus es, et oculus Domini. Ego, quicquid amplius decreverint *Salodorenses*, nuntiis non deero. Scribo idem hac hora *Oecolampadio*. Ceterum Monacho illi in *Frenesperg* nomen est *Jacobus Burtolfer*, Pater illius *Henricus Burtolfer* ante 50 annos obiit. Novit *Joannem Lütschg* der sei ihm Geschwister Kind gsin. Haec ac monasterii *Oeconomo* scrutatus sum. Per Deum immortalem, cujus gloriam primus in *Helvetia* promovere coepisti, obsecro, quantocyus scribas, quae mihi de *Zuinglio* certo polliceri possim in *Salodorensium* negotio, nam tempus instat, et citra jacturam differri non potest consilium tuum. Vale et parce, nam scribendo redeuntibus Insigniis Urbis nostrae ita festinare coactus sum, ut non verba, sed sensum meditari vix liceret. Vale rursum. 24. Oct. hora tertia antemeridiana 1530.

Tuum minimum numisma (*B. Hallerus.*)

CXL.

Berchtoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Mittit vidua *Madiana Enocho*, carissime *Zuingli*, 10 aureos monetae nostrae, 15 Btz. pro aureo, quos qui literas reddit colligatos etiam praestabit, Teque precatur, ut quem

---

[1]) Im Hag.
[2]) *Groz.*

hactenus semper praestitisti pupillis patronum, hunc sedulo agas. Ceterum de negotio *Salodorensium Vadianus* noster procul dubio Te certiorem reddidit, quod illi maximopere commendarim. Obsecro scribas qui nos habere debeamus. Conduxerunt *Edelsbachium* ut omnia confundat, contradicat et calumnietur quae *Bernae* egimus, et ut quidam, sed frustra, me (mihi) persuadere volunt, non solum *Tregarium*, sed et *Erasmum Roterodamensem* adfuturum sibi Papiatae gloriantur. *Bucerum* ex *Koburg Argentoratum* rediisse, tabellio quidam retulit. Velim igitur (qui sciam Domini gloriam Tibi curae esse, deinde nostram ignominiam non secus ac tuam) Comitia Civitatum super negotium Excommunicationis *Salodorum* assignaris, ut si disputandum sit, adsimus singuli, sin minus, nostra tractemus. Hoc unum scio, *Catabaptistarum* plaustra illic adfore et *Papistarum* technas et insidias, nec *Evangelicos Salodoranos* tam circumspectos, quibus omnibus quam optime consulere poteris. Vale et responde, nam ubi Tu non adfueris, nescio quid facturus sim. 25. Oct. 1530.

Tuus *Berchtoldus Hallerus.*

CXLI.

Praefectus et Senatus Wesensis ad Zwinglium.

Officia nostra amica et prompta tibi deferimus, Domine venerande, carissime. Non ignoras nos etiamnunc concionatore egere, quod munus se suscepturum esse parochus *Melsensis* [1]) nobis scripsit, ut comperies ex tabellario, quem ad te misimus et qui id literis probabit. Quamobrem tu, quam maxime amici amicum possumus precamur, nobis iterum consulere velis, ut *Jodocus* V. Cl. nobis concilietur, quippe qui nobis maxime placeat, si id a te et Dominis nostris *Turicensibus* impetremus. Tu igitur, iterum precamur per divinum verbum, huic rei summam operam dare velis, quam usque adhuc dedisti; nos quoque si quo officio tibi, vir venerande, morem gerere potuerimus, ad id praestandum nunquam non promptissimi erimus. Denique Deo commendatus sis. Dedi Simonis et Judae a. 30.

Praefectus et Senatores Wesenses, tibi submissi et promptissimi.

141.

Vogt und Rath zu Wesen an Zwingli.

Unser freundlicher williger Dienst. Ehrwürdiger, lieber Herr. Euer Ehrwürdigkeit ist wohl zu wissen, wie wir dennoch immer mangelhaft sind eines Predikanten und aber uns der Pfarrer von Meils zugeschrieben hat, als Ihr wol unterrichtet werdet als von unserm abgefertigten Boten durch Schrift. Auf solches wär unsere freundliche ernstliche Bitte an Euch, dass Ihr abermals uns beholfen und berathen

---

[1]) *Jost Kirchmejer.*

wöllet sein, ob Hr. Jos uns möchte werden, denn er uns fast wohlgefällig und angenehm wär. Wo wirs an Euch und Unsere Herren von Zürich möchten kommen, und bitten Euch durch des göttlichen Worts willen, dass Ihr in der Sache das Beste thuet, als Ihr denn je und je gethan habt, und worin wir Euerer Würdigkeit zu Willen werden mögen, sind wir allzeit gutwillig und bereit. Damit seit Gott befohlen. Dat. Sim. und Judä im 30sten Jahr.

Vogt und Rath zu Wesen
Euer unterthänig willige Diener.

CXLII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Jamdiu nullas isthinc accepi literas, mi frater, spem fecerat *Thomas Blatterus* futuram mihi copiam literarum, quas fratribus *Argentoratensibus* missurus eras legendarum. Sed Tabellio ille hinc solvit praepropere. Atqui non curiositas me adducit, ut de ceteris rebus valde anxius sim. Ea me interim exercent, quae Ecclesiae esse arbitror. Optarem nos convenire posse, sicut *Aroiae* petitum est. Variis enim ex caussis id Ecclesiis profuturum confiderem. Petunt hoc instanter et aliarum Ecclesiarum fratres, *Bucerus* inprimis, sed praesente *Sturmio*, in rebus ecclesiasticis non contemnendi judicii viro, ut in omnibus. *Berchtoldus* mallet nos *Solodori* in Disputatione convenire, cui non subscripserim, cum per idem tempus Comitia *Basileae* futura sint, et suae illic erunt occupationes, incertumque adhuc, quam grati exciperemur, vel quam facile admitteremur. Nescio sane, an Legati in proximis comitiis *Basileensibus* in comitatu secum habituri sint conciliatores, suum cuique praecipuum. Et vereor, ne id nunc, quod volumus, minus futurum sit integrum Civitatibus, in tantis curis et periculis; tametsi non video, quid ab hoc debeat avocare. Itaque, quum spes illa certa non sit, secundo loco optabile, ut Legati huc mittendi, super hac re nostra mentionem faciendi commissionem habeant et adhortandi, ut vel nostri pergant, vel aliquando nos convocemur. Id quod non esse alienum ab animo tuo et Consulis filius, et *Blatterus* ipse significavit. Alia Reipublicae negotia, quantum fieri potest, in alios rejiciantur. Ea, quae vel Christi, vel Ecclesiae, maxime a nobis expectantur, *Solodorensium* caussam *Berchtoldus*, opinor, Tibi commendavit, ne periclitetur, subrepentibus *Tregariis* et *Catabaptistis*. Et ipse cogito, quantum periculi, ubi non sunt purgatae aures audiendi. Parum abfuit, quin hac hebdomada seditiosi quidam agricolae et Cives ante diem bellum movere cepissent, sed prudentia Senatus in tempore sedavit tumultum gliscentem. Bene vale. *Basileae* 28. Oct. 1530.

Tuus *Joannes Oecolampadius*.

CXLIII.

Conhardus Fabricius [1]) Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Frater amantissime. Hunc, quem coram cernis, in Diaconum segregavi, cujus officium, quod satis pia sedulitate, ut accipio praestat, Ecclesia boni consulit. Qui etsi hactenus non adeo innutritus negotio sit literario, nunc tamen satis diligenter dat operam: nihilominus non putavi alienum adhibere calcar, propter quod hominem mitto in Synodum; nullo adhuc sacramento vel celandi secreta Synodi, vel sincerius purum Evangelium praedicandi adstrictum; me ipsum vero, quod parum secunda valetudo detinet, venire in Synodum minus uberem sentio. Ob id me excusatum velis rogo. Quod si bona venia fratrum esse nequit, me per alterum Diaconorum facito certiorem, et pro illa vice, ut alias, morem gerere haud praeterfugiam, citra quod valeo. Interim Tu optime, vale, mi *Huldrice*. Datum in *Kissnach* 28. Oct. 1530.

Tuus *Conhardus Fabricius*.

CXLIV.

Bertoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Pluribus Te obtundere nihil veritus sum, carissime *Huldrice*, de *Salodorensium* negotio, quod sciam Tibi meam vel solicitudinem vel pusillanimitatem omnino non displicere. Contuli multis cum *Stollio*, tandem in animum venit aliud consilium, quod et Te quoque celare nolui, quo conjecturis omnibus oblatis planius rem, ut se habet, intelligeres. *Salodori* Cives sunt 300. Ex his 100, si non pauciores, Christo nomen dederunt. Hi suffragiis suis nec in Senatu, nec apud Diacosios, nec in plebe quicquam possunt. In agro habent 46 Parochias, ex his 14 adhuc missas et idola venerantur. Quod si igitur Disputatio etiam optimis conditionibus, quarum nullam adhuc nec cogitarunt, nec invulgaverunt, suscipiatur, tria adsunt pericula. 1. Cum Papistae apud eos quasi conjurati nullum concionatorem audire dignati sint, nec nos etiam audituros, et omnia ab utraque parte furore agere velle et tumultu, sic enim odio mutuo ardent, ut utrinque nullam, nisi quam victi sibi sperent salutem, et per seditionem, quod bona pace et verbi autoritate nequeunt, transigere. Quae nunc nobis fratribus securitas? maxime ubi rustici eorum, in quos Evangelici sperant, similiter et alii in suos, seditioni intersint, et Catabaptistae illis suggillent, nos esse omnis mali auctores. 2. Deinde etsi novissime concluserint, neminem se admissuros, nisi suos ministros et me, quod illic docuero, tamen *Tregarius* poterit quicquid voluerit, quod habeat omnia Senatus Diacosiorum et plebis vota pro se. Indecorum item foret, ubi nos certamen cum eo negaremus. 3. Quod summum in hac re censeo, etiamsi per Ministros verbi nihil neglectum fuerit, atque optime disputatum, atque jam decernendum sit, quae illi decernent? Imo primates eo vene-

---

[1]) *Conradus Schmid* Commendator Küssnachensis.

runt ex nostris, ut omnia abrogari posse penitus desperarint, atque hoc solo sui se voti compotes fieri, ubi ceremoniae et canonicorum cantus in universum abrogarentur. Ceterum una atque altera sola Missa (propter bonum pacis scilicet) Papistis dimitteretur. Ecce hoc vix sperare poterimus etiam si optimis conditionibus totum negotium felicissime transigatur. Hic perpetuam calumniam patietur veritas, et nos omnes succubuisse, etiam vincente omnia, verbo Dei. Sic nihil sperare possum, quanquam maxime desiderarem, hanc urbem nobis accedere, maxime cum tot Pagi in agro eorum resipuerint. Nunc autem (cum) certus sum, quod a *Bernatibus* pii *Salodorensium* me vocabunt, ut negotio intersim, statui apud me, coram Senatu nostro negaturum, nisi et me et fratres quosque iisdem conditionibus et salvo conductu, quibus *Bernae*, solius veritatis indagandae gratia admittere voluerint. Potero fortassis hoc apud Senatum meum, ut sic *Salodorensibus* respondeant: quod si iisdem conditionibus quosque admiserint, et salvo conductu, jam non negabis praesentiam tuam; sin minus, nec ego interero. Quid enim illic agerem, cum Disputatio partis utriusque praetextus sit, et per tumultum potius sua quoque defendere nitatur. At cum publico edicto veritatem ab omnibus desiderarent, etiam piis suggerere possemus, quo pacto infringeretur practica partis adversae. Ita hac nocte mecum cogitavi. Tu nunc tua et saniora quidem adhibe consilia quamprimum poteris. Mora in periculo est, et cum D. Martini dies accesserit, mox pro suis votis disputandum censent. Habent Secretarium, patria *Bernatem*, in nostra quoque Disputatione Scribam. Is pessime vult negotio, et omnium Papistarum columna est, cum Doctore quodam medico et *Edlibachio* misero homine. Vale. *Bernae* 29. Oct. 1530.

Tuus ex animo et ad aram usque *Bertoldus Hallerus*.

De pecuniis, num omnes acceperis, scribe et quam adolescentes proficiant.

CXLV.

Ludovicus Lopadius Zuinglio.

Salutem. Decretum est, doctissime *Zuingli*, sane prudentissimorum hominum judicio, ut ex universa *Turgavia* Juvenes aliquot, qui et ingenio et bona indole aliis antecellerent, deligerentur, Literis et melioribus artibus destinati, temporis progressu rebus egenis et fessis suppetias et opem ferrent. Atque quorum praesidio etiam nostrae posteritati optime foret consultum. Palam profecto est, in urbibus bene constitutis fieri, ut in hunc modum publicis commodis, publicaeque necessitati observiatur. Porro adolescentulus jam biennium apud me diversatur, a me diligentissime institutus, in quo nonnihil desidero curae et diligentiae, quemadmodum haec aetatula a re omissior est aliquanto ac negligentior. Alioqui egregiam prae se fert simul modestiam, simul indolem. Hic igitur, precor, Tibi sit commendatissimus, ac si quid in Te est subsidii situm (est autem multum) eum pervelim provehas, ut illis publicis sustentetur sumtibus. Videtur sane hominum de se

expectationi cumulatissime satis facturus. Ceterum iste juvenis a parocho *Alexio Perschino* prognatus. *Alexius* verum is est, qui apud *Ermentingenses* pastoris fungitur officio, Tibi, opinor, minime ignotus. Praeterea in urbe nostra duas habuit *Bucerus* declamationes, cum multorum admiratione. Fuit certe hujus viri adventus multo gratissimus. Atque utinam hisce *Buceris* omnes christianae Respublicae redundarent et scaterent. Quid rerum sit hic novarum, rectius cognoveris ex tabellario. Saluta omnes pios, cumprimis autem tuam familiam. Si, *Zuingli* carissime, occupationes sinent, tuo amiculo, *Lopadio*, rescribas. Valeas, die 30. Oct. 1530.

Ludovicus Lopadius Ludimagister Constantiensis.

CXLVI.

Subpraefectus et Senatus Wesensis ad Zwinglium.

Officia amica et prompta nec minus honores et benevolentiam quam maximam possumus tibi deferimus, Magister *Udalrice*, vir venerande, imprimis benevole, nobis carissime. Quod precibus nostris morem gerens tantam operam dedisti, ut Magister *Joannes Oechslin* praedicatoris vice aliquamdiu functum ad nos mitteretur, tibi quam maximas gratias agimus, quod quidem officium non magis quam cetera a te in nostrum commodum collata unusquisque nostrum obliturus est. Quod autem Magister ille *Joannes* tuo jussu nobis indicavit te nobis praedicatorem conciliaturum fuisse, qui hoc munere posthac fungeretur, tamen Magistrum *Joannem* multis precibus vix adduximus, ut annum apud nos maneret, quo nunc quidem contenti erimus, sperantes, nos id tibi non ingratum fecisse. Deus te semper commendatum habeat. Anno Domini 1530.

Praefectus secundarius et Senatus Wesensis.

146.

Untervogt und Rath zu Wesen an Zwingli.

Unser freundlich gutwillig Dienst und was wir Ehren und Guts vermögen. Ehrwürdiger, sonders günstiger lieber Herr Meister Ulrich. Als Ihr Euch denn auf unser Begehren soviel gearbeitet, und uns Meister Hans Oechslin die Predikatur etliche Zeit zu versehen zugeschikt habet, danken wir Euch mit allem Ernst, wollen auch alle sammt und sonders solches und alls Guts so Ihr uns bewiesen zu Gutem nicht vergessen. Und als uns dann gedachter Meister Hans aus Eurem Befehl vorgebracht von einer Predikatur wegen, damit Ihr uns weiter habt wollen versehen, haben wir jedoch Meister Hansen mit grosser Bitte schwerlich dahin gebracht, dass er sich begeben hat, ein Jahr lang bei uns zu bleiben, dessen wir diesmals begnügig sein wollen, mit der Hoffnung, wir haben Euch hiemit nichts missdienet. Gott wolle Euch allzeit befohlen haben. A°. Domini 1530.

Untervogt und Rath zu Wesen.

CXLVII.

Zuinglius ad Thomam Blaurerum et Cunhardum Zuiecium.

Gratia et Pax a Deo. Serio nunc agimus eam rem, de qua cum utroque vestrum commentati sumus, speroque viam inventuros; quae ad propositum ducat desiderio plenos. Hesterna die Probuleutae nostri constituerunt futuris *Basileae* comitiis quaedam ostendere, quae ad promovendum negotium valeant. Interim intrepidi state, et Caesaris consilia nolite metuere. Incidet in cotem aliquando novacula. Valete. *Tiguri* 3. Nov. Nunquam cessate urbes monere, quo sint attentiores ad cavendum artes, et firmandum sua. 1530.

Huldricus Zuinglius, vester totus.

CXLVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Nuper scripsi, et iterum oro, mi frater, ut des operam, quo mittantur ad proxima Comitia Legati nostrae caussae Excommunicationis faventes, qui Magistratum nostrum adhortentur, pergere in re cepta, et nec dissuadeant, nec dehortentur. Vere enim Ecclesia nostra tali remedio opus habet, quandoquidem Magistratus connivet, et perquam levis est ad pleraque corrigenda, ut multa alia taceam. Quod fratribus vestris in Synodo minus placuit nostrum consilium, boni consulimus. Caritas nobis sanctior est, ut propterea vel tantillum ab eis alienemur. Confidimus eosdem similiter erga nos affectos. Dabit forsan aliquando Dominus ut et in ceteris aliquando major nostra concordia cognoscatur. Vale. *Basileae* 7. Nov. 1530.

Tuus *Oecolampadius*.

CXLIX.

Henricus Strubi Zuinglio.

Gratia a Deo sit Tibi per Christum Dominum Nostrum. Dilecte mi in Christo frater, Te certiorem facio, me satisfecisse tuo injuncto mandato, ac *Altstetten* petiisse, quo munus coadjutoris subirem, uti mecum locutus fueras, sed me aliquantulo tempore ibidem manente, ac aliquos sermones ad populum habente, grex Christi quidem maxime applaudebat, ac me advenisse nimis laetabatur. Interim me aliquas pecuniolas petente ad advehendos puerulos nemo dabat. Adloquebar illum *Johannem Vogler*[1]), uxorem cum liberis laborare fame, vel ut adveherentur cum adhortabar. Sed silentium et sibi et omnibus erat. Sic me situm inter sacrum et aram de omni spe decidi, donec hinc inde

---

[1]) *Johannes Vogler*, Ammannus *Altstettensis* in *Rheni valli*, qui reformationi maxime studuit. Idem scripsit brevem historiam reformationis *Rheni vallis*. Post pugnam *Capellensem Turicum* fugit.

subaudiebam, illos procuratores abbatis *S. Galli* recusasse dare tot salarii, quod illi in *Altstetten* duos haberent Evangelistas, deinde me clamitante, injuria me affici, petierunt Te nec non totum Senatum apud *Tigurinos*. Quid actum sit, adhuc non admodum certus sum, nisi quod percepi ex *Johanne Fortmüller* [1]), Te ei locutum, si mihi recusatum sit officium Coadjutoris in *Altstetten*, ut ad Te veniam, ac in Te sitam esse spem. Pro quo et gratias referrem merito, si poteram. Sed animum non munus inspicis. Interim peste hinc inde grassante moritur Ecclesiastes in *Marpach*, quos hucusque evangelico pabulo cibavi, infirmos visitavi, et ipsos pro virili consolor et consolatus sum, qui, Te adnuente, me orant, eos ne deseram, ac eis adsim in his periculosis temporibus, nam, mi frater, omnia moestitiae plena sunt. Adest pestis, fames et truculentissima lues Catabaptistarum, quos nemo prohibet, ne saeviant. Omnia sunt corrupta, omnia labascunt, corruunt. Nemo curat (vel admodum pauci) quo illa lues propellatur quam longissime, et pace omnium dixerim, vel etiam omnes Pastores ferme connivent. An admodum indocti vel corrupti sint, incertus sum. Interim Catabaptistae serio triumphant. Interea quid mihi faciundum sit, non persuasus sum. Neminem habeo, qui mihi adsit, vel ope sua adjuvet, praeter Te, mi frater. Omnes clamitant: evangelicae literae non continent in se, ut morte plectantur. Me reclamante non audiunt. Etiam ipse *Johannes Vogler* (sed cave nemini dixeris, quod Tibi haec scripserim) sic omnia interemit, perit evangelicus sermo, pereunt Evangelistae, et omnes, qui Deum sincere amant. Quid multis? Nisi Tu vel consulendo vel docendo reclamites, actum est de illis in *Rheinvalle*. Decimae quoque non datae sunt, ut christianos decet, quamvis major pars adhuc justitiam colit, et abhorret vel mentionem facere de lue *Catabaptistica*. Adhuc multa haberem, quae scriberem, sed tempus non patitur, nam mihi hinc inde cursitandum est ad infirmos, quo eos Christo lucrifaciam, quapropter Tibi jam faciundum est (ut paucis multa comprehendam) ut vel ad me quid literarum des, vel me aliter adjuves, ne inteream his circumdatus miseriis. Audivi vestrum Mandatum ad Praesidem in *Rhenivalle*. Sed non audio, ut hoc agat, quod in se continet. Vale iterum atque iterum. Cetera percipies ex eo, qui Tibi has dat literulas, homo et pius et justus. Vale. Si quid minus recte curatum est, ignoscas et tempori adscribas. Raptim. Ex *Marbach*, feria 3ia ante Martini 1530. Salutato omnes qui de me Te interrogabunt.

Henricus Struby, quantus quantus est, tuus est.

CL.

Petrus Dasypodius Zuinglio.

Salutem et conscientiae pacem per Christum. En iterum Tibi, vir humanissime, molestus esse, adeoque, licet invitus, bis eandem occinere cantilenam cogor, quod ut aequius audias, brevibus accipe

---

1) *Valentinus Fortmüller* Waldshutensis, parochus Altstettensis.

causam. Super re illa, de qua proxime scripsi, Praefectus noster [1]) Senatum vestrum consuluit, ille per literas respondit, se velle prorsus, ut iis, quae nuper *Tiguri* decreverint ipsi una cum ceteris *Helvetiorum* legatis ὁμῶς ἀφατοίτε φατοίτε pareant, nulla interim facta mentione constitutionum illarum, quas prudenter nimirum, et non sine exemplo, Synodus nostra sanxit, ac ut excuderentur typis tandem curavit de quibus tamen nunc est controversia nostratibus, ut scripsi nuper, quarumque gratia praecipue consilium *Tigurinum* petiit magistratum. Id quum Judicibus et quibusdam e numero duodecim, ut vocant, aperuisset Praefectus, aegrius tulere, quam dici possit, atque mox habita consultatione communiter tandem in eam sententiam iverunt omnes, ut *Tigurum* e vestigio mitteretur Legatus, qui denunciaret palam, aut Synodi statuta, simul cum iis, quae plebs hactenus eorum auspiciis pie, quemadmodum creditum sit, de moribus corrigendis instituerit, in universum tollerent et abrogarent, aut pro fide sua darent operam, ne gratia fieret ulla Nobilibus, quo minus perinde ac ceteri communibus legibus obtemperare haberent necesse, hanc scilicet semel placere sententiam, pro qua etiam tuenda quidvis pati parati sint. Hic magis quam antea solicitus est Praefectus, videns non mediocre nobis imminere periculum, proinde, id quod prius etiam monui, fac quantum in Te fuerit, ne paucorum pervicacia multos pios ac studiosos pacis in ingens adducat discrimen, in rebus hujusmodi periculosis tua prudentia ἱερὰ ἄγκυρα est profecto, qui non ignorat etiam, quantum, ut par est, autoritate valeas apud tuos, eoque me, quo Tibi scriberem studiosius extimulavit. Vale, meque ama, vir doctissime. *Frauenfeldii*, raptim 14. die mensis Nov. 1530.

Petrus Dasypodius, jussu *Philippi Brunneri*, Praefecti.

CLI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Valde soliciti sunt *Legati Argentoratensium*, qui huc missi, ne Te difficiliorem reddas in recipiendis his, quae ad concordiam cum *Luthero* attinent. Equidem nec persuasione ulla opus apud Te esse arbitror, ubi ubi et veritatis et caritatis justus fuerit respectus habitus. Utriusque *Bucerus*, mea sententia, observantissimus est. Principio proponere videtur, quod quispiam existimare queat, nobis adversum esse. Sed mox nostram mentem tam clare aperit, ut nos nihil desiderare debeamus, et Satanae os obturetur. Christi corpus et sanguinem adesse vere in Coena fortasse cuipiam durius sonat, sed mitigatur, dum adjungitur, animo, non corpori. Sic et in ceteris prudenter ingreditur, dum Sacramenta fidem confortare ait, et mox sua expositione errori fenestram praecludit. Proinde confido non ingratum fore Tibi, quicquid ille in medium attulit. Nosti pertinax *Lutheri*

---

[1]) *Philippus Brunner.*

ingenium, ad quod cum tot millium lucro domandum, sermo attemperandus erat, idque citra veritatis praejudicium. Ceterum ego tuam sententiam audire malim, et si liceret, non per Literas, sed coram. Id quod Legati illi maximopere desiderant. Forsan et de aliis rebus ad Ecclesiarum utilitatem attinentibus proponeres non sine fructu. Unde, si potes mox advola. Sin minus integrum est, sic responde, ut veri ac aequi juxta amantes comprobemur. Rumusculos judicare nescientium non est quod moremur, qui certiore spiritu pronunciamus. Porro conveni Legatos *vestros* et *Bernenses* sed parum spei est, et expediebat me *Aroiam* venisse nunquam, et jampridem confectum esset negotium. Nunc pendet ac pendebit eorum vitio, qui hic verentur regnum Christi promotum. Nondum tamen desperamus omnino. Vincit nonnunquam postulantium improbitas. Monent etiam Legati *Argentoratensium*, ne exemplar concordiae ulli describendum communicetur, antequam de pleno *Lutheri* consensu certiores reddamur, nam si ille uno vel altero verbo motus fraternitatem non agnosceret, vel minus consentiret, parum honesta futura esset editionis properantia. Bene vale. *Basileae* 19. Nov. 1530. Salvta uxorem cum liberis ac fratribus.

Oecolampadius.

CLII.

Christophilus Landenberg Zwinglio.

Gratiam et Pacem per Christum. Mi Magister *Huldrice*. Mihi indicavit *Michael Elgawiensis* V. Cl. omnem solicitudinem et metum quem mea causa concepisti, quum audiisses, Clericum *Bürensem* se suspendisse, cujus tibi maximam gratiam habeo; cum etiam antehac multae et magnae curae tibi fuerim. Is cui hoc accidit *Schenkli* fuit nomine, et prior Scriba *Wilensis* ei frater fuit consobrinus. Malae fortunae autem momenta has res fuisse existimo. Primum pauperrimus et aere alieno obrutus fuit, et eo die quo hoc ei accidit omnibus ejus bonis auctio imminebat. Deinde maxime aegrotus fuit corpore, maximis cruribus, male olens, ut nemo apud eum habitare posset. Tertium nunquam quidquam divini verbi intellexit, id quod infortunio probatum est, et omnino indoctus fuit, et ferebatur rumore, eum examinatum iri. Spero quidem Deum non amplius me in tam horribile malum incidere passurum esse, numquam enim tam graviter afflictus sum quantacunque miseria obrutus, ut mortuus esse vellem, a natura enim abhorret se ipsum interficere. Porro, mi Magister *Huldrice*, te scire volui, magnum dissidium esse inter concionatores aedis sacrae. Alii nunc Synodum *Roschachii* habent, cui alii non adsunt, cujus rei causa est, quod instituta est inscio et invito magistratu, quod nonnulli aegre ferunt, et putant, id immerito fieri nisi magistratus auctor sit. Itaque te quam maxime rogo, ut, si tibi placuerit, cum Capitaneo *Jacobo Frei* de ea re loquaris, ut instituat justam Synodum omnium sacerdotum *Rheni vallis* et *ditionis aedis sacrae* eadem ratione ac *Turicenses* et *Thurgavienses* habuerunt, quippe quod maxime opus sit, cum multi

inter nos sint, qui humanas traditiones nondum reliquerint. Deus te confirmet in rebus quibus doctrinam christianam augere incepisti; quem ex intimo animo pro me orare velis; ego quoque profecto pro te orabo. Dedi 19. Nov. 1530.

Christophilus Landenberg.

Ea *Büra*, ubi quem supra dixi se suspendit, *inferior* vocatur; quorum vicorum ex altero in alterum eunti minus quam horae iter faciendum est.

152.

Christophilus Landenberg an Zwingli.

Gratiam et Pacem per Christum. Mein Meister Huldreich. Mir hat angezeigt Herr Michel von Elgöw, den ganzen Kummer und Schreken den Ihr von meinetwegen empfangen, da Ihr gehört, ein Pfaff von Büren habe sich erhenkt, darum ich Euch hoch danke, dann ich vor auch gross und viel Sorg von meinetwegen habt getragen. Der, dem solches begegnet ist ein Schenkli gsin, und ist der vordrige Kanzler von Wil und Er geschwisterte Kind, und achte, ihm seien diese nachfolgende Stüke, dieses Uebels eine Förderung gsin. 1. Ist er fast arm gsin und in grossen Geldschulden gestekt, und des Tags, da ihm dieses begegnet ist, da hat man ihm wollen verganten all sein Hab und Gut. 2. Ist er fast krank an seinem Leib gsin, trefflich gross Schenkel, übel geschmekt, dass niemand bei ihm hat mögen wohnen. 3. Hat er keinen Verstand im göttlichen Wort nie gehabt, das wol das Uebel hat angezeigt und eben gar nichts können, und ist eine Rede ausgegangen, man wolle ihn examiniren. Ich hoffe so wohl in Gott, er lasse mich in kein solch erschroklich Uebel fallen, denn es mir so rauh nie ergangen, wie gross die Noth je um mich gsin ist, dass ich je hätte wollen, dass ich tod wäre gsin, denn es ein unnatürlich ding ist, sich selbst ertöden. Weiter mein Meister Huldreich so lass ich Euch wissen, dass eine grosse Zweispalt ist zwischen den Predikanten im Gotteshaus. Etliche haben jezt einen Synodum zu Roschach. Etliche sind nicht da. Und das aus der Ursache. Er ist angesehen worden, ohne einer Oberkeit Gunst, Wissen und Willen, das etliche bedauert und vermeinen, es habe keinen Grund ohne eine Oberkeit. Und ist also meine ernstliche Bitte an Euch (sofern und es Euch gefiele) dass Ihr mit dem Hauptmann Jakob Frei davon hättet geredt, dass er an hätte gesehen einen rechten und ganzen Synodum von allen Priestern im Rheinthal und Gottshausleuten zu gleicher Weise, wie zu Zürich und im Thurgau gehalten sind worden, denn es von grossen Nöthen wäre, weil viele unter uns sind, die noch humanas traditiones nicht verlassen etc. Gott bestäte Euch in Euerm christlichen Handel und Vornehmen, und bittet ihn von Herzen für mich, das will ich gewiss gegen Euch auch thun. Dat. 19. Nov. 1530.

Christophilus Landenbergius in Oberbüren.

Das Büren, da der Obgenannte sich erhenkt, heisst Niederbüren und geht einer näher denn eine Stund von einem Dorf in das andere.

CLIII.

Zwinglius Roestio Consuli et Scribae Civitatis Turicensis nunc Legatis Basileae agentibus et si illinc discesserint, Johanni Oecolampadio.

Gratiam et pacem a Deo ante omnia. Pii, conspicui, sapientes, clementes, benevolentes, carissimi Domini, honores et officia quam maxima possumus vobis deferimus. Quum intercessionem *Martini Buceri* carissimi nostri fratris legeremus, qua si veritas obscuretur vel tranversa agatur nobis damnum afferatur, in ea nihil tam aegre tulimus quam verba: Verum corpus Christi et verus sanguis profecto in sacra Coena sunt etc. Non quod hoc verbum: verus et profecto, recte intellectum nobis displiceat, sed quod vulgus in vernacula lingua id ita intelligit: verum corpus Christi ut corpus revera in sacra Coena manducatur, id quod Lutherani quidem dixerunt. Et quidem homines simplices id ita accipiunt, ut Christi corpus verum, ut corpus dentibus manducetur, ut *Lutherus* etiam docuit. Quamquam interdum ab hac interpretatione recessit et dixit, Sacramentum ut corpus et corpore manducari. Quum nos autem de Sacramento nullis aliis verbis usi simus nisi quibus veteres quoque uti soliti sint, et Lutherani, nomine *Lutheri* quam maxime defendantur, qui quidem in hac controversia tam miras et tam parum christianis dignas res dixerunt, satis intelligimus, hanc epistolam posthac nihil nisi rixas parituram esse, jam enim artes Lutheranas discere licuerit. Quum igitur haec verba: verum et revera in vernacula lingua, quae nunc est controversia, ita a vulgo intelligantur ut supra dixi, ut corpus Christi ut corpus, ipsum praesens corpore manducetur, *Bucerus* autem quae clara et simplicia exposuimus, his verbis: confitemur corpus Christi in sacra Coena praesens esse non ut corpus vel ad corporis naturam, sed ad Sacramenti, integro, puro, Dei reverenti animo, igitur quum *Bucerus* haec declinaverit, sed denuo obtruserit *Lutheri* artificiosa et devia, vobis profitemur, nos omnino ea sententia constaturos esse, quam antehac firmam statuimus ita, ut Christi corpus in sacra Coena praesens sit, non ut corpus corpori neque ad corporis naturam, sed Sacramenti, integro, puro, Dei reverenti animo; videbitis enim si concederemus ita ut veritati detrahatur, nos male facturos fore, et hanc obscuram confusionem utriusque sententiae tenebras neque lucem adjuturam esse. *Capito*, quia etiam *Bucerus*, antehac aptiorem sententiam quam nunc protulit. Deinde ex eo, quod causa tamdiu dilata est non intelligere non possumus, interea cum *Luthero* multa acta et tentata esse; quum hic autem interea non amplius ad veritatem adjuvandam concesserit, sed in dies ineptior fuerit, nos minime decet mortalium hominum causa detrimentum illius ferre. Sed foederis et aliarum rerum nunc componendarum causa, concedimus, ut *Bucerus* libellum suum, siquidem vos quoque iis rebus operam dare volueritis ad Principem *Lüneburgensem* [1]) mittat, quo magis aliae res ad concordiam perducantur. Si autem quis questus

[1]) *Ernestus* Dux Lüneburgensis.

erit, veritatem sibi obscuratam esse, vel nos accusaverit, nos eam deseruisse, sententiae nostrae lucem addendi jus reservatum volumus, ut veritate constemus, non respectis cunctis hominibus nos accusantibus, nos paci non studere, videmus enim hanc obscuram solicitudinem ex arrogantia oriri. Deus qui nos usque adhuc duxit, nos amplius ducet. Scitis, carissimi Domini, haec omnia fieri pro *Luthero* neque pro veritate propugnandi causa, si enim rem accurate spectamus, maxima pars omnium christianorum nobiscum consentit, id quod in dies magis apparebit. Quod res *Augustae* nunc ita habent, id effectum est ab iis, qui nobiscum consentiunt, neque a *Lutheranis*. Si autem ea concordia quae nunc apparet ideo turbetur, satis intelligere potestis, eam si specie quidem reficiatur, discordia autem eorum animos a nobis disjungat, frigidam et inconstantem fore. Quamobrem eorum concordia, qui ejusmodi certaminibus depelluntur, parum curanda est; nos enim eo animo sumus ut vel cum hac controversia communis fidei causa cum iis facile amicitiam et concordiam habere possimus non minus ac nunc *Pontificii* et *Lutherani* secum contra *Turcam* arma ferant, foedus enim feriatur ad tutandos homines, terras, communem justitiam et summam fidei, in qua inter nos consentimus. Si autem hoc facere nolint, aperte videmus arrogantiam et diffidentiam esse, neque opus sit eos veritati praeponere. Alias si quae pactiones in controversiis doctrinae factae sunt, brevis et clara summa accepta est; hic libellus autem quamquam nihil est nisi epistola ad singulam rem pertinens, neque pactio excogitata, tamen est semen verborum, rixas geniturorum. Quem quidem excudi ferimus, modo nobis liberum arbitrium reservetur. Ceterum *Argentoratenses* Dominos et Cives nobis carissimos spe augeatis aliarum rerum ac hujus pactionis misere comparatae, quae constare nequeat. Deus quidem magna aetate est, sed non infirmus, et qui nobis adhuc satis virium et consilii suppeditare possit. Deus vobiscum. Dedimus 20. Nov. 1530. Altera hora pomeridiana. Quae scripsi *Oecolampadio* quoque legenda praebeatis.

Vobis, Domini sapientes, conspicui, constantes, submissi.

Henricus Engelhardus,
Leo Judae,
Huldricus Zwingli (qui conscripsit).

Hae literae consulentibus et audientibus sex viris a sanctioribus consiliis lectae sunt. Tabellario duo floreni dati et sumtus hospitii compensati sunt.

153.

Zwingli an Burgermeister Röust und Stadtschreiber von Zürich jezt Boten zu Basel und so sie verritten, Johanni Oecolampadio.

Gnad und Fried von Gott bevor. Fromm, Ehrsam, weise, gnädig, günstig, liebe Herren. Euch seien alle Erbietungen. Nachdem wir die Mittlung Martini Buzers unsers lieben Bruders verlesen, darin wir grossen Nachtheil hätten, wo die Wahrheit möchte vertrochen oder

vermuslet werden, hat uns nichts so hoch bedauret, als die Worte: der wahre Leib Christi und das wahre Blut, sind wahrlich im Nachtmahl etc. nicht dass uns dies Wort: wahr und wahrlich, sofern es recht genommen, missfallen, sondern dass der gemeine Mensch im Teutschen also versteht: der wahre selbst wesentliche Leib Christi wird wahrlich wesentlich im Nachtmahl geessen, welches die Lutherischen allweg geredet haben. Und will aber der Einfaltige dadurch verstehen, sam Christus natürlich wesentlich geessen werde, mit dem Mund, wie auch Luther gelehrt hat. Wiewol er davon zu etwas malen gesprungen, und geredet, das Sacrament werde leiblich geessen. So aber wir vom heiligen Sacrament nie anders weder mit Worten geredt haben, die auch bei den Alten bräuchig gewesen sind, und die Luthersehen unter der Person des Luthers trefflich beschirmt werden, die aber so ungehörte und unchristliche Dinge in diesem Handel geredet haben, können wir wol erkennen, dass diese Epistel zu künftiger Zeit nichts denn Zank gebähren wird, denn man sollte mittalome die Lutherischen Praktiken wol erkernt haben, und so dann diese Worte: wahr und wahrlich, in gemeinem Teutsch, als jezt der Span steht, also vom gemeinen Mann verstanden wird, wie obgemeldt, für wesenlich, natüslich, selbst gegenwärtig, und Buzer auf das klar einfältig, das wir anzeigt haben, das also lautet: wir bekennen, dass der Leib Christi im Nachtmal zugegen sei nicht leiblich oder natürlich, sondern sakramentlich, dem reinen, lautern gottesfürchtigen Gemüth, dass ja Buzer auf das nicht hat mögen kommen, sondern wiederkommt mit den Lutherischen Gesüchen und Abwegen, so geben wir Euch zu erkennen, dass wir ganz und gar bei der verabgeredten Meinung bleiben werden, die fest in diesem Sinn vergriffen ist: Christi Leib ist im Nachtmal gegenwärtig, nicht leiblich noch natürlich sondern sacramentlich dem reinen, lautern gottsfürchtigen Gemüth, denn Ihr werdet sehen, das Vorgeben zu Nachtheil der Wahrheit nicht gut wird thun und dass dies dunkel Vermengen der Finsterniss und nicht dem Licht verhelfen wird. Capito hat die Meinung, auch Buzer selbst vormals ziemlicher angebracht, weder jezt. Nun können wir wol an der langen Zeit, so die Sache verzogen ist, merken, dass viel dazwischen mit Luther gehandelt und versucht ist, so er aber darüber nicht weiter zu der Wahrheit Förderung nachgiebt, sondern je mehr und mehr ungeschikter ist, will nicht ziemen, dass wir die Wahrheit um der keibigen Leute willen, jenen lassen vernachtheilen. Aber von der Einigung und Händeln wegen, so vor Augen sind, geben wir zu, dass Buzer seine Schrift, sofern Ihr daran auch sein möget, mag an den F. v. L. lassen ausgehen damit andere Sachen zu bessern Ruhen mögen geführt werden. Wo aber sich jemand klagen wird, die Wahrheit sei ihm verfinstert, oder uns zeihen, wir haben die verlassen, wollen wir die Hand offen haben uns zu erläutern, und bei der Wahrheit zu bleiben, unangesehen, obgleich die ganze Welt uns beschuldigen, sam wir Friedens uns nicht fleissigen, denn wir sehen, dass diese finstere Angst aus Förwiz kommt. Gott der uns je und je geführt, wird uns weiter bringen. Ihr wisset, lieber Herr dass dieses alles nur ein Schirm des Luthers

ist, und nicht der Wahrheit, denn so wirs je beschen, so ist der Mehrtheil aller Christen unsers Sinnes und wird sich das von Tag zu Tag erfinden. Dass Augsburg jezt also steht, kommt aus denen, die unsers Sinnes sind, und nicht aus den Lutherischen. Wo aber die Einigkeit, so vor Augen, dadurch sollte gehindert werden, möget Ihr wol wissen, dass wo sie gleich gemacht würde, und aber der Zweitracht sie von uns scheiden möchte in den Gemüthern, dass es ein kalt Ding und unbeständig wäre. Deshalben von deren Einigkeit, die sich solche Kämpfe liessen trangen, nicht grosse Sorg zu haben ist, denn wir dessen gesinnet, dass wir mit diesem Span, mit ihnen gemeines Glaubens halben Freundschaft und Einigkeit wol könnten haben, als wol, als wir jezt Päpstisch und Lutherisch miteinander wider die Türken zögen, denn die Einigung würde gemacht zu Schirm Leuten, Landen, gemeiner Gerechtigkeit und der Summ des Glaubens etc. in deren wir einig sind. So aber sie das nicht wollten thun, sehen wir wol, dass Fürwiz und Misstrauen da wäre, so wird auch nicht noth sein, dass man sie für die Wahrheit seze.

Wenn etwann Einigkeiten in den Spänen der Lehre gemacht, so hat man in eine kurze lautere Summe verwilligt; wiewol nun das nur eine besondere Epistel ist, nicht eine ertrachtete Vereinigung, ist sie doch eine Wortensaat und Kampfespflanze, mögen wol leiden, dass sie ausgedrukt, doch uns gar unvergreiflich. Verströstet sonsten unsere lieben Herren und Burger von Strasseburg mit andern Sachen, weder mit dieser jämmerlich erfochtenen Einigung, die nicht bestehen möchte. Gott ist alt, aber nicht krank, hat uns noch Kraft und Raths genug etc. Gott mit Euch. Geben 20. Nov. 1530. 2 Stund Nachm. Lassets Oecolampadium auch lesen.

Euer Ehrsamen Weisheit und Veste Unterthänige
Heinrich Engelhard,
Leo Jud,
Huldrych Zwingli (Verfasser).

Ist mit Rath und Verhören der Verordneten alles verlesen. Dem Boten hat man 2 fl. gegeben und ab der Herberg gelöst.

CLIV.

Consilium nostrum (Zuinglii, Oecolampadii, Megandri et Capitonis quatenus cum Luthero convenire possint) ut ad Bucerum scribatur.

Quum teste Augustino observandum est, cum vel Christus ipse vel cum Scriptura de illo loquitur, quid secundum Dei filium, quid vero secundum filium David, de uno tamen ac indiviso Christo dicatur, omnino confitemur servandum esse modum istum, in referendo utrique naturae, quod suum est, cum de proprietate sermonis requirimur, quantumvis propter Personae unitatem ea proprietas commutetur, istum, inquam, modum servandum esse, quem Christus ipse cum passim, tum

maxime in Evangelio Johannis servavisse deprehenditur, quemque veteres omnes servarunt. Et hac in re Augustinum de praesentia Dei ad Dardanum sequendum et observandum ducimur.

His praemissis sententiam verborum Coenae Domini: hoc est corpus etc. in brevia ista colligimus. Christus his verbis praebuit corpus suum aut corporaliter et naturaliter aut spiritualiter edendum. Non corporaliter sed naturaliter, nam hoc fatentur Lutherani et Papistae, ergo spiritualiter. Cum ergo de spirituali manducatione dudum convenerit nobis cum *Luthero*, quod edere est credere, constat fidem in Christo Jesu primam atque praecipuam esse in Eucharistiae manducationem, quodque, dum illam praecipuam habemus, sine qua sacramentalis nihil prodest, illa vero citra sacramentalem, dummodo non contemnatur, summa salutis est, injuria e fratrum numero rejicimur, etiamsi in sacramentali manducatione erramus.

Cum ergo in coena naturale Christi corpus non edatur corporaliter: et spiritualis aut fidei manducatio praecipua sit, quae hic requiritur, jam constat, quod quidquid hic sensibile datur vel geritur, non sit nisi Sacramentum. Cum enim fides nulla re sensibili dari possit, nec etiam naturale Christi corpus praebeatur, jam constat mysterium esse, quod colligitur vel praebetur.

Cum autem in mysterio sive Sacramento non debeamus, juxta Nicaenae synodi praeceptum, pani ac poculo humilius esse intenti: sed fidem elevare et hac intueri agnum qui mactatus mundi scelus sustulit. Ac rursus cum ipsum Sacramentum, quantumvis non debeat nos sibi defixos habere humilius, summa tamen cum reverentia tractandum ac peragendum est, cum quod Christus ipsum vice sui corporis datum corpus suum adpellavit, quo magnitudinem et rei, h. e. verae redemtionis et mysterii, quod fidei similitudinem prae se fert, ut enim elementa ista, panis et vinum homines confortant, sic fides in Jesu Christo animum reficit commendaret — tum quod haec sacramenta sensibus quoque suo modo Christum repraesentantia, veram istam fidei contemplationem, quae Christum praesentem intuetur verum Deum et Hominem plurimum juvant.

Hinc fit, ut Christum credamus vere esse in coena, quemadmodum dictum est: ibi in medio illorum sum; non in pane, non adsumpto pane, non in se converso pane, non unitum pani, non naturaliter nec corporaliter, sed religiosae, nudae, purae ac divinae menti, sacramentaliter ac mysterialiter. Tam abest, ut Christum profligemus e Coena, ut nisi quis dicto modo praesentem habeat, aut nihil aut aeternam damnationem habeat.

Quod si Lutherani (cum hac expressa exceptione, quod nobis juxta superius datam naturarum in Christo distinctionem, liceat Synodi Nicaenae tropicos sermones ψιλῶς ac nude exponere) permittunt, jam nihil moror, ad verbum recipere ejus Synodi de Eucharistia decretum, sin minus, jam nihil minus volo, quam hujusmodi sermonibus loqui, qui veritatis obscuratoribus patrocinentur. Quamvis, si idem esset loquendi mos hodie, qui tum erat, neque in veritate propter antiquitatem error quaereretur, jam nihil periculi esse censerem, si citra exceptionem fateamur

hunc Nicaenum articulum, nunc autem, citra liberam ejus expositionem suscipiendum non censemus.

CLV.

Jacob Grob Zuinglio.

Salutem. Quod sexcentis aliis te occupatum apello, ἐπίσκοπε κράτιστε, facit tuus erga tuos amor, qui ne catellum quidem *Doggiam* redolentem insalutatum pertransit, quanto minus hominem, cujus caussa tui seditionem ac dissidium oriri timent. Ejus hominis nomen est *Aerni Glarner*; qui sorori uxoris suae defunctae adhaesit, haeretque indesinenter jam 5 aut plures annos, habet ex ea liberos, habet adstipulatorem, qui hominem in proposito suo hactenus stabilivit, fretus, aut potius deceptus, ex eo quod legitur: „adhuc illa vivente." Ego autem locum sic intelligi posse edoctus sum: non revelabis turpitudinem ejus in vita sua, quam diu vixerit h. e. nunquam revelabis. Id si ita, aut secus Hebraea veritas postulat, poteris, quum voles, aut dignum videbitur, uno nobis verbo significare. Neque vero istud quaerimus, quod dubitamus, utrum liceat, sed ut veritas ubique sibi constet. Si enim frater non audet sui fratris defuncti uxorem ducere, neque soror suae sororis defunctae maritum ducere audebit. Utrisque enim lex dominatur. Res ea ad judicium usque nostrum (venia sit dicto) perlata est. Quod superest, rogamus, ut id, quod tuum est, compleas. Effugium ad tempus meditamur, si quo modo dissidium possimus aliqua ex parte, si non opprimi, saltem extingui. Scientia inflavit praeconem eo tempore. Res quia ardua, et annos jam aliquot impunis exiit, necessarium duximus Doctorum judicio examinare, inprimis vestro, quid pronunciare conveniat. Id enim et homo flagitat. Interim omnes, ut speramus, melius sentient, cum audierint vestrum in ea re consilium, vestrum decretum, imo legis divinae voluntatem. Verum de his plura fortasse, quam debui. Vale ex *Lichtensteig* d. 24. Nov. (1530).

CLVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Dilecte frater. Literas adjectas mittit ὁ ἀλωπηκολάθιος. Quid velint, videris Tu. Utinam perquam faustum aliquid. Redditae autem et mihi sunt tuae super concordia *Lutheri*, nec imprudens videtur consilium. Nihil tamen de ea re scripsi *Argentoratum*, eo quod Legati, ubi tabellio venit, jam abierant, et interim nullus occurrit, neque Tu praeceperas. Prodeat igitur *Buceri* periculo, tametsi, nisi omnia fallant, *Lutherus* eam minus approbabit, quam nos. Hanc *Buceri* expositionem ferre nos possumus, licet obscuram, clariorem tamen, quam ut *Lutherani* approbaturi sint, nisi ab ingenio suo recedant. Quid scribam novi? Domesticam inquietudinem, fere tragica, Parens ille meus, qualem nosti, novercam mihi inducere nititur,

neque violento contraire potero. Boni, consulenda et haec sunt cum publicis malis. Bene vale. 26. Nov. 1530.

Joannes Oecolampadius.

CLVII.

Bovillus Zuinglio.

Gratiam et Pacem per Christum. Acceperam ego nuper, carissime frater, fama non vulgari, quod quaedam anus ex *Catabaptistarum* familia de *Zollikon*, per filium ejus elaborata vasa lignea ad vendendum circumferens *Glaronae* et in vicinis ad simplicium domos clam surrepat, et suae perditissimae ac venenatae sectae dogma seminet. Te igitur oratum velim, ut rebus hisce periclitantibus ope tua ne desis, ut absolas, et Magistratui *Tigurino* persuadeas, quod Prophetistae huic silentium imponant, ac eam prorsus domi manere faciant. De rebus autem nostris hospes meus mihi non ingratus, praesentium lator, Te certiorem reddet. Et salutatis meo nomine D. *Geroldzekio*, *Suitensibus* et conjuge tua, vale. Raptim. 29. Nov. 1530.

Bovillus tuus, Vesanine (Wesen).

CLVIII.

Zuinglius Berchtoldo Hallero et Caspari Megandro.

Gratiam et Pacem a Deo. Misit hisce diebus, cum urbium christianarum legati *Basileae* convenissent, *Bucerus* copiam ejus epistolae, quam de eo, quod *Lutherani* et *Zuingliani* (sicut ipsi vocant) idem sentiant, vulgaturus est, an nobis ea placeat. Cum ergo crederemus, vobis a legato vestro ejusdem quoque exemplum esse missum, factum est, ut nos nihil nuntiaverimus. Nunc autem *Röstius* nuntiavit, quod legatus vester nondum adpulerit, cum ista ab *Argentoratensibus* exponerentur. Unde non est, ut nobis succenseatis. Id autem propter duplicem excusationem, cum quod non tanti refert, quid alius de sententia utriusque partis sentiat, tum quod eadem respondimus, quae prius. Videlicet Christi corpus credimus esse in coena, non naturaliter aut corporaliter sed sacramentaliter h. e. fidei contemplatione purae, sinceae, ac religiosae menti. Est quidem *Buceri* epistola amica et pacis avida, quaeque sententiam nostram adprobe exponat, sed simul multa habet ἀμφιβολῶς dicta, multa vero obscura. Unde istud quoque addidimus: *Bucero* per nos integrum esse, vulgandi epistolam, sed suo, non nostro nomine. Nos enim servare jam dictum tenorem; atque sic etiam excipere, quod si *Lutherus* vel alius quicunque dicturus sit, nos aut cessisse sententia, aut non recte docuisse, tum nobis licere, sicque animatos esse, ut veritatem de novo contra quoscunque tueamur. *Benedictus Burgouer Scaphusiae* quovis Chameleonte inconstantior, nudius tertius apud me fuit vafre nimis occasionem elabendi quaerens. At hodie a Probuleutis communi nomine impetravi, ut iterum ad Senatum

Scaphusianum scribatur, quo negotium istud non negligant, aut eximant. De *Allobrogico* negotio puto vos jam consilium nostrorum intellexisse. Quod in hunc sensum habet. Legati omnia tentent, quo rem transigendo componant. Si Dux nolet, jam copiam epistolae, quae *Basileae* inventa est, proferunto, atque minantor, mundo exposituros, pecunia tentatum esse ab illo, judicum animos corrumpere. Quod si hac via transactio non succedat, domum redeant, citra judicium, quo deinde aliis consiliis rem adgrediamur. Sed ista vos soli scitote, et ii, quibus fides citra periculum habenda est. Porro quod ad aequitatem ipsam pertinet, quo scilicet pacto vos possitis satisfacere pro concionibus, accurare debetis, ut Evangelium strenue praedicetur *Gebennae*. Deinde exponere, eam partem foederis, quod cum Duce habetis, quae continet: *Bernenses* ac socii foedus nullum pangunto cum quoquam, qui nobis est subditus, aut nostrae ditionis, hoc, inquam, modo, exponere. Si *Allobrox* hac lege voluit cavere, ut non liceat vobis, quoscunque tyrannide opprimi videntibus, succurrendo redimere, ita ut, si suadeat aequitas, opem ferendam esse, lex vetet, jam constabit, legem non esse servandam, quia astu videtur egisse Princeps si contra fas et aequum foedera pepigit. Quae enim unquam foedera cum Christiano incidi possunt, quae a recto et aequo arceant? Unde et *Bernenses* verisimile non est, cum quoquam unquam foedus inituros, quo ita constringantur, ut si cui videant vim inferri, non defendant. Si vero ista cum Regulo isto foedera, aequo et bono temperari atque exponi debent, jam licebit Urso cum quocunque, quem injuria videt obrui, foedus pangere, imo licet cuique mortalium, quemque vim patientem periculo liberare. Neque ulla unquam foedera dici foedera merentur, quae sic fiunt, ut aequitatem excludant a consilio et interpretatione. Quod si quae hujusmodi per tyrannos fiunt, certe a christianis non debent fieri. Amorem enim proximi, cui opem ferre ex lege divina oportet, eliminarent. Videtis hic obiter, carissimi fratres, quid foedus istud cum domo *Austriaca* noceat. Nos enim, etiam in fidei negotio, illis non succurrimus, qui sub ea tyrannide sunt, cum tamen de fide sit nulla cautio aut lex posita, sola ista ignoratione falsi, quasi per foedus oporteat nos istos ferre, etiamsi suos excoriarent, torrerent aut elixarent. Valete et monete *Dillemannum*, ut ejus negotii meminerit, quod *Röstius* commisit. Multa enim sunt, quae accelerari, sed lente, usus postulat. Vellem super ea re mihi homo daretur ad commentandum: At cum non datur, orare, ut nullum negotium majus ducat, quam istud. Faciet enim ad christianae atque *Helveticae* (pacis) conservationem diutinam. *Tiguri* ultima Nov. 1530.

Vester *Huldricus Zuinglius*.

CLIX.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. *Bucero* mentem tuam in concordia cum *Luthero* scripsi diligenter, mi frater. Remitto Tibi tuas literas, quae

reponentur dignas, nemo enim satis caute lubricas illas anguillas constringet. *Scaphusanae* Ecclesiae turbatori [1]) operae pretium foret, frenum imponi, ne sua licentia etiam aliis molestior sit. Quod si etiam nos illi committemur, non detrectabimus. Omne Tibi in nos jus est, quantum per Magistratum nostrum licet, evocandi etiam quolibet. Synodus nostra 50 Episcoporum ac Diaconorum, iterum Senatum unanimiter per Deputatos suos rogavit, ut Ecclesiis reparandis per Excommunicationis remedium consulatur. Ceterum nihil adhuc responsi accepimus, tametsi responsurum se brevi dicat, id quod et pridem fecit. Bene vale. *Basileae* 3. Dec. 1530.

Tuus, *Oecolampadius*.

CLX.

Jacobus Frei Capitaneus Sangallensis ad Zuinglium.

Officia nostra amica et prompta et plurimam salutem ante omnia offerimus et dicimus tibi, venerande, doctissime, carissime Domine et amice. Quum quotidie perversam sectam *Catabaptistarum* ortam videamus, infeliciter accidit, ut haec in nostram quoque terram quam maxime irrumpat; et quamquam non solum jubendo et vetando providimus ne id fieret, sed etiam poena et factis contra egimus, tamen parum profecimus, sed error pestifer in dies crescit vel baptizando, vel occultis concionibus, vel clandestinis conventibus aliisve ejusmodi rebus illicitis, quibus multi homines simplices ad hanc sectam et errorem ducuntur. Deinde verendum est, ne parochi et praedicatores nostri parum contra eos valeant, quod nonnulli de quibusdam locis quidem negligentes, dissentientes, discordes sunt, alii excommunicatio, alii hoc, alii illud placet, ex qua re facillime multum contumaciae aliusque noxae sequatur. Quae quum ita sint nobis, quibus res quas dixi maximae curae sint, quum multum reputaverimus, pro ratione et conditione rerum nihil commodius neque melius quam synodus et commune colloquium in nostra terra incipiendum videtur. Cui quidem ea dies constituta est, ut proxima dominica ante Thomae vesperi *Roschachium* veniatis ibi hospitio usum. Jam cum eae res gravissimae et summa cum fortitudine agendae sint, his aliisque de causis te quam maxime amici amicum possumus rogamus, ne per Dei gloriam non ad constitutam synodum *Roschachium* venire velis; tum etiam omnes parochos et praedicatores in *Rheni valle* et in terra nostra, nec minus eos homines, qui eam sectam Catabaptismi susceperunt, subierunt et se ejus participes et socios praebuere, eo vocabimus et instituemus, ut de his aliisque rebus ab omnibus partibus disceptetur et colloquatur prout opus erit, praedicatores a doctrina, vita moribusque cognoscantur et deinde agatur et decernatur quod Deo probatum, aequum et justum sit. Quo facto multos pios et simplices homines cognita veritate ad justam viam reductum iri certo speramus, et omnes res ibi ita actum iri ut ad

[1]) *Benedictus Burgauer.*

consensum perveniamus et verbum divinum augeatur. Tu igitur te in iis omnibus eum clarissimum virum praebere velis quem te praebiturum certissime confidimus; ad cujus officii gratiam referendam nos promptissimos esse aequum est. Quamquam autem non speramus, nos in hac re repulsam laturos esse, tamen vogamus ut nobis rescribas per hunc tabellarium solum ob hanc rem missum, et quidem an tibi id tempus quod dixi opportunum sit; vel ut nos quam brevissimo tibi commodum fuerit per alium certiores facias (res enim differri nequeunt) ut diem differre possimus. Etiam Consuli et Senatoribus *Turicensibus* Dominis nostris clementibus scribi jussimus tua et Legatorum ex Senatu mittendorum causa. Dedi has literas et meo Capitanei signo nostrum omnium nomine clausi *Roschachii* dominica ante Nicolai 1530.

Jacobus Frei Turicensis Capitaneus et Senator ditionis aedis sacrae Sangallensis.

160.

Jakob Frei Landshauptmann von S. Gallen an Zwingli.

Unser freundlich willig Dienst und alles Guts zuvor. Würdiger, gar wolgelehrter, sonders lieber Herr und Freund. Nachdem (wie man täglich sieht) eine irrige Sekte der Wiedertäufer auferstanden, thut dieselbe in unserer Landschaft leider trefflich einreissen, und wiewol wir nicht allein mit Geboten und Verboten Einsehen gethan, sondern auch mit Straf und der That dawider gehandelt, so hat doch solches wenig erschossen, sondern nimmt das schädliche Irrsal täglich zu, es sei mit Taufen, Winkelpredigen, heimlichen Versammlungen und dergleichen ungebührlichen Handlungen, dadurch manche einfaltige Person in diese Sekte und Irrsal gebracht wird. So denn auch, als zu besorgen, die Pfarrer und Predikanten bei uns wenig Frucht gegen ihnen schaffen mögen, Ursache, etliche in den und andern Artikeln eben hinlässig, ungleichförmig und zerspalten, einem der Bann, dem andern dies, dem dritten jenes gefallen, daraus dann gar leichtlich gross Ungehorsam und Uebel folgen möchte. Darum so haben wir, als die, denen solche angezeigte Sachen trefflich und hoch angelegen, allerlei Nachtrachtung gethan, und will uns nach Gestalt und Gelegenheit der Dinge nichts Kommlichers noch Besseres dann allein ein Synodus und gemein Gespräch in unserer Landschaft zu halten ansehen. Und ist derselbe auf Sonntag vor Thomastag nächstkünftig Nachts zu Roschach an der Herberg zu erscheinen angesezt. Weil nun an den Dingen viel gelegen und mit aller Tapferkeit zu handeln vonnöthen, so langt aus den und andern Ursachen an Euch, unsere ganz freundliche und ernstliche Bitte und Begehren, Ihr wollet um der Ehre Gottes willen, auf angesezten Synodum zu Roschach gewisslich erscheinen, so wollen wir alle Pfarrer und Predikanten im Rheinthal und unserer Landschaft, desgleichen die Personen so sich solcher Sekt des Wiedertaufs beladen, unterziehen, genoss und theilbar machen, auch dahin bescheiden und verordnen, dass der und anderer Dingen halb von allen Theilen Unterred und Gespräch nach Nothdurft gebraucht, die Predi-

kanten ihrer Lehr, Lebens und Wesens erkennt, und darauf was göttlich, billich und recht gehandelt und beschlossen. Guter Hoffnung, manche fromme einfaltige Person werde wieder zu Erkenntniss der Wahrheit und auf den rechten Weg kommen, und allda die Ding zu Einigkeit und Aeufnung des göttlichen Worts gebracht. Und beweiset Euch in dem allen unserm insonders hohen und guten Vertrauen nach, kommt uns um Euch mit aller Gutwilligkeit zu beschulden und zu vergleichen. Und wiewol wir uns hierin Abschlags nicht versehen, so begehren wir doch verschriebner Antwort bei diesem hierum allein gesandten Boten, und nemlich ob es Euch auf vermeldte Zeit füglich, oder sonst auf das bäldeste (denn die Dinge keinen Verzug erleiden mögen) gelegenen Bescheid, damit wir den Tag wissen aufzuschieben. Gleicher Gestalt lassen wir Unseren Gnädigen Herren einem Bürgermeister und Rath zu Zürich Euer auch einer Rathsbotschaft halben, schreiben. Dat. und mit meinem des Hauptmanns Insigel in unser aller Namen beschlossen zu Roschach Sonntags vor Nikolai 1530.

Jakob Frei von Zürich, Hauptmann und Rath der Landschaft des Gotteshauses S. Gallen.

CLXI.

Zwingli an den strengen und festen Herrn Jo. von F. jezt zu M. seinem lieben Herrn zu eigener Hand.

Gratiam et Pacem a Deo. Ad Probuleutarum nostrorum literas, quibus apud Senatum *Scaphusanum* institerunt, ut *Benedictus* aut sententia cedat, aut nobis sistatur, sic responsum est. Mirari se, quod nos, qui scilicet a prophetia per urbes reliquas sumus, horum enim nomine permoti scripserant Probuleutae, tantopere urgeamus, cum Comitiis jamjam *Basileae* habitis, per Legatos suos responderint, primo quoque tempore sese hanc rem curaturos. In qua sententia etiamnum permaneant, daturosque operam esse, ut quid decreverint propediem habituri simus. Adeo perplacet illis, fraudulentum hominem tegere. Quamvis autem *Roestius* et *Bielus*, qui tum apud vos legatione functi sunt, retulerint, legatos *Scaphusanorum* hoc etiam addidisse, quod ad Andreae solemnia sint responsionem expedituri, idque non sit factum, adhuc tamen operiemur istorum deliberationem. At aliquandiu, non perpetuo. Urgendus enim est perversus ac dolosus homo. Vale. Novi apud nos nihil est. Literas istas ad *Alopecealon* cum primum datur nuntius, mittes, sed fido latore. *Tiguri* 6. Dec. 1530.

H. Zuinglius, tuus.

CLXII.

Erasmus Ritter Zwinglio.

Gratiam et Pacem a Deo Patre per Jesum Christum. Carissime Magister *Huldrice*, scito heri, 6 Dec., me et *Benedictum* ad Senatum

minorum vocatos esse, qui a nobis petierunt, ut nos inter nos conciliaremus, se ad id viros electuros esse; id quod *Benedictus* libenter accepit; ego autem recusavi et petii, ut, quoniam palam concionasset et venenum suum inter vulgus effudisset, ego et is palam interrogaremur; deinde me judicio ecclesiae obtemperaturum esse; quo veritas quae palam conviciis lacessita esset, etiam ita palam in deceptorum animos iret et ibi locum haberet, quod mihi bis, ter, quater negatum est. Etiam intelligo, me dimissum iri, si non acceperim; praeterea intelligo, etsi *Benedictum* scripturae locis erroris coarguerim, tamen eos nolle, ut palam se errasse confiteretur. Vide, carissime frater, an hoc non injuste vi uti sit, quod clamatori isto tantopere indulgent; verentur enim, ne, si ad Senatum majorem venerimus, *Benedictus* rem suam, etiam ipsi alias res perdant; haec est causa, quod impediunt, quominus palam disputemus. Itaque me qui vero studeam oppressum volunt. Quamobrem tibi suadere velim, cum aliter rei consulere non possimus, ut quam maxime roges a *Schafhusanis*, ut *Benedictus* ad te adducatur tecum collocutum, ut causa Senatui majori proponatur et *Benedictus* adducatur, ut palam se errasse confiteatur. Deinde facile a munere amoveri possit; si enim rem strenue aggressus eris, certo spero, te eam ad Senatum majorem referre posse; quod si factum erit, causa omnino victa erit. Quare sat habeas contumeliae qua me tam vehementer oblinunt, et rei majori cum industria ac adhuc incumbere velis, alias res nostra pessime se habebit. Scribas mihi, quid mihi agendum sit. Professus sum me ecclesiae judicium non abjecturum esse, neque concessi, ut clam ecclesia ageretur. *Schafflusae* 7. Dec. 1530.

Homo improbus gloriatur, se vobiscum consentire, nulla causa nisi ne errasse videatur.

Tuus *Erasmus Ritter*.

Sat tibi causae est, quod confessionem *Bernensem* non observavit; quae res ei nimis malo tributa esse rumore fertur. En habes etiam fictam epistolam quam circum tulit etc.

162.

Erasmus Ritter an Zwingli.

Gratiam et Pacem a Deo Patre per Jesum Christum. Lieber Meister Huldreich wisset, dass gestern 6. Dec. ich und Benedikt sind vor den kleinen Rath berufen, und ist ihre Bitte an uns gsin, wir sollen uns miteinander vereinigen, dazu wollen sie Leute verordnen, welches Benedikt gern hat angenommen, ich aber, hab solches verneint und begehrt, weil er öffentlich gepredigt und sein Gift unter das Volk ausgegossen, begehre ich noch, dass man ihn und mich offentlich verhöre, da begehre ich dem Urtheil der Kirche zu geleben, damit die Wahrheit, welche offentlich gelästert, auch also offentlich in der verführten Herzen könne und möge Statt finden, welches mir zum andern, dritten und vierten mal ist abgeschlagen worden. Ich verstehe auch dabei, wo ich es nicht wolle annehmen, so wollen sie mich urlauben, weiter so verstehe ich auch, dass ob ich schon Benedikt mit Schrift seines

Irrthums beweisen würde, so wollen Sie dennoch nicht, dass er eine offene Bekenntniss seines Irrthums thue. Siehe, lieber Bruder, ob das nicht grosser Gewalt sei, wie sie dem Luren vorhalten, denn sie haben Sorg, wo wir für den grossen Rath kommen, so würde Benedikten Sache aus sein, dazu auch andere Dinge mehr; darum hindern Sie, dass wir offentlich zu disputiren nicht könnten kommen, und muss ich also mit der Wahrheit unterdrukt sein, darum so ist mein Rath, denn anders kann unsere Sache nicht gehalten werden, dass Ihr ernstlich anhaltet gegen denen von Schaffhausen, dass mann Euch Benedikt offentlich darstelle, zu einem Gespräch, damit der Handel für den grossen Rath komme und Benedikt zu offentlichem Bekenntniss seines Irrthums getrieben, und demnach mag er leichtlich hinweggebracht werden, denn wo Ihr den Handel mit einem Ernst angreifet, so wär ich guter Hoffnung, Ihr möchtet vor den grossen Rath kommen, und wo Ihr davor kämet, so wär alle Sache gewonnen, darum lasst Euch begnügen das Verkleiben, dass sie mit mir so gewaltig vornehmen, und haltet mit grössern Ernst, weder bisher an, sonst steht unsere Sache trefflich übel. Schreibet mir, wie ich mich halten soll. Ich habe mich protestirt, dass ich der Kirche ihr Urtheil nicht wolle vergeben, habe auch hinterruks der Kirche nicht wollen bewilligen zu handeln. Schaffhausen 7. Dec. 1530.

Der Bub berühmt sich, wie er mit Euch eins sei, doch alles in dem Schein, dass er nicht geirrt habe.

Der Euere, Erasmus Ritter.

Ihr habt Ursache genug, dass er das Bekenntniss zu Bern nicht hat gehalten, dazu auch Reden umgehen, man habe ihm des Schwarzen zu viel daran gethan; habe desgleichen den gefälschten Brief den er um hat getragen etc.

CLXIII.

Bovillus Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo per Christum Dominum Nostrum. Acceptis huperrime Literis tuis, carissime frater, institi ego pro virili apud Senatum *Vesentianum* ut is in ministerium Ecclesiae ejus accersaretur, quem mihi significaveras. Inani autem opera. Abhorrent enim, ut divinabas, ab alienigenis homines isti. Quo fit, ut etiam toties a me repulsam passi, iterum atque iterum flagitaverint aequissimis conditionibus ut munus hoc obeam. Cum igitur divinae vocationi, quae toties me pulsaverit, non parere ut nefas ducerem, adde, quod humanitatem quandam insignem prae se ferat hic populus, onus ipsum, gravatim licet, ad anni spatium duntaxat, subii. Tu velim, mi frater, omnia, ut assoles, boni consulas, et quo auspicata sint omnia, Dominum preceris. Vale in Domino semper. Raptim. 14. Dec. 1530.

Joannes Bovillus, tuus.

CLXIV.

Petrus Scudus Zuinglio.

Domino *Huldrico Zuinglio*, Ecclesiastae Tigurino, viro piissimo, Domino confratrique cumprimis dilecto.

Salutem. Tandem ad meum me nidum recepi, doctissime *Zuinglii*, proinde si tardius ad postremas tuas Literas per legatos *Claronenses* respondeam, boni quaeso consulas, negotia enim, non negligentia vel oblivio in causa fuere. De *Caesare Augustanisque* Comitiis quae scripsisti opinionem nostram minime fefellerunt, nam omnes sic talem fore *Carolum* augurati sunt, utpote Evangelii hostem, qualem et tu verissime depingis. Principes quoque non in aliud eo conscriptos, quam ut afflictum nunc Antichristi regnum restituerent. Sed Domino gratia, ut propheta inquit: astiterunt Reges terrae et principes convenerunt in unum, adversus Dominum et meditati sunt inania etc. Irrita enim hactenus illorum fuere consilia. Nam *Caesarem* ipsum, desperata negotio ut Principes Civitatesque ab Evangelio stantes in suam factionem pertraheret, in *Hispaniam* nunc reditum adornasse ferunt, jamque ad *Moguntiam* utque profectus. Qua de re si quid habes comperti, quaeso ne graveris id mihi significare. Nactus sum his diebus Literas a *Jacobo Bedrutto Argentinensi* scriptas *Hieronymo Pappo*, viro pio juxta ac docto, quibus *Bedrotus* ipse aperte testatur, brevi fore, ut *Zuinglius* et *Lutherus* eandem ex omni parte fidei confessionem habituri sint, jamque non longe abesse, quin in Eucharistiae negotio consentiant, h. e. *Lutherum* tuae astipulari sententiae. Quo mihi, ita me Christus amet, imo piis omnibus nil gratius nuntiari posset, et utinam quacunque etiam jactura, inter vos firmaretur concordia, etiam si rerum mearum dispendio id fieri posset, non gravarer potissimam fortunulae meae portionem in hoc elargiri. Pontificii enim non mediocrem pervincendi spem in eo posuere, quod a *Zuinglio* dissentiat *Lutherus*. Memini dudum *Tigari* Te dicentem, cum convivio me exciperes, *Lutherum* non adeo perperam de Eucharistia sentire, nisi quod *Melanchthon* alio eum cogeret, a cujus maxime tum stabat sententia. Quod magno mihi futurae inter vos amicitiae argumento est. Et quod magis opinionem meam auget, ecce fama nunc apud nos invaluit, *Melanchthonem* muneribus corruptum, a veritate evangelica apostasse, totumque *Caesareae* h. e. Pontificiae factioni nomen dedisse, qua re adeo perturbatum esse *Lutherum* ut saevissimas nunc in *Melanchthonem* meditetur invectivas. Quod ut credam effecit *Hispanus* quidam, qui his diebus Imperatoris nomine ad ducem *Sabaudiae* Legatus hac transiens id de *Melanchthone* constantissime affirmavit, atque etiam, si res flagitaret, Literas *Melanchthonis* manu ad Caesarem scriptas indicare se posse gloriatus est, quibus Caesaris opinionem sese tuiturum obstrinxerit. Quod si verum narravit *Hispanus* ille, homo, ut videbatur, non inique de re christiana sentiens, certe non mediocriter indolendum est de *Melanchthonis* inaudita levitate, hominis alioquin doctissimi, quippe qui primus antehac adversus *Papatum* castra metatus sit, nunc autem apertis signis in illius castra demigra-

verit. Proinde ne gravioribus Te curis occupatum diutius morer, id Te prae ceteris rogatum volo, non ego tantum, imo *Comander* quoque et *Blasius*, ambo sinceri juxta ac vigilantes Evangelii *Oeconomi*, ut certi quippiam his de rebus nobis communices, primo: num Tibi cum *Luthero* conveniat? Id quod omnes pii ex animo cuperent. Deinde: an Caesari sese *Melanchthon* mancipaverit? Postremo: Si *Carolus Hispanias* nunc repetat? Licet stolide ac importune a Te, tanto viro, hujusmodi postulem, tamen morum tuorum facilitate, imo veteris tuae erga me propensionis fiducia fretus, id facere non erubui, praesertim cum sciam, Te non illibenter piis evangelicisque viris gratificari. In hoc enim natus es, et tantis Te natura dotibus ornavit, ut operam tuam nemini recuses. Rerum novarum, praesertim ex *Italia* nil scitu dignum apud nos est. Proinde ne praesens Tabellio vacuus Te accederet, transmitto hic Tibi novissimam *Augustae* de fide habitam confictationem, quam miris artibus per amicos quosdam nactus sum, nam primo congressu, disputantes ipsi, Caesare etiam annuente, decreverunt, nihil eorum, quae tractarentur, publicare. Communicavi etiam ante dies aliquot *Comandro* nostro *Johannis Cochlei* consilium de tollendo *Lutheranismo*, quod dudum *Vadiano* et ab illo Tibi transmissum est.

Quod Tibi amplius scribam, nil superest, quam ut me semper, quemadmodum assuevisti, quam commendatissimum habeas, ac ea de me Tibi persuadeas, quae de pio juxta ac sincero, Tuique nominis studiosissimo homine sperare debent. Qui Tibi has perfert Literas vir est bene christianus, cujus opera non parum hic evangelica veritas adamari cepta est. Praetor enim hic urbanus est, summaeque in Republica nostra aestimationis; qui multos nunc annos coram intueri *Zwinglium* avidissime desideravit. His vale. *Curiae Rhetorum*, 15. Dec. 1530. Raptim.

D. *Leonem*, *Ammanum*, *Colinum*, ceterosque eruditione et pietate insignes salvos cupio. *Comander*, *Blasiusque*, divini verbi apud nos dispensatores, et *Nicolaus* cum cetero Christi grege Tibi salutem, et de qua non ambigimus, Domini gratiam precantur.

CLXV.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino vir cordatissime. Obsecro Te, ne patiaris persuaderi Tibi, quicquam vel Senatum nostrum, vel me et Symmystas in concordia cum *Luthero* spectare, quam gloriae Christi, quae plus satis obscuratur, nobis ita dissidentibus, illustrationem. Difficiliore tempore *Lutheranos* tulimus adversarios, nec hodie volumus amicos, nisi et veritati amici sint. Tu horres adeo ab his verbis: verum corpus vere adesse. At quis Patrum his non usus est, quos nos jure nostrae sententiae testes laudamus? Dicis, tum cum illi haec scripserunt, offusae nondum erant illae, cum quibus merito luctati sumus, tenebrae. At jam tua et aliorum opera abunde rursus hae dispulsae sunt. Et si Pauli

exemplum sequi libet, ea unumquemque ita adducere veritati dabimus operam, qua id licebit facilius per sanctam quandam *οἰκονομίαν*, quaedam etiam dissimulantes. Putas Tu, orbem nobiscum facere, si rem ipsam consideras, i. Christi corpus animae duntaxat cibum esse, pauci sane sunt bonorum, et Christi intelligentes, qui dissentiant, at qui ferant dici, Christum non vere adesse in coena, aut non vere in illa Christi corpus exhiberi, pauciores multo sunt eorum, quos Tu Christi studiosos agnoscas, quam facile sis crediturus. Neque enim convenit, ut ex iis, qui Tecum vivunt, aut etiam ad Te dant Literas, judicium facias de omnibus. Perstiterunt *Augustani*, ab iis animati qui nobiscum faciunt, at quotum quemque Tu horum putas esse, qui probet doceri, corpus Christi non vere in coena adesse? Neque enim minus Christum suum corpus donasse cum diceret: accipite, manducate h. e. corpus meum, existimant, quam constat dedisse eum Spiritum sanctum, cum insufflans in discipulos diceret; accipite Spiritum sanctum. Quanquam id perlibenter omnes recipiant, non plus pani corpus Christi addici, quam flatui Spiritum, aut etiam aquae, cum Baptisma vocatur lavacrum regenerationis. Apud eum, qui Verba Dei, Christique Divinitatem, etiam eam, qua donatus homo est, qua Mediator et caput Ecclesiae est, religiose colit, permultum et illud valet: ubi duo vel tres etc. Item illud: Ero vobiscum usque ad consummationem seculi. Valuerunt haec sane apud *Augustanos*, in tantum, ut neminem hactenus concionatorum restituerint, etiam eorum, qui tolerabiliori ratione nostra tradiderunt. Valuerunt apud alios cum Respublicae tum Principes, et quosque optimos et sincerissimos Christianos, ut nihil minus ferre velint, quam fateri Christum suae coenae non vere adesse. Cum itaque ex bonis rarissimus sit, qui diffiteatur Corpus Christi non posse localiter pani includi, aut cibum fieri ventris, exhiberi tamen illud ex Christi verbis fere omnes contendant, ita ut Christus, Apostoli et Patres locuti sunt, haud video, cur non praestet ea ita ad veritatem homines, in quam ipsi propendent, quam a qua horrent, dicere? Id nos spectamus, ut Veritas hujus mysterii obtineat, nec potest obtinere nisi agnita. Quid igitur pigeat, eo illa habita offerre, quo agnosci queat, modo verus sit, quam quo proclivius sit eam rejiciendam esse, quam amplectendam? Periti Medici, si aegrotos ut a Catapotiis abhorreant, potione pharmacum idem praebent. Proinde, cum pauci adeo ferant, vocem corpus ad figuram corporis transferri, sed ut videre in verbis Domini sibi videntur, contendunt hic corpus ipsum quoque offerri, ferant autem, ut dicamus, offerri ut cibum animae, quo eadem sententia exprimitur, visum est, id quod plausibilius est multis, ei quod pauci adeo admittunt, praeferre. Cum namque cibum animae dico, nego ventris, affirmo praesentiam corporalem in coelis, nego localem in pane, quae apud unumquemque corporalem in se includit, fieri certe non potest, ut quisque credat, nos, naturalem naturalis corporis Christi manducationem, qua ore ventris esca sumitur, statuere. Quod Tu malles, per: non naturaliter, non corporaliter, id nos, per: cibus animae, non localiter, reddimus. Istuc capaces veritatis abunde intelligunt. Si qui hac confessione contenti non sint, ferant tamen, nos hactenus ipsis

accessisse, ut videri volunt, si hoc pacto queant ab illo, quo omnem in nobis Christum insectati sunt, furore revocari, non minus certe nos decebit, hac erga istos *οἰκονομίαν* uti, quam Paulam decuit suscepto purificationis voto Hierosolymis post tot annos praedicatam Christi libertatem avertere, ne totum ab ea Ecclesia Evangelium, quod praedicarat, damnaretur. Praesertim cum haec nostra confessio, si eam admittant, vice interpretationis futura sit, eorum, quae ipsi scripserunt hactenus, hac de re crassius, et a Scriptura alienius. Quamlibet *Lutheri* palato, ut infirmiori inservierim, quovis tamen certare mecum *Sturmius* voluit, si scriptum hoc ille admissurus sit. In eadem sententia et *Oecolampadius* est. Nec absque caussa, vere enim multorum, quae illi adseruerunt, palinodia videbitur, in hanc Confessionem consensisse. Dixi coram, eos, qui qualemcunque hanc concordiam urgent, hoc praecipue spectare, ut paucorum sedata utcunque ferocia, via veritati ad omnes nationes muniatur, quae dum illi ita ut hactenus furunt, non solum hoc in negotio, sed multis aliis quoque avertitur totis etiam Provinciis. Qui sane amicitiam nostram expetunt, ex animo expetunt et firmam. Verum dum pauci huic sancto conatui, hujus occasione controversiae, hactenus obstiterunt, ut saepe unus et alter totas provincias in sua arbitria cogunt, persuasis eorum capitibus, percupiunt, vel quovis modo, hanc illis clavam extorqueri. Nebulas interim offundi veritati nullum autumant legitimum metum esse, extantibus tot luculentissimis omnium, quae hac in re scire convenit, expositionibus. Sed querentur nonnulli veritatem obscuratam. Videndum erit, an jure querantur. Gloriabuntur *Lutherani* ut victores. Contradicet scriptum editum. Cur autem vel illorum querelae, vel horum gloriae nos plus moveant, quam vita tot millium sanctorum, qui videntes, quantum ex hoc dissidio substantia Christianismi, de qua inter nos convenit, cum apud nos, tum exteros, infametur, et cursus ejus impediatur, in hac vita nihil plus optant, quam vel quavis ratione istud dissidium, si non tolli penitus, saltem mitigari. Quam anxie cottidie nos Literis pulsant *Galliarum* fratres, quibus suadirissima persecutio haud tantum dolet, quantum, quod audire coguntur cottidie, inter nos ipsos de religione non convenire. Haec sunt, quae nos movent, nullum externi foederis aut societatis votum, nulla crucis fuga, nulla inconstantia. Per se satis expetibile est, fratres, quos ego vere esse credo, concordes esse, et praecipua Christianismi non ita negligi et dejici: propter id, quod ignoratum nemini coelum recludit. A fide in Christum omnia docent petenda *Lutherani*, externam manducationem sine interna noxiam esse fatentur, neque confirmare conscientiam hanc, sed tantum excitamentum esse ad fidem, disertis verbis docent, naturas haud commiscendas censent, si jam etiam praepostera religione occupati, putent in coena arcano quodam modo adesse Christi corpus etiam corporaliter, quid quaeso perniciosi erroris? Sed damnant nos, sentientes melius. Hoc igitur, ne faciant curemus et ipsos quam prope licet veritati adducamus. Id faciemus, si formulis Scripturae et Patrum de hac re loquentes utamur, cumque res Sacramenti, Sacramento potior sit, non solum hoc disputemus, quomodo vocetur Christi corpus, id quod editur ore, quod utique non nisi symbolum corporis Christi est,

sed id potius, quomodo ipso Christi corpore fruamur, cuivis symbolum panis est, et quod hic praecipuum petitur, verum in cibum animae. Quod cum dico, uno verbo profligo quicquid hac re indignum illi scripserunt. Anima siquidem dimoveri coelo Christum non requirit, corporalem cibum nescit etc.

Haec pro nostra excusatione volui scribere, observande *Zuingli*, nihil enim gravius nobis foret, quam Tibi videri non sinceriter et constanter versari in negotio Domini. Oramus autem, quotquot hic Christum praedicamus, una cum Senatoribus nostris, qui hoc dederunt in mandatis ad Te scribere, ne patiaris Te cujusque nugas commovere, nec illis ex *Germania*, non optimo semper judicio recta, nec etiam semper vera scribentibus tantum tribuere, ut resuscites incendium tam pestilens rei christianae. Mutavi scriptum, quod vidisti, in hunc modum: Confessionem, quam in eo legisti, quae plus satis Lutherana Tibi videtur, totam nobis tantum, qui hic praedicamus, tribuo, et subjicio, quantum equidem vestra et Lutherana ego consequi possum, cum ea, et vestram utrorumque sententiam convenire. Hoc scriptum misimus *Luthero* 14. hinc die, scripsit Senatus noster Principibus *Landgrafio* et *Luneburgensi*, ut cum *Luthero* agant, quo compescantur vane gloriantes. Interea enim quo a *Coburgo* discessi, nullum Jod vel *Luthero*, vel ulli *Lutherano*, hac de re scriptum est a nobis. Quare falsus es, mi *Zuingli*, quod multa sint interim cum *Luthero* acta. Fui apud illum, tumque satis didici, quid ferre queat. Cum itaque Tu abeundi a Te potestatem feceris, si aliter concordia constabiliri nequeat, dicerem; verum corpus vere dari, etsi maluisses simpliciter corpus dici, apposui hoc, sine quo frustra apud *Lutherum* omnia tentari sciebam, fixam enim habet hic mentem in Verba Domini: Accipite, hoc est corpus meum. Cunque non nisi unum et verum corpus Christi ille habet, illudque offerri his verbis videat, sustinet quidem negari istud impanari, aut localiter in pane includi, at non offerri, non praesens esse, idque vere, non sustinet. Et certe ut in Baptismo Spiritus Sanctus vel vis regenerationis, ita hic Christi corpus, sed in cibum animae offertur. Quamquam enim pastu hujus perpetuo vivant sancti, renovatur tamen hic pastus, ubi Coena digne geritur. Idque phrasi Scripturae non minus apposite, dicitur nova Corporis Christi manducatio, quam quilibet peculiaris adflatus numinis perceptio vel adventus Spiritus sancti. Jam nec id parum est, quod haec tam diserte *Oecolampadius* in sua dialogo confitetur. Refert sane haud parum, ut prae nobis feramus, plenum consensum. De his hactenus. Ubi tuo judicio egeris scio, non temere novam excitabis tragoediam. Jam oro, bene explores, quo illi ferantur spiritu, qui Te huc provocant, sive ii, qui Tecum agant, sive qui ex *Germania* scribant. Nihil sanctius negotio Evangelii, sanctissimis igitur consiliis gerendum est. Expectabis igitur, donec a *Luthero* responsum advenerit. Scripsisti alias, Literis datis 16. Dec. de adolescente collocando apud Secretarium nostrum. Is ad nos non venit. Literas *Oecolampadius* misit. Si venisset, sic nos gessissemus, ut vidisset, se nobis a *Zuinglio* commendatum, h. e. ab eo, qui nihil non obtinere suo jure apud nos debet. Jam vicissim Tibi commendo, imo omnes

fratres nobiscum, virum undequaque doctissimum *Jacobum Zieglerum* singulare decus *Germaniae*, non adolescentem, sed senem, pauloque minorem sexagenario. Is conscripsit ante biennium librum, quem hic adoptatus frater ejus Tibi exhibebit. In quo licet videre, quod sit viro judicium, quae etiam rerum cognitio. *Caesari* videtur nonnihil deferre hoc libro. Spei enim aliquid tum supererat, quam cum vidit inanem esse, uti nuper in *Italiam* Caesar venit, scripsit librum alterum, titulum fecit: Infirmitas *Germaniae*, in quo id consulit, eoque impellit argumentis efficacissimis, quorum bonam partem ex experientia et visis a se rebus ducit, quod et Tu consuluisti pridem, quoque ire bonos cuperes, quandoquidem salus Nationis hujus, et maxime Ecclesiae, haud queat stare, dum ita servitur stultitiae impiae et impietati stultae. Mitto typum, qui in capite ejus Libri positus, vice argumenti est. Mitto item paucula capita ex eo libro excerpta. Hunc librum *Catto* misit bonus vir, stipendium ambiens, ut se ad *Germanos* reciperet. Is venatu detentus, Cancellario causam commisit, qui cum Literas meliores non ita calleat, et videt sumptus ingentes a Principe fieri, consuluit dono 10 florenos, quibus non potuit liber in *Cattos* adferri, hunc *Martinum* dimittendum. Attulit hic praeterea commentarium *Zieglери* in secundum Plinii doctissimum, quem sane librum nemo hactenus doctorum suus est attingere. Eum prelo voluit committere, ut vel inde viaticum sibi repetendi *Germaniam* compararet. Sed nec hic successit propter Typographorum sordes. In *Italiam Leo X* virum vocaverat, cujus beneficio *Romae* aliquot annos vixit, tandem *Ferrariae* apud *Coelium Calcagninum* locum invenit, ubi aleretur. Verum is Christianus non est, et tenet hunc nostrum per se patriae desiderium. Habet quoque multa secreta, et nobis hoc tempore perutilia, quae optarat communicata, idque coram, cum aliud non liceat. Oro Te, quem hic librum exhibebit, diligentius expende. Ex hac fimbria de veste tota facile judicabis. *Italis*, quantum ad astronomica attinet, et reliquas artes mathematicas, bonasque literas vir hic miraculo est, reliqua cogitur sibi sapere. Vidi *Nurenbergae* apud *Pirkheimerum* qui ante 3 hebdomadas hinc migravit, Palaestinae Typographiam, admirando artificio compositam. Eum librum emendavit et locupletavit. Noster Senatus quamprimum licebit, ex sacerdotiis ei prospicere dabit operam. De corradendo viatico etiam curabimus. In quo si possetis nos juvare, ut mature virum evocaremus, Te unice oro, id mature indices, siquidem convenit nobis cum hoc *Martino*, ut quamprimum illi *Venetias* mittamus florenos plus minus 30., vel, si id fieri posset, 40, quo viatico ad nos veniat. Dum venerit, ex summa tenuitate nostra conferemus ut alatur, donec ei ex publico prospiciatur. Neminem enim, praeter hunc *Martinum* fratrem, et Ministrum habet. Si vos jam illic partem possetis conferre hujus viatici, eo curaremus mittere largius. Dolendum vere est, tale ingenium, aegre adeo, a patria, cui sic ornamento est, et usui esse queat, unde vivat, impetrare. Juva ergo nos, si potes. Nostra quoque regio viro magis conveniet, quam vel *Cattorum* vel *Saxonum*. *Wittenbergenses* recipere eum ante biennium parati erant, sed professurum publice. Ab eo abhorret tam annosus et corpore sic

debili. Ad haec cum sit judicio de religione magis nobis, quam illis consentaneo, mallet apud nos sedem habere. Te quoque, antequam verbum incidisset, ut ad nos migraret, sed spes adhuc esset loci inveniendi apud Principem *Cattorum*, aiebat hic *Martinus*, permagni fieri ab illo. Per Christum itaque Te obsecro, per amorem patriae, cui et Tu studiosissimus es, per Literas, quas adeo colis et provectas studes. Juva et pro tua portione hunc virum. In *Helvetios* quaedam insunt huic libro, sed ea, quae et Tu damnas. Tum liber non est scriptus publice, nec in aliud, quam ut natio haec sibi ab exteris caveret, id quod Tu semper inculcas. Vir ille pietatem et libertatem vindicatam optat, nec cupit alios, quam harum hostes, insectari. Id cum vestrates bona ex parte esse desierint, tam laudabit vos deinceps, quam vituperavit ante, et recident in spongiam, quibus notari vestrates possent. Bene vale, et boni consule tam verbosam Epistolam. Tuus sum, quantus sum, et nihil quam Christi gloriam Tecum promptam cupio. Si non certam ad id alicubi rationem sequar, semper recurrere, quam currere male opto monitus. *Argentorati* XIV Cal. Januarias 19. Dec. A. 1531.

Bucerus, tuus.

Quae scripsi communi fratrum voto et jussu scripsi, item cordatorum e Senatu. Qui omnes Te officiosissime salutant. *Schmalcaldi* quae acta sunt, scies fusissime. *Saxo* habuit se ter quater fortissimus. *Nurnbergensis Speng.* cum *Brandenburgiis*, praetextu nondum sartae nostrae concordiae, libenter more suo turbassent, sed frustra hoc conati sunt, aliis contendentibus concordiam recte habere. Sunt enim aliquot optimi alioqui viri et vere pii, qui ex nimia religione circa verba non intellecta Dei, plus satis deferunt Doctis suis. Horum certe ratio habenda est, et danda opera, ut melius judicium nanciscantur. Ad id Concordia qualiscunque mirifice conducet. Legent enim tum et nostra audientque propensius.

1531.

I.

Nicolaus Zurkhinden [1]) Zuinglio.

Salutem Plurimam Dicit. *Joannes a Wingarten*, unus ex Tribunis nostris, doctissime *Zuingli*, nuper vita defunctus, filios reliquit tres, omnes divitiis ornatissimos (si modo hae ornant) utinam aeque essent eruditione et literis. Quod quidem minimus inter illos natu facile consequeretur, tanta est ingenioli alacritate ni apud matrem (quod amici omnes aversum cupiunt) periret, nimium lasciviae filii conniventem. Meo itaque consilio statuerunt illum Matri ablatum, *Tigurum*, aliove, ut literarum Latinarum elementa condiscat, ex isto sterili solo transferre. Ego illis *Tigurum* maxime suasi, praetuiique *Basileae*, quod mea opinione lasciviae gulaeque nimis indulgeat. Tnum itaque erit officium, ut pro consuetudine innataque promovendi ingenia sedulitate, adolescenti Praeceptorem deligas, cui pro laboribus sumptuque omni abunde satisfiet. — *Rhellicanus* juvenem haud gravatim docendum accepisset, at ego dissuasi, quod sciam, matrem ingenio juvenis plus obfuturam, quam improbus praeceptoris labor sarcire posset. Tu itaque vale, meque ut soles redama. Ego certe in extremum diem nostram necessitudinem labi haud patiar. Haec scripsi flagitatione quotidiana necessariorum juvenis impulsus, ne itaque putent, me, quod pollicitus sum, haud praestitisse, Te iterum atque iterum obtestor, si non literis, certe quovis modo me certiorem reddas, quam fieri potest ocyssime, num illi apud vos locus sit; praeterea qua conditione et apud quem. Id si feceris, omnem istam familiam a *Wingarten*, Christi Evangelii insignem sectatricem, perpetuo Tibi devinctam reddes. Vale. Non potui plura meliorave scribere, sic festinabat nuntius. *Bernae* primo Jan. 1531.

Tuus ex animo velis nolis, *Nicolaus Zurkhinden.*

Inscriptio: Viro integerrimo Christique evangelii Praeconi doctissimo, amico praecipuo atque inprimis colendo, Huldrico Zuinglio.

II.

Zuinglius Berchtoldo Hallero et Megandro.

Gratiam et Pacem a Deo. Commendatus est mihi frater iste, qui vobis istas offert, a fratribus non poenitendis, his nominibus, quod

---

[1]) *Zurkinden* scilicet astronomiae studiosus erat; itaque parocho *Benfeldensi* in *Alsatia* mandaverat ut sibi compararet instrumentum astronomicum. Idem ille *Bucero Johannem Kotter Fryburgensem* organoedum commendaverat, qui propter studium Evangelii urbe patria pulsus erat.

doctus sit, pius ac innocens. Ego quoque puto non indoctum esse, sed de vita, pietate, ac innocentia, quomodo possum judicare, qui ne volam quidem salis cum illo edi, nedum modium. At moribus videtur esse non incommodis. Proinde si illum aut verbi ministerio inaugurare potestis, nihil obstare arbitror, aut scholis praeficere alicubi. Commendavit enim ex *Augusta* verbi minister, commendavit et *Erasmus Scaphusanus*. Nos nihildum habemus de judicio, quod nunc est *Betterlingae*. *Caesar* venit *Coloniam Agrippinam* dominico die ante Christi natales, coronaturus isthic *Ferdinandum* fratrem. *Saxonum* Princeps illo vocatus, veretur, parum sibi tutum esse isthic coire: Comitiis ergo indictis *Smalkelam* evangelicos principes et urbes consulturus est, aut forsan amicitiam ac foedera ambiturus. Ita cogit Deus adversarios, quo inviti eunt. Sed hoc postremum soli sciatis. Valete. *Tiguri* 3. Jan. 1531.

Huldricus Zuinglius, vester.

III.

Capito Zuinglio.

Salutem. Gaudeo tua consilia in longum prospecta non vana fuisse. Meditabaris enim aut Civitatem aut foedus christianum, quod latissime pateret, quod modo succedit ex insperato [1]). *Saxones* mascule refragati sunt eligendo nuper Regi *Ferdinando*. Quae constantia magno usui futura est, nam fama haec, non esse legitime inauguratum, autoritatem et vires Tyranno mirifice attenuabit, fenestraque relinquetur, qua diffugient, obsequium detrectaturi. Deinde posthabitis Theologis de foedere sanciendo serio nuper consultarunt *Saxones*, sicut ex literis nostrorum accipies. Sed et nostram Civitatem christianam sibi adjunctam aequis conditionibus ultro ambiunt. Sunt nostrae veritati Eucharistiae non alieni, qui sedulo id fingunt, sed nominis umbra illa magni nescio quid vestigii retinet praeteritae pugnae. In quorundam gratiam petitum est, ut in Eucharistia primum consentiamus. Confessio nostrae Reipublicae illis satisfecit, qua confitemur, verba Christi vera esse, verumque Christum in coena coram agere, carnemque ejus edi, et sanguinem bibi per fidem, et quatenus ad felicitatem aeternam spectat, credentes alere. Totidem verbis aliquis *Lutheranus* inoffense confiteretur fortassis? Quod me non angit, satis est, agnoscere fidem, quod congregatis duobus aut tribus in nomine suo Christus adsit, quod adsit se diligentibus, et id genus. Unde non video, cur tantopere horreamus dicere, quod nunquam non diximus. Calumniam non formido, quod jactent agnoscere me Christum praesentem, modo physicas voces ego ne addidero: substantialiter, essentialiter, realiter sed expresse illas prohibitas nolim, ne qua continuaturis ansa. Magni animi est, rumusculos inanes contemnere, et cavere hostium vera damna. Jampridem orbis harum

---

[1]) Civitatibus et Principibus Imperialibus cum civitatibus Helveticis foedus ineundum erat, qui nomen esset „christiana civitas.“

disputationum pertaesus est. Verbis omnes, qui a parte adversariorum stant, resistunt, animo et sententia tamen subscribunt, qui nostri palam erunt, induciis factis. Sunt tres et quatuor pervicaces, qui nolunt videri cessisse arena. Talium stomacho consulendum, ne quid obturbent. Adde, quod in conditionibus foederis nihil articulorum fidei nominabitur. Tyrannis amolienda est, intoleranda libertati. Interea libertatem adepti sentiendi pro Scriptura et spiritu Christi credentes quid praeterea vobis expetent. Silentio multa diluuntur. Efficacissime dissimulamus et nos, quae sine periculo fortassis obtentabunt solide factiosi. Quid enim ad nos, quod cavere non possumus, quod alii vel serio sentient, vel inter pocula pueriliter jactabunt. Ad voces tristiores jam olim obduruisti. Plurima commoda *Marpurgum* dedit. Consensio vel in speciem instituta est quam inchoatam necessitas praesens absolvet. Sunt qui exasperatos inde quosdam autumant adversarios sinceriter docentes, quod quidem ita dici nihil dubito, ceterum superioribus annis fratres ejus regionis Literis quaesti sunt apud nos, quod in horas exilium praestolarentur. *Lutheri* consilium *Buceri* cogitationibus anteferebam, et nunc quidem praefero. Nam voluit ille silentio ceu ruina obruere diutinum hoc incendium. Hic autem noster orbi persuadere conatus est, nihil dissidii veri intercessisse, sed extra viam hallucinatos vos utrinque, et tamen, gratiae Deo, nondum publicum est, quod privata cura illius peperit. Neque enim periculosum est, visum esse illud uni aut alteri Principum. *Lutherus*, sat scio, non subscribet. Utinam non rapiat in occasionem turbandi feliciter cepta, et tamen gaudeo prophanos sibi studio ducere, publica caussa ut bene habeat, quo nomine minus se illis accommodabunt. Proinde quia Tu praediceris praeconio omnium, tanquam prudentissimus in Reipublicae universae commoda consultor, qui publicis privata omnia posthabeas, Te rogo, ne quid notae candidissima tua fama contrahat, maleque ex verosimili audias ceu breviore mente praeditus, qui nescias ineptulos negligere. Veritati enim sycophantiis clancularii nihil decedit. Decederet autem accuratiore cautione futurorum periculorum, veritatis assectatoribus plurimum, qui sunt hoc fortiores, quo sibi conjunctius adfuerint. Ad majora Tibi suspiciendum. Modicis ingeniis congruunt umbratiles quaestiones. Evicisti apud cordatos omnes. In speciem illi tantum obluctantur, siquidem obluctantur adhuc. Nam omnino videntur contumeliis temperaturi, quarum auditu mundus occalluit. Nosti artes pontificias et otiosorum consilia, qui pace facta principum aures totas tenent, ablegatis profanis, quorum in bello magnus usus est, proinde syncretismo opus fuerit, ne divisos et singulos opprimant, quos universos ne adoriri quidem auderent. Verum, mi *Zuingli*, commoda interpretatione Probuleutarum judicio, nostris consiliis repugnanti facile medeberis. Fateberis, in Summa convenire, adesse quod nos professi sumus, corpus Domini, esum animae, ad vitam aeternam. Neque Te posse propter commentitiam *Lutheri* praesentiam, quam ille praeterea affingit, caussam Christi in illis rejicere. Semper Te ambiisse, ut sua propugnantes, in ceteris caritatem communem ederent. Id quod nunc ultro ambiant abs Te non admodum invito impetratam laturos. Quam

rem tamen vanis concreditum nolim, qui ex musca Elephantes et frigidam suffundere nusquam non solent. Literis hactenus in manu deinceps bellum geretur. Ignosce loquaci Epistolae et odiosae ob stultitiam fortassis, nam caussae, occupato licet animo, morem gessi. *Argentorati* 22. Jan. 1531. — Uxorem et liberos tuos dulcissimos plurimum salvere jubeo. *Carlstadium* Tibi commendo. Cantiones abs Te compositas habere cupio, nam easdem familia mea efflagitat. In aedes inferrem *Bernardi Friderici* cui *Zuingliana* omnia in pretio habentur. Te salutat optimus quisque.

Capito, tuus.

IV.

Zuinglius Hallero et Megandro.

Gratiam et Pacem a Deo. De puéris ne sitis solliciti, posteaquam intelligimus animum vestrum. Pestis nihil grassata est apud nos. Vita functi sunt aliquot, at non plures, quam alias quotannis dum ver adpetit. Hanc lunam, quae 18. Jan. soli conjuncta est, et nihil malorum attulit, imo quod fere solet in noviluniis, nihil tentavit, observabimus, cum soli opponetur. Quod si tunc nihil molietur novi, *Sulpitium* [1]) servabimus, si infausta et funesta erit oppositio, ille protinus ad vos redibit. *Jacobi Madii* [2]) caussam vellem non maxime exasperatam esse, scitis enim, quae mala secum ferant, familiarum tantarum insectationes et studia. Qui nobiscum sentit, plurimum habet, quo damnum etiam datum diluat. Quod jurejurando interdixistis privatis pensionibus vehementer laudo, sed videte, ex animo, non ex impetu factum sit. Porro publicas pensiones aut pecuniam, quae pro pace servanda, datur, nulla ratione abolendas esse censeo, cum quod non minus licet istas, quam etiam tributum aut vectigal accipere, tum quod Rex, aut quicunque tandem puta *Allobrox Austriacus* tyrannus, eo minus sentiunt contra nos. Et maxime Rex eo minus alienabit a nobis animum, qui profecto extremi ponderis non est. Utut enim Respublicas nostras pecunia corruperit, imo perdiderit, constat tamen, eum solum cum *Helvetiis* hactenus obstitisse, quo minus vel Monarchia confieret, vel facta in tyrannidem degeneraret. Est modus in rebus. Privatas nolumus. Publicas non emendicare, sed oblatas recipere volumus. Et Solomon a Regina Saba munera immania recepit. Huc intendite jam nervos, ut vestri ad nostram partem concedant, quod jure foederis christiani debent. Nolumus belligerare cum *Helvetiorum quinque Pagicis*, sed perditos restituere et sibi et nobis. Mihi crede. Deinde ut legati vestri non aliud agant in comitiis quam Senatus mandata jubeant, quantumvis excipiant, sese privatos haec aut alia facere aut dicere, fateri Dominos

---

[1]) Qui haud scio an *Weingarter* fuerit.

[2]) *Jacobus Mai* vir fuit vehementis indolis; qui tunc facti violenti poenas carcere solvebat; idem probris vexaverat quinque Pagos. *Oecolampadius*, non minus quam *Zwinglius* leniter in eum consuli voluerunt, praesertim cum hic vir ex familia potenti et reformationi faventi esset.

non mandasse. Quid hoc aliud est, quam perfidiam inficere, quo non agnoscatur. Valete per Dominum et literas istas reddite, et ubi opus est, legite. 23. Jan. 1531.

Huldricus Zuinglius, vester.

V.

Joannes Albertus a Mülinen, Commendator ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo semper tecum sit. In primis venerande, benevolentissime, carissime Domine. Quidam praedicatori nostro palam convicia et opprobria fecit, quae lis ad praefectum superiorem nostrum etiam ad judices componenda delata est, et eo pervenit, ut praefectus eam Dominis meis *sex Pagorum Thermas* scriberet, quas res omnes hi duo homines tibi accurate narrabunt. Jam existimo, adversarios rem certam habere, ut se saltem praedicatorem hinc pulsuros esse sperent. Quae spes probatur locis quos afferunt ex concionibus ejus, ut comperies ex istis; id enim non omnino immerito fit, cum praedicator non semper aptissimis verbis utatur, quamquam a nobis satis admonitus est, ne ineptis verbis uteretur respecto loco quo sedem habeamus. Quae utut sunt, opus erit, ut Domini mei te consulto videant, an via inveniri possit, qua haec causa componatur ita ut praedicator non *Thermas* vocetur, neque hoc loco nunc quidem moveatur; quod si fiat, adversarii admodum adjuventur; praeterea verendum est, ne multi inter nos desciscant. Etiam quicunque hoc munus concionandi susceperit, ei sibi ipsi maxime timendum sit; nam inter hos adversarios neque pace neque quicte fruatur. Quamobrem, Domini benevolentissimi, carissimi, precor, ut hanc causam accuratissime reputetis, et nobis in ea consulatis ut vos consulturos confido, quo magis huic malo occurratur. Dei gratia nobiscum omnibus sit. Dedi 23. Jan. 1531.

Joannes Albertus a Mülinen Commendator *Hitzkirchensis*.

5.

Hans Albrecht von Mülinen Comthur an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater und dem Herrn Jesu Christo sei zu allen Zeiten mit Euch. Insonders ehrwürdiger und günstiger lieber Herr. Es hat einer unserm Prädikanten Schmach- und Schandwort offentlich zugeredet, dadurch sie in Rechtfertigung vor unserm Obervogt samt dem Gericht kommen sind, und der Handel so weit, dass ihn der Obervogt für Meine Herren die 6 Orte gen Baden geschrieben hat, als Euch diese zwei aller Handlung von Grund berichten werden etc. Nun will ich achten, die Widerpart habe ihre Sache so gewiss, dass sie vermeinen, zum allerwenigsten den Predikanten zu vertreiben. Ursachen, ihrer Anzügen um Reden so er gepredigt hal n soll, wie Ihr von diesen vernehmet, denn es ist nicht

ohne, der Predikant ist nicht allweg mit seinen Worten geschikt, so er doch von uns genugsam gewarnt solche zu unterlassen, angesehen an was Orten und Enden wir gesessen sind. Aber wie dem allem, so will noth sein, dass Meine Herren mit euerm Rath in diesen Handel sehen, ob doch Weg funden werden möchte, damit der Predikant nicht gen Baden erfordert, sondern dieser Handel in ander Weg und Mittel hingelegt, und er der Predikant zu dieser Zeit nicht von uns hinweg gethan würde, denn wenn solches geschähe, würden die Widerwärtigen grösslich gestärkt, daneben zu besorgen, ein grosser Abfall unter uns geschehen möchte. Zu dem, welcher auf diesem Predigen müsste gar eben sein, selbst wahrnehmen, denn unter diesen Widersächern würde kein Fried noch Ruhe mehr sein. Hierauf günstige liebe Herren ist meine Bitte, diesen Handel gar wol zu erörtern und hierin verhelfen und rathen nach meinem Vertrauen, damit solches vorgekommen würde. Die Gnade Gottes sei mit uns allen. Geben 23. Jan. 1531.

Hans Albrecht v. Mülinen Comthur zu Hizkirch.

VI.

Philippus Landgrafius Hassiae ad Zwinglium.

Carissime Magister *Udalrice*, ut optime te valere audiero ita maxime gaudebo. A *Bucero* comperi, te et *Oecolampadium Luthero* aliisque sententiam de Sacramento Coenae eam exposuisse, quae non aliena sit a *Lutheri*, eo loco, quo vos pati professi estis ea verba de eo Sacramento usurpari, ut Christi corpus et sanguis credenti animae verbis in sacramento proponatur et praesens sit. Quae cum audiissem gavisus sum; nam mihi quidem magis verbis quam rebus sententiisque certare videbamini. Jam video, *Lutherum* ejusque amicos omnes putare, *Bucero* non certum esse de vobis. Itaque, quam amicissime precor, vos difficiles reddere nolitis, sed sententiam vestram *Luthero* eam scribere vel mihi, veniam dantes ea scripta ad *Lutherum* mittendi. Deinde *Lutherus* quam maxime velit, confiteamini, quod ei non difficile creditu videtur; per Sacramentum etiam ori corpus Christi dari. Quamquam spero, *Lutherum* eam sententiam abjecturum esse, sed mihi non certum est. Quacunque igitur in re *Luthero* propius accedere vel iisdem verbis uti possitis, id ut faciatis vos quam maxime rogatos volo, non enim ignoratis quid detrimenti ex hac discordia redundet. Etiam Paulus saepe concessit in eadem re ad augendum Evangelium, vos igitur aeque agetis. Domino commendati sitis. (1) res ita se habet, ut haec vel illa melius cessura esse sperem; atque si quando acriter dimicandum sit, spero te et tuos nihil non tentatum relicturos esse, id quod suo tempore tibi amplius indicabo. Dedi *Geudenbergae* Mercurii die 25. Jan. 1530. (1531.)

Philippus Landgrafius Hassiae manu propria.

Inscriptio: Magistro Udalrico Zwinglio Turicensi in proprias manus.

Nota *Simleri*:

Tota epistola Landgrafii manu scripta est et autographum nullum alium annum nisi 1530 exhibet; sed tota causa ostendit, Landgrafium hunc numerum perperam scripsisse. Vide etiam quas literas idem ad *Zwinglium Cassellae* Martis die post Pauli conversionem (25. Jan.) 1530 dedit, quarum argumento probatur conjectura mea, nec minus *loco* quo scriptae sunt. Atque qui fieri potuit ut eodem tempore binas literas *Zwinglio* destinaret.

6.

Philipp Landgraf von Hessen an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich, wo es Euch wol ginge, hört ich gern. Ich vernimm von Buzer, wie dass ihr und der Oekolampad sich mit Luthero u. a. dermassen erklärt, dass euer Verstand im Sacrament des Nachtmals einander nicht widrig, in dem Artikel dass Ihr euch gefallen lasst, dass man dermassen davon redet, dass Christi Leib und Blut der Gläubigen Seele durchs Wort werde im Sacrament werde vorgetragen und gegenwärtig sei, welches ich gern gehört habe, denn mich hat allweg gedäucht, es sei mehr ein Krieg mit Worten unter Euch und nicht im Sein oder Verstand; nun befinde ich, dass Luther und die Seinen alle meinen, Buzer sei es euerthalben nicht gewiss. Wäre desshalb mein ganz gütlich Begehren, wollt Euch nicht beschwert machen, sondern solche euere Meinung Luther dermassen zuschreiben, oder mir mit Erlaubniss solche Schriften Copien Luthero zuzuschiken. Zum andern hat Luther noch Beschwerung, dass er gern wollte, dass bekennt wurde, und nach seiner Meinung dünkt ihn nicht schwer zu glauben sein, dass mit dem Sacrament dem Mund der Leib Christi auch gegeben werde. Wiewohl ich Hoffnung bin, Luther solls fallen lassen, aber ich bins nicht gewiss. Mit was Euch nun immer zu nähern wäre, in dem Ihr Luther gleich könntet reden, da will ich Euch ganz hoch um gebeten haben, dann Ihr könnet wohl wissen, was Nachtheils aus solchem Zweispalt folgt. Es hat auch Paulus dik gewichen in gleicher Sache zu Mehrung des Evangeliums, also werdet Ihr auch thun. Seit dem Herrn befohlen. (1) Sache steht dermassen, dass ich verhoffe Besserung in einem oder ein andern und wenn es einmal sollt zum rauen Anstahn kommen, so versehe ich mich, dass Ihr und die Euren werden an ihn nichts erwinden lassen, wie ich Euch mit der Zeit weiter Anzeigung thun will. Datum Geudenberg Mitwoch 25. Jan. 1530. (1531.)

Philips Landgraf zu Hessen manu propria.

Aufschrift: Meister Ulrich Zwingli, Zürich zu eigenen Handen.

Note von Simler:

Der ganze Brief ist von des Landgrafen Hand geschrieben und das Original hat exact das Jahr 1530, allein die ganze Handlung zeigt, dass sich der Landgraf verschrieben etc. Sehe auch dessen Schreiben an Zwingli aus Cassel Dienst. auf Pauli Bekehrung (25. Jan.) 1530,

dessen Inhalt meine Muthmassung bestätigt, wie auch das Ort. daher er geschrieben; und wie sollte er auf gleiche Zeit zwei verschiedene Schreiben an Zwingli erlassen haben?

VII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem. Vix lectae literae *Buceri* a me sunt, et repetuntur, ut ad Te referantur. Mitto igitur eas, sed de iis spero, nos coram acturos; nam ut audio, Legati Urbium christianarum aliquot ex suis Concionatoribus adducent. Vale, et siquidem ipse venire potes, ne alium miseris. *Basileae* 1. Febr.

Oecolampadius.

VIII.

Valentinus Gregori Zwinglium ex *Maienfeld* 23. Febr. 1531 rogat, ut sibi patrocinetur apud Bernates ad virginem *Griesbergiam* uxorem ducendam.

8.

Valentin Gregori bittet Zwingli aus Maienfeld den 23. Horn. 1531, ihm in seiner Heirath mit der jungen Griesbergerinn zu Bern behülflich zu sein.

IX.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino, Praeceptor colende: Nondum rediit a *Luthero* nuncius noster, interim autem scripsit *Cattus* ad nos, quod sibi concordiam apud *Saxones* promoventi, responsum datum est, hoc nimirum; Confessione in scripto meo expressa, contentum futurum *Lutherum*; verum, me videri spem duntaxat, non scientiam proferre, in eandem et vos consentire, eoque poscere illum, ut vestris ad se, vel ad me datis literis, certior et de vestro consensu fiat. Tum desiderare et illud, quod nihil attigerim de eo, quod impiis in coena offertur, ac quo coram, ad Patrum loquendi formam, quaedam concesserim. Haec ab illo. Respondi *Catto*, me per literas *Oecolampadii*, de utriusque consensu certiorem factum esse, antequam ad *Lutherum* scriptum miserim; sed simul de Tua cautione, quam ipsi antea quoque significavi. Quid vero hic impiis detur, data opera, praeteriisse, quod hanc nobis controversiam remittere illi *Marpurgi* voluerint, in eaque sententia hactenus perstiterint. Oravique hunc, cum et ipse non ignoret, quosdam manibus et pedibus obstare, ne hoc generale Christum agnoscentium foedus coëat, ne etiam decernant iidem armis se defendere contra potestatem superiorem, et ad id abuti *Luthero*, et hac Sacra-

uentaria controversia, ut rationes ipse excogitet, quibus spes saltem nostrae concordiae servetur *Luthero*, donec convenerimus iterum, quod creditur futurum intra duos menses *Nurembergae*. Interea et tum Deum daturum, quo forsan diutius concordia provehatur. Haec scripsi *Catto*, ut quae plus forsan momenti apud illum habitura sint. Testis autem mihi Deus est, unum hoc me solicitum isthuc in negotio tenere, quod Evangelii cursus nobis dissidentibus, horrendum adeo in modum, tum apud nos, tum exteros impeditur et sistitur. *Lutherani* caetera Christum pure praedicant, sunt inter eos plurimi vere boni, habentque qui hoc illos nomine suspiciunt in omnibus nationibus non paucos: Communis imminet utrisque hostis, qui nulla re nos apud bonos plus dejicit, quam nostro et maxime hoc ipso dissidio. Hoc ergo, cum in opinione potius, quam re ipsa consistat, et suspicionibus magis vanis, quam certis rationibus foveatur, sitque omnino tale, ut per se evanesceret, quam primum id de nobis invicem persuasi essemus, quod res est, et humanior rursum sensus inter nos obtinuisset, cuperem vel quavis ratione, quae modo Christi gloriam non obscuret, si nondum solidam concordiam, saltem Syncretismum inter nos obtinere. Jam puto rationem hanc, quam proposui, ut fateremur nobis formas Patrum probari, gloriae Dei hac tempestate, tantopere veritate hujus rei elucidata, pulchre inserviturum, praesertim dum per eam id quoque obtenturi simus, ut majore fide omnia tradere liceat, et latius spargere sicut amici crediti iis, quos tam multi hodie solos veritatem docere putant, ita consentanei iis habiti, quos tot jam seculis, orbis, sanctimoniae, et sacrae eruditionis nomine suspicit. Cum infirmis autem, et ideo irritabilibus, nobis negotium est, a quibus quidem nunc res pendent. Major enim pars recte sentit, satisque firma est; sed, ut alias scripsi, non possunt hi, ut res modo habent, paucos illos offendere. *Lutherus* ipse quoque tam scrupulosus non esset; sicut nec *Philippus*; sed sunt *Spengleri*, *Voglexi*, et alii quidam turbatores, qui nimio et praepostero pacis studio, nihil non tentant, ut sit quo dissiliamus. His Satanis arte occursandum erit. Si haec ita, ut me, movebunt, non gravaberis ad me scribere in hunc modum. Coram, et postea per *Oecolampadium* significavi, me detestari coenam absque Christo, nec in hoc, quod panis significet et repraesentet non sit id ipsum natura, quod Christi corpus, adseruisse, quod velim hic panis tantum et vini, et non potius corporis et Domini convivium celebrari. Patrum fidem sectari semper in animo fuit; quare illorum loquendi modum non refugio, placetque confessio, quae scripto Tuo, quod scribis Te jam *Luthero* misisse, tantum nemo abutatur illa ad insultandum piis, veraeque gloriae Dei studiosis, nemo ad confirmandos errores, quos et *Lutherus* damnat, abutatur. Scis enim hodie esse, qui ausi sint disertis verbis adfirmare, Christi Corpus non esse ejusdem cum nostro Naturae, etiam si peccatum excipias et glorificationem addas. Sunt qui externae sumtioni Sacramenti Corporis et Sanguinis Domini tribuant conferre Corpori nostro immortalitatem, cum illa proveniat ex eo, quod per fidem in Christum, ut hujus, ita divinae Naturae consortes evadimus. Tum adjice aliqua, non ad hanc causam, sed tamen ad profectum Evangelii pertinentia.

Charissime *Zuingli*, Te per Jesum Christum obsecro, ne feras aegre, quod Tibi praescribo, qua ratione veritatis cibum attemperes aegroto, cujus mihi notior stomachus est. Ego simulabo, me dissimulasse apud te, quod *Lutherus* petierit tuis ipsius literis de tua sententia certior fieri, idque quod veritus sim, te indigne laturum mihi non esse hac de re fidem habitam, eoque alia occasione hasce tuas literas elicuisse, quod scripserim scilicet Tibi me scriptum de concordia nostra misisse *Luthero* gaudereque quod et Tibi hoc scriptum satisfecerit, id quod per *Oecolampadium* didicerim. Etenim ut adhuc video valere multorum sycophantias, et Dominum nostrum probare patientiam; non video conducturum, ut ipse scribas *Luthero*. Ratione igitur jam ostensa, si idem Tibi probaretur, posset forsan homini satisfieri in praesens, et amputari paucis illis, qui nondum nos norunt, vel alias concordiae nobiscum ineundae parum favent, occasio retinendi dissidii tam nocentis. Quid animi ad hoc consilium habeas, quaeso indica literis ad me datis. Ceterum omne negotium, Tibi uni et iis, quos nosti ferendis istis rebus idoneos esse, scriptum scito, ne per alicujus imprudentiam, rationes aliquot bonorum virorum, publico optima fide consulentium perturbentur. Instat ut *Nurimbergae* conveniamus iterum, dummodo hactenus integra mihi haec causa manserit. Spero Dominum daturum, quod porro prosit. Anxia res est, et multum poscit laboris, sed eadem, si vel ex parte succederet, Ecclesiis Dei incomparabilem utilitatem adferret. Idem enim et ob id verum nostrum Evangelium videretur, potentiusque et apud nos consisteret, et ad alias nationes penetraret. Aliud nos nihil movet, ita me Christus amet. *Ferdinandus* fecit jurare in verba sua *Spirenses*, *Wormatiensibus* praeteritis, qui suum adhuc concionatorem retinent, sic et *Landavii*. *Augustam* proficiscitur et *Bonifacius* noster [1]), collega futurus *Wolfgango Musculo* [2]), quem paucis ante diebus, orante id a nostris Senatu *Augustano*, illo misimus, hominem solide pium et non vulgariter doctum, *Bonifacium* forsan nosti, et ipse eruditione ac pietate non vulgari. Hi cum *Michaele* [3]) intemperiem *Ranae* et *Agricolae* arcebunt, volente Domino. *Campidona* misere adhuc quatitur ob suorum dissidium concionatorum. *Budae* obsidionem ajunt cum clade nostrorum solutam, et *Bohemos* non admodum aequos esse electioni *Ferdinandi*, quae forsan caussa facit ita properare novum Regem. Dominus donet huic et fratri, Regem rite agnoscere coeli et terrae Jesum Christum. Salutant

---

1) *Wolfhardus.*

2) *Wolfgang Musculus* ex Lotharingia natus 1497, qui 1527 ex coenobio discessit, *Argentoratum* venit, ubi uxorem duxit, artem textoriam didicit; deinde parochus vici cujusdam factus est, tum brevi diaconus ecclesiae cathedralis illius urbis et 1531 praedicator *Augustam* vocatus est. Quum 1548 libello medio, quem vocant, se accommodare noluisset, cum novem liberis *Augusta* discessit, *Turici* exceptus et paulo post praedicator *Bernae* factus est, ubi 1563 mortuus est. Commentarii ejus, quod attinet ad usum, numero optimarum interpretationum librorum sacrorum illius aetatis sunt.

3) *Cellario.*

Te *Capito*, *Hedio* et alii. *Bernardus Fridrich* saepe jam mandavit, ut Te salutarem meo nomine, mire enim Te amat. *Argentorati* 6. Februarii 1531.

Bucerus tuus.

X.

Zuinglius Bucero et ceteris fratribus Argentinensibus.

Gratiam et Pacem a Deo. Equidem mi frater, sedulitatem tuam non improbo, sed quod quaedam postulas *Lutero* mancipanda, id mihi non satis fore circumspectum videtur. Scis enim ut isti ἐκ μύας ἐλέφαντον. Vos istud plane agitis, ut concordia ὕπουλος fiat, quae quottidie novum dissidium exulceret. Isti Missam ferme magis papisticam habent, quam ipsi Papistae. Christum in loco, in pane, in vino non minus indicant quam in scriniolo Pontificii. Adesse, ac dentibus edi, ore manducari corpus ejus aeque docent atque hi, qui *Berengarium* coegerunt fateri, quod ne ipsi quidem credebant. Nam bonus ille *Cattorum* Princeps anxie monet, *Luterum* cupere, ut et istud fateamur, Christi corpus ori etiam praeberi, cum symbola porriguntur. Haec, inquam, agitis, quum istud unum vobis esset agendum, ut *Saxo* reliquique principes et populi in foedere perstarent, etiamsi docti hac in re dissideant. Atque utinam splendor iste, quo perstringuntur, non tantum falleret illorum judicium. Accedent *Norici* nisi velint cum *Ferdinando* perire. Quod si renuent, nobis constitutum est, vel solis, veritatis negotium non esse usque ad animi effusionem relinquendum. Non vivimus nostro isti seculo, non Principibus, sed Domino. Horum caussa quicquam admisisse, quod veritatem aut imminuet, aut vitiet, stultum est, ne dicam impium. Illius mentem tenuisse, superare est omnes adversarios. Ad summam nostrae Confessionis venio. Non est ut hoc quisquam a nobis exigat, an credamus, Christum esse in coena. Nam nisi adsit, abhorrebimus a coena. Non de Christo dissidium est, etiam quum *Luterus* dicit, enim esse ubique, nobiscum enim sentit. De hoc autem est certamen, Christi naturale istud ac substantia corpus, natura substantiaque praesens hic loci in coena et porrigatur et edatur. De qua re dudum habetis sententiam nostram. In uno loco esse oportere hoc modo. Sed ista nunc mittimus. Christi corpus scimus adesse in coena, verum non naturaliter aut corporaliter sed sacramentaliter adesse credimus nudae, religiosae ac sanctae menti h. e. fidei contemplatione. Patrum formulas ferre non minus possumus, quam omnium, cum Prophetarum, tum Apostolorum, tum denique Sanctorum granditatem, qua de rebus arcanis religiose rhetoricantur. Non offendit nos eruentus Chrysostomi sacerdos, quem coenae praefecit. Spectat enim ad sacerdotium ac ministerium vetus, et ex hujus ὑποτυπώσει nostrum quoque pingit. Nihil inquam tam granditer dici potest, quod nos in re summa, quam nullae linguae satis laudare possunt, offendat, modo sensum verborum recte capiamus. Hoc me solicitum tenet, quod et monui quum *Augustae*

esses, quod ad diuturnam (contumaciam) contumacium istorum hominum cessistis loco, et jam verbis illorum loquimini, quae si solum *συμβολικῶς* intelligitis, isti, vero *ἱστορικῶς καὶ ἀληθῶς*, jam nihil quam *φαγαχίζεθε*. Qualia sunt, ut in germanice scripta confessione vestra extat: Corpus suum verum vere dedit Christus in coena, et etiamnum dat in cibum animae, sed corporis sui praebiti jamdudum quum in terra nasceretur, praebendique quum crastino cruci adfigeretur, in cibum animae symbolum dedit. Quaero enim an non ille cibus sit animae, quod ipse noster est, quodque pro nobis passus est? Anne istud tum dabat primum? An et dederat atque daturus erat. Dati ergo, dati, dati inquam corporis in cibum animae, sacramentum dedit. Adhuc tamen non offendimur, quod ad nos attinet, quum dicitur: Christus dedit ac dat corpus suum in coena etc. nam symbolice intelligimus ac sacramentaliter. Quoties opus est hoc monere, quod pro vobis traditur, notum esse, quod illud summum est in fiducia in Christum, nempe quod pro nobis mortuus, nos redemit, nondum perfectum erat. Non igitur edissent eo modo discipuli, quo nunc nos edimus, istum animae cibum. Nam isti nondum sciebant se esse redemtos ab aeterna morte, quum non deessent, qui aegre crederent, eum morti tradendum esse? Dati ergo Christi Sacramentum est praebitum. Et vos incipitis sine expositione istorum verbis uti, quum nos hujusmodi quidem admittamus, sed comite sacra expositione. Quando mi *Bucere*, tandem videre vis, nobis certamen esse de intellectu tropicorum sermonum, non quid aut quantum tropis eloqui liceat. Vos tropicum sermonem rependitis tropico, sed aliquanto periculosiore, quam sint ipsa verba Christi. Hoc est Corpus meum, dixit Christus. Si hic addidisset: Verum, edite vere, quae quaeso jam tragoediae essent actae? Nunc vos dicitis, quo illis insaniendi, vulgo vero disputandi ac dissidendi materia non deficiat: Verum corpus vere editur. Et secundum hoc expositionem non additis unam, consonam et constantem, in qua quid liquido ac pure debeat intelligi, vulgo videatur. Sed circumscribit adversarius adversarium. Quid hinc oriri aliud quam novum dissidium potest? Praestat igitur ut *Norici* generalia ista statuatis: Christum credimus adesse in coena ex utraque parte; credimus illum edi spiritualiter, quae praecipua et vera manducatio est. Credimus et sacramentaliter edi, aut aliquid hujusmodi. Nam quum certamen incidet de reducendis et simplici sermone exponendis tropis, jam testatum volumus nunquam dissimulaturos veritatem. Non debemus dicere: Quid est, si vulgus haec aut alia dicat, aut quid fabricii ac plebecula obganniant? Nam Prophetarum locum fratres tenemus. Hic in hoc potissimum instituti nobis videntur, ut vulgi velut animus sit, errare ac seduci neminem patiantur. Quod ad nostrum nomen attinet, jam credo dives specimen habetis, quod hujus observandi curam dudum posthabuimus, sed Numinis sumus inter humanas copias praecones. Nihil dolosum admittendum est, nisi quod quaedam alia specie verborum efferre, quaedam vere reddere licet. At non nisi istud, cujus sumus Ministri, inconcussum maneat, id autem est veritas. Si nunc cedamus adversariis quiddam, quod eliminatas procul tenebras reducat, jam omnium eorum, qui redorientur errorum, autores erimus. Valeant, qui religionem non aliter tenent, quam si,

quod somniant, non credas, irreligiosum te sint pronunciaturi. De *Hosiandri* epistola nihil scribito. Cur si recepistis, non significatis? Ipse nescio, quo metus vester aut curiositas spectet. Deum testor. Nunc scribit Senatus vester nostro Senatui super Eucharistia; nunc vos illius jussu. Quid ergo, an Principes non sunt vos in foedus recepturi, nisi credatis quod ipsi non credunt? Credunt dicere debui, sed non credunt, hinc vere dixi. Ferre equidem possem *Bucere*, scriptum Tuum vulgari, quod ad me attinet, sed simul dico, quod ad me adtinet, libro nullo esse opus. Quibus ergo eduntur ista? Vulgo. Quem nos custodire debemus, ne alicunde falsam opinionem hauriat, taceo, quod ei offutias ob oculos spargamus. Summa summarum: Perstamus perpetuo, neque aliter credas me unquam sensurum etiamsi orbis diversum sentiat, quam et nunc et antea sensimus. Parce hac in re labori et chartae. Haec fratres charissimi, quam ocyssime non offensus sed excitatus ad tanta studia vestra, quae utinam in res alias essent adversa. Manus Domini protegat vos. Ferre possem, ut ad *Cattum* brevem hujus Epistolae summam dares, nam ad illum scribendi otium nunc non suppetit. Scripsimus pridie ad illum. Valete, et quod soletis rem strenue atque prudenter, ut assoletis, agite. *Tiguri* 12. die Febr. 1531.

XI.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino observande *Zuingli*. Legi binas literas tuas alteras *Argentorati*, alteras hic, illas ludentes, has admodum iratas. Sed oro Te per Christum, des hactenus tuo in me amori, quem scio non vulgarem esse, locum, ne tam graves in me suspiciones admittas. Dejero ego, nihil aliud me, quam Evangelii profectum spectare, idque toties et tam sancte. Tu contra dejeras, me prodita Christi veritate foedus moliri cum parum piis hominibus. Si non magni mihi esset tua amicitia, ferrem hoc lenius, nunc cum charitas credat omnia, non potest mihi non dolere, adeo nihil fidei mihi esse apud Te reliquum. Sed nec Senatus noster aliud, quam Ecclesiarum commoda, per nostrum consensum quaerit, et quod foedus illud procedere cupit, inde tantum est, quod putat, ad Evangelii profectum facturum. Quae enim auxilia ab illa gente sperari possunt, habet jam per *Cattum* sibi obnoxia. Non sumus, id res ipsa declarabit quales forsan sua versutia te tam suspicionosum reddunt, Dies Domini omnia revelabit. Quas legisti Senatus nostri ad me literas, longe candidiore quam prudentiore consilio scriptae sunt, et uno homine autore, quem scio ego nihil minus quam veritatis obscurationem quaerere. Utcunque autem res habeant, habebis tu me, ut haetenus, deditium. Articulum confessionis nostrae exposui, id videbis. Hoc inter Te et me non convenit, ut certe putabam, Christum in coena exhibere duo, panem corpori, animae suum corpus idque verum. Metaphoram enim agnosco in verbo manducandi. Committam itaque caussam Domino, et Te posthac nihil de concordia solicitabo, oroque veniam, quod tantis meorum impendiis, meoque labore et periculo Te adeo

fatigarim. Oro tamen, quantum licet, temperes Tibi, ne alienum servum judices temere. Neque *Lutherus* est, neque *Lutherani* multi sunt, quales Tu putas. Magnus saepe error, magna etiam defendendi erroris vehementia animum etiam pium occupat. Malo ego simplicitate innoxia, quam suspicione iniquiore peccare. Bene vale. *Basileae* 16. Febr. 1531. *M. Bucerus* tuus.

Scriptum *Osiandri* non vidi. Nec moror, quid tales scribant.

XII.

Johannes Schradin Zuinglio.

Salutem Domini precamur. Scripsimus ad Te, duos fere ante annos, civem nostrum *Staud* commendantes, cui, intestinis odiis apud *Helvetios* vigentibus, nonnulla tormenta, quae venalia distrahebat, a vestris erepta sunt. Cum igitur ipse nulli partium aut faverit aut obstiterit, sed mercatorum more, suam mercem *Bernam* transferre, et ibidem gouerum suum, qui Senatui Populoque *Bernensi* obaeratus erat, nominibus eximere voluerit; non videtur nisi aequum bonum postulare, imo jus suum persequi, si adempta sibi reddere postulat. Qua in re ut tuam homini praestes operam, id apud Senatum tuum ambiendo, enixe rogamus. Est enim vir praeter alia insigniter pius, quique gregem Christi, et quotquot Evangelium profitentur, summis studiis amplectitur, cui si quidquam commodaveris, mercedem a Deo, talionem, si quid possumus tum a nobis, tum ab ipso exspectato, nobisque in omnibus tanquam tuis utere. *Reutlingae* 21. Febr. 1531.

Joannes Schradin,
nomine fratrum qui sunt Reutlingae.

His literulis *Matthaeus Alberus* Evangelistes *Reutlingensis* sequentia sua adscripsit manu:

Conditionem Ecclesiae nostrae et repurgationem Templi nostri scribere perlongum esset; tu ex *Studo* ipso discere potes. Sperabamus concordiam in re coenae, quam et adhuc optamus, sed res differtur. Det Dominus, ut idem sentiamus, summittentes nos humiliter omnipotenti verbo Christi, ut tollatur Schisma et offendiculum Ecclesiae Dei. Tu, si quid habes de concordia illa certi, et nos certiores facere velis. Vale denuo.

XIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve, mi frater. Quae nuper hic per fratres acta, petita, admissa receptaque fuerint, satis per *Leonem* innotuerunt. Opinor ea Tibi non displicuisse, ut puta paci concordiaeque publicae conducibilia, et gloriae Christi praejudicantia nihil. Quod si secus Tibi visum, indica, si potes. Multum sane Ecclesiis profutura nobis videbantur. Nonne interest, an sint, qui post nos Christum doceant, et unde ac qualiter illi educentur? Porro, ut Synodi vicinae a vicinioribus adeantur

Episcopis plus emolumenti in recessu habet, quam quibusdam id subodorantibus gratum sit. Proinde ad ea promovenda polliceor mihi Te, pro tua in omnes ecclesias solicitudine, nihil omissurum. Jam quod *Henricus* ille scriba Senatus nostri, suggeret, benignus accipies, nosti enim, ut delicatiores tractandi, ut in officio continendi, et ut ad meliora provocandi simus. Vale. *Basileae* 25. Febr. 1531.

Tuus *Oecolampadius*.

Soladorenses instant, ut *Marcus* [1]) noster ibi aliquandiu concionetur. Aegre a nobis dimittetur. Utinam virum, per quem illi Christo accedant, mittere illis possis.

XIV.

Erasmus Ritter Zuinglio.

Gratiam et Pacem etc. Heri Probuleutae nostri me et *Benedictum* vocarunt, praelegeruntque nobis *Buceri* excusationem, quam *Basileae* Legatis obtulit, de ratione fidei, quam Caesari dederunt, petieruntque quatenus postea, cum de coena essemus concionaturi, haec vestigia imitaremur. Viden? quid impii conantur, rem tam lucidam, quae apud nos est tam clara ut sol, obfuscare quaerunt, deinde etiam Ceremonias nobis praescribere conantur. Tuum itaque erit officium, ut me quamprimum per hunc nuntium certiorem reddas, quid fratres *Basileae* effecerint, aut quid sperandum, ut ego eo cautior in responsione, quam adhuc non praestiti, esse possim. Cupiunt coeci se *Argentoratensibus* assimilari, et a *Tigurinorum* ceremoniis abhorrent, cum quibus tamen indies vivendum est. Vale. Ex *Soaphusia* 25. Febr. 1531.

Erasmus Ritter, tuus ex animo.

XV.

Megander et Bertoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Quod Te, carissime *Huldrice*, pluribus omnino necesse non est, ut obtundamus, verbo, quod volumus significamus, nempe, si visum fuerit fratrum consilium *Basileae* habitum de Synodis vicissim et celebrandis et visitandis, quoad poteris, non solum apud tuos, sed et reliquos Civitatum nuntios promoveas. Ceterum, quae Magistratus vester super negotio Eucharistiae *Argentinam* mittenda paraverit, exemplar nobis, ubi alioqui commode fieri poterit, hoc nuntio, cui omnia tutissime credere poteris, mittas. Quod autem nemo nostrum ad praescriptum a vobis diem apparuit, quemadmodum nosti, culpa nostra id factum minime. Tandem si quid novi, aut scitu necessarium fuerit, hoc nuntio communices. Vale. 2. Martii 1531 in aedibus *Trempii*.

Tui ex animo, *Megander* et *Bertoldus Hallerus*.

[1]) *Bersius*.

XVI.

Zwinglius ad Philippum Landgrafium.

Haec epistola scripta est contra quendam cui nomen *Fuchssteiner* est, qui aut ab adversariis subornatus vel insanus vel plenus diabolorum sit, et pejus contra ipsos ac contra inimicos egerit. Se mirari, *Landgrafium* homini desperato et digno qui suspendatur tantopere indulsisse. In alia quadam re (haud scio an Udalrici) quendam cancellarium maxime verendum esse, cui reputandum sit, quid redundet ad rem Pontificiam ex ea, si perficiatur [1]). 3. Martii 1531.

16.

Zwingli an Landgraf Philipp.

Gegen einen gewissen Fuchssteiner, der entweder von der Widerpartei abgerichtet oder unsinnig und voll Teufel sei, und der ärger gegen sie als gegen einen Feind gehandelt. Es wundere ihn, dass er dem verzweifelten hängenswerthen Buben so viel nachgelassen. In einer andern Sache (vermuthlich Ulrichs) sei ein gewisser Kanzler am meisten zu fürchten, denn er hätte zu gedenken, wenn die Sache vor sich ginge, wie das der Papisterei dienen würde. (3. März 1531.)

XVII.

Udalricus Dux Wirtembergensis ad Zwinglium.

Carissime Magister *Udalrice*, literas tuas accepi et bono fidoque consilio intellexi. Non dubito, quin *Eberhardus a Reischach* domum redierit et te nec minus Dominos tuos certiores fecerit, quam derisionem, ignominiam et detrimentum *Fuchssteiner* mihi non solum propter *Stofen* (?) sed etiam in *Burgundia* me omnino inscio et invito attulerit. Qui utrum ab adversariis subornatus, an insanus vel plenus diabolorum sit, comperire non potui; vos autem confidere velitis, me minime cum hostibus meis ejusmodi ludibrium acturum esse vel quidquam clam te et iis, quod eorum rebus detrimento sit. Equidem miror, vos homini desperato tantopere indulsisse, qui si interea de arbore suspensus esset, justam poenam dedisset. (1) praeterea scripsit φ his inclusas. Quod ad (2) et (3) attinet, (4) quam maxime rogat, ut φ apud (3) aliosque ad eam rem idoneos quam maximam potest operam det, quae res si perficiatur, non dubium est, quin (4) Domini et amici cum iis qui eum eo faciunt, vitam, bona, omnesque vires impendant, ut (5) facile, si Deus voluerit, ligulum ori inseramus. Non sciam quo alio pacto (2) potum dulcem recuperare possit; cujus solum cancellarium metuo, ne pedite et equite impediat; cui quidem reputandum sit, quantae jacturae rei Pontificiae sit, si haec res succedat. Deo omnipotenti

---

[1]) Hanc epistolam exhibet *Rommel* in libro suo inscripto: „Philipp der Grossmüthige Landgraf von Hessen.“ nota II. 88, pag. 236. 237.

commendatus sis, qui res eo vertat, ut gloria et laus sua augeatur. Dedi *Cassellae* 3. Martii 1531.

Udalricus Dux Wirtembergensis.

17.

Herzog Ulrich von Wirtemberg an Zwingli.

Lieber Meister Ulrich, ich hab' euer Schreiben empfangen und guter getreuer Meinung verstanden. Zweifle nicht Eberhard von Reischach sei wieder anheim kommen, und Euch, desgleichen Euere Herren berichtet, in was Spott, Schaden und Nachtheil mich der Fuchssteiner nicht allein mit Stofen (?), sondern auch in Burgund ohn all mein Wissen und Willen gebracht hat. Ich habe nicht mögen wissen, ob er von der Widerpartei abgerichtet, oder unsinnig, oder voll Teufel sei — mögt Euch wol verlassen, dass ich gar nicht gedenke gegen meinen Feinden mit solchem Gaukelspiel zu handeln oder Euern Herren etwas zu Nachtheil ihrer Ordnung hinter Euch und ihnen zu handeln. Mich nimmt doch wunder, dass Ihr dem verzweifelten Buben soviel nachgelassen habt, wär er dazwischen an einen Baum gehenkt worden, wäre sein verdienter Lohn gewesen. Der (1) schreibt hieneben φ. (2) und (3) betreffend ist (4) höchste Bitte φ wolle bei (3) und andern dazu dienlich möglichen Fleiss darin thun, denn so das zuwege möchte gebracht werden, so ist ohne Zweifel (4) Herren und Freunde samt ihrem Anhang würden mit Leib, Gut und aller Macht dazu thun, dass wir (5) den Knebel, ob Gott will, wohl wollten ins Maul binden. Ich könnte nicht wissen wie (2) seines schnaps (?) das möchte herwider kommen; ich fürchte allein sein Kangler, der würde mit aller Macht wehren, denn er hätte wol zugedenken, so das vor sich ginge, zu was Fall solches aller Papisterei dienen würde. Seit dem allmächtigen Gott befohlen, der schike es dahin, dass sein Lob, Ehr und Preis gefördert werde. Dat. Cassel 3. März 1531.

Ulrich, Herzog zu Wirttemberg.

XVIII.

Zuinglius Berchtoldo et Megandro.

Gratiam et Pacem a Deo. De Synodis vicissim communicandis hoc nostris visum est probuleutis, ut quotannis in aliqua urbium christianarum civitatis conveniant urbium Episcopi; et isthic conferant, quae usus postulat, quo unanimitatem et concordiam ecclesiis nostris servemus. Ceterum, cavete fratres carissimi, ne personae christianae vitae quam nobis quidam insinuare, quantumvis pia mente pergunt, vobis imponat. Scio quid veteres in Ecclesiam induxerint; sed interim non ignoro, quo ea consilia exierint. Nihil ego aeque queror atque nonnullorum supercilium, quo nihil, quam quod ipsi faciunt, probant. Habemus et nos judicium. Utinam liceat coram aliquando commentari, quis enim literis exponere omnia vel possit, vel audeat? Ecclesia nostra,

quid enim dicam, Senatus noster, cum ille in pietatis negotio, Dei munere, ferme nihil agat, quam quod Ecclesiam Christi decet, prorsus nihil aliud spectat, quam rei christianae salutem, indignis modis circumvenitur. Quid dicam fratres? Senatus noster, scimus scimus, nulla ferme non in re, priusquam in comitia congrediamur reliquas urbes Civitatis christianae, clancularii literis solicitat. Et hoc hisce diebus iterum fecit. Quid hoc quaeso rei est. Cum nihil unquam egerimus, quod Numen ipsum non superne probaverit? Non spectamus nostra, sed publicam salutem ac religionis instaurationem. *Quinquepagicam* insaniam et audaciam ne inferi quidem ferrent. In Eucharistiae caussa credebam vos nostrae responsionis adumbrationem vidisse. Vestrae simillima est, nisi quod nos paulo latius exponimus, cur non velimus hanc confessionem facere. Sed hoc erat arrogans (nobis admirationi) quod Senatus vester nostro scribebat, nobis scripturum, quid essent responsuri, nec addebant, ut et nos illis significaremus, quidnam statuissemus, id autem in prioribus literis, nam in secundis natus est tandem pudor, ut eam particulam adjecerint. Haec me non parum turbant, cum semper vester sum, vestra tuear. Et legatus vester *Dillemannus* (quem nondum vidi) postulasset a legatis nostris, ut antequam responderetur, conveniretur; sed habent has aegritudines Respublicae, ut saepe nutent, saepe vacillent. Utinam non cadamus prorsus. Biduo exibit Jeremias. *Rheti* publicam disputationem sive collationem indixerunt, ad diem Lunae in feriis Pascalibus. Valete et curate, ut viri constantes reddantur nostra praedicatione vestri. *Tiguri* 7. Martii 1531.

Huldricus Zuinglius vester.

In *Trempii* literis erraveram et alium titulum inscripseram.

XIX.

Bovillus [1]) schikt Zwingli 4 Lägelen mit welschem Wein et addit: Fertur apud nos, quod Imperatoris *Turcae* exercitus ab Caesare fusus sit miserabili strage, ac coactus, ut omnes captivos reddat. Salutà D. *Geroldsekium* nostrum et uxorem tuam. *Veseniae* 15. Mart. 1531.

XX.

Berchtoldus Haller Zuinglio.

Respondimus optimo fratri nostro, apud nostrates nihil minus impetrari posse, quam quod subscribamus obscurae et ambiguae *Argentoratensi* Confessioni, atque propter plebem, quam aperte docuimus, tum propter hypocritas nostros, qui mox ansam habebunt omnia invertendi. Vale. A Magistro *Jacobo* audies de defectu meo. 17. Mart.

Tuus *Berchtoldus Hallerus*.

[1]) Nunc parochus *Vesaniae*.

XXI.

Johannes Cousardus Zuinglio.

Gratia Domini Nostri Jesu Christi tecum, eruditissime ac juxta humanissime Doctor: Temeritatis quidem non immerito accusabor, quod, quum homo sim obscurus, et minus quam nihil sciens, sed tamen sciendi cupidissimus, audeam ad tantum ac tam multis dotibus insignem virum scribere, tibique meis ineptiis impedimento esse, ne gravioribus interim, dum nostra leges, ac Christianae Reipublicae utilioribus studiis, ita ut par est, totus possis intendere. Verum, tuam humanitatem quam obnixissime precor, ut hujus mihi veniam dones. Quicquid enim hujus fit, praesincero erga te amore fit, summaque reverentia. Nam posteaquam tuos, quos hacteaus in Dominico stadio currens labores exactiasti, simulque tua scripta caepi penitius expendere, usque adeo tu mihi, imo Dei in te dona placuerunt, ut nullis possim omnino verbis consequi. Et quantumvis *Erasmus*, *Lutherus*, aliique passim tua vellicantes, te mundo exosum reddere, authoritatemque tuam elevare contendant; tamen adeo nihil omnibus machinis, omnibusque injuriis, efficere potuerunt, ut etiam multis hic viris piis haud dubium, quin et per totum orbem plurimis, longe commendatiorem, charioremque reddiderint. Ita nimirum Deo illorum maledictiones vertente in benedictiones, ut quod in verbi Ministerio felicibus caepisti auspiciis, feliciore fine consummes; quandoquidem non tam hominum, quam Dei, omnium hominum Conditoris, res agitur. Proinde Domine observandissime, etiamsi nullo opus habeas monitore, ut qui huc ultro totis nervis incumbas, divini spiritus ductu et Magisterio doctus, non possum tamen mihi temperare, quin te per omnia divina et humana obsecrem et obtester, quo id, quod in propugnando Eucharistiae negotio, et Esaja complanando, Deo authore, aggressus es, constanter in aliis quoque divinae paginae libris pergas absolvere, reclamantibus quantumcunque adversariis. Aestimari non potest, nedum dici, quantam a Deo bonorum omnium largitore gratiam initurus sis, si illa quinque talenta ab eo accepta tanquam fidelis Domini servus, ad usuram, hoc est, proximorum et fratrum utilitatem erogare studueris. Quis, precor, eloquatur, quantum lucis tua nobis scripta ad sacrarum literarum intelligentiam contulerint, inter quae dolemus admodum multa esse tantum Germanica, eaque praecipua, quibus nobis aegerrime carendum sit. Profecto, si nosses, quam gratam omnibus Christi fidelibus et vestrae linguae ignaris rem facturus esses, quae per te, *Johannem Oecolampadium*, virum optimum, aliosque Symmystas Germanice sunt edita, per *Gasparem Megandum*, aut *Leonem Judae* (qui farragines annotationum tuarum in Genesin, Exodum, et utramque ad Corinthios Epistolam Latinitate donarunt) aut alios Latina fieri non gravate curares; nam tibi hanc vertendi provinciam minime obtulero, ut quem non ignorem longe majoribus esse occupatissimum. Scripsisti ante annos aliquot (ut ipse in Exegesi ad *M. Lutherum* testaris) dilucidam expositionem verborum; Hoc est corpus meum, ad eundem. Item ad illius Confessionem respondisti Germanice, cui responsioni *Oecolampadii* quoque responsio conjuncta

est. Est praeterea ordinatio quaedam ceremoniarum per vos in Ecclesia *Tigurina* facta, de baptizandis infantibus, contrahendo matrimonio, sumenda Eucharistia, habendis concionibus, et defunctorum memoria. Ad haec et ejusdem *Oecolampadii* Epistola ad *M. Lutherum* de *Suevorum* Syngrammate, cui etiam Germanica responsio adjecta est ad Syngramma, haec, inquam, omnia et forte plura, quae nondum aut videre, aut audire de iis licuit, si dignareris curare, ut nobis quoque recognita et exposita fierent, rem faceres omnium longe gratissimam. Equidem multa e tuis, quae hactenus magno cum timore ob persecutiones nancisci licuit, cum magna nihilominus voluptate, sed neque minori fructu legi; atque non ita dudum oblatus est mihi libellus sane quam disertissimus de Providentia Dei ad Illustrissimum Gattorum Principem. In quo legendo ac identidem relegendo tantum voluptatis et solidae eruditionis caepi, ut nihil supra. Tam dextre enim ac nervose cuncta, quae sub Sole fiunt, divina Providentia fieri gerique colligis, ut nullo mihi videatur pacto posse contrarium adseri, nisi quod, quae sexto Capite de authore, motore, et impulsore Deo, quo latro ad peccandum cogitur (quanquam mihi ratio, ipsaque divinae ac humanae Naturae dispositio ita fieri dictat) tamen non capio, quomodo cum multis Scripturae locis possint convenire. Quas tu adfers rationes, mihi quidem satisfaciunt, quod sciam te neutiquam ignorare, quid ad ea, quae producturus sum, respondere possis. Caeterum haec ea praecipue de causa produeam, ut si quis ea contentiosus nobis, ut adsolet, objiciat, habeamus abs te, quod illi respondere valeamus. Et primum quidem e libro, qui Sapientia dicitur, testimonium proferetur, in cujus primo Capite sic legimus. Deus mortem non fecit, nec laetatur in perditione vivorum. Si mortem non fecit, nec laetatur in perditione vivorum, quomodo impellit et movet ad peccandum: Unde et mors et perditio sequitur vivorum. Et Eccles. 15. Non dicas, ille me implanavit, non enim necessarii ei sunt homines impii. Omne execrandum erroris odit Dominus. Dicit Deo homines impios non esse necessarios, et Tu cap. 5. scribis, necesse fuisse, ut cum intellectus isti tum Angeli, tum animi creandi essent, hac ratione conderentur, ut Dei justitiam perinde ac benignitatem cognoscerent; justitia vero quomodo cognoscetur ni sit et injustitia? Aeque ac benignitas et mansuetudo non cognoscentur, ni sit violentia et feritas. Igitur et impii homines secundum tuam ratiocinationem, illi erunt necessarii, ut cognoscantur pii, ac per consequens, non bene dicit Scriptura, ipsi impios homines non esse necessarios. Sequitur: Omne execramentum erroris odit Dominus. Si errorem odit, cur in errorem aut latronem aut homicidam impellit, ut latro et homicida sit? Nam latrocinium et homicidium errorem non minimum esse, neminem puto ambigere. Atque haec interim a contentioso exempli causa, dicta velim. Nam si quis ita ungeat, quid responderi poterit? Sane pro ingenii mei parvitate quid dicam, non invenio; nisi hoc forte, quod ipse ais, Deum, quod facit, libere facere, ut qui alienus sit ab omni affectu noxio, igitur et absque peccato, id quod verissimum esse agnosco; attamen, qui contentiosus est, si instare vehementius perrexerit ac dicere: Amice, nihil neque agis, neque dicis.

Ais enim, quod latronem Deus impellat ad peccandum; et Scriptura adserit, Deum nemini mandare ut impie agat, et nemini spatium peccandi dare. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium et inutilium; quomodo ista inter se convenient? Deus latronem ad peccandum cogit, et nemini mandavit impie agere. Praeterea Jacobi c. 1. sic legitur: Ne quis quum tentatur, dicat, se a Deo tentari. Nam Deus at malis tentari non potest, ita nec ipse quemquam tentat. Quaeso, si Deus neminem tentat, quomodo, quod majus est, movere, impellere ac cogere ad peccandum dicitur? Haec si quis, ut dixi, urgeat, quid dici queat, nullus video. Proinde, clementissime Domine, te quam humillime rogarim, ut hinc me, aliosque forte non paucos expedias, id quod te posse praestare optime confido. Nam haec tibi prius omnia fuisse expensa, quam ea, quae de Providentia Dei extant literis mandares, non dubito; ideoque et absque ullo negotio hunc nodum solvi posse, si modo voles. Est in eodem quoque libello aliud quiddam minutulum cap. 7° ubi, quod ais: Religioni praesunt Prophetae. Hi nunc fere sunt blandientes caudae, ut Prophetae verbis utar, testimonium hoc, e quo Propheta sumpseris, haud temere licet divinare, quapropter et hoc non pigebit indicare. Nam quantum ego meminisse possum in valgata editione haec verba apud nullum Prophetarum reperiuntur. Quo fit, ut putem te certius, quam sit nostra translatio, Hebraea vertisse, quae hunc sensum referant. Et quoniam semel cepi supra modum de tua humanitate confisus omnem pudorem excutere, tamquam audacter exigere, oro atque obsecro, ut hoc etiam abs te impetrare detur, ut omnium videlicet mihi tuarum lucubrationum indicem seu catalogum procurare digneris, quo scire queam, quid mihi desit, ac una his literis meis respondere. Scripsi jam tertio ad M. *Bucerum* virum, mea quidem sententia, ut mansuetissimum ita et doctissimum, qui respondit semel ad omnia, quae desideraveram, copiose, et proximis *Francofurdensibus* nundinis alteram expecto responsionem. Igitur tu quoque me tuis dignare literis, quas si voles tuto mittere, aut per vestros mercatores, qui *Francofordum* ad autumnalem mercatum venturi sunt, aut per M. *Bucerum* mitti curabis; quo deinde per eosdem tuae ad eundem nuntium deferantur, per quos ille nostras ad te mitti curaverit. Nolim tamen alicubi mei nominis mentionem fieri in libris per te edendis, id quod et apud M. *Bucerum* cavi, propterea quod hic usque in hodiernum diem non dicendis modis adficiantur, qui vobis cum aliquid notitiae aut commercii habere deprehenduntur. Quare sat fuerit mihi magnique beneficii loco ducam, si tuis modo obsignatis literis visitari merear. Denique, ne multis tibi molestus sim, sed his meis ineptiis, colophonem addam, iterum te atque iterum, optime Domine, per Christum, qui omnibus ex aequo prodesse studuit, obtestor, ne hanc meam audaciam gravate feras, aut etiam preces meas contemnas, qui alioquin de quibusvis simplice ac sincero animo discere cupientibus, bene mereri solitus sis. Testis est mihi Deus, certissimus *καρδιογνώστης*, haec me animo minime malo, sed tui, omniumque Symmystarum amantissimo, scribere. Equidem adversarii odio te prosequuntur internecino, ego autem te cum aliis non paucis sic exosculor, sic suspicio, sic veneror,

quasi si mihi Pater sis; sic, quae scribis, amplector, ut authoritas tua mihi sacrosancta sit. Et quamvis illi te, de se bene merentem, calumnientur, sic tamen nullam apud me habent pondus, ut te reddant longe chariorem. Nam invidiam et φιλαυτίαν, pessimos consiliarios, illis in consilium adhiberi, tam est manifestum, ut nulle id pacto inficiari possint, hoc nimirum scriptis illorum nihil obscure testantibus. Quod reliquum est, Doctor eruditissime, *Johannem Oecolampadium*, sanctissimum Dei hominem reliquosque Symmystarum quum integrum erit meis verbis in Christo salutes, qui te cum ipsis in multos annos, ad Dei gloriam ac fratrum aedificationem servet incolumem. Vale. *Gaudavii* ex aedibus nostris d. 17. Mart. 1530 (potius 1531 Sim.).

Ὁ σὸς Ἰωάννης Κουσάρδος τῶν ἀδελφῶν
περὶ τοῦ κοινοῦ βίου ἐπίσκοπος.

XXII.

Laurentius zur Aich oeconomus coenobii Rhenaviensis ad Zwinglium.

Salutem, honores, officia quam maxima amicus amico possum tibi ante omnia defero. Domine venerande, benevolentissime, carissime. Scito *Casparem Franciscum a Langenargen* V. Cl. ad lacum *Brigantinum* ad me *Rhenaviam* venisse meque certiorem fecisse, se satis diu *Oeningae* supra *Stein* in coenobio parochum et praedicatorem fuisse. Qui quidem ibi pene ex anno (ut mihi dixit) sanctum Dei verbum sequi ausus est, idque partim pro suggestu palam praedicare. Quamobrem si non ab *Oeninga* vel ex tota Landgrafii *Nellenburgensis* ditione discessisset brevi in angorem et inopiam venisset. Jam cum mihi aliquanto compertum sit, istunc *Casparem*, qui has literas pertulit, doctum, peritissimum, eloquentem virum esse, qui quidem concionando, si ita in vero Dei verbo persistat, inter populum multum boni proficere possit, te quam maxime rogo, ut *Casparem Franciscum* quem dixi meo nomine tibi commendatum habere velis collocandum, si quod praedicatoris munus vel aliud quoddam scias, ut sentiat, has literas meas apud te valuisse et eo maturius ad certam conditionem veniat. Quod officium de te semper meriturus sum. Dedi *Rhenaviae* Veneris die post Laetare 1531.

Laurentius zur Aich
oeconomus coenobii Rhenaviensis.

22.

Lorenz zur Aich Pfleger im Kloster Rheinau an Zuingli.

Mein freundlicher Gruss und was ich Ehren Liebs und Guts vermag zuvor. Würdiger, günstiger, lieber Herr. Wie dann Herr Kaspar Franz von der Langenargen am Bodensee zu mir gen Rheinau kommen, und mich berichtet, wie er eine gute Zeit her zu Oeningen ob Stein im Kloster Pfarrer und Prediger sei gewesen,

und aber schier bei einem Jahr her sich daselbst (als er mir anzeigt) dem heiligen Gotteswort anhängig zu sein unterstanden, dasselbe zum Theil an der Kanzel offentlich zu verkünden, und zu predigen. Deshalben so er sich von Oeningen, oder aus der ganzen Landgrafschaft Nellenburg nicht geäussert, bald in Angst und Noth kommen etc. Dieweil dann ich etwas berichtet, wie der genannte Herr Kaspar Zeiger dieses Briefs, ein geschikter, wolerfahrner, redseicher Mensch sei, und wol viel Guts mit seinem Predigen, so er also auf dem wahren Wort Gottes beharrte, unter einem Volk möchte schaffen, so langt an Euch mein fleissig Bitt, Ihr wollet Euch gemeldten Herrn Kaspar Franzen in dem, so Ihr ihm etwa einen Predikaturstand, oder sonst einen andern Unterschlauf wissten, lassen von meinetwegen befohlen sein, damit er spüren möge, dass das mein Schreiben gegen Euch erschossen, und Ihm destfürter unterholfen werde. Das steht mir allzeit um Euch zu verdienen. Dat. Rheinau Freitag nach Laetare. 1531.

Lorenz zur Aich,
Pfleger im Kloster Rheinau.

XXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Literae tuae redditae sunt, ni frater, tabellionem autem ob resignatas literas in carcerem conjecit Consul, cui probuleutae super ea re scripserunt. Ceterum placuit Senatui vestratium responsio, et mihi quoque tua. Jam Epistolae respondere non vacat, nec opus est, quandoquidem nos nequaquam dissidemus, qui a nullis pendemus externis. Jam nolui Te ignorare, anosiandricas literas, quas ante aliquot menses miseras, per me missas *Argentoratum* cum literis meis ad *Bucerum* et *Capitonem*. Dedi autem illas *Rotwilensi* cuidam, qui sibi nunc domicilium esse dicebat *Argentorati* notosque sibi illos. Loquebar super ea re *Bucero*, quum adesset, et mentem Literarum totam manifestavi. At ille dicebat nullas redditas. Itaque nescio quid fraudium vel periculi intercesserit. Jam *Imracensis* Praepositi [1]) filium a *Capitone* mihi commendatum, remitto ad parentem, ut de voluntate ipsius certior fiat. Mansisset hic sed consilio meo patrem accedere jussus est. Nescio enim, an mens Patris ejus sit, illum iterum Literis consecrari. Quod si haec mens illius est, forsan commodius et minore sumtu, quam hic, isthic erudietur. Saluta *Leonem*, et dic, quod annotationes ejus mihi per *Ambrosium* [2]) mihi allatae sint. Saluta et uxorem et reliquos fratres ac Dominos. *Basileae* d. 22. Mart. 1531.

Oecolampadius.

Excusabis patri adolescentem. *Bernenses* iterum durius responderunt. Mittetur hodie nuntius *Argentoratum*. Dominus secundet omnia.

---

[1]) *Brennwaldi.*
[2]) *Kettenacker.*

XXIV.

Bucerus Zuinglio.

Salve observande *Zuingli*. Literas tuas, et Comitis, nam hic apud Principes nostros legatus abest, legimus. Catenae [1]) satis est, ut scribis, ut profuturum non dubito, dum res ingenierum sic habet, non esse ultra extractam. Si fides erit, attrahet quisque suos. Quae in comitis literis continentur, ardua quidem sunt, non quidem ob potentiam hostium, qui, ut recte mones, unus omnes sunt in Papa, imo unus hostis Papa est. Sed ne quid extra articulum suum tentetur, et ne desit justa occasio. Justam autem fore, si non objecta modo est, multi nihil addubitant. Spirant venti quidam, utinam favonii sint quaerentibus Christum. Sed erunt, cum hujus potestati sint addicta omnia. Antequam haec ad Te perveniunt, scies plura, quod arbitror. *Rhaetis* adsit Deus. *Turcos* omnes uno ore ajunt vim majorem cogere, quam antehac unquam, eamque minari *Italiae*. Utinam, dum qui praecipue debebant, sic stertunt. Dominus Gedeonem aliquem excitet, quo pastore *Germania* et ceterae reliquiae orbis christiani totius se huic hosti tam immani et exitiali pro viribus opponant. Saluta *Leonem*, *Carlstadium* fratresque reliquos, *Pellicanum* et *Collinum* inprimis. *Argentorati* 24. Mart. 1531.

M. Bucerus tuus, quantus est.

Praefationem tuam prudentem, cordatam, sanctam, venustamque supra modum, qua lucubrationes tuas in Jeremiah nostrae Reipublicae inscripsisti, magna cum voluptate legimus. Cetera nondum licuit. Gratias nos nostro nomine agimus, quam possumus maximas. Senatus aget suo.

XXV.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Quantus vir sit *Jacobus Zieglerus*, quamque utilis sit Ecclesiis nostris, mi frater, haud opus est, ut denuo commonefaciam. Itaque *Argentinenses* miserunt huc Coronatos 15. in viaticum illi mittendos. Hortatur *Bucerus* ut nos quoque i. e. *Basileenses* ac *Tigurini* summam aliquantam adjiciamus, quo sic sese inde liberare, et commodius ad nos transire possit. Quod quam integrum vestratibus, nondum satis intellexi. Nam quod *Bernardus Major* senator retulit, quodammodo ambiguum est. Igitur super ea re certiores nos reddito, et siquidem pecuniam quandam mittere decreveritis, mittite huc vel mihi, vel consuli, et adjicient etiam *Basileenses* suam. Sin vestratibus onerosius est pecuniae aliquid mittere, id ipsum quoque significato, ut nostri cum *Argentinensibus*, vel etiam ipsi suam pecuniam retineant, vel per se ipsos bonum virum evocent. Terminum enim aliquot mensium fratri ejus praefinivimus, intra quem illum accersituri ad nos simus. Et is nunc appetit. Bene vale mi frater. *Basileae* 28. Martii.

Oecolampadius.

---

[1]) Foedus Schmalcaldicum.

XXVI.

Zuinglius Vadiano.

Gratiam et Pacem a Deo. Qua circumspectione nunc opus sit, videmus, qui hactenus talpis caeciores fuimus, cum in istas alpium angustias magni exercitus mittuntur [1]), ob id maxime, quod Imperator cum omnibus Senatibus sive Parlamentis suis, non praedonem aut parricidam, sed juris gentium violatorem defendit [2]), quem, si germanus frater fuisset, missum facere oportebat, post tam nefandum inauditumque facinus. Quae enim posteritas credet, Legatum non jam interceptum, sed ipsum cum filio, atque adeo equis, quibus vecti sunt, in frustra velut lanii manu discerptum et excarnificatum? Proinde hoc est, quod abs Te peto; nam video quosdam, a quibus hoc ipsum petitum fuit, segnius agere, ut qua possis ratione, *Lindoiae* fideles, *Isnae* denique ac *Memmingae* per *Lindoienses*, convenias: eos volo, qui et ab evangelio et a Magistratu sic sunt, ut tutum sit, quicquid illis credas. Convenias, inquam, ut rebus Evangelii prospiciatur. Caesarem spargunt *Camerâ* redire *Augustam*; Reges cum eo consentire ad extirpandum Evangelium, *Francicum*, *Brittannicum*, *Navarrensem* ac *Portugensem*. Principes, qui ab Evangelio stant, paulo longius absunt, at urbes christianae Civitatis conterminae ut sunt, ita ad omnem occasionem ad ferendum inter se mutuo auxilium aptissimae essent, quibuscum amicitiam jungerent. Id quod ego jam non uno anno ago, duco et traho, sed parum proficio, sunt enim supiniores quidam, quam par est. Vellem igitur ut christianam civitatem ambirent, imo peterent, et si non *Isna*, *Memminga*, saltem *Lindoia*, imo, ut non tantum christianam civitatem, sed etiam arctiorem amicitiam nobiscum jungerent. Neque opus esset multa ambitione aut pompa, si solum alicubi sine nos convenirent, sive ad vos *S. Gallum* concederent, ut ex nostris quoque illo venirent, qui super hisce rebus commentarentur. Atque haec velim cures, antequam domum proficiscaris, ut interim, quorum interest, satis deliberent, dum Tu nimirum apud nos eris, quo mox, si fieri potest, Tecum aliquis abeat ad commentandum solummodo. Deest bonis istis hominibus nonnihil ad cognoscendum ac perspiciendum praesentem rerum statum. Cetera in alteris literis videbis. Vale. *Tiguri* 5. Apr. 1531.

Huldricus Zuinglius, tuus.

Coram multa disputabimus de Summa rerum.

XXVII.

Udalricus Dux Wirtembergensis ad Zwinglium.

Vir amicissime, carissime. Quae (1) (2) scripserunt, legi et satis intellexi. Tu igitur, vir prudens, sine dubio ex iis quae ille rescripsit,

---

1) In bello inter *Rhaetos* et Dominum a *Mussio*.

2) Dominus a *Mussio*.

quod consilium a te petit, quomodo ea res, si succedat, agenda sit, ut vobis quam maxima utilitas ex ea redundet, intelliges, in cujus emolumentum id fiat. Deinde quid tibi cum (3) et *Argentoratensibus* agendum sit non nescies. Res (4) bonum initium cepisse mihi videtur. Jam pennae non plura committere licet, nec magis Legato, qui succumbere posset. Deo commendatus sis. Dedi Martis die post festum Paschale (post 10. Aprilis).

Amicissimus tibi *Udalricus* Dux Wirtembergensis.

27.

Herzog Ulrich von Wirtemberg an Zwingli.

Lieber und guter Freund. Wie (1) (2) geschrieben hab ich gelesen und guter Mass verstanden; werdet ohne Zweifel als der Verständige, aus seiner Antwort, das er Rath begehrt, wie er Euch ob es die Weg erreichte zum fürträglichsten erschiesslich sein möchte, wol merken, wem solcher Rathschlag zu Gut begehrt wird, darnach werdet Ihr Euch bei (3) und Strassburg wol wissen zu halten, mich bedünkt, es habe (4) halben einen rechten Anfang. Ich darf der Feder jetzmals nicht mehr befehlen, dazu dem Gesandten, er möchte niederliegen. Seit Gott befohlen. Dat. Dienstag nach dem Ostertag 1531 (nach 10. April).

Euer guter Freund Ulrich Herzog zu Wirtemberg.

XXVIII.

Johannes Schmid ad Zwinglium.

Nos omnes tibi ante omnia salutem dicimus. Carissime Magister *Udalrice*, scito, nos omnes optime valere et ex quo novissimas scripsimus quam fortunatissimos *Clavennam* venisse tormentis et exercitu idque magna cum solicitudine et labore, tormentorum causa, quae iterum atque iterum reficienda fuerint propter asperos et periculosos montes. Nullus miles violatus est nobis usque *Clavennam*, quo pervenimus noctu Lunae die post festum paschale. *Johanni Göldli* equus in praeceps delatus est, quod damnum maximum nobis accidit montes superantibus. Deus avertat majora. Quae utut sunt, *Hispani* a *Morbeno* astutia discesserunt, tamen 250 militum jacturam fecerunt et vexilli; 15 eorum capti sunt, qui ad nos se contulerunt, dicentes, se a *Mussio* ad nos defecturos neque nobis ullum damnum allaturos, si sibi venia detur; quo facto a terra *Rhaetorum* discesserunt, *Rhaeti* autem omnium trium foederum cum nostro tribuno militum, etiam cum *Glaronensibus* et *Doggiis Clavennae* deliberaverunt, eo enim mane *Thurgovii* nondum aderant; qui tamen 500 militibus vespere Martis die ad nos venerunt. Scito etiam, *Rhaetos* omnium trium foederum cum *Glaronensibus*, *Doggiis* aliisque Helvetiis nostro tribuno militum V. Cl. summum imperium detulisse et ei res belli omnino mandavisse. Deinde noster

tribunus militum [1]) a *Rhaetis* petit, ut si Deo juvante quid terrae, oppidorum, vicorum capiatur, nobis aequas partes concedant. Quod minime recusaverunt; itaque Mercurii die post festum Paschale a *Clavenna* profecti sumus hostes persecutum. Quare, carissime Domine et frater, in ecclesiis vestris assidue Deum oretis, magna enim spe sumus, Deum nos ut Patrem adjuturum esse. Tu, velim, *Michaelem* fratrem meum jubeas uxorem et liberos meos in *Tälicon* visere et ei dicere me bene valere. Meo nomine salutes Magistrum *Leonem*, *Joannem Schmid*, *Utingerum* omnesque amicos venerandos. Dedi Mercurii die post Pascc 1531.

Johannes Schmid, parochus *Tälliconii*.

23.

Johannes Schmid an Zwingli.

Unser Aller Gruss zuvor, lieber Meister Ulrich, wisset unser aller Gesundheit und dass wir mit grossem Glük seit dem nächsten Schreiben gen Cläfen und mit dem Geschüz und Zug kommen sind und das mit grosser Sorg und Arbeit. Hat geschafft das Geschüz, dass man für und für hat müssen bessern vonwegen der rauhen und sorglichen Berge. Uns ist kein Knecht verlezt bis gen Cläfen. Dahin wir am Ostermontag zu Nacht kommen. Dem Hans Göldli ist sein Ross verfallen. Ist der grösste Schade der uns durch das Gebirg begegnet ist. Gott behüt uns weiters! Aber wie dem, so sind die Spanier von Morben mit Listigkeit entwichen, aber doch 250 Mann verlohren und ein Fähnlein. 15 hat man ihnen gefangen; die begaben sich gegen uns, wo man Gnad mit ihnen theile, wollen sie zu uns von dem von Müss fallen, und uns keinen Schaden zufügen, also sind sie ab der Bündner Erdreich zogen, auf solches haben die 3 Bünde mit unserm Hauptmann auch Glaris und Toggenburg zu Cläfen gerathschlagt, denn die Thurgauer waren am Morgen nicht da, sind doch auch am Zinstag zu Abend zu uns mit 500 Knechten kommen. Auch wisset, dass die 3 Bünde mit sammt Glaris, Toggenburg auch andern Eidgenossen unsern Herrn Hauptmann zum obersten Hauptmann erwählt und ihm den Kriegshandel gar befohlen. Auch so begehrt unser Hauptmann an die 3 Bünde, ob man mit der Hilfe Gottes etwas Land, Städte, Dörfer gewönne, ob sie uns in gleiche Theile wollten lassen. Solches haben sie gutwillig zugelassen und also sind wir am Mittwoch nach Ostern von Cläfen den Feind zu suchen, gezogen. Darum lieber Herr und Bruder, haltet bei euern Kirchen an mit fleissigem Gebet zu Gott, denn wir sind grosser Hoffnung zu Gott, er werde uns väterlichen Beistand thun etc. Saget mir meinem Bruder Michel, dass er mir etwa zu meiner Hausfrau und Kindern zu Tälicon luge und ihr sage, dass es wol um mich stehe. Grüsset mir Meister Löwen, Herrn Hansen Schmid, Herrn Utinger und alle guten Herren. Geben am Mittwoch nach Pasce. 1531.

Johannes Schmid, Pfarrer zu Tällicon.

---

[1]) *Stephanus Zeller* Turicensis.

XXIX.

Joannes Giger, Quaestor comitatus *Doggii Zwinglium* hac epistola certiorem facit post festum Paschale 1531, Magistrum *Mannhardum Kitteli* scriniarium *Turicensem* pro opera quam tormentis bellicis impendisset *Lichtensteigii* justam mercedem accepisse.

29.

Hans Giger, Sekelmeister der Grafschaft Toggenburg, berichtet Zwingli Donstag nach Ostern 1531, dass Meister Mannhart Kitteli der Tischmacher von Zürich wegen seiner Arbeit, die er an Büchsen gewendet, zu Lichtensteig ordentlich bezahlt worden etc.

XXX.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Famam excitarunt Caesariani *Turcam* adornare bellum gravissimum, adeoque jam jam *Austriae* imminere. Interim et illi praesidia comparant ceu barbaro hosti repugnaturi. Sed in nos arma serio parant, si est, quod ex *Hollandia* mercatores nostri adferunt, nam vim pecuniae ingentem corradit Caesar, et militem conscribit. Quae vobiscum gerantur, ex destinato fieri et communi hostium consilio, non dubitamus. Sic omnino congruunt conjecturae quod nostrae potissimum Civitati admoliuntur malum Pontificii. Nam *Slesitae* scribunt, sed nihil de *Turco*, *Hungarum* timent, cui se putant viribus pares: Deinde ex *Venetis* Mercatores referunt, otium agere nunc *Turcam*. Quo fit ut literarum tuarum ad Comitem saepius memor sim. Imparatus enim Caesar sibi non videtur ad perdendos nos, etsi pecunia et consilio non magnopere abundat. Orandum, Dominus caussae suae prospiciat cum salute suorum, ne nobis queant impii temeritatem credendi opprobare. Deinde navanda opera sedulo, ut exercitatissimus miles Caesareanus dolo et perfidia, frustra nitatur. Sunt enim qui virtutem vestrorum masculam fraudi hispanicae valde obnoxiam esse verentur. Habent bombardas manuarias inusitatae magnitudinis, et equitatum fortem. Nostri animos et vires; maximeque avent in manibus bellum celeriter conficere, et in ipsum hostem semel prorumpere. Quem impetum, si est improvidus, arte et ingenio frangere, nedum impedire, hostes solent. Verum haec nihil ad nos inferioris notae homines. Ad Te quatenus pertinent, haud dubium pro tua prudentia satages. Illud scio, necessariam esse pacem cum *Lutheranis*. Prophani cordatiores dissidium horrent, Erudituli nihildum concordiae admittunt. Ineptas voces inimice satis *Philippus* scripsit *Nurnbergam*, convitio quodam incessans *Buceri* sedulitatem, qui sibi studio duxerit, irritabiles homines complacandi. Obsistunt odiosissime apud *Augustam*, ne qua species consensionis exoriatur. *Luneburgensis* Princeps orat subinde, quo *Bucerum* ceptam telam concordiae institutae absolvat. Audio, initio jactatum a *Lutheranis*, *Bucerum* recantasse. Qui rumor

ad *Pomeranum* et *Lutherum* ipsum refertur [1]). Cujusmodi inconstantia nihil aliud proficiunt, quam quod sibi derogent autoritatem et fidem, ut vera dicentibus minus credatur. Quare nobis etiam atque etiam praestandum, ut imbelles conatus eorum, qui dissidia quaerunt, negligamus. Heroico pectore vilia Plebejorum judicia, vocesque stultissimae contemnendae sunt. Nam super Eucharistia depugnasti pridem. Silentio in posterum animos adversariorum, sicut stylo veritatem, in partes tuas pertrahas. Attende jam ad orsus rerum majorum. Vide mihi, quae moliantur Pontificii, Caesares quibus insidiis fidant. Qua via contra eundum. Hic nobis explica totum *Zuingliam*. Debiles confirma, fortes hortare, hostes in metum conjice, adeoque modereris cursum, quo castra hostium, quam fieri potest, rarissima sint, nostraque fidis militibus conferta. Equidem sane curabo, ne quid veritati decedat, quam profecto *Bucerus* defensam cupit, utut pacem conciliare moliatur. Audies brevi, quid *Augustae* nostri? Quid ibidem *Lutherani?* Quis successus? Quae judiciorum commutatio? Nam *Lutherani* senatores, concionatoribus *Lutheranis* explosis, nostros mordicus amplectuntur. Submittemus duobus prioribus duos alteros, qui rem gerant, ut pietate, ita et animo, consilioque pari. Inde irarum materia *Lutheranis*, ad sensum enim intermixtionis suae commoveri naturale est. Aequiores forte experireris, si viderent res suas in majus assurgere, quae modo inter manus ipsis dilabantur. Quare obsecro atque obtestor per omnia sacra, indignitatem dissimules, quo suis ruant viribus, et quo in hostes serios instructiores esse possimus. Nostri sunt, non dubie, quos vidimus, non ita diu cum illis facere. *Sturmius* nondum rediit. Scribe tuto et saepius, quae istic gerantur, quo nos certiores per Te facti, tristes res elevemus, et felices pro officio praedicemus. Dominus te servet tantis alligatum negotiis et tam necessarium Rebuspublicis christianis. *Bucerus* et fratres Te salutant. *Sebastianus* noster *Augustam* abibit, illic finem vitae impositurus, quem hominem multo usui fore *Augustanis* confidimus. Vale. *Argentorati* 14. Apr. 1531. Saluta nobis familiam tuam et amicos omnes nominatim.

V. Capito.

XXXI.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino, observandissime *Zuingli*, *Charinus* juvenis [2]), ut opinor Te nosse, pius et literatus, morumque placiditate mire praeditus, cum diu luctatus secum esset, tandem Matris affectum, quae una eum detinuit hactenus, amore studioque Christi posthabere sustinuit,

---

[1]) In margine: Etsi nondum credere possumus, jactare eos palinodiam de nobis, postquam diserte testantur, nihildum concordiae solidae inchoatum. Habemus enim et *Lutheri* literas abnuentis propemodum amicitiam, spem tamen aliquam in posterum fore pollicetur.

[2]) Lucernensis.

utcunque illi magnum malum metuat ob impatientiam amoris, qua illa se amplexa est, et deperit. Hucque fuga delapsus sacris se hac aestate totum impendere decrevit. Id cum Oligarchae sui rescierint, non dubitat sibi adempturos sacerdotium, quod *Beronae* optimum habet, et simul quae ipsi ex patrimonio supersunt. Praeter viaticum enim nihil potuit secum auferre, ita observarunt eum Christi hostes, ab *Erasmo* et *Glareano* nutati. Habet autem Collegium illud *Beronense* proventus non paucos in *Bernatum* ditione, ab his sperat sibi succursum iri. Nam dum se instruxerit paululum sacris, invicem illis potissimum operam suam collocare, nisi alio Deus vocet, statuit. Ego veritus, ne quid per imprudentiam negligat, quod postea fraudi sit, Tibi hac de re scribere tuumque expetere consilium volui. Tu igitur obsecro, qui ut studiosos et pios omnes amas, ita nosti indubie, qua illi ratione res instituenda sit, hanc quaeso ad nos, dum vacaverit, perscribas. Scripsisset ipse, sed incidit nuntius, cum ille domo abesset, nec volebat nuntius differre. Alias ipse idem a Te orabit. Salutant Te amici. Quid legati ex *Schmalkalden* attulerint, puto ad vos perscriptum per Senatores, ut videre videor a *Turcis* nihil metuendum, Caesar pecuniae multum a suis inferiore Germania mulsit. Sed non sentiunt nec sapiunt omnes ut *Candidus* et vos. Dominus autem non deseret in se sperantes. Apud *Bernates*, dum occasio fuerit, *Charinum* commenda. *Argentorati* 20. April 1531.

M. Bucerus, tuus.

XXXII.

Comander Zuinglio.

Gratia et Pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo. Literas binas a Te accepi, vir humanissime, his diebus, priores, una cum Epistola ad *Joannem Luithardum*, quem coram apprehendit epistola sua in domo mea. Aliud quod admones de aliquibus fide dignis, cum quibus consilia tua tractes, conveni *Antonium Traversum* perpetuo valetudinarium, ac deputavimus tibi viros cum fidos tum idoneos, *Johannem Traversum*, exercitus nostri supremum Capitaneum, *Huldricum Gerster* et *Lucium Haim*, qui nuper tecum fuit, Capitaneos *Curienses*, *Jeorgium Tschortsch*, qui dicitur, Ammann zum *Rhinwald*, virum omnibus numeris absolutum, et *Valentinum Gregorii*. Hi omnes in castris sunt. At si cum his, qui domi sunt, agere velis, offero tibi hos duos, qui nunc ad vos oratores mittuntur, *Wernherum*, praesentium latorem, affinem meum, et *Huldricum Wolf*, *Majenfeldenses*, cum illis tuto conferre poteris, quae tibi sunt cordi. *Quinque pagici* nobiscum agunt, ut omnibus piis merito displiceat, sed non ita consideramus rem, ut necessarium esset. Caussa prima est, ut apud nos magna sit impietas, quae latrones et proditores pro amicis habet, dummodo pares sint impietate. Altera caussa est, quod multum amicitiae clandestinae inter eos sit, scilicet inter primates, ratione *Francicae* factionis. Spero tamen, quod res melius habiturae sint. Belli successum *Wernherus* te verbotim edo-

cebit. *Veneti* nobis in auxilium miserunt tormentarios (Büchsenschützen) 500. Speramus in dies prospera. Vale. Ex *Curia* 27. Apr. 1531.

Tuus, *Joannes Comander.*

Magister *Johannes Gundelfingius* mecum fuit, sed nihil consultum est rebus suis, ideo rursus ad *Basileam* iter parat, ibi apud *Oecolampadium* reperietur.

XXXIII.

Johannes Gundelfingius Zuinglio.

Salutem. Carissime praeceptor. Scias me a *Curia* recta *Basileam* esse profectam. Nunc autem cum in Synodum *Turgaicam* perveneris (ajunt enim Te in ipsum venturum esse) mei memineris, precor. Si illic honestam conditionem nancisci non potuero, e *Basilea* tibi post paucos scribam dies, quid mei caussa Te facturum volo, si ipse ad Te non sum venturus. Vale. Datae in *Stein* 26. Apr. 1531.

Johannes Gundelfingius, perpetuo tuus.

XXXIV.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino, observande *Zuingli.* Has Literas obsecro cura mittendas ei, cui inscriptae sunt. Habuit hic cognatum bonum admodum adolescentem, enim Dominus repetita febri, qua liberatus fuerat, tandem evocavit ad se. Duo *Tigurini* de rebus ejus avunculo suo scribunt et petierunt, ut quum mihi notus adolescens fuerit, simul scriberem. Nova hic nulla sunt, quam quod cum paulo ante *Ferdinandus* huc suos miserit ad emendicandam pecuniam, cum nolit tamen de se reddere securos, nunc adsint et cives *Viennenses*, suo nomine mendicantes. Regi negata pecunia est, his autem quum *Nurenberga*, *Augusta*, *Ulma* dederunt, auferent forsan aliquid. Bella vero res, tantum Regem non posse primam urbem et sedem suam defendere sine ope eorum, quos odit pejus cane et angue.

Hi *Augustani* perquam humani videntur, et negotii evangelici non ignari, oro te benevole, ut soles hospites omnes, eos excipias, et de *Lutheranis* humanius queraris, ni fallor enim alter major nomen *Georgius* nonnihil adhuc haeret, *Urbanum* (*Rhegium*) vehementer amabat, *Lucas* minor, qui impeditus loquitur et crassior est, recte sentit. Optime vale. Postridie Philippi et Jacobi.

Martinus Bucerus.

Non licuit revidere.

XXXV.

Philippus Brunner ad Zwinglium.

Amica et prompta officia tibi offerimus et plurimam salutem dici-

mus ante omnia. Domine venerande, doctissime, benevolentissime, carissime. Quum hesterno die a Synodo [1]) decretum sit ut 6 pueri ex *Thurgavia*, ut scis, in scholas mitterentur, hodie nonnulli parochi et praedicatores trium collegiorum convenerunt et eam rem reputaverunt, quibus visum est, nunc quidem fortasse non plus quam duos ex electis pueris *Turicum* vel in alios ejusmodi locos mittendos, et satius esse, alios aliquandiu docto et idoneo viro commendare, qui eos doctrina gnaviter educet et eos studiose custodiat. Iisdem visum est, ex pactione fore neque ei repugnare, si apud quem *Turicensem*, vel hic apud *Petrum Graf* vel in aliis domibus christianis collocentur. Quamobrem me rogaverunt, ut te de ea re suo nomine consulerem, itaque eis morem gessi. Tu igitur, amicus amicum precor, viris quos dixi, de ea re consilium dare velis et eos literis certiores facere, quid agendum sit, si eis legem de pueris trades. Quod officium ipsi et ego tibi studiosissime repensuri et meriturí sumus. Dedi festinanter Jovis die post Crucis Majo 1531.

Philippus Brunner Glaronensis,
Praefectus *Thurgaviae* superioris et inferioris.

35.

Philipp Brunner an Zwingli.

Unser freundlich, willig Dienst und alles Guts zuvor. Ehrwürdiger und wohlgelehrter, sonders günstiger, lieber Herr. Demnach auf gestrigen Tag von dem Synodo nach Vermög des Abscheids, 6 Knaben im Thurgau, wie Ihr wisset, auf das Studium zu thun verordnet sind, sind heut etliche Pfarrer und Predikanten von den 3 Kapiteln beieinander gewesen und haben hierin Betrachtung gehabt, dass vielleicht nicht mehr dann zwei unter ernannten Jungen jezumal gen Zürich oder an andere dergleichen Orte zu thun, und wäger wäre, die andern würden noch etwas Zeits einem gelehrten und geschikten Mann, der sie in der Lehre tapfer aufziehe und ihnen fleissig obluge, befohlen. Achteten auch, wenn sie also einem zu Zürich oder hier Herrn Peter Grafen oder an andere christliche Orte verdingt, es würde dem Vertrag gemäss und nicht wider sein. Und mich deshalben gebeten, Euch herüber von ihretwegen um Rath anzusuchen, dess ich ihnen zu Willen gestanden bin. Darum so bitte ich Euch freundlich, Ihr wollet gemeldten Herren hierin Euern Rath gütlich mittheilen und sie, so Ihr ihnen die Ordnung der Knaben halben schiken werdet, schriftlich berichten, was hierin zu thun oder zu lassen sei. Das wollen sie und ich um Euch allzeit mit Fleiss beschulden und verdienen. Dat. in Eil. Donstag nach Crucis im Mai 1531.

Philipp Brunner von Glarus,
Landvogt in Ober und nieder Thurgau.

---

[1]) *Frauenfeldii* duae Synodi habitae sunt; una mense Decembri 1529, altera Majo 1531 praesentibus *Zwinglio* et Legatis ex Senatu Turicensi.

XXXVI.

Joannes Giger, Quaestor Comitatus Doggii ad Zwinglium.

Ecclesiastes venerande, doctissime, tibi officia quam promptissima pro viribus meis ante omnia polliceor. Vir venerande, literae tuae, quibus opifices sumtus tormentorum nostrorum poscunt, mihi traditae sunt, quos sumtus tibi perscriptos misi his literis inclusos. If igitur Ammanno et Senatoribus nimii videntur. Sed nihilominus ii Domini mei intelligunt, rem sibi cum opificibus transigendam esse; itaque te quam instantissime rogant, ut quos nummos tibi miserunt, scilicet 37 florenos, crassum Plappart et Austriacum Plappart, etiam 31 florenos et quinque Schilling Constantienses accipias et opifices ad te voces, ut quam optime poteris cum iis transigas. Ego autem semper 3 crassos Plappart 17 Batzos Helveticos aestimavi; si igitur nonnulli crassi et Austriaci Plappart non tantum valuerint, eos retineas et mihi remittas, me literis certiorem faciens, quid amplius solvendum sit ..... quorum nihil solvere recusabo. Deinde opifex, qui tormenta facit, debet 60 florenos. Quam pecuniam ut mitteret convenit inter Dominos meos, si autem non prius habuisset, tum festinanter pro iis 60 florenis bona sclopeta uncis instructa faceret, quae id pretium valerent, et si facta sint, nostrates certiores faceret. In qua re ut agas, quod justum sit, iidem Domini mei rogant. Porro Domini mei campanas fractas habent, quas bono pulvere nitrato permutare velint. Quod an perfici possit, tu, iidem Domini mei velint, scisciteris, et quantum aeris pro centenario pulveris nitrati solvendum sit. De quibus rebus quid egeris, iis rescribere velis. Denique in hac et in aliis rebus nostris omnino agas ut fidus popularis, ut adhuc egisti. Quae officia de te, vir conspicue, sapientissime, Domini mei, populares et ego, si occasio data erit, corpore et bonis merituri sumus. Dedi Dominico, qui erat 7. Maji anni 31. Tibi, vir conspicue, sapientissime, semper deditus

Joannes Giger,
Quaestor Comitatus Doggii.

36.

Hans Giger, Sekelmeister der Grafschaft Tokenburg an Zwingli.

Ehrwürdiger, wohlgelehrter Geistlicher. Euer Ehrwürden sind mein gutwillig Dienst samt meinem Vermögen ungespart allzeit bevor. Ehrwürdiger Herr, sein Schreiben mir zukommen betreffend den Kosten so die Werkleut fordern an unsere Büchsen, denselben Kosten ich Euch schriftlich zusende laut der eingelegten Zedeln, den will mein Herr Ammann und Rath zuviel bedunken etc. Aber nichts destoweniger so mögen meine Herren wohl ermessen, dass sie mit den Werkleuten müssen abkommen, und ist also meiner Herren trungenlich ernstlich Bitt an Euch, Ihr wollet das Geld, so sie Euch schiken nemlich 37 Gulden, einen diken Plappart und einen Oestreichischen Plappart und 31 Gulden 5 Schilling Constanzer annehmen und die Werkmeister beschiken und

mit ihnen abkommen, so best Ihr möget. Ich habe auch je 3 Dikplappart gezählt für 17 Schweizerbazen, und ob etliche Dikplappart und Oestreicher nicht also viel gelten wollten, die möget Ihr behalten, und mir wiederum zusenden und mich schriftlich berichten, was man noch weiter zu thun schuldig sei[1]) — —, das werd ich alles bezahlen. Weiter so ist der Büchsenmacher noch schuldig 50 Gulden. Hierauf sind meine Herren räthig worden, dass er das Geld Ihnen schiken wolle, aber ehe das Geld nicht gehaben möcht, dann er eilends für die bestimmten 60 Gulden gut Hagen- (Haken) büchsen machen solle, die währschaft seien, und wenn sie gemacht seien, dass er unsern Landleuten dann zu wissen thue. Hierum ist auch meiner Herren Bitt, dass Ihr auch in der Sache wollet handeln was sich gebührt. Weiter so haben meine Herren noch wol zerbrochene Gloken, wollten sie gern an gut Büchsenpulver vertauschen. Hierauf ist auch meiner Herren Bitt, Ihr wollet auch Nachfrag halten, ob das möcht zuweg gebracht werden; wie viel man Erzt um einen Zentner Pulver geben muss, und was Ihr also handeln möget, eine schriftliche Antwort, und dass Ihr in denen und in andern unsern Sachen allweg wollet handeln als ein treuer Landmann, als Ihr bisher gethan habt. Steht meinen Herren, den Landleuten und mir, wo sich das je begibt, um Euer Ehrsame Weisheit mit Leib und Gut zu verdienen. Datum auf Sonntag war der 7. Mai im 31. Jahr.

Euer Ehrsamen Weisheit allzeit gehorsamer
Hans Giger,
Sekelmeister der Grafschaft Tokenburg.

XXXVII.

Bucerus Zuinglio.

Huldrico Zuinglio. Pastori Tigurinorum cordatissimo, Praeceptori colendo. In Doctor Oecolampadius Haus.

Salutem in Domino. Vir observande. Literas tuas 23. Aprilis ad nos datas legimus, nec optamus aliud, quam tuum consilium omnibus bonis id haberi, quod habetur nobis, sic enim voti tui, quo christianae plebis salutem sitientissime optas, jam compos esses. Scis, quo vocati sumus *Oecolampadius* et ego [2]), quantum ad me attinet suadebo profuturo. Comiti nostro idem ab initio, quod Tibi, visum est, aequales aequalibus melius cohaesuros, attamen dum nescio quae superstitio multos tenet, ut non ausint amplecti etiam, quae vident sibi necessaria, passi cordatiores sunt potius, quam curarunt, ut hic qualiscunque hostibus foret. Excoccavit siquidem hos Deus, ut semper fortiora sibi a nobis metuant, quam vel videant vel audiant. *Cattus* et *Lünehurgius* vere duo insignia pectora, cum vident umbris umbras pelli, umbras, quam penitus nihil, malunt. Scripsit nunc *Lutherus* dira supra

---

[1]) Quae sex verba hic omisimus omnino intelligi non possunt.
[2]) *Ulmam*. Cf. quam ep. Capito ad Zwinglium. 8. Jun. dedit.

modum in Comitia *Augustana*, et jam contendit, si nostri se armis defendant contra fidei hostes, id nequaquam debere seditiosum haberi. Dire Principes iratiores tractat nominatim perstrictos. In nos ungues continuit. Non est genus scribendi evangelicum, quo utitur. Verum sic homo est, et si hostibus conferas, dignum operculum patella. Et adhoc jam conducet hoc scriptum, spero, ut minus queant cum hostibus facere syncretismum. Utcunque enim nobis illis opus nihil sit, praestat tamen hostibus non esse conjunctos, etiamsi Deus nobis satis sit, sic cum his etiam *Turcae* in verba Papae jurarent.

De *Lutheranis* quid sentiamus, abunde scis. Multi sunt, quorum fugienda, non quaerenda amicitia est; multi etiam, quos nemo Christi spiritu praeditus, abjecturus sit, si vitam eorum considerarit propius. Importunis hoc daturus eram, propter lucrandos candidiores quod Paulus defensoribus ceremoniarum. Speroque haud vulgarem fructum si hoc incendium vel hactenus residere queat. Ego cottidie experior, optimos et ingeniosos viros in apertissimis Scripturae locis mirum in modum hallucinari. Sed facessat haec crambe. Dabit Dominus, quamlibet malitiosi atque importuni sint plerique illorum, haud tamen paucos nos ipsi lucrari, ex his, quos addictos sibi hactenus detinuerunt.

Ferdinandus paucos ante dies ad Caesarem rediit sub persona *Veredarii*. Irrequietum ingenium, mirabor si *Germaniam* passurus sit quiescere; etsi virium plane nihil sit, quantavis arte mendicitatem instituat. Nuper hic *Viennenses* auxilium adversus *Turcam* petierunt, paulo ante ipse suo nomine idem egerat, quanquam frustra. Illis audio nonnihil donatum. Nam pigebat nostros, humanitatem aliarum urbium suo exemplo damnare. Videmus singulare donum Dei esse, hoc tempore, quae prosint, videre. Dominus id Reipublicae tuae contulit, quae suo exemplo, quamlibet sero, alias quoque sapere nonnihil docebit. *Carinus* meus magna spe est, fore per vos, ut captivi Christi tyrannide tandem obligarcharum liberentur. Id si Deus dederit, audebunt plurima, qui hodie mussant. Dominus Te servet ac Rempublicam tuam unicum praesidium Reipublicae christianae. *Argentorati* 7. Id. Maji (9. Mai).

Qua ratione instituenda caussa *Carini* sit, scribes, quanquam ille se Christo penitus commiserit. Eae autem est valetudinis, ut bonos merito ejus cura teneat solicitos. Modo tamen, cum liberata conscientia est, ita valet, ut melius non valuerit, intra aliquot annos.

XXXVIII.

Meigret et Daugertin Legati Regis Galliarum ad Zwinglium.

Viro maxime venerando, Magistro *Udalrico Zwinglio*, nobis carissimo, amicissimo, quam maturissime in manus.

Tibi quam promptissima amici amico possumus officia et omnes vires nostras ante omnia offerimus. Vir carissime, amicissime. Quum ad literas, quas antehac ad te misimus, nullas a te rescriptas acceperimus, etiam Rex iterum Nobilem ad nos miserit, per quem nobis

iterum quam gravissimo jussu mandavit, ut quam maximam possemus operam et industriam daremus, ut plena pax et concordia inter universum populum *Helvetiorum* concilietur et plena sit et maneat; hanc igitur ob causam cum audiissemus, nonnullos Pagos Helvetiae Senatores Legatos *Aroviam* misisse et eos revera convenisse, ministrum Regis, *Joannem Wunderlich*, eo misimus ad illos Legatos, eos certiores factum auxilii et adjumenti a Rege *Rhaetis* missi, etiam gravissimae voluntatis Regis videndae et perficiendae plenae pacis et concordiae inter universum populum *Helvetiorum*, quod quin satis compereris ex Nobili, qui nuperrime *Turicum* transiit, non dubitamus. Itaque quum nobis nuntiatum esset, cras *Turici* conventum habitum iri de rebus quas supra dixi, ad te festinanter has literas scribere voluimus, quibus te graviter et amice rogaremus et hortaremur, ut, ut maximi aestimas, ut vis et optas salutem Helvetiae, quam quin tu quoque omnino respicias, non dubitamus, ita maxime incumbas et consulendo loquendoque auctor sis, ne quid inimici incipiatur apud vos a viris nobis amicis et caris contra alios foederis socios, sed ut pax et concordia inter hos concilietur, quod ut fiat, necessitas postulet, multis de causis, quas nunc quidem scribere non possumus, pertinentibus ad res tam graves et eas, quas si sciatis, vos fortunatos habeatis, si pacem feceritis, et contra, si bellum irrumpere passi sitis, vos ipsi fortasse posthac vituperetis, quod eam pacem non feceritis, quod te efficere posse nobis persuasum est. Nam ex magnis casibus adversis, qui ex bello oriantur, ante quam sex menses praeterierint, discordia consequatur, quam neque scribere neque dicere possimus; quos quidem casus scimus et ante oculos videmus. Quamobrem te rogamus, ut has literas perpendas et in optimam partem accipias, etiam nos certiores facias, quid nobis in hac controversia componenda agendum sit, nihil enim non poterimus, hac de causa; quod Regi nec minus nobis nihil gratius in hoc orbi esse scimus. Rex enim duos nobiles sola de hac causa ad nos misit; quae omnia fiunt, ut Helvetia augeatur et prosperetur, qui fructus quidem ex pace redundabit, qua non facta, universa societas *Helvetiorum* dilabetur, si tumultus et bellum inter eam eruperit, utracunque enim pars alteram superaverit vel vicerit, ea pars, quae victoriam assecuta erit, aeque profligata erit ac altera, ut tu non minus quam nos respectis multis gravibus rebus intelligis. Iisdem vobis verendum est et omnibus foederis sociis, ne amici vos deserant, si viderint et experti sint aspera et obstinata vestra consilia; neve, si in ea ratione perstiteritis, a neutra parte vobis amica afferantur, neque liberemini vel adjuvemini. Cujusmodi exemplo est magno *Castellanus a Mussio*, quem, quod quidem nobis satis compertum est, nonnulli *Itali* eo adduxerunt ut bellum moveret contra *Rhaetos;* qui quum eum proflictum vidissent, ab eo desciverunt, et nunc aperte contra eum pugnant et belligerant, qui ante initium belli ei amicissimi fuerint, et nunc ei hostes sunt. Quamquam non opus est, nos tibi ejusmodi exemplum proponere, sed satis intelligimus, summam prudentiam tuam multo melius res obscuras perspicere. Utinam apud te essemus. In hac igitur re te praebere velis quem te Rex et nos praebiturum confidimus, quod etiam Regi suo tempore

nuntiabimus, qui id tibi, nosque ipsi, si occasio data erit, acceptum referemus. Dedimus festinanter Dominica 14. Maji 1531.

Tui, qui te fraterna amicitia amplectuntur, et tibi prompti sunt ad officia.

Meigret.
Daugertin [1]).

38.

Meigret und Daugertin Französische Botschafter an Zwingli.

Dem Hochgeachten, Ehrenvesten Herren Meister Ulrich Zwingli, unserem lieben Herren und guten Freund. Eilends zu Handen.

Unser ganz freundlich, willig Dienst und alles Vermögen zuvor. Insonders lieber Herr und guter Freund. In Ansehen dass wir keine Antwort von Euch empfangen auf unser Schreiben, so wir Euch hiebevor zugeschikt, desgleichen dass uns der König nochmals einen Edelmann hat zugeschikt, durch welchen er uns abermals treffenlich und ernstlich befiehlt, und angehängt, dass wir allen möglichen Fleiss und Ernst ankehren, damit gut Fried und Einigkeit zwischen gemeiner Eidgenossenschaft gepflanzt und vollkommlich sei und bleibe, derhalben als wir verstanden, dass etliche Oerter der Eidgenossenschaft ihre Rathbotschaften zu Aarau haben geschikt und sich versammelt, haben wir einen Diener des Königs, Hans Wunderlich, dahin geschikt zu genannten Rathsboten, dieselben zu berichten der Hilf und Trosts, so der König den Bünden hat zugeschikt, auch der trefflichen Begehr, so der König hat, zu sehen und zu vollstreken einen gemeinen Frieden und Einigkeit gemeiner Eidgenossenschaft, als Ihr im Grund bericht als uns nicht zweifelt, durch den Edelmann, so kürzlich für Zürich ausgeritten. Auf solches so wir nun berichtet worden sind, wie auf morn eine Versammlung zu Zürich beschehen soll von obbemeldter Handlung, haben wir Euch eilends diesen Brief wollen zuschreiben, mit ernstlicher freundlicher Bitt und Ermahnung, so hoch Ihr achten und einer Eidgenossenschaft Guts gönnen und wollen, daran wir auch nicht zweifeln, Ihr im Grund dasselbe wol ansehen darab und daran zu sein, und helfen rathen und reden, damit nichts Unfreundliches von unsern lieben Herren und Freunden bei Euch werde vorgenommen gegen andern Ihren Eidgenossen, sondern dass Friede und Einigkeit zwischen diesen gepflanzt werde, denn es die Nothdurft erhäuscht und ist vonnöthen, dass solches beschehe aus vielerlei Ursachen, jezt uns unmöglich zuschreiben, die so hoch und treffenlich Sachen auf sich selbst tragen, und dermassen gestalt, dass wenn Ihr dieselben wüsstet, Ihr Euch glükselig achten würden, dass Ihr den Frieden gemacht hättet und das Widerspiel, wo Ihr den Krieg liesset einfallen, Euch selbst vielleicht künftig schelten würden, dass Ihr den obermeldten Frieden nicht gemacht, als wir wol wissen, dass Ihr solches vermögend seit, denn aus Nachfolgung der sorglichen Einfälle

[1]) Hic *Galli* Legatus ob receptam evangelicam veritatem in Galliam redire non audebat. Ep. *Rügeri* ad Bullingerum 12. Nov. 1560. Nota Siml.

und Unfalls so daraus gebohren, ehe 6 Monate verlaufen wären, würde daraus Unfried erfolgen, dass uns nicht möglich zu schreiben noch zu reden, die wir wissen und vor unsern Augen sehen. Hierum bitten wir Euch, dieses Schreiben wol zu bedenken, und in aller Beste aufzunehmen, und uns zu wissen zu thun, wie wir uns in dieser Einung und friedsamem Handel zu richten haben, denn uns nichts unmöglich sein wird, aus dem Grund, weil wir wissen, dass der König, auch wir, nichts liebers auf Erdreich sehen, denn der König hat uns 2 Edelmannen darum insonders zugeschikt, alles zu Gutem und grösserer Aeufnung der Eidgenossenschaft, als die aus Fried wird erfolgen, denn wo das nicht beschieht, die ganze Zergänglichkeit der Eidgenossenschaft sein wird, wo Aufruhr und Krieg zwischen derselben sein sollte, denn welcher den andern behaupten oder besiegen sollte, so wäre der Theil, der den Sieg behalten, gleicher Gestalt geschlagen, wie der ander Theil, als ihr gleicher Gestalt und (in Absicht) viel grosser Sachen wol betrachten könnet. So steht auch Euch eine Sorge darauf und allen Eidgenossen, so euere Freunde sehen und erleben sollten, die Härte, Beharrlichkeit Euers Vornehmens, dass Euch dieselben verliessen, in Betrachtung, dass Ihr also solltet beharren, von keinem Theil nicht viel Liebs, noch Entschüttung oder Dienste ziehen möchten, und ist ein gross Exempel an dem Castellan von Müss zu sehen, als wir im Grund wahrlich berichtet, dass ihn etliche Italiener dazu gebracht, dass er den Krieg angefangen wider die Bünde, und so dieselben seinen Unfall gesehen, von ihm gestanden und jezt offentlich wider ihn fechten und ihn bekriegen, die vor Anfang des Kriegs seine gute Freunde waren, und jezt seine offenen Feinde sind. Wir zeigen Euch das nicht an für Beispiel, sondern können wol betrachten, dass Euere treffliche Vernunft viel bas betrachten kann grosse Verborgene. Wollte Gott, dass wir bei Euch wären. Hierin wollt Ihr Euch beweisen nach Vertrauen des Königs, und auch nach unserm, das wir auch mit der Zeit den König berichten, der solches gegen Euch, so es zu Fall käme, und wir für unsere Personen zu gut erkennen werden. Dat. eilends Sonntags 14. Mai 1531.

Euere brüderlichen Freunde, Euch zu dienen bereit:

Meigret.
Daugertin.

XXXIX.

Erasmus Ritter Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo per Jesum Christum. *Joanni Rodolpho* Senatori, viro optimo, animum ac institutum tuum indicavi. Verum nobis deest consilium, quo pacto res componi possit, quod si posset fieri citra contumeliam ambarum partium, at nos ignoramus, quomodo eo venire possimus. Nam putamus, sibi non licere petitione rem aggredi, qua se sontem praeberet, tum ad subducendam rationem iterum eos omnino non posse adigi, quando inprimis nolunt videri injuste judicasse,

deinde accusatores defendere quaerunt, qui infensissimi hostes sunt verbi, quare omnis consilii inopes sumus. Vale. Ex *Scaphusia* 19. Mai 1531.

Erasmus Ritter, tuus ex animo.

XL.

Comander Zuinglio.

Gratiam et Pacem per Dominum Jesum Christum. *Wernherus* nuper a Te retulit, vir ornatissime, si sciscitari possem, quae sint negotia oratoris *gallici*. At ego aliud comperire non potui, quam quod 8300 coronatos *tribus Ligis* numeravit. Continet enim amicitia illa sanguinaria non nihil opis, quam Rex ferre debet, quum in bellum aliquod inciderimus. Jam vero requisitus juxta Foederis conditiones, aurum hoc Tolosanum ad nos misit. Quod illico opus suum agere incepit, nam *tres Ligas* in magnam discordiam projecit. Ego firmiter asserere audeo, quod manente illo foedere Evangelium apud nos parum feliciter praedicabitur, neque proditores unquam ex Nostris terris eradicabuntur, tam late serpit hoc pessimum venenum. Civitas nostra ante annos duos hinc *Gallico* foederi communi voto renunciavit, sed jam maxime timeo, ne praesenti auro illecti rursus assumant. *Mussianus* latro, postquam nostri recesserunt, respiravit. Conscribit denuo milites. Sed de his *Antonius* [1]) melius Te informabit. Vale. Ex *Curia*, ultima Maji 1531.

Tuus, *Joannes Comander*.

XLI.

Zuinglius Occolampadio, Somio ceterisque fratribus Ulmae congregatis.

Gratiam et pacem a Domino. Ut res apud nos habeant, accipite. Francici Regis legati apud nos sunt, pacem inter Helvetios conciliaturi. Quinquepagici verbi praedicationem nolunt admittere, id quod legati Regii ab eis postulaverunt. Nam cum primum adpulerunt, Senatum nostrum orarunt, ut viam ac modum conciliandae pacis ostendant. Hic Senatus respondit. Si sperent fore, ut Quinquepagici verbum Dei praedicari patiantur, et hanc pacis legem servent, qua cavetur, ne fidem nostram persequantur: neque apud suos, neque apud nostros, jam fore ut de pace ac conciliatione tractari feramus. Ad haec legatorum velut clandestina interrogata, ut dixi responderunt, verbi Dei praedicationem non laturos, quomodo nos intelligamus etc. sed alias omnia pro foederum ratione pacisque legibus facturos esse. Ab obsidione *Mussae* redierunt nostri, praeter duo milia. Hodie quarta die Junii nunciatur, *Mussianos* erupisse, et machinas duas, quae supra montem ἡλίβατον perlatae fuerunt deturbasse, cum caede suorum ac nostrorum

[1]) *Traversus*, ut puto. Siml.

non parva, hoc est, aeri; nam alias in arce pauci et in praesidio nostro pauciores fuerunt. Ducis exercitum in quodam pago adorti fuderunt. Noster salvus est, praeter hanc cladem. Adparet Regulum Mediolanensem, aut saltem suos, fraude agere. *Rheti* protinus subsidium mittunt magnum ac validum. Vos ergo advigilate, nos enim non dormimus. Senatus noster intrepidus est, et constans per Dei bonitatem. Salvos jube fratres omnes. *Tiguri* 4. die Junii 1531.

XLII.

Capito Zuinglio.

Salutem. Quod *Ludovicum Carinum* amplecteris, vehementer gaudeo. Dignus est enim et amicitia et patrocinio tuo. Hodie hinc abiit. *Bernam* versus, ut proxime Tu jubebas. Age, quod sibi debetur, ab Harpyis recipiat. Ceterum, qui has pertulit, *Italus* est, nomine *Franciscus Niger*, *Bassanus* [1]), quem superioribus diebus per *Oecolampadium* Tibi *Bucerus* commendavit, et a *Cattis* rediens hic opinor appellasti. Sani ac solidi ingenii est, seculari sapientia non vulgariter doctus. Advenit huc. Interim officio textoris attrivit ingenium, sed horis succisivis *Bucero* et me audiendo, tentavit in intelligentia Scripturarum promovere. Certe hoc adeptus est, ut sit longe confirmatior quam antehac redditus, neque cuivis errori facile obnoxius, ut imperitorum credulitas obnoxia esse maxime solet. In opere fuit sedulus, neque fieri potest, ut vitam sibi atque familiae sustineat vel parcissime victitans. Iccirco consilium hac ex re ejus fore nobis visum est, ut per Te *Comandro Curiensi* et *Antonio Transverso* [2]) *Rheto* commendaretur, apud quos merito tuo potes omnia, quo tales intra *Rhetorum* pomoeria vel conditionem bono viro, vel tutum habitandi locum, si nihil praeterea, huic invenirent. Persuasum est nobis hominem ad praedicandi munus aptissimum, sed et docendis literis humanis primaque Elementa tradendi par esse potest [3]). Neque gravatim quamque provinciam in se admittet. Fac, quod facere soles, mi *Zuingli*, nam omnibus modis est animo atque pietate major quam appareat, et *Italiae* est notissimus, unde spes est, commoturum verbi rumore *Italos* quoque. Vale. 8. Jun. 1531. *Bucerus* est *Ulmae*, ut scis. Succedit satis ex sententia, nisi quod *Gislingae* pestilentissimus hypocrita populum et a verbo et a Magistratu christiano *Ulmensium* abalienavit. Verum ejicietur, opinor, nisi malunt discordiam ali diutius. Uxorem et liberos, sed et amicos reliquos meo nomine plurimum saluta.

V. *Capito* tuus.

---

[1]) *Franciscus Niger* Bassanus linguarum peritus fuit. Idem versibus Rhaetiam descripsit. Etiam tragoediam conscripsit de libero arbitrio, latina et italica lingua.

[2]) Travers.

[3]) Idem excusa edenda curavit: „ex autoribus collecta rudimenta Grammaticae in suorum tyrunculorum usum.“

XLIII.

Nicolaus Baling Zuinglio.

Salutem Plurimam Dicit. Extemporarias, indoctas et breves ad Te perpetuo, ut nosti, vir doctissime, scribo literas, propterea quod jam dudum intellexi, quam seriis negotiis obruaris, quamque sincero eodemque singulari amore me prosequare. Ceterum ne limitem Epistoliorum meorum excedam, Vir optime, nondum sumus ii, quod ad Evangelium attinet, de Accolis nostris loquor, quos arbitrare, quemadmodum forte a *Schudo* [1]) quoque coram audies, quippe qui verae pietatis vix adhuc aurulam perceperimus, sic quidem nebulones et praeditores in nostris Regionibus remorati sunt pulcrum Evangelii cursum. Id quale quale est, Tibi tuisque merito acceptum ferimus, si recte rationabimur. Facitis enim, quod optimi quique solent, qui quales ipsi revera sunt, tales quoslibet alios, quos amant, esse fierique cupiunt. Vis, ut verbo dicam, quod volo? Vestrum calcar erga nos est felix acuminatum et bonum. Hoc ne nobis subtrahatis, intentius rogo et obsecro. In *Engendina* Evangelium belle florere incipit. Qui antea et ante paucos annos rebus de vestris aegre audire quid poterant, nunc ipsi vos hasque laudant praedicantque sinceriter, et ex animo, qui fit, ut multum queatis apud nostrates. Rogo denuo, ut perpetuo sic faciatis, quemadmodum hactenus fecistis, ne nobis et evangelico negotio desitis. Tu, vir sapientissime, me bene intelligis. Hic in praesentiarum nihil est novi. Si a me bellum nostrum cum *Mussio* ex ordine audieris, non miraberis, scio, quod parum prospere cessit. Audies autem brevi, cum Te nonnihil ex iis negotiorum trichis exemeris. Vale, vir sincerissime. *Curiae* 9. Jun. 1531.

XLIV.

Zuinglius ad Valesianum quendam.

Gratiam et Pacem a Deo. Non adpello ignotus ignotum, arbitror, vir clarissime, ut enim concedam, neutrum vidisse alterum, fieri tamen non potuit, ut nobis ignotus esses, cujus eruditio, prudentia, magnanimitas ac dexteritas ubique praedicantur. Ego vero quomodo apud Te ignotus essem, quem vel adversarii quoquoversum deferunt atque diffamant? Sed ista etsi non essent, notissimus tamen factus es nobis commendatione nobilis ac docti viri *Antonii Traversi*, qui quid de veritate Evangelii et instauratione sentias, candide monuit, imo animavit, ut per occasionem ad te scribam, atque inhorter currentem, ut favere et fovere pietatem pergas. Te igitur quid potissimum orem? Ut credas Evangelio filii Dei? At istud rogando non impetratur, nemo enim credit, nisi qui ad aeternam felicitatem electus est. Deinde cur te id orem facere, quod sedulo facis? An vero Te orem, ut intrepide prosilias,

---

[1]) *Petrus Tschudi.*

et evangelicam doctrinam confitearis ac defendas? At istud in loco fieri oportet, non temere. Cumque tam perspicua praeditus sis prudentia, ut videas, quando et apud quos debeas religionis mentionem habere iterum frustraneum ac praesumptuosum esset, si Tibi legem praescriberem in hac re, quae ex occasione pendet non ista, quam fortuitam vocamus, sed ex ea, quam Dominus rerum universarum offert. Non igitur Te adhortor, ut aut credas, quod dudum cepisti, aut fidem tuam intempestive prodas, malo enim proficue lateas, quam otiose ac sine usu percurras. Sed ad hoc Te voco, ut etiam atque etiam perpendas, quam necessaria sit publicae justitiae instauratio, sic enim omnia mendaciis, violentia, audacia, perfidia, immodestiaque scatent, ut etiam sceleratissimum quenquam tam deploratae constitutionis pertaesum sit. At justitiam quo duce reducem videbimus? Animorum mutatione nimirum, quamdiu enim peccandi licentia, et contumacia mentem tenent, non est aequitatis recipiendae ulla spes habenda: Sed quis animos mutat, aut ad sese contemplandum retorquet? Animorum magister et artifex Deus. Nihil ergo prodest officium nostrum? Prodest plurimum. Ut enim solus Deus pectora et format et impellit, sic tamen per instrumenta hoc facit, ut Apostolos ad praedicandum mittat, quantumvis nemo credat, nisi quem huc spiritus induxerit. Tua igitur erit opera, pro tua singulari eruditione et sapientia, de honesto, deque publica justitia disserere, quid fas, quid nefas, quid humanum, quid immane. Protinus enim, ut Dei anxiam feceris mentionem, haereseos adcusaberis. At de honesto et turpi etiam circulatoribus licet loqui. Cum igitur de miserabili praesentium rerum statu sanete disseres, deque necessitate fulciendae justitiae, jam multos habebis auditores, qui te de Christo dicentem non audirent. Da igitur operam, vir humanissime ut quacunque via possis, eos juves, qui de reducenda justitia, aequitate, et humanitate *Helvetiorum* sunt soliciti. Secundabit operam tuam Dominus. Ecce enim quiddam Tibi exponam, quod si factum est magis me terret, quam si aliquot millia hominum in aliqua infelici pugna obmisissemus, nulla enim re divina justitia vehementius irritatur, quam impudenti audacia. Res haec est. Retulit quidam fide dignus, apud vos in ara quadam, Schedam esse repertam, in qua scriptum sit, palam apud *Tigurinos* ac *Bernates* praedicari, ut si quis rem obscoenam cum jumento, sive bove habeat, minus peccare, quam si Missam inaudiat. Cumque Scheda ista, velut sacer aut famosus libellus debuerit discerpi, dimissam tamen per universam *Sedunorum* provinciam lectamque esse. Quam lectionem tanta sit indignatio secuta, ut negatum prius quinquepagicis auxilium subito promiseritis. Hac, inquam, re vereor Numinis benignitatem irritari. Quae enim insania, in vulgum spargere, quae celata oportebat, etiamsi vera fuissent, propter vulgi aures? Nunc autem cum perfidorum ac sceleratorum hominum commentum sit, quae, malum, ratio hujusmodi in vulgum spargere, quibus sua sponte furens ac saeviens, jam se praecipitet in aliquod exitiale discrimen! Sperabam ego, fore, ut propediem in gratiam redi-remus, nunc autem everti omnem spem video. Non idcirco, quod animi quinquepagicorum videntur esse implacabiles, sed quod, dum ultima scelerum fieri cernimus, nec quicquam audaciae, perfidiaeque, reliquum

fieri, certi sumus de ira Dei in nos ejaculatura suppliciumque sumtura. Proinde, vir observande, te rogo, ut, quicquid in hac re liquido sit ac vere constet, paucis significare non dedigneris, ut si falso aliquid ad nos perlatum sit, respuamus si autem verum sit, caveamus. Est autem et hoc additum, non universos decenarios vestros opem promisisse. Pertaesos quoque vestros esse tributi, quod nunc viritim exigitur propter bellum quinquepagicum, quod ante biennium gestum est. Si quid hac in re comperti habes, ac citra periculum scribere licet, oro, significes. Postremo pollicearis tibi vices repensurum esse, quacunque in re mea parvitas tibi gratificari queat. Utinam fauste amicitiam auspicemur, studio conciliandorum *Helvetiorum*, nam quicquid hic ago, in hoc fit, ut quorundam audacia compescatur. *Thomam* quendam *Calonem* commendavit idem *Antonius Traversus* a pietate et eruditione, eam, oro, salvum sanctumque jubeas esse nostro nomine. Vale, et si quando datur, effice, ut coram colloqui liceat, id quod ipse quoque accuraturum polliceor. *Tiguri* 10. Jun. 1531.

Claritatis tuae deditissimus
Huldricus Zuinglius.

Nota *Simleri*: Epistola haec, uti *Zwinglius* ipse adscripsit, non est transmissa, sine dubio ob imminens periculum, quod ei, ad quem scripta est, creare potuisset. Quam ob causam etiam ejus nomen in inscriptione delevit, quae sic habet: Dem frommen, ehrsamen und weisen Herrn — — in — — (forte Samuel in Alben im Wallisland) seinem verehrenden Herrn zu eigener Hand.

XLV.

Bertoldus Haller Zuinglio.

Gratiam et Pacem a Deo. Voluit *Surpianus* a nostris ad comitia in *Brengarten* missus, carissime *Huldrice*, ut omnino ad te scriberem, quod illi videtur non imprudens fore consilium, dum per *Galli* Legatos conditiones pacis honestae fuerint oblatae, et ab utraque parte receptae, *Tigurini* cum nostratibus nec literis utcunque sigillatis, nec Legatorum immontanorum pollicitationibus, quas hactenus nusquam servarunt, satientur, nisi coram omnium pagorum plebe etiam praelegantur, recipiantur, et confirmentur, maxime ubi libertas verbi conditionibus esset inserta. Cum enim impudentibus apud suos contra nos agant mendaciis, opportune hoc pacto in posterum praepediri posset. Hoc voluit, ut tibi indicarem. Deinde cum saepius multa inter nos locuti simus, cum pensionum cupiditas apud multos multa adhuc et possit et audeat, qui tandem fieri posset, quo fortius quam apud quosque singulatim abrogarentur, visum est nobis, ubi christianae civitates unam haberent legem, eam minus in posterum infringi posse. Occasione cujus urbis nostrae edictum mitto, quo pro tua et industria et solicitudine dispicias, conferas et cogites, num id fieri possit, aut dum uno omnium civitatum suffragio fieret, malum hoc satis firmiter profligaretur. Proinde vestra nobiscum communicate consilia. Nam paucissimi sunt, cum quibus ego

in aurem hactenus contuli. Tandem orat te et obsecrat, certe lacrymantibus oculis, vidua *Pandareti Wingarter*, quatenus ut duos e duobus parentibus filios habet, unum et alterum, qui aliquandiu vobiscum fuerat ob infirmitatem vocatus, ad vos remittit. Mallet autem, ut tua ope quisque suum haberet hospitium, ne dum simul versarentur, alter alterius studium impediret. Age igitur, quemadmodum mulier illa tibi confidit. Petieram et ego, homo sane miseri corporis, quod a Chirurgo vestro *Jacobo*, quasi ob alium quempiam percontareris, quanti subligaculum, quale ad me misit, aestimaret, ne ego vel plus vel minus illi persolverem. Utrumque sane nollem. Quod si fieri potest, ad omnia aliquando respondeas. Ceterum *Leoni* reddantur hae. Interim vale et impera arbitratu tuo. *Bernae* 10. Jun. 1531.

Tuus ex animo, *Berchtoldus Hallerus*

Plurimum profuit *Johannem Jacobum a Wattenweil* apud vos fuisse.

XLVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve, mi frater. Si bene isthic omnia geruntur, gaudemus. Hic sane cuncta, Deo propitio aguntur, recte quidem, sed perquam lente. Multos dies in solis concionibus, cum in urbe, tum in agro absumpsimus, expectantes *Bessererum* seniorem, superioris anni consulem, virum annis, authoritate, consilio, ac rerum experientia venerabilem, sine quo Senatus nihil attentat. Ubi autem de summa rerum omnium collocuti sumus, quas in articulos decem et octo constrinximus, vocati sunt, seorsim omnes Sacerdotes ac Monachi, ac rogati, quidnam de illis sentiant, et num pro Christianis an pro haereticis habendi, Senatum edoceant. Satis autem declarati erant per *Bucerum*. Sed fere omnes fatebantur suam imperitiam, tametsi nulli non, antea, nostros ut haereticos vitassent, traduxissent, et convitiis discerpsissent. Duo prae aliis videri voluerunt resistere; Pastor Ecclesiae *Gislingensis*, et Prior Praedicatoriae factionis, nihil aliud objicientes, quam quod solent, nempe Ecclesiam, Caesaris edictum, non licere de fide disputare coram laicis, tametsi nulla disputatio exigeretur, protestabantur item, se quidem scriptis acturos, sed judicium suum Universitatibus submissuros. Effugia illa Consul prima oratione omnia abstulerat, sed impudentes ac miseri ad eadem frustra confugiebant arma. Satis et majore, quam merebantur patientia auditos, Senatus (sic voco eos, qui huic negotio praecerant) dimisit, qui postea de singulis constituendis, sequentibus diebus familiariter nobiscum egit, et ea majori Senatui exposuit, qui omnibus facile subscripsit. Itaque Missâ in urbe ablegata est in perpetuum exilium. Imagines et altaria hoc triduo in praecipua Aede Parochiali diruuntur, unde et in alia templa opifices descendent. Consensum est in censuram Ecclesiasticam et civilem. Ceremoniae nostrarum Ecclesiarum ritibus maxime conformes erunt. Monachi in ordinem redigentur, Scholae et Linguarum studia instituentur. Vocatus est ex

Heidelberga Martinus Frechtus, qui sacras literas, quas illic professus est, hic praelegat. *Ulmensis* est, pie eruditus, satisque facundus et Linguarum non ignarus. In rure non possunt principio omnia commode institui. Plebs enim rudior ac superstitiosior, ab indoctissimis sacrificis dementata fuit. Examinati sunt et paucissimi ad Ministerium verbi idonei inventi, unde fideles operarii aliunde ad messem vocandi. Et tu, si quos eximios nosti vacantes, oramus ut *Conrado* [1]) nostro indices, quo impulsore accersantur. Certe nihil est, quod in Senatu desideratur, adeoque bona spes est, etiam cum christiana nostra civitate conciliandos non poenitenda necessitudine. *Bucerus* apologiam et constitutiones nunc meditatur, quibus approbatis, speramus nos domum remittendos. *Augustani* frigidius, utpote ditiores; *Memmingenses*, qui etiam nos quotidie accersunt, ferventius Evangelium amplexantur. Salutant te ac Symmystas *Blaurerus*, *Bucerus*, *Somius* ac *Frechtus*. Quid in *Francofordensibus* comitiis actum scripserunt, opinor, *Argentinenses*. *Saxones* et *Norici* a nobis adhuc abhorrent; *Suevicae* civitates non item. Vale. *Ulmae* d. 22. Jun. (1531).

XLVII.

Felix Silberis [2]) ad Zwinglium.

Gratia et pax a Deo Patre nostro semper tecum sit. Prompta officia, si quae praestare possim et dignus sim, offero tibi, carissime Magister *Udalrice*. Tibi quam maximas gratias ago paternae tuae curae et operae, quam noctes atque dies in nos confers, imprimis in me et meos, quam ut posthac quoque nunquam non conferas quam maxime precor, quod te facturum certo spero, et ut uxorem meam et parvulos tibi commendatos habeas. Quam velim tibi laeta et nova nuntiare, sed causa non est. *Dux* cunctatur in ea re, et alio die res se aliter habent; etiam *Rhaeti* magnopere cunctantur, quod tibi et Dominis clementibus nostris jam compertum esse spero; quamobrem milites iratissimi sunt propter duram caritatem annonae, praesertim cum stipendium exiguum sit, pericula autem magna. Hostes enim minime quiescunt, quo milites defatigantur. Hostes, inquam, neque tormentis neque lapidibus parcunt, neque noctes neque dies, supra nos, sub nobis, e castello et 16 ingentibus navibus nos nunquam non oppugnantes. Sed Dei providentia pauci milites vulnerantur et nos fortibus operibus munivimus, donec Deus faxit, ut Dux *Mangutium* oppidum expugnet, quod obsidet, parum enim proficimus hostes tormentis oppugnando intra muros se continentes. Quamquam milites confidunt, cum Domini nostri clementissimi, carissimi, nobis dederint virum fortem et qui nos consoletur [3]), qui noctes

---

[1]) *Somio.*

[2]) *Felix Silbereisen Meilensis* 1528 a *Wilhelmo a Diesbach* parochus *Lüzelfluensis* designatus est; ecclesia autem eum accipere noluit et alium sibi conciliavit. Senatus *Bernensis* pacis causa eum parochum alius ecclesiae fecit.

[3]) *Stephanus Zeller.*

atque dies summam industriam in eo ponit, ut hostibus damnum afferat et milites, Deo propitio, audacter tutetur, quo fiet, ut honore ornati domum redeamus, quod ut efficiatur nos milites omnes studemus, neque non obedientes neque alienatos nos praebemus, quoad scio; nam, quod dixi, ut verum profitear, nihil inhonesti in eo video; imo militibus suum ipsius victum apponit. Quamquam sunt, qui in urbibus *Helvetiae* rumorem spargant, eum cuique militi duos Batzos de stipendio detrahere. Mihi autem nimirum compertum est, eum usque adhuc minus accepisse, quam militibus dedit, cujus nihil nisi stipendia distribuere sit lege *octo Pagorum*, ad quod ei non nimis multa pecunia mittitur. Verbo, quod ad eum ipsum attinet, nihil scio, nihil unquam vidi, dum cum eo sum, nisi summam honestatem. Idem cum iis facit, qui vitia puniunt, sive lusum sive libidinem sive alia vitia. Neque ulla nox venit, quin ter quaterve vigilias visat, ita ut brevi quiete fruatur, nec longiori nos omnes, quippe quod necessitas postulet. Non enim nostrum est dormire sed multum vigilare. Avem jam manu tenuimus, sed pene rursus emisimus. Deus det bonam fortunam. Tu igitur, precor, quod attinet ad multos vulgi sermones, agere velis ut pater. Ipse quod velit Diaeosiis scripsit. Tu idem igitur, velim, ad Consulem eas impetratum, ut si literas ab illo ad eos datas iis legendas curaverit, tibi quoque adesse liceat, et si ullo modo fieri potuerit, ei gnaviter patrocineris, qui profecto melius agere non possit. Nunquam non, noctes atque dies, summam industriam impendit, cum nulla auxilia accipiat. *Rhaeti* agunt ut supra dixi. Haec provincia ei satis ardua esse videtur. Id solum in eum cadit, quod vitiis indulgere non vult, quo fit, ut nonnulli ei male velint. Quae video et audio, ea scribo. Jam te ut patrem rogo, ut, si audieris, ei obtrectari te praesente, ipsi et mihi ut pater patrocineris, velimus enim quam optime agere, si Deus nos adjuverit. Jam nihil ultra. Vale felix. Dedi Mercurii die 22. Jun. 1531.

Felix Silberis tibi deditus.

47.

Felix Silberis an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater sei allezeit mit Euch. Mein willig Dienst wo ich vermöchte und gut wäre. Lieber Meister Ulrich: Ich danke Euch mit hohem Fleiss Eurer väterlichen Mühe und Arbeit, die Ihr für uns Tag und Nacht traget, und insonders mit mir und den Meinen, dessen ich Euch bitte mit grossem Ernst, Ihr auch für und für wollet thun, als ich hoffe, und Euch meine Frau und die Kindlein lassen befohlen sein. — Ich wollte Euch gern gute, neue, tröstliche Mähr' zuschiken, so will es keinen Fuss haben. Der Herzog geht lange mit der Sache um, auf heut morn; so sind die Bündner gar säumig, dass ich hoffe Euch und unsere Herren wol wissenhaft sein, dadurch die Knechte gar unwillig sind, von wegen der grimmen Theurung und aber kleine Besoldung. Und dabei in grossen Gefährden. Der Feind schlaft nicht, dadurch die Knechte mühselig werden. Er spart weder Pulver noch Stein Tag und Nacht, ob uns,

unter uns, mit dem Schloss, mit 16 gewaltigen Schiffen, ohne Unterlass. Doch aus Versehung Gottes werden wenige Knechte verlezt, wir haben uns verschanzt mit Macht, bis Gott Gnade gibt, dass der Herzog Manguez gewinnt, da er vor liegt: denn wir ihnen wenig mit dem Schiessen zwischen den Mauern angewonnen. Aber die Knechte sind trosthaftig, denn uns unsere gnädigen lieben Herren einen mannhaftigen trostlichen Mann gegeben haben, der emsig ist Tag und Nacht mit vieler Müh und Arbeit den Feind zu schädigen und die Knechte durch die Kraft Gottes zu beschüzen trostlich, dadurch wir Ehre heimbringen, dazu wir alle gemeine Knechte willig sind, und keine Ungehorsame noch Unwill ist, so viel mir zu wissen, denn wie obsteht, so ichs bei der Wahrheit soll sagen, so sehe ich nichts Unehrbares von ihm, denn er den Knechten das sein fürsezt. Wiewol in meiner Herren Städten etliche auf ihn lassen ausgehen, er breche den Knechten am Sold 2 Bazen ab. Ich mag wissen, dass er noch bisher hinder hat gehabt, denn er ist nur ein Ausgeber nach Verordnung der 8 Orte, dessen man ihm nicht zu viel schikt. Seiner Person halben weiss ich nichts, so viel ich je gesehen habe, so lang ich bei ihm gsin bin, denn alle Ehrbarkeit. Er hilft das Laster strafen, es sei Spiel oder Hurei oder ander Laster. So ist keine Nacht, er ist 3 oder 4 mal auf den Wachten, dass er kleine Ruhe hat, desgleichen wir alle, denn die Noth erfordert es. Es gilt nicht schlafen, sonder viel wachen. Wir haben den Vogel in der Hand gehabt, aber schier daraus gelassen. Gott geb Glük! Darum bitte ich Euch von wegen vieler Gassenreden, dass Ihr wollet thun als ein Vater. Er hat den 200 sein Anliegen geschrieben. Ihr wollet so wol thun, und zum Burgermeister gehen, wenn er Ihnen ihren Brief wolle lassen lesen, dass Ihr auch da seiet, ist es je möglich, ihn treulich versprechen, denn in der Wahrheit könnte und möchte er nicht bas thun. Er kehrt allen Fleiss an Tag und Nacht ohne Unterlass, denn er hat keine Hilfe. Die Bündner sind wie obsteht. Die Sache will ihm genug schwer sein. Er hat das allein, dass er die Laster nicht nach will lassen, daher kommt die Ungunst. Was ich sehe und höre, das schreibe ich. Jezt zumal bitte ich Euch als einen Vater, wo Ihr höret, dass er verunglimpft würde, und Ihr dabei wäret, dass Ihr ihn und mich väterlich versprechet, denn wir thäten gern das Beste, wo Gott Gnade gebe. Nicht mehr. Vale Felix. Dat. auf Mittw. den 22. Brachm. 1531.

Von mir Felix Silberis, Euerm Diener.

XLVIII.

Ammannus, Quaestor, Ammannus *an der Wies* et scriba publicus Comitatus *Doggii Zwinglio* gratias agunt, lunae die ante Johannis 1531, quod sibi tam fide prospexerit, et ei *Joannem Schmuckli* commendant, etsi pelles pro mille florenis *Turici* emere velit.

48.

Landammann, Sekelmeister, Ammann an der Wies und Landschreiber der Grafschaft Toggenburg danken Zwingli Montag

vor Johannis 1531 für sein treues Aufsehen und empfehlen ihm Hans Schmukli, auch wenn er Belz für tausend Gulden zu Zürich aufkaufen wollte.

XLIX.

Stephanus Zeller ad Zwinglium.

Salutem, officia, honores, benevolentiam, quam maxima et promptissima amicus amico tibi possum ante omnia defero. Domine benevolentissime, carissime. Scito me maxime solicitatum esse iis quae magna et mala rumor *Turici* de me pertulit. Sed quum Dominis meis rationem reddiderim, spero me ut probum virum causam dixisse. Etiam certo spero, tibi rationem meam agendi ex praedicatore [1]) satis compertam esse. Deinde ex viris et commilitonibus benevolis comperi, te ipsum ad Dominos meos iisse, mihique ibi ut patrem patrocinatum esse, quod officium de te tuisque numquam satis mereri potero. Patrocinio autem tuo locum dandum et obtemperandum esse, ipse experies, nisi Deus mihi non propitius affuerit. Homines enim mendaces superabo, ut omnes homines sentiant et videant. Carissime Magister *Udalrice*, gravius imperium habeo quam per longa tempora ullus *Helvetius* habuit. A nemine enim mihi neque auxilium fertur, neque consilium datur, sine quibus bellum geri non potest. Atque quae hodie cum *Rhaetis* paciscor, cras sublata erunt, neque ulla in re fidem mihi servant, quod nemo non scit. Itaque te amicus amicum rogo, ut, si fieri potuerit, militum consilii plenorum mihi mittendorum auctor esse velis et haec indicare quibus justum est. Deinde, si Deus fecerit, ut honore ornatus domum redeam, me omnia quae mihi bene feceris, corpore et bonis, quocunque modo potuero de te meriturum esse, tibi certo sperare licet. Tu idem, precor, auctor esse velis, ut universa ecclesia in precationibus memor sit nostri, nam demum abhinc sevio agetur, cum tantopere tormentis jaculetur in nos, ut nonnisi Deo nos tutante, victores evadere et tyrannos Deique inimicos pellere possimus. Denique nonnisi Deo quam maxime orato juvante hoc bellum finiri potest. Novarum rerum omnino nihil certi scio. Jam Deo commendatus sis. Dedi 4. Julii in castris *Thungensibus* prope *Mussium* 1531.

Tibi semper promptissimus *Stephanus Zeller*.

49.

Steffan Zeller an Zwingli.

Mein freundlicher Gruss, ganz gutwillig Dienst, was Ehren, Liebs und Guts ich vermag zuvor. Lieber und getreuer Herr. Wisset, dass mich übel bekümmert hat, das gross und bös Geschrei über mich zu Zürich gangen. Aber seit ich gegen meine Herren in Verantwortung kommen, hoff ich mich, als einem Biedermann ziemt, versprochen

[1]) *Johannes Schmid*, parochus *Dällikonensis*.

haben. Ich bin auch guter Hoffnung, Ihr seiet meines Handelns durch meinen Predikanten genugsam berichtet. Auf das, so werde ich durch gut Herren und Gesellen berichtet, wie Ihr selbst für meine Herren gekehrt, und mich da väterlich versprochen, dass ich um Euch noch die Euern nie weiss zu verdienen. Ihr sollet auch inne werden, dass Euerer Verantwortung statt geschehen und nachgekommen muss werden, Gott wolle mir denn seine Gnade entziehen. Ich will die verlognen Leute hinter sich stellen, dass manniglich das spüren und sehen muss. Lieber Meister Ulrich, ich hab als eine schwere Hauptmannschaft, als sie in langen Zeiten kein Eidgenoss je gehabt. Ich habe von niemand weder Hilf, Rath noch Anschläge, ohne die nicht möglich ist, einen Krieg zu führen. Und was ich heut mit den Bündnern mache, ist morn ein anders, und halten mir gänzlich nichts, das männiglich wol weisst. Und bitte Euch freundlich, ist es möglich, wollet mir um anschlägige Leute behilflich sein, und solches anzeigen an Enden füglich. Hilft mir denn Gott mit Ehren heim, will alles Euer Guts thun mit Leib und Gut, wo ich kann und mag, um Euch verdienen, sollet Ihr Euch gänzlich zu mir versehen. Ich bitte auch, wollet verschaffen allweg in gemeinen Gebeten unser eingedenk zu sein, denn es wird erst jezt gelten, denn es ist ein solches unter uns schiessen, wo Gott uns nicht behüte, dass wir bestehen möchten, dass wir doch die Tyrannen und Gottsfeinde vertreiben mögen, denn ohne sondere Bitte und Hilfe Gottes dieser Krieg nicht zu enden ist. Neuer Mähr weiss ich gänzlich nichts wahrhaftiges. Hiemit seit Gott befohlen. Geben 4. Juli im Lager zu Thung vor Muss. 1531.

Euer allzeit Gutwilliger
Steffan Zeller.

L.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Nos vestrarum rerum magna sollicitudo tenet. De *Caesare* autem prope securi sumus. Aulam habet et ignavia et luxu perditissimam. Qualis scilicet decet talem Principem. Motus inter *Solidurum* et *Basileam* summa laetitia hostes afficiet. Verum confido fore, ut eodem nuntio sint intellecturi, quod utrinque pugnam sedulo adornent, jam jamque videantur manum conserturi, et quod *Solidurum* Evangelium cum summa concordia ejus viciniae susceperit. Id quod pii omnes ex animo precantur. Ante hos menses rumor fuit, exercitus ingentes a Caesare conscripti. Non putavit rem negligendam senatus. Sciscitatur *Cattum*, qui consiliorum istorum arcana explorata prope habet. Sed is reperit omnia satis tuta, etsi nonnihil minarum spargi subinde soleat ab iis, qui rebus nostris officere non possunt. Es fehlt nicht an gutem Willen.

De bello quod *Comes ab Emda Phrysius* adversus patronum *Carolstadii* hactenus gessit, jamdudum es, opinor, certior factus. *Gelrianum* Monstrum Comiti subsidio est, et Caesar videtur pro equite

illo facere, cui fertur dedisse facultatem conscribendi 3000 peditum in ditione *Caesareana*. Verum conjecturae minime obscurae sunt, in unum coactum abducturos alio Caesarem. Jactatum est 12,000 peditum *Hispanias* nuper applicuisse. Sed vanissimum est. Comessatur, potatur, praegraecatur. De bello instituendo nihil palam garitur. Antiquum morem obtinet aula Caesaris. Sodali *Ma. Pf.* [1]) comitis nostri scripsit satelles quidam caesareanus, clanculum esse rumorem, incertum tamen, Caesarem sub Septembrem *Hispanias* adnavigaturum, et in hoc naves undiquaque nunc cogi. Quod vis navigiorum magna apud *Subaudos* coeat, planum est, sed consilium Principis non item patet. Caesar nihildum *Schmalkaldensium* partibus respondit. Gerit enim personam magnificam. Cavet, ne quid temere, ne praeter decorum. *Palatinus* et *Moguntinus* inter Caesarem et Principes, quos vocant *Lutheranos*, concordiam moliuntur. Annuerunt nostri. In diem 24 Aug. res dilata est. Tum nescio qua in urbe sociabimur, dextris, quod aiunt, avibus. Interea extrahetur aestivum tempus, quo possint isti speciem expectatae concordiae excusare, quo minus nos protinus discerpserint, ad primum tempus veris (si eis ex votis res cadet) non dubie ad internitionem redigendos. Sic tribuent studio pacis otium et salutem nostram, quam Deus ex illorum inopia ac dementia utcunque piis conciliavit, cui gloria sit in aeternum. Amen. Apud *Lotharingos* ne Musca Muscae, quod ajunt aggregetur, *Metensium* Reipublicae quidam insignis Praedo negotium jam pridem fecit, cui praedam integram illi abstulerunt. Urbs et ager *Argentinus* pediculonis militibus prope opertus est. Quod est documento tranquillata undique omnia. Juvenem in *Gallis* nullae nunc agitant intemperiae. (Etiam istis sanus videtur, qui hactenus Tui caussa aversabantur) sed summa est vigilantia, quem unum hostes misere timent, dum hic aut venatur, aut libros legit, aut apparet, quae ad subitum belli casum pertinent.

Augustae res se habent mediocriter. *Anabaptistae* omnes recantarunt. Ob duos veteres Concionatores Senatus periculose dissidet (*Michel* [2]) und *Stephan* [3]), hic *Lutheranus*, ille noster est). Nam quos hinc misimus homines quidem integros, et nostrae ex asse sententiae, et qui forte rem dexterius, quam priores tractant, ii nulla dum auctoritate valent. Et tamen avidissima verbi plebs est. Divites suis spinis enecantur, qui audiunt satis patienter, sed apud eos in laetam segetem arvum evangelicum non exurgit. *Ulmae* nihil non ex sententia cessit. *Martinus Frechtus*, ornamentum *Heidelbergensis* Scholae, praeleget illic sacra. Vocatus est Graecus ab *Ingolstadio*, juvenis timens Dominum si vere nostri testantur. Et reliqua ad literas bonas quoque adjumenta ibi instituta sunt. Repurgata sunt omnino templa in urbe, in agro, quem amplum habent, et omni eorum ditione, similiter Missa missionem inhonestam accipiet, aut forte accepit interim. Nam octo forte dies intercesserunt, quo *Bucerus* scripsit. Cras abibunt,

---

[1]) *Matthias Pfarrer.*
[2]) *Cellarius.*
[3]) *Agricola.*

qui ad exemplum urbis, agrum expurgent. Apologiam adversus adversariorum subdolam criminationem, quam subodorantur, scripserunt nostri, quae edetur nomine urbis; Senatus enim annuit. Facti ratio dum redditur, simul stabilietur veritas. Sacrificos habent mire indoctos, qui se fere Senatui permiserunt. Nesciunt enim illud, justus sua fide vivit; fide Senatus, vitum ac ventrem isti sustinebunt. *Gislingensis* Doctor confutationem Principum, vel Caesaris potius, imo Eccii, adactus per Senatum, tandem obtulit. Cui nostri sermone responderunt; scribere fuisset molestius, et in re tam protrita taedio plenum. — Ipsum jam tempus civitatis christianae pomoeria proferet. Nuper intempestivum erat. Nunc, opinor, satis maturivit. Oppida *Suevica* exerunt caput gaudibundi quibus graviter obstitit *Ulmensium* imbecillitas. In isto puto Caesaris haberi, ut repugnando coram confirmet animos. Exanit idem *Augustanos* plane, nisi tetrum dissidium, quod Lutherani etiammum fovent, hanc vitiaret felicitatem. *Ulmenses* contatores hactenus in arenam produxit, qui cominus cum hoste arma nunc experti sunt. *Inferior Germania* veluti de veterno excitata, ad nova spectat praesente Caesare. Certe fugitat Papistica, meditatur Evangelica, imo palam illud edisserit. *Diethmar*[1]), natio est libera et bellicosa, tota nuper verbum recepit. Pleraeque civitates maritimae apertius rem gerunt, quam hactenus. Ajunt nonnihil a Caesare saevitum. Sed frustra, postquam terroribus animantur magis pii. Harum rerum magnam sylvam, haud dubium, ex aliis habes. Alioqui indicare non pigeret, modo legere queas. Fratres tuo nomine salutavi. *Bucerum* expectamus intra diem forte quintum, si ex destinato omnia expediantur. Successit enim hactenus satis. Comitem *Bernardum Fridrichum* et *Matthaeum Pfarrerum*, tanquam jussus, nomine tuo plurimum salutavi, qui Te diligenter resalutant. Vale. 4. Jul. 1531. *V. Capito* tuus.

Historia de Rege *Suediae* certa est. Redegit in ordinem Episcopos, ademtis equitibus ac censibus principalibus, alii duos, alii tres, alii quatuor, et maximo ministros octo donavit, juxta fundationem, idque uno die coram constitutis, praesentibus nobilibus Regni, quos edicto Regis parentes, quisque suos ad unum adduxerant. Nam totius Regni nobilitas fere Episcopis obnoxii erant. Adegit tum eos Rex, ut a fide Sacramenti praestiti omnes sibi obstrictos coram liberarent, et mox liberos factos jussit in sua jurare verba, cupidissimeque Regi est obsecundatum. Hic sapit, nostri fungi et caudices, non homines, sunt, Sacrificis luduntur etc. — *Palatinus* Praefecturam *Hagenoicam* proemium Regni in *Perdinandum* translati recepit. *Ensisheim* et ejus Praefecturae ditionem emet a siticulosis istis Monarchis, exili pecunia, nam pretium venditor indixit, emptor minoris adhuc licitatur. Sunt, qui valde suspicantur, odio nostro geri haec, nam formidandum cumprimis *Palatinum* Reipublicae creditum est. Nostri omnia strenue dissimulant. Dissipabit consilia impiorum Dominus. Habes, opinor, nugas, si talibus delectaris, sed non prorsus vanas, si quid in his rebus esse solidi potest.

---

[1]) *Ditkmarsen.*

LI.

Joannes Wirz ad Zwinglium.

Salutem quam plurimam etc. Domine benevolentissime, carissime. Quum heri ille conventus dilapsus sit, *Wolf* mihi literas his inclusas misit. Deinde hodie *Rapertivillam* vectus sum; ubi fuit *Jacobus Gugelberg*, qui mihi indicavit, asperrimos *Suitenses Lachae* fuisse, et testes conciliari ad se utrumque aliosque, qui nobis fidi sunt, accusandos. Quamobrem se cum aliis in magno periculo versari et vereri, ne quid agatur, quod sibi gravius sit. Quae ut tibi indicarem, me rogaverunt; quos tu, si quid eis accidat, fidae tuae tutelae commendatos habere velis. Deinde quod attinet ad *Wesenses* et *Gastalenses* mihi compertum est, *Suitenses* aliosque professos esse, sese sine mora ad proximum Veneris diem paraturos esse, et ausuros armorum vi sal ab iis exigere, quod si *Marchiae* incolae detrectent (ubi Martis die major numerus suffragiorum in eam sententiam lata est, ut domi se continerent), se in eorum fines invasuros esse. Tu igitur *Wesenses*, dignos quorum nos misereat, monere velis, in quos illos tanta iracundia inflammatos esse audio, quantam scribere nequeam. Praesertim cum hodie *Udalricus* tribunus militum haec dixerit: Nos *Wesenses* emimus, qui non plus quam anno ante in verba nostra juraverunt, atque *Glaronenses*, foederati nobis carissimi, victum nobis non negaverunt; atqui ii qui in ditione nostra sunt id faciunt. Velim, si jusjurandum non melius servant, id exsecratum. Item cum *Jäkli praefectus* quoque *Rapertivillae* esset, ex *Marchiae* et *Eremi* finibus etiam aulae *Rapertivillanae* subditi irati introierunt. Sed jam constitueramus, quid iis agendum esset, si praefecturae subditi et *Rapertivillani* nobis fidi peterentur. Denique his literis Dominio meis indicatum volo, me quidem audiise et sensisse, illos homines rixas incepturos esse cum hominibus misericordia dignis. Vigilias autem ita institui, ut si nos ipsos petant, quod an fiat haud scimus, id mature comperiamus. Jam nihil ultra praeter votum, ut Deus nobiscum sit. Scribe mihi per eum qui has pertulit, et quidem de *Wesensibus* ut sciam quid mihi agendum sit. Dedi Mercurii die post Ulrici 8 hora pomeridiana 1531.

Tibi semper deditus,

Joannes Wirz.

Item cum *Turicenses* nuper in bello *Capellensi* crucem dentibus instructam tulissent, *Suitenses* supra *Pfeffikon* in trunco simulacri ad viam publicam cruces suas pinxerunt, et supra eas crucem nostram quam dixi de patibulo suspensam. Nec minus ramis abiegnis maxima calamitas accidit. Deus nostri misereatur, quibus haec omnia ferenda sint.

51.

Hans Wirz an Zwingli.

Mein freundlich etc. Günstiger lieber Herr. Alsdann auf gestern die Gemeind zergangen, hat mir Wolf diesen eingelegten Brief zugeschikt. Darauf bin ich auf heut gen Rapperschweil gefahren. Ist

Jakob Gugelberg da gsin, hat mir angezeigt, dass die räuchsten von Schweiz zu Lachen gewesen, und über sie beide und andere gutwillig Kundschaft einnehmen, deshalben sie, als er mir anzeigt, in grosser Gefahr stehen und besorgen, dass etwas mit ihnen vielleicht gehandelt, so ihnen zu schwer. Haben mich hierauf gebeten, Euch solches anzuzeigen, ob ihnen etwas begegne, sie in treuem Befelch zu haben. Und betreffend die Wesner und Gastaler hab ich meine Kundschaft, dass die von Schweiz und andere soviel geredet, ohne Verzug bis Freitags auf sein und mit Macht unterstehen das Salz zureichen und wo die Märchling nicht daran gehen (denn Zinstag daselbst das Mehr worden still zu sitzen), wollen sie für aufhin ziehen. Deshalb wollet die guten Leute zu Wesen warnen, denn, als ich vernehme die Leute in solcher Grimme und Hize gegen ihnen sind, dass ich es nicht geschreiben kann. Und besonders hat auf heut Hauptmann Ulrich diese Meinung geredet: die Wesner haben wir gekauft und erst fern geschworen, und Unsere Lieben Eidgenossen von Glarus haben uns Proviant nicht abgeschlagen, und die Unsern thun es. Ich wollte, wenn sie den Eid nicht anders halten, dass er am Galgen hangete. Item Vogt Jäkli ist auch zu Rapperschweil gsin, sind die Hofleute, Märchling und Näysaler so widerwillig hinein getrosset. Was sie handeln wollten, haben wir verlassen gehabt, wollt es mit den Amtleuten auf die Gutwilligen daselbst zu Rapperschweil achten. Hiemit meinen Herren anzeigen, dass ich soviel vernehme und merke, dass die Leute das Spiel anfangen werden mit den guten Leuten. Wo aber sie gegen uns erheben, als wir auch nicht wissen, habe ich dermassen die Wacht versehen, wie der Sache guter Zeit inne werden. Hiemit Gott mit uns. Schreibet mir bei Zeigern, Gestalt der Wesnern halb mich auch danach zu halten. Dat. Mitwoch nach Ulrich um 8 Nachmittag 1531.

U. A. G. (Euer allzeit gutwilliger)

Hans Wirz.

Item als Meine Herren im vergangenen Cappellerkrieg ein Kreuz mit Zinken geführt, haben sie im Schweizergebiet ob Pfeffikon an ein Bildstok an der Landstrasse ihre Kreuze gemahlet, und darob unser Kreuz vorgenannt gemalet, und dasselbe an einen Galgen gehängt. Desgleichen sind die Tannzrozen gar in das Elend kommen. Gott erbarms, dass wir es alles leiden müssen.

LII.

Felix Silberis ad Zwinglium.

Gratia et pax etc. Carissime Magister *Udalrice*. Tibi gratias ago et nunquam non agam paternae tuae fidei, operae et laboris, quem fers pro his viris fortibus et imprimis pro me; quod si vita mea mereri possim, mihi non parcam. Audivi te *Zellero* tribuno militum nostro gnaviter patrocinatum esse, quem quidem criminati erant mendaces homines, qui profugi venia non impetrata sine literis liberi commeatus

domum redierunt, cum eorum vitiis indulgere noluisset, scilicet lusui, libidini aliisque vitiis sacris et eum accusaverunt apud Dominos nostros clementes. Deus tibi patrocinii gratiam referat. Quae accusatio ei magnum dolorem attulit, ad quod accedit, quod noctes atque dies magnam operam et laborem fert, ut universae *Helvetiae* laudes et gloriam domum referat, imprimis conspicuae civitati *Turicensi*; nam ei parum auxilii fertur ad tanta pericula, *Rhaeti* autem prorsus nihil suppeditaverunt victus, pulveris, lapidum aliarumque rerum necessariarum; ita ut si cum militibus suis non tantam industriam praebuisset, vererer, ne nobis ignominia affectis discedendum esset. Deus igitur nunquam non propitius adest. *Dux* jam pene 4 hebdomadas *Mangutium* oppidum obsedit, et hodie mane audivimus, eum multos Nobilium suorum amisisse; omnia autem nimis cunctanter aguntur; cum hostes interim se fortibus operibus muniantur. Quae quamquam ita sunt *Rhaeti* tamen *Udalrici* die militibus suis integros submiserunt, qui speciem satis virilem praebent. Deus faxit, ut constantiores sint, quam priores: quibus aliquamdiu parum confidere potuerimus. Quamquam modo duos viros honestos ad tribunum militum nostrum miserunt, ex eo quaesitum, quae hic inopia sit; sibi dicere velit, sive pecuniae sive pulveris, quod supra dixi; se omni inopiae satisfacturos esse. Te, ut patrem, rogamus, ut nunquam non manum tuam nobis promptam habeas, qui in tantis periculis versemur, in quantis numquam ulli *Helvetii*. Deus nobis propitius adsit. Victus carus est, ut vulgus inopia laboret. Tu igitur, precor, familiae meae quam optime consulere velis, ut te consulturum confido. Denique quam maxime amicus amicos potest salvere jubeo Magistrum *Leonem* omnesque fratres caros. Dedi Mercurii die post Ulrici in *Dung* [1]) 1531.

Felix Silberis tibi deditus.

52.

Felix Silberis an Zwingli.

Gratia et Pax etc. Lieber Meister Ulrich. Ich danke Euch für und für Eurer väterlichen Treu, Müh und Arbeit, die Ihr traget, gegen den Biedern und insonders gegen mir, wo ich solches könnte mit meinem Leib verdienen, wollte ich mich nicht sparen. Ich habe vernommen euer treu Versprechen unsers Hauptmann Zellers, der denn verlogen gsin von den falschen Zungen, die von uns feldflüchtig ohne Erlaubniss, auch ohne Passport heimzogen sind, denn er ihnen das Laster nicht hat wollen nachlassen, als Spielen, Huren und andere Gottslästerung, ihn also vor unsern gnädigen Herren verantwortet. Gott sei euer Dank. Denn es ihm grossen Schmerz gebracht hat, zu der grossen Müh und Arbeit, die er Tag und Nacht tragt, dass er möge einer ganzen Eidgenossenschaft Lob, Ehr und Preis heimbringen, insonders einer L. Stadt Zürich, denn er gar kleine Hilfe hat zu so grossen Gefährden und die Bündner uns ganz und gar unbehilflich gsin sind mit Speise, Pulver, Stein und anderer Nothwendigkeit, wenn

[1]) Vicus infra castellum *Mussium* situs.

er nicht mit seinen Knechten so handlich wäre gsin, so hätte ich besorgt, wir hätten einen schandlichen Abzug thun müssen. Nun so thut Gott immerdar Gnade. Der Herzog ist jezt schier 4 Wochen vor Manguez gelegen und ist heut, den Morgen wir haben vernommen, er habe viel seiner Edeln verloren, und geht lang zu, dieweil schanzen sich unsere Feinde mächtig. Ja auch so haben die Bündner in die Ulrich abgewechselt und andere an die Statt gestellt. Sind nicht unparsonlich Gott wolle, dass sie standhafter seien denn die Vordern: denn wir eine Weil kleine Zuversehung zu ihnen haben gehabt, wiewol sie jezt zwei ehrsame Männer zu unserm Hauptmann gesandt, ihn zu fragen, was da für Mangel sei, soll er ihnen anzeigen, es sei an Geld oder an Pulver, wie obsteht, wollen sie da keinen Mangel lassen. Wir bitten Euch als einen Vater, dass Ihr für und für die Hand wollet ob uns haben, denn wir in grossen Sorgen liegen, dieweil die Eidgenossenschaft gestanden sei, so sei man nie in so grossen Gefährden gestanden. Gott geb Gnad! Es ist theuer, der gemeine Mann mag sich übel behelfen. Ich bitte Euch, thut meinem Hausvölkli das Beste, als ich Euch vertraue und grüsset freundlich Meister Löwen und alle gute Brüder. Dat. Mitwoch post Ulrici zu Dung 1531.

Felix Silberis, Euer Diener.

LIII.

Zuinglius Berchtoldo ac Megandro.

Gratiam et Pacem a Domino. Commendarunt mihi fratrem istum, qui *Curiae Rhetorum* sunt a concionibus, ut illi de officio aliquo prospicerem, cum autem hujus nihil apud nos sperandum sit propter continuam vel adfluentiam, vel educationem idoneorum hominum, ad vos illum mitto, nihil aliud compertum de illo habens, quam quod dicti fratres, ut diximus, eum commendant, nisi, quod adparet, mediocriter eruditum esse, et non mediocriter h. e. adprime pium et innocentem. Haberem, quae ad vos scriberem, sed nunc non suppetit tempus. Salvos jubete meo nomine *Sepianos*, *Vadvillios*, *Trempios* ac *Dillemannos* omnes. *Tiguri* 6. Jul. 1531.

Huldricus Zuinglius, vester.

LIV.

Johannes Bovillus ad Zuinglium.

Gratia et pax per Christum, carissime *Huldrice*. *Joseph am Berg*, qui palam profitetur, sibi nonnihil dissidii intercedere cum *Suitensibus*, ita ut non jam apud eos esse velit; quod mihi quidem dolus visum est; is igitur novissimo Saturni die a *Glarona* supra montem per *Mels* vicum equo vectus est, et cum ei rei parum fidei habuissem, et in diem quam occultissime sciscitatus essem, quonam abiisset, hoc ipso die quo hanc epistolam scripsi *Ludäscher Feldkirchensis* apud

nos *Wesae* fuit et mihi dixit, se eum in *Clusia* vidisse, qui locus fere dimidium milliarii a *Feldkircha* abest. Cujus rei te quam maturissime certiorem fieri mihi consultum visum est, nam mihi quidem *Quinque Pagi*, quamquam de pace actum est, tamen machinis et dolis usuri esse videntur. Etiam certo comperi ex *Joanne Graf* cive nostro, qui nuperrime *Feldkirchae* fuit, *Quinque Pagos* Legatos ad Dominum *ab Ems* illuc misisse et eum causa sua tantopere ursisse, ut, quamquam illinc profecturus fuisset, confestim ex equo descenderet et eos audiret. Quae omnia bono consilio te celare nolui, ut Dominos meos eorum certiores faceres. Festinanter 14. Jul. 1531 hora 12.

Johannes Bovillus in *Wesa*, totus tuus.

54.

Johannes Bovillus an Zuingli.

Gratia et Pax per Christum, carissime *Huldrice*. Es ist Joseph am Berg (der sich öffentlich merken lasst und ausgiebt etwas Zweitrachts, den er mit denen von Schweiz habe, darum er nicht mehr bei ihnen sein wolle, welches mich wol eine Arglist bedäucht hat) Samstags vergangen von Glaris über den Berg für Mels hingeritten, und wie ich der Sach nicht wol getraut für und für auf das Stilleste hinnachgefragt, wo er doch hinkommen, ist auf heut zu Datum dieses Briefs Ludäscher von Feldkirch bei uns zu Wesen gsin und hat mir gesagt, dass er ihn in der Klus, ohngefehr eine halb Meil wegs von Feldkirch gesehen habe. Das mich gut bedäucht, Euch dessen in Eil zu berichten, denn meines Bedünkens, wiewol Friedens halb gehandelt, wird doch arglistige Praktik von den V Orten nicht unterlassen. Ich habe auch dessen gut Wissen von Hans Graf unserm Bürger, der kurzer Tagen zu Feldkirch gsin ist, dass die V Orte ihre Botschaft bei dem von Ems gehabt haben, und ihm ihres Handels halben so noth gethan, dass, wiewol er hat wollen hinwegreiten, hat er müssen eilends abstehen, und ihnen losen. Das hab ich Euch alles guter Meinung nicht wollen verhalten, damit Ihr Meine Herren dessen berichten. In Eil 14. Jul. 1531 um die 12. Stund desselben Tags.

Johannes Bovillus in Wesen, totus tuus.

LV.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. *Bucerus Ulma* rediit, constituta illic feliciter Ecclesia, nam, ut proximis scripsimus ad nostrum morem eo loci antiquata sunt omnia Papistica, restituta vera religio. Jam de civitate nobiscum ineunda cogitatur. Id quod non dubie sumsi ante lectas has literas. Nam statutum est publice quiddam, quod pridem ne sperare quidem potuissemus. Foedus *Suevicum* non est arctissime conglutinatum, nam fatiscit nonnihil. *Henricus Otto Palatinus*, unus ex foederatis Principibus, infesto bello Abbatem quendam lacessit, cujus

nomen nunc scribenti non occurrit. Is auxilium foederis frustra implorat. Quaeruntur Ecclesiastici, se negligi, neque usui esse foedus, nisi paucis Principibus. Itaque tempus appetiit instaurandi, exacto prope tempore, quod proximis Comitiis, ante annos, opinor, novem, praescriptum est. Incipiunt sibi timere adversarii a civitate nostra, nam obnixissime obtestantur, ne quis se nobis adjungat promissa impunitate novatae religionis. Conventus Principum aut *Spyras* aut *Wormaciam*, ad 1. Sept. indicetur. Sic enim fama circumfertur ab auctoribus non vulgaribus. *Caesar Ferdinandi* Regis dominium firmare conabitur, quo in Regnum solide recepto, ad suas remeabit *Hispanias*. Itaque haec aestas otium pollicetur, quantum ad hostes pertinet. Verum haec frustra. Nam antequam has recipies, multo luculentiora de his rebus scribemus. Qui has perferendas a nobis suscepit, minister est egenorum, quem ii, qui pauperum alendorum curam, Senatus nomine, in se acceperunt, in hoc abmandarunt, ut perlustratis Ecclesiis uniuscujusque institutum referret, quo nos de singulis quiddam decerptum, formulas distribuendi certiores praescribere possemus. Eum Tibi commendamus. Salutat Te *Bucerus*. *Argentorati* 18. Jul. 1531.

Capito.

LVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve, carissime frater. Salvus domum redii, et salva reperi omnia, gratiae Christo, uno tumultu cum *Solodorensibus* excepto, quem tamen spero, optime pacandum. *Carlstadii* non in uno loco memor fui. Ubique innocens et optimus vir majore laborat invidia, quam ut meo patrocinio possit satis commendari. Etiam *Scaphusani* insignem quendam virum capiunt, quorum Ecclesiastae, *Erasmus* et *Benedictus*, illum sibi, si non alium, contingere optarunt. Admonendi igitur illi erunt. Forsan et *Memmingae* locum habiturus esset, si scriberes *Symperto*, et certior factus mihi significaris, libens illius nomine scribam Magistratui, qui illic. Sane is me perquam honeste tractavit. Circumfertur libellus *Michaelis Serveti* de Trinitatis erroribus, terque quaterque blasphemus ac impius, juxta meam quidem, h. e. ecclesiasticam sententiam, tametsi ab *Argentoratensibus* quibusdam laudetur. Fortassis et isthuc pervenit. Quod si eo cares, fac sciam, et curabo Tibi communicari. *Ulmae Blarerum*, virum integerrimum reliquimus operi dominico, invigilaturum, ut surgat opus ceptum. Invulgabuntur etiam, ipso mendas cavente, *Ulmensium* apologia et constitutiones, e quibus videre licet, non fucato animo evangelicae doctrinae illos accessisse. Comitia *Constantiae* sunt qui maturari velint, non enim ita abhorrent a nostris vicinae evangelicae civitates atque semotiores Principes. Displicent sola intestina nostra bella, quibus compositis aptiores ad conciliandos amicos erimus. At nisi humiliati quidam fuerint, parum pacis erit studium. Vale. *Basileae* 20. Jul. 1531.

Tuus, *Oecolampadius.*

LVII.

Comander Zuinglio.

Gratiam et Pacem per Dominum Jesum Christum. Epistolam tuam protrepticam et plane doctissimam accepimus, per quam nobis venas et intimas latebras venenosae contagionis aperis ac in lucem profers. Ego quidem pro virili mea gratias ago Tibi, et hoc violentum malum divini verbi praesidio persequi non desinam, quamvis hostes innumeros inde mihi conciliem, et praecipue *Traversum*, qui illam sceleratam confoederationem cum Rege *Gallorum* omnibus palam inculcat quantum potest et addit, se id etiam bona conscientia facere, et se *Zuinglium* pro se habere, cum quo plura de hoc negotio dissertaverit, et quicquid ego concione mea demoliri conor, ipse restruere vel restaurare nititur. Jam ante triennium cives nostri per Evangelium eo perducti fuerant, ut huic sanguinariae Confoederationi renuntiarent, ac *Grandisium Galli* Ambasiatorem e moeniis ejicerent. At nunc auro illo Tolosano rursus illecti ad vomitum redierunt, sese rursus foederi illi dederunt, ac *Traversus* confortat eos, quantum potest omnibus nervis. Sed Tibi dico quod verum comperies. Execrata illa amicitia *Francica* Proceres ac Magnates nostrae Patriae cum *Quiuquepagicis* magnopere conjungit, et sibi invicem familiares facit. Et hoc in detrimentum maximum et Evangelio et ejus cultoribus. Deus optimus det sua misericordia ut Jebuseus ille tandem etiam ejiciatur ex Ecclesia nostra. Nam hostem illum hoc discriminoso tempore super omnes timeo. Vale. Ex *Curia* die divo Jacobo sacro 1531 et rescribe vel verbum, si prae negotiis tuis commode poteris.

Comander tuus.

Johannes Scharner Te amplius de rebus nostris informabit, et de Comitiis futuris.

LVIII.

Zuinglius Berchtoldo et Megandro.

Gratiam et Pacem a Deo. Conveni utrumque, *Benedictum* dico et *Johannem* et *Sebastianum*. Negant ambo, se pares esse tanto oneri. Et meo quidem judicio non temere negant, vires enim suas librarunt. Quid Scholis adolescentium cum eo, qui ter per hebdomadem concionari, et ut minimum ter theologari cogitur? Quid quod ego hujuscemodi labores aliquando tuli, num idcirco quisquam eos feret? *Leo* noster, cum ei de occupationibus nonnihil ademimus, pulchre convalescit. Ego coeculus non unam calamitatem expecto. — Juvenes isti, cum jam Nazareorum instar, candidiores lacte, et rubicundiores rosa esse deberent, pallidi et luridi, exucci et exangues cadaverosos vultus circumferunt, studio et opera in flore extincti. Aliam ergo inite viam. Ut ludo praeficiatur, qui potest. At concioni et lectioni theologicae unum ex istis destinate. Linguas uterque lecturum non negat absque scholicis laboribus. Quantum autem ad ipsos pertinet juvenes, certe non

estis falsi judicio, tanta enim uterque est spe apud me, quam qui maxima. At ego nolim, eos labore perdi et enecari. Non sunt omnibus aequa latera. Proinde aut de ludo tacete, aut de aliis prospicite oppido isti. Et tuae valetudinis *Caspar* sortem quam aliam credis, quam vehemens studium? Id ubi ubi ceperit esse temperatum, reflorescit virium universarum salus. Valete, et fratres omnes salvos jubete esse, cumprimis *Trempium* meum, *Saepianum*, *Dillemannum*, omnes. *Tiguri* 28. Julii.

Huldricus Zuinglius, vester.

LIX.

Udalricus Meier Praefectus Schenkenbergensis Zwinglio.

Gratiam et Pacem per Jesum Christum. Benevolentissime, carissime Domine et frater. Novas res tibi scribere mallem alias ac ejusmodi. Scito, 26. Julii 4. hora sub vesperem in vico parvo proxime locum quem *Castelenschloss* vocant, in praefectura *Schenkenbergensi* anum viduam domum custodiisse; cujus filius in agro messuit cum hominibus mercede conductis. Sub vesperem autem nurus quoque domum rediit coenam paratum. Itaque quum rediisset et subus potatum dare voluisset, ante et post eam purus sanguis ita acriter ex dura terra effluxit ut ex vena incisa, qua re perterrita domum introiit, sed etiam sanguis ex terra, lignis et lapidibus effluxit; deinde etiam ex labro ab altera parte prope januam quae aream horrei claudit, sanguinem admodum effluentem vidit. Quum autem ad focum introiisset, prope quem, more rusticanorum, saccum palea impletum incunabulis sternendis jacentem habuit, eum saccum puro sanguine adspersum vidit. Qua re tantopere perterrita est, ut ex domo excurreret caedem clamitans. Quo facto homines vici concurrerunt, etiam aedis sacrae, qui aliquanto majores esse sibi videntur. Qui omnes cum accessissent, idem viderunt ac duae mulieres, quo non minus perterriti sunt. Etiam cum coenaturi essent sub protecto granarii, ante mensam in terra scrobiculus fuit, ex quo sanguinis dimidium fere ejus modi, quem Mass vocant, emicuit: denique a granario sursum serpsit per domum, ita ut ex duris parietibus et terra efflueret, quod est spatium fere 40 pedum. Itaque mane quis venit *Dallheimensis*, qui messuit hominibus aedis sacrae, ad praedicatorem *Dallheimensem* eam rem indicatum. Deinde fidus praedicator festinanter ad me scripsit, ut me pararem ad iter illuc faciendum, rem ipse inspecturus. Quae quum legissem festinanter me paravi et brevissima via ad Nobilem *Joannem Fridericum a Mülinen* vectus sum, ubi equum reliqui, quippe quae nox tam turbulenta fuerit tonitru et pluvia, quam nunquam dum vivo me vidisse memini; ita ut nobis pedibus per montes descendendum esset. Quum igitur illuc pervenissemus etiam praedicator *Tallheimensis* una cum *Valentino* affuit. Qui mecum eam rem inspexerunt et purum sanguinem in gramine viridis cespitis ut rorem matutinum vidimus; qui quamquam ea nocte plus quam diei potest pluverat, tamen nondum omnino ablutus erat. Quae tibi, caris-

sime Domine et frater, scripsi, ut, si tibi fortasse narrando aucta sint, vero testimonio testareris, nam eadem ratione Dominis meis clementibus *Bernatibus* scripsi. Denique precor, ut haec studiose reputes, utrum a Deo effecta sint nec ne; de quibus si quid aliud comperero, fortasse fraudes et praestigia esse, tibi indicabo, Dei enim consilia explorari nequeunt. Jam Deo commendatus sis. Dedi 29. Julii 1531. Hi homines sunt fidi et probi, quibus nihil aliud in mentem veniat, nisi laborare et sancte vivere.

Udalricus Meier praefectus Schenkenbergensis frater tibi fidissimus, promptissimus, benevolentissimus.

P. S. Carissime Magister *Udalrice*, Dominus *Tallheimensis* me te rogare jussit, ut ea Magistro *Erasmo Schmid* canonico quoque indicare velis.

Inscriptio: Doctissimo Magistro Udalrico Zwinglio, praedicatori Dei verbi conspicuae civitatis Turicensis, benevolentissimo mihi Domino et fratri in manus.

59.

Ulrich Meier Vogt auf Schenkenberg an Zwingli.

Gnade und Friede durch Jesum Christum. Günstiger lieber Herr und Bruder. Neue Zeitung Euch zu schreiben wollte ich in anderweg lieber thun, dann in solchem. Wisset, dass auf 26. Tag Heumonats auf 4 gegen Abend in einem Dörflein nächst bei Kastelenschloss im Amt Schenkenberg eine alte Wittfrau also daheim gehütet und ihr Sohn im Feld geschnitten mit gedingten Schnittern und in solchem ist die Sohnsfrau auf den Abend auch heimgangen, das Nachtmahl zu bereiten und wie sie also ist heimkommen und hat wollen den Schweinen zu trinken bringen, ist vor und hinter ihr heiter Blut also frisch auf dem harten Erdreich heraus geflossen, als eine gelassene Ader aufquillt, darab sie trefflich erschroken, ist ins Haus hinein gegangen, hat aber das Blut aus dem Erdreich, Holz und Stein heraus geflossen und aus einem Wassergeltlein, ist bei dem Tennthor an der andern Seite gestanden, hat sie das frei heraus gesehen fliessen, ist in solchem hineingegangen zu dem Feuer, da hat sie ein Kindsspreuersäklein bei dem Feuer haben liegen, more rusticanorum, allda das heiter Blut am Spreuersak gesehen; darab sie dermassen ist erschroken, dass sie ist hinaus vor das Haus gelaufen, allda geschrauen — Mord! In solchem ist das Volk zugelaufen im Dorf, auch das Hausvolk, welches vermeint etwas Grösseres zu sein. Als nun das Volk ist hinzukommen, hat es auch Gleiches gesehen, wie die beiden Weiber, darab das Volk auch erschroken ist treffenlich. Als sie auch haben wollen zu Nacht essen unter einem Vordächlein des Speichers, ist vor dem Tisch ein Grüblein im Erdreich gsin, in welchem ungefährlich bei einer halben Mass Blut aufquillet und als ob 40 Schuhen für voneinander vom Speicher bis durchs Haus gestiegen an harten Wänden und aus dem Boden. Als nun Morgen ist gsin, ist einer von Dallheim, welcher dem Hausvolk geschnitten hat, kommen zum Predikanten von Dallheim und

ihm den Handel angezeigt. In solchem der getreue Predikant mir in Eil zugeschrieben, dass ich auf sei und hinab reite, die Sach selbst besehe. Als ich nun das gelesen, bin in Eil aufgsin und den nächsten geritten zu Jkr. Hans Friedrich von Mülinen, da das Ross lassen stehen, dann es eine solche ungestüme Nacht ist gsin mit Donnern und Regnen, als ich sie mit Wissen nie erlebt habe und haben also zu Fuss müssen den Bergen nach hinab gehen. Als wir nun sind hinabkommen, ist auch der Predikant von Tallheim und Velten beid da gsin; solches haben wir besehen und das heiter Blut auf dem grünen Wasen am Gras gesehen wie ein Morgenthau, wiewohl es die Nacht so unsaglich geregnet hat, ist aber darum nicht alles abgewaschen. Hierum, lieber Herr und Bruder, schreib ich Euch das zu, in solcher Meinung, ob Euch vielleicht der Handel grösser gemacht würde, weder an ihm selbst wäre, dass Ihr den Handel gründlich mit wahrhafter Kundschaft möchtet verantworten, denn ich habs gleich also Meinen Gnädigen Herren von Bern zugeschrieben. Hiemit bitt ich Euch treulich solches zu bedenken, ob es ein Werk Gottes oder nicht wäre, und ob ich etwas anders davon erfuhre, dass es vielleicht ein Trug, Zauberei oder dergleichen wäre, will ichs Euch kund thun, dann die Urtheil Gottes sind unerforschlich. Hiemit seid Gott befohlen. Geben auf 29. Tag Julii 1531.

Es ist ein getreusams redlichs Volk, dass niener von nichts anderm davon weisst weder um Arbeiten und fromm zu sein.

Ulrich Meier Vogt auf Schenkenberg euer getreuer williger Bruder und Gönner.

Nachschrift: Lieber Meister Ulrich, der Herr von Tallheim hat mich gebeten, dass Ihr es Meister Erasmo Schmid Chorherrn auch wollet anzeigen.

Aufschrift: Dem hochgelehrten Meister Ulrich Zwingli, Verkündiger des Wortes Gottes der Loblichen Stadt Zürich, meinem insonders günstigen Herrn und Bruder zu Handen.

LX.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem. Consuli, quae scripsisti, mi frater, legi omnia. De candore *Funkii* nihil dubitat. Tantillum morae in alia caussa, quam ipse novit, bene consulit. *Rapersvilanis* ab hostium insidiis liberatis gratulamur, et constantiam cum vigilantia precamur. Pharaonici enim animi, nisi submersi, novas subinde exagitandi pios vias excogitant. Nos hic ad exemplum Ecclesiae vestrae theologicam lectionem reformavimus. In veteri enim praeleget Hebraeus, in Novo instrumento graecus Professor. Ipse in utroque theologicam expositionem grammaticae sinceriori, latino sermone, subjiciam. Paulus vernaculo epilogo concludet. Nunc caniculares feriae nobis sunt. Post triduum, quo abero a domo, ad Jobum rediturus sum, modo non remorentur inexpectata

negotia. Vellem enim vobis aliquando vestra restitui exemplaria. Vale. *Basileae* ultima Jul. 1531.

Joannes Oecolampadius.

Salvi sint *Leo* et *Pellicanus* ac reliqui fratres.

LXI.

Matthias Kessler ad Zuinglium.

Gratia et pax à Deo per Christum. Carissime Domine et frater. Magnus conventus populi 6. Aug. multo majori numero suffragiorum confirmavit legem quam antehac tulit; idem conventus instituit, ut, si nos Praedicatores *Rhodarum exteriorum* et Praedicator *Abbatiscellanus* cum aliis clericis non intra mensem ad consensum de divino verbo pervenerimus, tum utrique rationes nostras proferamus ex libris sacris proponendas Synodo proxime habendae *St. Galli* vel *Roschachii*; in qua quae ex divino verbo apparuerint, valebunt; et cui qui non affuerit, ei tutela et commeatus negabitur. Quae cum aliis verae fidei addictis maximo cum gaudio accepi, qui in conventu professus sim, me cum clericis hujus vici in vincula conjici passurum esse. Quare te rogo, ut in ea re agas, ut te acturum certissime confido et praecipue de Synodo. *Fässler* Praedicator *Abbatiscellanus* palam coram Magno Consilio Publico dixit: *Turici* et *Bernae* nihil servatum esse. Quae alia apud nos facta sunt comperies ex *Rudolfo Stoll*, mihi enim tempus plura scribendi defuit. Spero me brevi coram tecum collocuturum esse. Denique aeternus Deus te conservet, ut profitearis nunquam non verbum suum. Raptim ex *Abbatiscella* 6. Aug. 1531.

Tibi semper promptissimus *Matthias Kessler*
parochus Hundwilensis.

61.

Matthias Kessler an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott durch Christum. Geliebter Herr und Bruder. Es hat eine grosse Landsgemeinde auf den 6. Tag Augusts mit grossem Mehr bekräftigt, ihr vormals ausgegangenes Mandat, dabei angesehen, wo wir Predikanten in den VorRhoden und der Predikant zu Appenzell mit samt andern Pfaffen in Monatsfrist nicht vereint werden im göttlichen Wort, dass wir alsdann zu beiden Theilen sollen unsere Gründe der Schrift bringen, für den nächstkünftigen Synodum gen St. Gallen oder Roschach. Was sich daselbst im göttlichen Wort erfindt, soll gelten. Und welcher daselbst nicht erscheinen würde, dem ist Fried, Geleit, Schuz und Schirm abgeschlagen. Solches habe ich mit samt andern Gläubigen mit Freuden angenommen, denn ich war urbietig an der Landsgemeinde in das Gefängniss mit den Pfaffen im Dorf. Bitt hiemit Euch, Ihr wollet in der Sache handeln nach meinem sonderlichen Vertrauen und nemlich des Synodi halben. Der Fässler Predikant zu Appenzell, hat auch offentlich

vor grossem Landrath geredt: Zu Zürich und Bern sei nichts erhalten. Was sich weiter bei uns verloffen hat, werdet Ihr berichtet durch Rudolf Stoll, denn mir nicht Zeit ist gsin zu schreiben. Hoffe bald mundlich mit Euch zu reden. Hiemit bewahre Euch der ewige Gott in stetem Verjehen seines Worts. Raptim aus Appenzell, 6. Aug. 1531.

Euer allzeit williger

Matthias Kessler, Pfarrer zu Hundweil.

LXII.

Comander Zuinglio.

Gratiam et Pacem per Christum. Literas tuas accepi, carissime frater, quibus dissidium inter me et *Traversum*[1]), quantum potes, dissolvis. At Calvum vellis. Nos declarationem tuam optime intelligimus, sed avaritia et favoris studium aliud suadent. Multa haberem, quae scriberem, sed ut quieti tuae consulam, obmittam nunc. Literas illas ad *Capitonem* mittere digneris tuis inclusus, ne pereant. Ex *Valle Tellina* missae sunt a *Francisco Nigro*, qui *Tirani* moratur, spe aliqua ductus, quam si cassam senserit, revertetur *Argentinam*. Vale. Ex *Curia* 8. Aug. 1531. Salutem ex me dicas *Utingero*, praeceptori meo.

Tuus *Comander*.

LXIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem in Christo. Mi frater. Eodem fere tempore, quo ego ex *Suevia*, illo etiam ex *Anglia* domum rediit *Grynaeus* noster, qui ibi apud Proceres Regni, viros doctissimos, magnam gratiam invenit, et nonnihil invidiae, qua Evangelium ibi laborat, e multorum cordibus eximit. Hinc factum est, ut et de negotio matrimonii Regii consultus sit, et jussus, ut nostrarum Ecclesiarum sententias expiscetur. Quod nequaquam inauspicatum esse opinor, nec suspicor a malevolis proficisci animabus. Nondum enim deplorata est opinio nostri, etiam apud exteros. Proinde occasionem hanc negligere nequaquam licet, si forsan olim per Papam deceptus, per *Lutherum* indignissime tractatus, agnoscere nos incipiat, nec adulando veritatis negligentes, nec zelando a compassione alienos. Fieri enim potest, ut et nos non parvam ineamus gratiam, si vel tempestiva consolatione, vel optato responso in cor Regis loquuti fuerimus. Prodesset autem unanimiter respondere. Caussa breviter sic se habet. Ante multos annos Rex duxit uxorem, quae antea fratris mortui superstes uxor, assensit Pontifex Romanus et justum pronuntiavit connubium. Cohabitatum est annis aliquot, suscepti liberi,

[1]) *Antonius Travers* inter principes exstitit factionis rebus Galliae studentis.

nempe filia, quae vivit, alii non vivunt. Nunc conscientiae erynnide vexatur Rex, et divortium vellet. Habet autem, ut videbis, praeclara Gymnasia, quae eum in sua opinione fovent, et omnibus modis conjugium nefarium dicunt, Papamque errasse palam asserunt. Dicitur autem Rex deperire quandam non obscuro loco natam, quam repudiata priore ducturus esset. Tu, mi frater, pro perspicacissimo tuo ingenio poteris clare videre, quid fas, quid nefas, quove consilio consolationeque Regia mens placide et citra adulationem tractetur. Duo scandala video. Unum, si retineat, quam infamant tot gymnasia suis sententiis, quas tot argumentis ac rationibus firmat. Alterum non minus, si relinquat, quam tot annis ut uxorem thoralem habuit. Factum Papae nemo cordatus et pius approbat. Neque enim Osdroeni aut Persae sumus, ut citra offendiculum publicae honestatis in Rege tale videatur exemplum. Quaecunque praetexuntur inter Christianos. Jam autem ubi multis annis decepti bona fide convixerunt, et convictu longo scandalum vicerunt. Iterum non videtur boni exempli esse dirimere tot annis conjunctos, facit enim consuetudo viri et mulieris legitima conjugium. Itaque nec gymnasiis libens subscribo. Specto enim fundamentum eorum, quia dicunt legem, quae in Levitico habetur de non ducenda fratris uxore superstite, non esse ceremonialem, nec judicialem, et proinde indispensabilem, et juxta literam necessario servandam. At mihi hoc nondum persuasum est, tum quod Moses Hebraeis legem tulit, nobis lex naturae et caritas satis facit adhibita fide, tum quod multos sanctos similia fecisse sine ignominia legimus. *Jacobo* duae sorores obtigerunt. Primam cognatam non omisit, non quod putem esse mutabile exemplum, sed quod non pugnet cum lege divina et naturali. Fuit enim ille multis monogamis castis coram Deo castior. Regnum Dei intra nos esse scimus. Vide igitur, mi frater, quid circumspectissime responderi possit. Scio Te obrui occupationibus, sed oro, ne in hac re graveris caussam expendere, tuamque sententiam ad nos dirigere. Multa enim sunt, quae ut tantum Regem ne contemnamus, jubent, maxime autem videat, quam sincere agamus, tametsi, quantum adhuc olfacio, non respondebimus, quod ille vult, sed quod debemus. Vale. *Basileae* 13. Aug. 1531.

Joannes Oecolampadius.

LXIV.

Capito Zuinglio.

Gratiam et Pacem. Comitiorum [1]) prolusiones hae sunt. Caesar dedit negotium *Joachimo Brandenburgico* ut mitiget *Borussiae* Ducem, qui nuper erat magnus Magister *Ordinis Teutonici* et nunc stat a partibus Evangelii. Abmandavit *Philippum Nasajensem* comitem ad Electorem *Saxonem* urgentibus cum pollicitationibus ne conventum horreat, sed meditatus concordiae conditiones ipse praescribat, se esse secuturum, modo novum foedus, quod cum *Hesso* et urbibus instituisset

---

1) *Spirensium.*

rescindat. *Wilhelmus Comes novae aquilae* quem vulgo vocant *Noënaër*, frater illius docti praepositi *Coloniensis*, nunc agit legatum apud *Cattum*, jussu *Caesaris*. Conventum pollicetur brevem, ac cito dimittendum, sed qui sit allaturus *Germanis* incomparabilia commoda. Capita agendarum rerum his verbulis continentur: aequabile jus, concordiam, Politiam tranquillam. Agetur tamen de agnoscendo Rege *Ferdinando*, de *Pontifice Romano* amplificando, idque titulo pacificandae fidei, de peculiaribus rebus imperii, sed in speciem tantum, atque haud dubium. Spectant *Caesareani* ad nomen sibi asserendum, quod plane obliteratum jaceret, si sic ad *Hispanias* se reciperet conturbato statu publico. Interea vero hoc agitur, ut nullam occasionem videantur neglecturi, quo nostrae Civitati christianae incommodent. Quare operae pretium facitis urgendo concordiam certam aut apertum bellum cum *Quinquepagicis*. Literas tuas ostendam *Sturmio*. Salutabimus et amicos omnes. *Bucerus* occupatissimus et reliqui fratres Te salutant plurimum. Age potissimum, quod Te scire refert, pene excidit. Nobis Literis Comitia haec nondum indicta sunt; quod arte fit, ut interea vobis molesti simus, tanquam odio Caesaris degravati, ob vestrorum societatem. Atqui rident ineptum commentum nostri. Fingent isti posthac non dubie, aut incuria nuntiorum, aut aliquocunque casu sic cecidisse, ut postremi vocaremur. Vocabimur enim, quia numerandum erit, quod inexplebiles harpyae aulicae devorent. Vale. 16. Aug. 1531. Saluta fratres omnes praecipue Dominos, si forte nanciscaris, maxime autem familiam tuam.

Capito.

LXV.

Zuinglius Conrado Somio.

Gratiam et pacem a Domino. Semel atque iterum quidem scripseram, dum rei Christianae apud vos instauratio fieret, praesentesque essent *Oecolampadius*, et *Bucerus*: sed utraque vice velut perfunctorie. Quamvis voluissem (si Deus quoque voluisset) aut ex instituto scribere, aut praesens potius commentari. At quomodocunque haec habeant, Deo gratias habemus, quod huc religionem apud vestros evexit, unde detrudere superi, aut detrahere inferi non poterunt. Esto enim quaedam in baptismo et eucharistia, adde et in censura ecclesiae quaedam sint, quae majorem lucem ferre potuissent: omnia tamen tempus illustrabit, cui et indubie obtemperavistis. Scio enim, scio, te scire, quod baptismus symbolum sit, eis tum demum praestandum, quos sciverimus ad ecclesiam pertinere, quantum ad humanum judicium pertinet. Scio et hoc te non latere: In coena Domini, non nisi sacramento corporis et sanguinis Christi, homines cibari, qui jam dudum spiritualiter cibati ac saturi fuerunt. Scripsit enim Apostolus, ut sese homo priusquam huc adeat exploret. Fidem igitur dudum adfuisse oportet eis, qui ad convivium istud accedunt. Sed ut dixi, mitius et cautius quaedam fuerunt proponenda, et Evangelii rete prudenter jaciendum, quo majo-

rem Domino praedam referatis. Ego animum et consilium specto, non verborum struem. Dabitur aliquando ad vivum omnia resecandi opportunitas. *Gyslingae* nihil operae obmittatis, donec et isti cedant Omnipotentis verbo; sunt enim quaedam aegritudines ac tubera, quae non crebra vel unctione vel potatione fugantur aut planantur, sed diaeta: hoc est, longa rerum medicamentorumque observatione; sic et in Christi corpore quaedam sunt ecclesiolae, quarum tarditas aut contumacia ad acuendum reliquarum studium facit. Senatus noster duplici nomine sibi gratulatus est, cum quod vobis Christiana libertas contigit, tum quod credidistis nos vestro bono gaudere. Propositum istud quod a *Berna* redeunti exponebam, vides quo loco sit. An non monui nobilitatem, quantumcunque favere Evangelio videri velit, pedem tamen relaturam quam primum in sese descenderit, quomodo haec libertas sit eorum licentiae interventura. Agamus igitur istud in primis, ut urbium amicitia integre coeat. Ego huic sententiae nunquam deero. Senatus autem noster, per Dei bonitatem sic intrepide stat, ut ubicunque illius fides aut auxilium requiratur, advolet. Dominus conservet vos, Amen. Salvos jube Fratres omnes. *Ambrosium* enim quotidie domi expectant: quo incertus sum redditus, an scribendum esset ad illum apud nos, an minus. Cometam jam tribus noctibus viderunt apud nos alii, ego una tantum, puta 15. Augusti; hodie, quae est 16. nescio quid visuri simus. Vale: et Domino pro solita fide servi. Nostras res narrabit tabellio; nos enim ad omnia stamus intrepidi, Deo fulti. *Tiguri*, 16. ut supra 1531.

LXVI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem. Legimus, frater carissime, quae in caussa Regis *Anglorum* [1]) Tibi justa videntur, subscribimusque libenter, clare agnoscentes, quam indepravato judicio cuncta expenderis, nec dubitamus, quin hujus laboris futurus sit fructus non poenitendus. Agimus itaque Tibi gratias. Reservabimus descriptum exemplar, etiam Tibi, si voles, remittendum. Sententia mea a tua nequaquam variat, nisi verbis, eam etiam ipse leges. Non est enim prolixior; sed epistolaris fere. *Bucerus* et *Capito* hactenus alio respexerunt, sed spero lectis tuis non dissensuros a nobis, quamvis suis opinionibus infecti, maxime alter, id quod Ecclesiae tam insigni non parum incommodi affert. Digamiam Regi admitterent. Sed absit, ut in hoc Mahumetem magis quam Christum audiamus. Jam de concordia cum *Quinquepagicis*, licet quidam bene sperent, utinam autem fallar, ego pessime, nisi altera pars vel se humiliet, vel humilietur. Scripseram nudius tertius tabellioni vestro daturus Literas sed a me inveniri non potuit, urgentibus his, qui a Senatu ad vestros responsum dederant. Mitto Epistolium tametsi intempestivum et supervacaneum. Sed vide amici curas etiam inutiles. Vale cum uxore et fratribus. 20. Aug. 1531. *Oecolampadius.*

---

[1]) Divortium *Henrici VIII* Regis Anglorum.

LXVII.

Simon Grynaeus Zuinglio.

Salutem. Rursus venio ad Te, ita flagitat res ipsa. Nollem ego profecto alioqui molestus esse Tibi. Est autem hujusmodi. Responsum tuum, quod me plane recreavit, et in cujus sententiam manibus et pedibus ivi, non ego solum, sed et *Oecolampadius* noster (sic enim dudum flagitabant) transmisi [1]). Scrupulus illis adhuc superest aliquis. Objicit enim *Bucerus* exempla Sanctorum. Verba adeo ipsius subscribam. „Quod ex more olim, et lege Dei, Sancti fecerunt, inquit, honestati per se, ac ideo semper, ac in uno quolibet, non pugnat, et dum caussae pares sunt illis, ob quas tale quid olim recte factum est, potest et hodie id recte fieri.“ Idem alio loco: „Videntur nobis, inquit, hae rationes in eo παραλογίζεσθαι, quod ex eo quod simpliciter est (in hisce autem rebus ἐπὶ πολὺ simpliciter et reale est) argumenta ducunt ad id, quod secundum quid est. Naturae tales nuptiae pugnant ἐπὶ πολὺ, at non in quovis casu, eo igitur concedendae nimirum, nec tamen nisi urgeret ingens caussa et publica, concedam. De contractis autem semper aliud quam contrahendis nuptiis judicium fuit, et merito, cum sit res summe pugnans cum naturae honestate divortium.“ Adjunxi Tibi epistolam *Capitonis* de eadem re, item meam ad *Bucerum*, quibus argumenta haec conatus sum dissolvere. Res est plane in qua absque gravissimo judicio tuo constitui, firmum saltem, nihil potest. Itaque non feres moleste, cum Te toties negotiis tam gravibus occupatum, infesto. Eodem momento *Argentinam* scripsi. Saluta mihi viros isthic egregios omnes, suavissima humanitate praeditus.

Tuus *Simon Grynaeus.*

LXVIII.

Oecolampadius Zuinglio.

Salutem. Scripserunt, mi *Huldrice*, et mihi *Ulmenses*, opinor, in eandem, quam Tibi scripserunt, sententiam. Honestum nimirum petunt, ut sunt viri solliciti ac pii. Dignissimi erunt, quibus mos geratur, nimirum ut instructiores compareant in futuris Comitiis et forsan in loco commodo nostra opera utantur. Praestabis Te illis, ut omnium usui expositus es, talem, qualem Te, quum illic ageremus, praedicavimus esse. Si quid tale est, fac ut sciam. Arcana ad me nihil. Bene vale. *Basileae* 24. Aug. 1531.

Tuus *Oecolampadius.*

LXIX.

Benedictus Noll Zwinglio.

Gratiam et pacem a Deo et Domino nostro Jesu Christo. In quam

---

[1]) Fratribus *Argentinensibus.*

sententiam in novissimo populi conventu plures pedibus ierint et quae alia facta sint, tibi, mi carissime Magister *Udalrice*, fratrem *Matthiam* [1]) praedicatorem *Hundwilensem* satis indicasse spero, scilicet ut nos sacerdotes totius pagi per spatium mensis de doctrina ad consensum perveniremus; quod si non factum esset, ut ad proxime futuram Synodum iremus et in ea ipsa inter nos consentiremus. Qui autem non affuisset Synodo obtemperans huic legi, ut ei pax et tutus commeatus negaretur. Qua re Missarii tantopere perterriti sunt, ut ea dominica neque sacra pomeridiana neque postridie ullam Missam haberent. Deinde qui ad *interiores Rhodas* pertinent, et qui Evangelio repugnant et qui ei student, magnum duplicem Senatum habuerunt 8. Augusti absentibus omnibus iis qui ad *exteriores Rhodas* pertinent, in quem clericos suos Missarios vocaverant, et eis persuaserunt, ut rursus Missas haberent, tamen per totum mensem; in eodem Senatu 18 viri electi sunt, scilicet 6 adversarii ex *interioribus Rhodis* et 6 amici, nec minus 6 ex *exterioribus Rhodis*, qui cum Ammanno considerent et aliud consilium concordiae et pacis universi populi quaererent, tamen salvis legibus illius conventus, quod quidem factum est assentientibus *exterioribus Rhodis*, a quibus vix impetratum est, ut 6 viros suos adjungerent, sed ea lege, ut nihil decerneretur, quod sanciretur, sed ut totum consilium differretur et ecclesiis proponeretur. Quibus 18 viris quum 15. Augusti convenissent eam causam tractatum, visum est, ut amicis in ecclesia *Abbatiscellana* jus concederetur legendi doctum christianum praedicatorem, qui eis Dei verbum neque quicquam aliud praedicaret etc. Quae omnia exhibent primae literae his inclusae datae dominica ante Bartholomaei. In qua re *exteriores Rhodae* assentire noluerunt una sententia, sed petierunt, ut ea fideliter observarentur, quae conventus populi accepisset et ut clerici inter se committerentur. Deinde populus *interiorum Rhodarum* cum aliis amicis id consilium cepit, quod exhibetur alteris literis his inclusis, quas dominica post Bartholomaei ad *exteriores Rhodas* miserunt eos precantes. Quo facto pars *exteriorum Rhodarum*, scilicet *Herisavienses* et *Hundwilenses* iis morem gesserunt, alii autem non, sed iterum ut antea petierunt, ut leges conventus observarentur, nosque inter nos committeremur vel in collegium mitteremur. Haec igitur ad majorem Senatum relata sunt, qui convenit lunae die post Bartholomaei, in quo autem adversarii in omnibus rebus pluribus suffragiis vicerunt. Quod factum est eo, quod ex *exterioribus Rhodis* pauci illuc venerant propter tempestatem turbulentam. Denique in eas sententias plures pedibus ierunt in Senatu quem dixi, ut qui vocantur *Lutherani* praedicatorem legerent, scilicet eum qui in *Gams* est (qui quidem fidelis minister est Verbi, quod scimus), qui nemini parcens praesentibus clericis Missariis et universa ecclesia concionaretur de novo et vetere Testamento, tamen non diutius quam tres menses. Per quod tempus clericis Missariis quoque liceret exercere cultum suum, neque cuiquam rationem reddere deberent per hos tres menses. Praedicator autem cuique in jus respondere

[1]) *Kessler.*

deberet de doctrina sua. Si autem qui in *Gams* est iis conciliari non potuisset, iis *Bremgartensem* [1]) vel *Blaurerum Constantiensem* legere et vocare liceret, et si tres menses praeteriissent, ut, utri parti libuisset ea tenere et observare, quae conventus populi antehac accepit, ei liceret. Itaque legibus conventus nihil detractum est, quamquam res dilata et suspensa est. Quod consilium proxima dominica *exteriores Rhodae* rogabuntur, quibus facere licebit utrum voluerint. Haec te celare nolui, sed tibi scribere, ut nobis consuleres, si fieri potuerit, ad Saturni diem, quid suadeamus *exterioribus Rhodis* et quid amplius nobis in hac re agendum sit. Festinanter scripsi ideoque omnia incomposite neque ut opus fuit, cujus rei veniam precor, tabellarius enim diutius manere noluit. Quamquam existimo, te causam satis intellexisse et eorum consilia; tu igitur nobis consulere velis quam optime potes, ne nos praedicatores accusemur. Denique Deus vobiscum omnibus sit, tu autem me et nos omnes commendatos habere velis. Dedi, ut vidisti, festinanter *Teufae* in terra *Abbatiscellana* Martis die post Bartholomaei 1531.

Benedictus Noll Praedicator Teufensis
in terra Abbatiscellana.

Quod attinet ad Catabaptistas, ut negligentia Senatus apud nos invalescant tabellarius tibi narrabit. Per primum tabellarium mihi duas literas Missivas et consilium tuum remittere velis, omnia D. *Vadiano Sangallensi* tradenda.

69.

Benedikt Noll an Zwingli.

Gnad und Fried von Gott und unserm Herrn Jesu Christo. Was sich an der lezten Landsgemeind, mein lieber Meister Ulrich, verloffen habe und das Meiste sei worden, hat Euch Bruder Mathias Prediger zu Hundweil, als ich achte, genugsam eröffnet, nemlich, dass wir Priester im Lande der Lehre halben eins sollen werden in Monatfrist; wo nicht, so sollen wir auf den nächstkünftigen Synodum hinaus miteinander und daselbst eins werden. Welcher aber nicht im Synodo als ein Gehorsamer würde erscheinen, dem sollte Fried und Gleit, Schuz und Schirm abgeschlagen sein. Darab sind die Mässling dermassen erschroken, dass sie desselben Sonntags kein Vesper, und des andern Tags gar keine Mess gehabt haben. Auf solches haben die von den innern Rhoden, so dem Evangelium widrig (sammt den Gutherzigen von ihnen) einen grossen Valten Rath gehabt auf den 8. Aug. in Abwesen aller AusRoden und ihre Messpfaffen beschikt und gestärkt wieder Mess zu haben, doch den Monat aus, auch im selben Rath verordnet 18 Mann samt dem Ammann, nemlich 6 von den innern Rhoden widerwärtig und 6 gutherzig, auch 6 von den AusRhoden. Diese sollten zusammen sizen und ein ander Mittel suchen der Einigkeit und des Friedens eines ganzen Landes, doch unnachtheilig der

[1]) *Bullinger.*

Gemeinde, das ist nun beschehen mit Verwilligung der AusRhoden, die komm (kaum) erbetten, Ihre 6 Mann auch dazu gegeben haben, aber allein zuzuhören, nichts Endliches zu beschliessen, sondern allen Anschlag wieder hinter sich zu bringen, für die Kirchhören, und als nun diese 18 Männer auf den 15. Aug. zusammen kommen sind in dieser Sache zu handeln, hat sie für gut angesehen, dass den Gutherzigen zu Appenzell in der Kirchhöre vergönnt und zugegeben werde, zu erwählen einen wohlgelehrten christlichen Predikanten, der Ihnen Gottes Wort und nichts anders verkünde etc. Wie dann dieser erste Brief lautet, geben auf Sonntag vor Bartholomäi etc. Auf solches haben die AusRoden einhellig darin nicht wollen verwilligen, sondern begehrt, dass dem treulich gelebt werde, dass eine Landsgemeinde habe angenommen und dass man die Pfaffen aneinander lasse etc. Nach diesem haben die von den Innern Rhoden, samt den Gutherzigen einen solchen Anschlag gemacht, und diesen andern Brief gesandt für die AusRhoden und gebeten auf Sonntag nach Bartholomäi etc. Darauf die AusRhoden etliche, nemlich Herisau und Hundweil ihnen haben gewillfahrt, die andern aber nicht, sondern begehrt, abermals wie vor, dass der Gemeinde gelebt werde, und man uns aneinander lasse, oder auf das Capitel schike. Solches ist nun vorgebracht einem grossen Rath, gehalten auf Montag nach Bartholomaei, in welchem aber die Böswilligen alle Mehr haben mögen machen. Macht dass der AusRhoden wenig hinein haben mögen kommen vor Ungewitter. Summa ist dieses das Meiste worden in dem genannten Rath: die, so man nennt Lutherisch, mögen einen Predikanten erwählen, nemlich den von Gams (der auch ein treuer Diener des Worts ist, nichts anders ist uns zu wissen) und der soll ohne alles Verschonen in Gegenwart der Messpfaffen und der ganzen Gemeind predigen Neues und Altes Testament, doch nur 3 Monat lang. Dieweil sollen die Messpfaffen allen ihren Tempelgewerb auch brauchen, und in diesen 3 Monaten niemand darum Rechenschaft schuldig sein zu geben. Aber der Predikant soll männiglich eines Rechten sein seiner Lehre halben. Wo aber der von Gams ihnen nicht möchte werden, so ist ihnen nach gelassen den von Bremgarten oder den Blaurer von Constanz zu erwählen und berufen, und so die 3 Monate herum kommen, welcher Partei gefallt dem nachzukommen und zu geleben, das vor eine Landsgemeinde hat angenommen, mag dasselbe thun. Also ist der Gemeinde nichts abgebrochen, wol verzogen und verlängert. Dieser Rath und Anschlag soll auf jezt Sonntag nächstkünftig vorgetragen werden den AusRhoden, die mögen thun weders sie wollen etc. Dies hab ich Euch nicht wollen verhalten, sondern zuschreiben, auf dass Ihr uns rathet, wo es möglich mag sein bis Samstag, was wir sollen rathen den AusRhoden, und was wir in dieser Sache weiter sollen handeln etc. Ich habe eilends und darum alle Dinge unordentlich und nicht nach Nothdurft geschrieben, darum verzeihet. Der Bote mochte nicht warten. Ich achte aber, Ihr verstehet den Handel und ihre Anschläge wohl, darum rathet uns in Treuen, damit wir Predikanten nicht beschuldigt werden. Hiemit sei Gott mit Euch allen

und lasset mich und uns alle Euch befohlen sein. Geben, wie Ihr sehet, eilends zu Tüfen im Land Appenzell. Zinst. nach Barth. 1531.

Von mir Benedikt Noll Predikant zu Tüfen im Land Appenzell.

Der Täufer halber, wie sie überhand nehmen bei uns, aus Hinlässigkeit des Raths, wird Euch der Bot berichten etc. Schiket mir bei dem nächsten Boten wieder die 2 Missiven und euern Rath: alles dem D. Vadiano zu S. Gallen.

LXX.

Zuinglius colendissimo fratri [1]).

Gratiam et pacem a Domino. Accepi Frater charissime doctam et piam epistolam tuam, qua quaedam objicis, quae, ut prima fronte sese offerunt, contra providentiae sententiam facere videntur; cum tamen penitius introspecta, non tantopere dissentiant a vera sententia. Quin haud dubito, diligentia tua interea temporis ad ea te penetravisse, quae tum abstrusa et clausa, cum epistolam scriberes, credebas. Memini enim, in libro nostro pro virili redditam esse rationem, cur Dominus Deus dignetur cum hominibus humano more loqui. Cum igitur sic nos affatur: Si feceritis quae vobis praecipio, et: Ego sum qui scelera patrum usque in posteritatem eorum persequor; caeteraque ejuscemodi, nostro schematismo utitur. Sic enim solemus patres, liberos nostros aut in, aut dehortari. Dignatur ergo coelestis quoque pater eo modo loqui. At quomodocunque verba prolabantur, etiam hominibus, certus tamen ac firmus ubique manet veritatis animus; hic est, unum esse Deum, eumque esse unicam virtutem ac lucem rerum omnium. Quod impiorum autem ille opus non habeat (nam neque piorum illi opus est), facile diluitur, cum quod eos ad nostram doctrinam ac lucem creat (quomodo enim quid pietas sit sciemus, nisi ex impietate magistra, imo hoste didicerimus?) tum quod omnium creaturarum illi non aliter est opus, quam ad usum bonumque non suum, sed creaturarum ipsarum. Sunt autem quae in medium adfers, ex libris apocryphis ferme producta; quae, ut talia facile concedam esse, quae lectu digna habeantur; nunquam tamen ad eam firmitatis mensuram perveniunt, qua canonica pollent. Sunt enim magis diluta, ac imbeciliora; ut quae potius imitationes priorum sint scriptorum, quam proprio recentis spiritus fervore scripta. Haec Frater ac Domine colendissime, ad jucundam et eruditam epistolam tuam, paucula respondere statui; quod credam te jam non ultra haerere, etiamsi prius haesisses; et postquam nos in numerum fratrum sic acceperis, ut Dominum pro me ores; quod vicissim facturus sum. Jubeo te valere in Domino. *Tiguri*, ult. August. 1531.

---

[1]) *Johanni Conhardo*, Gendavi. Cf. Ep. Conhardi ad Zw. 21.

LXXI.

Besserer, Consul Ulmensis Zuinglio.

Gratias Deo agit pro Papismo feliciter hactenus destructo, et Sacellanum ei suum commendat, variisque documentis affectum suum exprimit Zuinglio. 3. Oct. 1531 [1]).

LXXII.

Laurentius zur Aich ad Zwinglium.

Doctissime, venerande *Udalrice*. Tibi officia mea semper promptissima erunt. Carissime Domine. Quum non ignoremus, rem divini verbi ad hominum mores emendandos quam maxime potest promovendam tibi maximae curae esse; quod quidem apud nos *Rhenaviae* parum fructuum ferre videtur, sed plus noxae; neque culpa praedicatoris, qui ex mea sententia recte et gnaviter agit et velit vel cum periculo et detrimento suo eam rem justa via promoveri. Sed consiliis et clandestinis machinis Sculteti ei rei inimici eorumque qui cum eo faciunt, qui quum interdum flagitiorum, adulterii aliorumque vitiorum poenas dedisset non desiit Praedicatorem, Verbum et omnes ejusmodi res convitiis insectari et contemnere praesenti quocunque. Denique eum aliosque Senatores non puduit S. Bartholomaei die illi praedicatori palam pro suggestu obloqui. Nam cum Scultetus et Senatores per tempus concionis sacrae consilium iniissent et pene finita concione in ecclesiam venissent, eis dixit, neque verbis ineptis, id neque alios neque Scultetum et Senatores decere, quibus quidem Dei verbum imprimis promovendum neque impediendum sit. Id autem fieri, si per tempus concionis sacrae consilium ineant. Ad quae me ipso praesente multa indigna ediderunt. Postridie autem conventum parochialium habuerunt, in quo inter eos convenit eum dimittere. Senatus igitur ad eum misit, qui me praesente ei munus renuntiarent et dicerent, eum invidia et odio motum concionari ad discordiam gignendam, sibique ignominiam afferendam, eum se et universum conventum perjuros dixisse, atque si habeat quod queratur, et putet sibi injuriam afferri, se ei in jus responsuros esse apud Dominos suos *VII Pagorum*. Ad quae quum ego quoque aliquid dicere voluissem, me jusserunt ex conclavi discedere, quod me audire noluerunt. Quam causam praefecto scripsi. Qui *Rhenaviensibus* rescripsit, ut praedicatorem in praebenda manere et munere fungi sinerent, eosque vetuit per jusjuranda quae dedissent eum vexare, donec Domini nostri *IV Pagorum* advenerint, quos hac hebdomade exspectamus. Tu igitur, quam maxime precor, quem quidem vel ultro ad id propensum esse scio, eam rem tibi curae habere velis, et quam optime consulere et adjuvare, quae tibi praedicatori *Joanni Dietrich* expedire visa erunt.

---

1) Hott. Hist. Eccl. VI. 516: „*Ulmensium* Consul D. *Besserer* prolixas ad Zwinglium dedit literas.“ Quae epistola non exhibetur inter exempla *Simleri*, neque adhuc reperiri potuit.

Haec est causa, de qua eam rem tibi optimo consilio indicavi; tu, precor, etiam ita mihi accipias literas meas. Denique Deus nobis praebeat gratiam et pacem. Dedi 4. Sept. 1531.

Laurentius zur Aich Turicensis
Administrator Rhenaviensis.

72.

Lorenz zur Aich an Zwingli.

Wohlgelehrter Herr Ulrich. Mein williger Dienst seie Euch allzeit bereit. Lieber Herr. Weil wir wol wissen, dass Euch der Handel des göttlichen Worts, damit dasselbe auf das höchste gefördert werde, zu Besserung der Menschen trefflich angelegen ist, und dasselbe aber bei uns zu Rheinau nicht sonders Frucht tragen will, sondern zu mehr Unrath entstehen will, nicht aus etwas Mangels des Predikanten, der meines Verstands treulich und wol handelt, und gern sähe, auch mit Gefahrlichkeit und Nachtheil seiner, dass es recht zuginge. Sondern aus Rathschlag und heimlicher Praktik eines böswilligen Schultheissen und seines Anhangs, der, nachdem er etwa seiner Büberei, Ehebruchs und andern Lastern gestraft, nicht nachgelassen, den Predikanten, das Wort und den Handel zu schimpfen und verachten vor jedermann. Auch zulezt sich nicht gesehämt samt andern des Raths den genannten Predikanten an S. Bartholomäus Tag offentlich an der Kanzel zu widerreden. Denn als sie Schultheiss und Rath unter der Predigt Rath gehabt und gar nach zu End der Predigt kommen, sagt er ihnen, nicht mit ungeschikten Worten, solches unziemlich sein und einem Schultheiss und Rath nicht wol anstehe, die doch das Wort Gottes fördern vor andern und nicht hindern sollten. Das aber geschehe, so sie unter der Predigt Rath hielten, führten sie, unter Augen und in Beiwesen mein viel ungeschikter Worte. Des andern Tags aber hielten sie eine Gemeinde, wurden eins, ihm Urlaub zu geben. Schikt der Rath nach ihm, gaben ihm Urlaub in meiner Gegenwärtigkeit und sagten ihm, er predige aus Neid und Hass auf Unfrieden, und geschandte sie und hätte sie eine ganze Gemeinde meineid gescholten, und beschwerte ihn der Handel, dass er vermeinte, ihm geschehe ungütlich, wollten sie ihm eines Rechtens vor ihren Herren den 7 Orten sein. Da hätt' ich auch gern etwas zum Handel geredt, musste aber also von ihnen aus der Stube, dass sie mich nicht hören wollten. Habe den Handel dem Landvogt geschrieben. Hat er denen von Rheinau geschrieben, dass sie den Predikanten bei seiner Pfrund und Amt lassen bleiben und versehen, und ihnen geboten bei ihren geschwornen Eiden, ihn ruhig zu lassen bis auf Zukunft Unserer Herren der 4 Orte, deren wir jezt der Wochen wartend sind. Ist also meine ernstliche Bitte an Euch, wiewol ich weiss Euch zu solchem sonst geneigt sein, Ihr wollet Euch die Sache lassen angelegen sein, und was Ihr vermeinet dem Predikanten Hans Dietrich wol erschiessen mögen, aufs treulichste rathen und helfen. Habe auch den Handel darum im Besten Euch zu wissen ge-

than. Bitte auch solches also von mir aufgenommen werden. Damit verleihe uns Gott Friede und Gnade. Den 4. Herbstmonat 1531.

Lorenz zur Aich von Zürich,
Amtmann von Rheinau.

LXXIII.

Caspar Richender pastor in *Herzogenbuchsee*, nomine uxoris suae, Martham ejus filiam, quam ipse carnalis filiae loco habiturus est, educandam, si *Zuinglii* fieri potest consilio, petit 7. Sept. 1531.

LXXIV.

Caspar Grossmann Magistro Cammli vel Zwinglio.

Gratiam a Deo Patre ante omnia. Carissime Magister *Chammli*. Hac hora vir probus ad me venit, qui mihi dixit, *Solodurenses* diem indicere conventui in illa urbe habendo, sed nemini nisi arbitris, quod intellexi; quod tibi sola de hac causa indicavi, ut scires quid tibi agendum sit. Deinde Domini nostri hodie in Senatu Diacosiorum sese acriter oppugnaverunt, et quidem hominem, qui novissima dominica inhumana verba edidit de *Helvetiis* et incolis ditionis nostrae, hodie in carcerem jecerunt et honoribus moverunt. Quam quidem poenam justam dedit. Bona spe sum, nos probe et fortiter agere incepturos esse. Etiam eras graves Legati *Friburgum* mittentur, qui ex iis quaerantur, num ita sit, ut eorum Legati paci componendae hic coram Dominis nostris profecturi dixerint, quod equidem intellexi, quae nuntiare jam non opus est. Etiam nuperrime tabellario tuo, qui altera manu claudus est, qui in *Valesia* fuit tuo nomine 17 Batzos et 11 Halleros mutuo dedi, quod amplius et majorem in modum faciam, si occasio data erit. Quae pecunia mihi nondum reddita est. Tu igitur, precor, eam mihi tradere velis quam maturissime potueris. *Bernae* 8. Sept. 1531.

Caspar Grossmann Praedicator *Bernensis*
tibi promptissimus.

74.

Kaspar Grossmann Meister Cammli oder Zwingli.

Gnad von Gott unserm Vater etc. zuvor. Lieber Meister Chamli. Es ist auf diese Stunde ein Ehrenmann zu mir kommen und mir gesagt: die von Solothurn beschreiben einen Tag zu ihnen in ihre Stadt, aber Niemand anders, als ich verstehe, denn die Schiedleute, und das zeige ich Euch allein darum an, dass Ihr Euch hierin auch wisset zu halten. Weiter so haben unsere Herren heut ernstlich einander vor Rath und Burgern erfegget, und namlich einen, der auf nächsten Sonntag eine grobe Red der Eidgenossen und unser Landleuten halben geredet, den haben sie heute in Thurm geworfen und von Ehren gestossen.

Er hat es wol verschuldet, und ist ihm recht beschehen. Ich bin guter Hoffnung, wir wollen anheben redlich und tapfer zu handeln. Man schikt auch auf Morn eine ernstliche Botschaft gen Freiburg mit ihnen zu reden, ob ihm also sei, wie ihre Boten, die Schiedleute, als ich verstehe, hie vor unsern Herren im Heimreiten geredt haben, nicht Noth hie zu melden. Ich habe auch zum nächsten Euerm Boten mit der lahmen Hand, der in Wallis gewesen ist, in Euerm Namen 17 Bazen und 11 Haller geliehen, das wollte ich noch weiter und mehr thun, wenn es sich begäbe. Es ist mir noch nicht wieder worden. Will Euch bitten, wollet mir es verschaffen, so bald es sein mag. etc. Bern den 8. Herbstmonat 1531.

Caspar Grossmann, Predikant zu Bern.
Euer Williger.

LXXV.

Bucerus Zuinglio.

Salve observande Praeceptor. Redierunt nostri ex *Schmalkaldo*, ubi legati Principum Electorum, *Moguntini* et *Palatini* ab evangelico foedere petierunt, agnosci *Ferdinandum*, adiri Comitia, accommodari omnia paci. Ita accepimus nos. Legati Evangelicorum se hinc relaturos suis Principibus et Rebuspublicis receperunt. Eadem apud Electorem *Saxonem* egerunt duo Comites *Guilhelmi*, *a Nassau*, et *nova Aquila*, uterque Evangelio favens, a Caesare quidem subornati, suo tamen nomine, licet nos sciamus, etiam impensas Caesarem suppeditasse. Id autem prae se tulerunt, Caesarem permisisse, ut hoc negotii susciperent. Ita habetur ratio Majestatis. Id vero compertum est, Caesari, ut semper, scopum esse, omne negotium hoc opprimendum esse. Rationem opprimendi quaesivit hac tota aestate legatus Pontificis cui adjunxit Caesar duos summae apud se fidei consiliarios. Quid invenerint incertum, nisi quod ex iis, quae nunc geruntur, conjicere licet, inter cetera visum illis ante omnia tentandum, si rursus possemus disjungi. Nam quicunque ad isthuc negotium a Caesare extruduntur, ferenda omnia ad Concilium usque jactant, praeter dogma Eucharistiae, Electorique *Saxoni* persuaserunt, hujus se quoque suspicione jam laborare, quod nos in foedus receperit, adeo ut hic se anxie nunc purget. Ita abutuntur innocentis Principis simplicitate, et Consiliariorum quorundam vafritie ne dicam ff. Ex *Saxonibus* enim sunt, qui quales quales inducias hoc vaframento obtinuisse in lucro haberent, quo plurimum propendent et *Nurenbergenses*. In pristino vado haeremus. Si remittere vel in speciem aliquid volet legatus, valde verendum, ut desciscant plerique. Sed nos Domino nitimur, quanquam tantum offendiculum merito deprecamur. Ad *Hessum* nullus missus conciliator est. Habetur forsan deploratus, aut tum tentandus, cum cesserit Elector. Venturum hunc ad Comitia, nondum verisimile est, nec foret consultum. Nihil enim salubrius, quam extrahere diem, quod rectius fiet, dum Legati

tantum adfuerint. Pecuniam magnam congerit Caesar et Pontifex. Hic *Venetiis* emptis, moxque revenditis, sed minoris multo, quam emerat, aromatis, verum parata pecunia, cum sponsionibus emisset, ingentem pecuniae vim confecit. Ille jam conficit, indictione, quam inferior illa ditio Caesaris sexennio soluturum recepit mancipata Mercatoribus. *Fuccari* obtulerant se suam portionem in *Hispaniis* numeraturos, sed requirit eam Caesar in *Germania*. Neque enim nihil insumitur in exercitum *Italicum*, haud temere vobis tam vicinum. Haec omnia ab illo nostro heri accepi, exceptis tantum capitibus Legationis, quam ad Evangelicos, *Moguntinus* et *Palatinus* miserunt. Ea enim ab aliis accepi, quare non contendo certa esse, sed aliunde de iis certiora rescies, alioquin explorassem hodie et ista. Vos impletis illud vetus: Non est facile caedere *Helvetios* per *Helvetios*. Et recte quidem, quid enim cives et confoederatos plus pace et concordia decet? Sed utinam dum non est vel usus vel caussa belli, quae nisi urgens sit, nec usus esse potest, paci locus detur, et mature, ut socii mature recipiantur, quos scis. Si enim patriam quis perdere volet, hunc majoribus animis oppriment boni, quos modo nescio quae tenet ratio aequitatis aut misericordiae erga quaerentes potius, quam perferentes vim. Dominus dirigat Te, a quo plerumi pendent, ut ex ipsius sententia consulas, agasque omnia. Horum licet sciam per alios Te futurum certiorem, ut tamen et ego officium facerem, haec scribere libuit. Bene vale et saluta fratres atque uxores. Salutant Te nostri omnes. Valde autem Te oro, afflicti nimium et jam paternis quoque bonis exuti *Carini*, cum licebit, memor sis, quod scio ultro facturum. De negotio *Anglico* nihil obsistemus vobis, etsi in idem venire nondum possumus. Rationes scripsimus *Grynaeo*. Consilium sacra res, praeter conscientiam nostram nihil possumus, nec vos quicquam petituri. *Argentorati*. Id. Sept. (13. Sept.) 1531.

M. Bucerus, tuus.

LXXVI.

Zuinglius Vadiano.

Gratiam et Pacem a Deo. Habeo, vir clarissime, consanguineum quendam, quocum a teneris fere convixi, usque ad annum hinc quintum ac decimum, cum eum Scotomion sive vertigo sic rapuit, ut neque missandi, neque docendi fungi posset munere. Is cupit alimentum in Hospitali vel Prytanco vestro, si queat, coemere. Natu me grandior est duobus annis: quinquagesimum ipse, nos quadragesimum octavum agimus. Census ejus CCLXX aurei. Sic captus est vertigine, ut nullo sese movere sine duce possit. Sed huic mederetur ancilla aliqua inferioris classis. Habent enim πτωχοδοχία harum plures, quae propter tenuitatem rerum, quas attulerunt, ejuscemodi ministeria recusare nec debent, nec possunt. Vir alioqui, non dico, probus, sed sanctus est, verax, pius, prudens ac facetus. Rem ergo Te dignam feceris cum pro CL florenis alimentum ei quaeres, et pro reliquis CXX pensionem XII florenorum. Diu vivere non potest, et jam cuncta vobis cedent.

Apud nos cautum est, ne quisquam extraneus aut alienigena recipiatur. Tuam ergo fidem hic imploro, non minus quam si aut mihi aut germano ope opus esset. Eam ubi praestiteris, sicut non ambigo, in meas rationes referam. Vale, et quicquid voles, nostra effectum opera, jube atque imponito. *Tiguri* 17. Sept. 1531.

Ne cures, quando Literae ad Te perveniant: Scis enim, commendatitias reddi, cum occasio est.

Huldrychus Zuinglius, tuus perpetuo.

LXXVII.

N. N. [1]) ad Zuinglium ex Mediolano.

Reverende amice carissime. Gratissimae nobis vestrae Literae fuerunt, quod ex iis vestrum erga nos affectum observantiamque cognovimus, quam quidem plurimi facimus, et ut in ea perseverare velitis, enixe rogamus. Cognoscetis enim si quapiam in re vobis gratificari posse nobis continget, nos vestri commodi et honoris fore studiosissimos. Ceterum, quoniam super his, quae nobis scripsistis, nonnulla *Joanni Dominico Panizono* istic nostro Secretario per Literas significavimus, qui prolixius de his vobiscum aget, finem scribendi faciemus, si vos obsecraverimus, ut in his quae nostro nomine memoratus Secretarius noster referet, non secus fidem habeatis, ac nobis ipsis si praesentes loqueremur. Nosque vobis offerimus et Commendamus. *Mediolani* d. 17. Sept. 1531. [2])

LXXVIII.

Bucerus Zuinglio.

Salve in Domino, observande *Zuingli*. Contra veterem morem *Helvetiorum* testudinei estis. Pontificii, qui Caesarem totum habent, falsi sunt expectatione sua de Electore *Saxonum*. Dum enim hic renuit ad Comitia [3]) venire, vel filium mittere, nisi ante collatis sibi feudis, ut vocant, quae illi Caesar propter religionis diversitatem hactenus conferre distulit, et accepta fide, qua securus vel venire, vel filium mittere possit, item *Lutherum* secum adducere, conciones liberas instituere, et omnia pro suo more agere. Perplexi sunt, et videtur ratio consiliorum eorum perturbata. Haec enim Caesar dare non poterit, et debita, quae persolvi sibi simul postulat, volet, quare cum minime venturum Electorem jam credat Caesar, subsistit, et non procedunt Comitia, quanquam *Ferdinandum* in diem Jovis proximum *Spiram* adventurum dicant. Haesit jam dies aliquot *Stuttgardiae*. *Esslingae* expectatur *Blaurerus*. Minacissime his Rex scripsit, praecipiens, ut

---

[1]) Dux Mediolanus.

[2]) Quod nomen subscriptum est legi non potest.

[3]) *Spirensia*.

suum concionatorem rejiciant. Verum illi viriliter responderunt, perstantque fortiter. Hacque hora literas accepimus ab *Augustanis* fratribus, qui exemplum miserunt literarum *Campidonensium*, qui illico concionatorem petierunt, per quem plebs, quae nostra est, et Senatus, qui hactenus voluit *Lutheranos* esse, inflammatus a duobus concionatoribus mire contentiosis, quos habent, concilientur. Si possumus tranquillitatem apud vos consequi, non dubitarim, haec duo oppida, cum reliquis, quae scis, nomen nostrae societati datura. Id ego praeferrem victoriae contra quinque Reges [1]), nisi prorsus posset contingere incruenta. Utinam vel recta aggressi rem essetis, vel distulissetis. Sed sic visum Domino est, qui dabit quoque finem optatum. Bene vale. *Argentorati* 7. Cal. Oct. (1531.) Saluta fratres, uxorem et D. *Pfleger*.

M. Bucerus, tuus.

LXXIX.

Johannes Dominicus Panizonus Zuinglio.

Clarissimo Viro, Domino *Udalrico Zuinglio*, Domino meo observandissimo.

Clarissime Domine honorande. Hodie habeo Literas a Domino Duce meo, qualiter Pratica pacis cum hoste penitus extincta est, et nunc in Castris consulunt, ut vel *Leucum* vel *Mussium* [2]) expugnetur, et in hujusmodi expugnatione opus est magna copia pulveris: ideo Ducali nomine Dominos *Turicenses* rogabo, ut illud plus pulveris quod possunt Excellentiae Tuae concedant. Obsecro Dominationem Vestram, dignetur rem juvare, ut ille *Mussius* publicus proditor quam celerrime eradicari possit, et sic Dominationi Vestrae me plurimum commendo. Ex hospitio. 29. Sept. 1531.

Dominationis Vestrae

Servitor *Joannes Dominicus Panizonus*.

LXXX.

Philippus Landgrafius Hassiae ad Zwinglium.

Benevolentiam nostram tibi ante omnia pollicemur, Vir doctissime, carissime, eximie. Tibi pro clementia nostra indicamus, nos tibi brevi nonnullas res scripturos et nuntiaturos esse, quibus si audieris gaudebis, homines autem, quibus tu quoque inimicus es, irascentur. Quae tibi nondum scribere neque pennae confidere voluimus. Quod te pro clementi benevolentia nostra celare noluimus, quam tibi nos nunquam non praestituros esse pollicemur. Dedi in *Wenfriede* Saturni die post Michaelis 1531.

Philippus Landgrafius Hassiae scripsit.

---

[1]) Pagos.

[2]) *Lecco* vel castellum *Mussium*.

80.

Philipp, Landgraf von Hessen an Zwingli.

Unsern gnädigen Willen zuvor. Hochgelehrter, Lieber, Besonder. Wir geben Euch gnädiger Meinung zu verstehen, daes wir in Kurzem Euch etliche Sachen schreiben und anzeigen wollen, die Ihr gern hören werdet, und den Leuten, denen Ihr auch Feind seit, zuwider sein. Welches wir diesmals Euch noch nicht zuschreiben, noch der Feder vertrauen wollen. Solches wollten wir Euch gnädiger guter Meinung unvermeldt nicht lassen, und sind Euch mit Gnaden geneigt. Dat. Wenfriede am Samstag nach Michaelis. 1531.

Philipps, Landgraf zu Hessen scripsit.

LXXXI.

Oecolampadius Zuinglio.

Salve mi *Huldrice*. *Grynaeus*, ut in caussa Regis *Brittannorum* impendio solicitus est, etiam *Wittenbergensium* sententiam expiscatus est. Volui, ut Tu quoque particeps fieres consilii illorum. Mihi sane satisfacit minime. Deus id genus nuptias inter abominationes Chananaeorum ponit. Quod autem in illis odit, eum lege naturae videtur pugnare. Nihil moror *οἰκονομίας* Dei in patribus. Jam prudenter *Philippus* tantum Regibus nostris, quorum sanctus scilicet animus pro lege est, permittit. Nolo pluribus. Multis egi cum *Bucero*. Petit, ne ultra urgeantur asseverare, quam bene conscii possint. Non hic de fide, sed honestate, agitur, cujus studium si utrinque fuerit, illaesa manet caritas. Ceterum, ut hic habeant omnia, sive quod ad Foederis pertinet integritatem, sive ad religionis sanctimoniam, ex aliis accipere, vel nullis referentibus divinare poteris. Me semper eundem habiturus es per omnia tuum. Vale. *Basileae* ultimo Sept. (1531.)

Oecolampadius.

LXXXII.

Farellus Zuinglio.

Salutem, Gratiam et Pacem a Deo Patre nostro. Tuis quam gratissimis literis admonitus optabam per pium illum *Meynardum* ad Te literas dare, sed virum, quem ob tuam commendationem et fidum testimonium agnoscere studebam, nondum datum est notum habere. Hic nobis sese obtulit pro *Maynardo*, ex quo facile quid apud *Gallos* pro verbo fiat, intelliges. Sunt, qui ad pietatem aspirent, sed quanto fervore novit Dominus. Apud *Gebennenses*, nonnihil audio de Christo meditari, et si per *Friburgenses* liceret [1]), ajunt excipiendum promte

[1]) *Fryburgenses* minabantur se Civitatem Christianam sublaturos esse, si *Genevenses* Evangelium praedicari patiantur.

Evangelium. *Bernenses* non ea diligentia laborant pro Christi gloria, qua *Friburgenses* pro pontificiis placitis. Non putarim Senatum *Bernensem* olim ita laturum levem injuriam in nuntium, sicut gravem in *Evangelium* perfert. Nihil pene non licet *Friburgensibus* in pios, indicta caussa rapiuntur in carceres, alii impune injuria afficiuntur. Jus est in armis. Christus pro sua bona voluntate disponat omnia, socordiam omnem et veternum excutiat a pectoribus eorum, per quos Christi honos procurandus venit. Nonnulla Tecum commentabitur hic, quae per gratiam Dei, quam impertitus Tibi est Pater poterunt facere ad illustrationem nominis Dei. Cupio te et laboris et fructus participem esse. Adniteris juxta prudentiam tibi concessam manus adjutrices porrigere. Res non parva est, neque contemnenda. *Petrum* sperabamus in messem Domini venturum, fractis cuculatis aliisque rasis, quos pridem verbum fugasset, si non tam strenue *Friburgenses* continuissent. Spero pacatis omnibus tandem opus aggressurum. Sed ne diutius Te remorer vale felix ac tecum pii omnes, quos salvere opto. *Grandissoni* prima Octobris 1531.

Tuus totus, *Farellus.*

LXXXIII.

Farellus Zuinglio, Christum Tiguri profitentem.

Quanta sit messis, quis populi ardor in Evangelium, paucis nemo expresserit. Sicut *Germaniam* benigne visitavit Pater, ita *Galliam* non dedignatur. Sed paucitatem operariorum deflere cogimur. Adcurrunt multi, sese quaerentes, non Christi gloriam; et prius docere festinant, quam fundamenta fidei didicerint, quos si non admisero, graviter succensent. Sed praestat illis non placere quam Deo, et plebi non consulere. Vocavimus crebris literis pios, et ad opus Dei non ineptos. Verum delitiae *Gallicae* ita detinent captivos, ut malint sine fructu perire, et mussitabundi latere sub tyrannis, quam palam Christum profiteri. Quod expertus est frater pius, qui isthic nunc agit *Petrus Toussanus* [1]), per *Oecolampadium* saepe huc vocatus literis, quibus nostras frequentes addidimus. Verum adduci nunquam potuit, donec e *Galliis* pulsus ad te se contulit. Quare, quantum agnoscis idoneum, tantum adige in vinea Domini properare, ac strenue laborare, id studio et diligentia compenset, quod diu cessans omisit. Pluribus non est quod te detineamus arduis occupatum, quae sancte dat perficere Dominus, teque ministro utatur diutius in suam gloriam. *Orba* a. 1531.

---

[1]) Qui Canonicus fuerat *Metensis*. Multas persecutiones, vincula, tormenta passus confugit in Helvetiam, in *Bernatum* tutelam.

EPISTOLAE QUAE QUO TEMPORE SCRIPTAE SINT, INCERTUM EST.

I.

Huldrico Zuinglio, eruditissimo bonarum artium magistro Henricus Glareanus. S. D. P.

Habes libellum, vir clementissime, de Aristotelis servatione inscriptum, quem rogo hilari fronte accipias; credidi enim rem tibi fecisse gratissimam, tum quia Aristotelicus es, tum etiam quia multos..... hunc condemnare videmus. Quorum ut insaniem rabiemque sedare possemus, solus *Lambertus* ille hujus libelli autor.... visus est, qui ex S. Scriptura testimoniis rem hanc profunde speculatus est, placuitque luculenter. Nec obstat, quod parum eleganti stylo usus sit. Nam oratores non sumus omnes, forsitan enim plus veritati quam elegantiae studuit, quod quidem, te ipso teste, longe melius est. Quo fit, ut labia comprimant, qui hactenus Aristotelem damnarunt, quod nec hoc nec oppositum probare possunt. Vale et me ames [1]).

II.

Anonyma ad Zwinglium.

Salutem quam plurimam amico possum dico ante omnia tibi, carissime Magister *Udalrice*. Te ut amicum et per Deum rogo, ut operam dare velis, ut lusus tollatur, quod, cum magnum vitium sit, opus est. Non enim credas quae impia vota ejus causa eduntur, cum Dei vis, potentia, quae passus est, terra et quaecunque excogitari possunt proferantur. Porro ii homines totos dies nec minus noctes una sedent, quo ita corrumpuntur, ut laborare neque possint neque velint, et conficiant quibus uxoribus liberisque opus est. Si autem quando domum redeunt, miseras uxores cogere volunt, ut sibi dent quod edant, et pecuniam qua ludere possint. Si autem accusantur apud amicos vel Consulem, nobis caedem minantur. Et si Magistratus lusum non prorsus tollere velit, ut saltem vetet eos majore pretio ludere quam Angstero, tabernarios autem post nonam horam et schedulas et vinum dare, et quidem mulcta, aeque ac saltare et cantare vetuit. Nihil ultra praeter votum ut Deus vobiscum sit.

---

[1]) Haec epistola exstat in bibliotheca collegii Canonicorum *Turicensium*. Gal. V. N°. 82.

2.

Eine Unbekannte an Zwingli.

Mein freundlicher Gruss zuvor. Lieber Meister Ulrich. Ich bitte Euch freundlich und um Gottes willen, dass Ihr daran seid, dass das Spiel abgestellt werde, denn es ist eine grosse Nothdurft und ist ein gross Laster, denn Ihr glaubet nicht die bösen Schwüre, die dadurch beschehen, denn man hebt Gott seine Kraft, seine Macht, sein Leiden, sein Erdreich, alles das man erdenken kann, da auf. Sizen den ganzen Tag beieinander und Nächte dazu und verlekeren, dass sie nicht werken können noch mögen, verthun was eine arme Frau mit ihren Kindern sollte haben. Wenn sie dann heimkommen, so wollen sie eine arme Frau zwingen, dass sie ihnen zu essen gebe und Geld damit sie spielen können. Soll denn eins seinen Freunden klagen oder dem Bürgermeister, so wollen sie uns zu tod zu schlagen.

Und wenn's man doch nicht gar ab wollt thun, dass man doch abthäte, dass man nicht höher machte, denn um einen Angster, und dass man einem Stubenmeister verböte, dass er nicht nach den Neunen weder Karten noch Wein gebe, und man eine Busse darauf sezte, wie man das Tanzen und Singen verboten hatte. Nicht mehr, denn Gott sei mit Euch!

III.

Oecolampadius Zuinglio.

Si vales bene: Nos valemus et solitis favoribus excipimur. Nonnihil sane tuo nomine soliciti sumus, ut valeas, fama enim fert, te languere, adeo, ut et a Concionibus abstinere cogaris. Quod si ita est, consolationem et tibi et nobis a Domino precamur. Fac igitur, ut quam primum nos hac solicitudine liberes, si bene habes [1]).

IV.

Oecolampadius Zuinglio.

Mi frater. Gratias habemus, quod pro nobis, imo pro Ecclesia Christi, quae hic, tam solicitus es, et in tempore mones. Sic ut pergas, praemia nimirum ampla a Christo ipso, Domino nostro percepturus, oramus. — Noli, mi frater, existimare, quasi de Te querar, et literas tuas superciliosius trutinem. Omnia enim Tua boni consulo, etiamsi severiter mecum ageres. Persuasum enim mihi est, quod Christi sis, et ille per Te operetur.

---

[1]) Haec epistola in annum 1519 cadere videtur, et quidem in id tempus, quo *Zwinglius* peste laborabat.

APPENDIX

EPISTOLARUM SERIUS REPERTARUM.

I.

Beatus Rhenanus Zuinglio.

— Heu quantum luctus, fatis concessisse, importunus rumor suo vehementi impetu divulgavit[1]). At tanto plus rursus gaudiorum, quod vita nobis tua morte charior, quae hercle et charissima est, et perpetua manebit, te e diris mortis faucibus feliciter ereptum, negotiator quidam *Tigurinus*, etsi absque literis, gratus tamen ac felix tanti gaudii nuncius, nobis attulit. [2]) (1519).

II.

Huldricus Zuinglius Domino Nicolao Kniewysz praeclarae Argentinensium urbis consuli quum piissimo tum eloquentissimo.

Gratia et pax a Deo patre et domino nostro Jesu Christo, filio ejus unigenito. Nolo, vir praestantissime! communibus, cur scribam ad ignotum, ambagibus prooemii vice uti. Quid enim προοιμιάσασθαι attinet, ubi vera et pia omnia esse oportet tam quae loquimur quam quae agimus. Gratias agimus, quotquot *Turici* sumus, fratres, piissime vir! omnipotenti Deo, quia te in summo apud tuos ordine constitutum verbi sui mysterium non celavit, qui tamen a summis et potentibus gratulatur sibi arcana sua esse abscondita et infantibus prodita. Videmus hac nota te inter vasa honorifica relatum, si modo in ea ratione fidei perstiteris, in quam a Deo tractus es, usque in finem. Cernis quantum saeviat Satan, ut omnia tentet, omnia misceat, ne praedam diu per injuriam occupatam relinquere cogatur. Ea vero non modo est animorum, sed et corporum, quae tam sunt circumscripta per Romanos pontifices quam conscientiae. Hinc videmus omnia aestuare instar Euripi. Nos interim patitur Deus anxios et sollicitos esse, ut fidei firmitatem exploret. Triumphum nulli decernit qui incruentam victoriam adfert; perpeti omnia propter illum oportet, si fideles videri cupimus milites. Ac quanto magis fervet adversariorum impetus et furor, tanto constantius obnitendum. Non ignoramus mortes varias, circumventiones, insidias parari fidelibus; sed frustra tentabuntur omnia si nos non frustra credidimus, hoc est: si non propter precariam hanc

---

[1]) Quod *Zwinglius* peste affectus erat.

[2]) Haec pars epistolae sumta est ex Hott. Hist. Eccl. VI. 311.

vitam adversariis Christi cedimus. 'Quae autem per Deum immortalem provincia erit viro forti dignior aut praeclarior, quam si in fidei filii Dei propugnatione fidelis et strenuus inveniatur! Sunt qui pro regibus et principibus acriter depugnent, ut gloriam sibi parent et rem, qui tamen quum summa videntur contigisse nunquam non miscentur aliqua insana tragoedia; pro Christo vero qui pugnant, pro gloria sua non sunt anxii. Unde et laeti et minime formidolosi certamen ineunt et, ignominia si sequatur in hoc orbe, at in alio cum summa felicitate commutabitur; et quanto nomen nostrum apud homines abjectius et contumeliosius erit, tanto praeclarius est apud Deum; beati enim erimus, si maledixerint nobis homines. Tu recte pieque facis, cui Dominus os et sapientiam tribuit, quod in gloriam uteris ejus qui dedit. Quae enim est nostra vita, bullae simillima, ut eam nolimus totam ei dedicare qui impertivit? aut quid tandem in hoc mundo tanti est ut ejus gratia a Deo deficiamus? Quum nos beatissime putamus vivere, absorbet inopinata et insidiatrix mors. Quanto igitur satius est lenociniis hujus mundi non capi, sed alacriter in statione Dei vigilare, ne unquam somno pressos veniens inveniat. Quam ob rem, vir prudentissime, ne diutius te obtundam, hoc solum a Domino peto, ut vias tuas dirigat et opus quod in te operatus est confirmet. Magni momenti est apud omnes *Argentoratum* et fides ejus jam in mundo annunciatur; quam si reliquae Imperii civitates strenue secutae erunt, firma spes est, omnes principes Christi doctrinae obstrepentes et oleum et operam perdituros esse. Vulgus passim resipit; hoc autem quum regeneratum fuerit: quibus militibus oppugnabunt belli isti principes Christi ecclesiam? Standum igitur firmiter et inconcusse; cantabit gloriam hodie pugnantium aliquando universa coeli militia, cantabit posteritas. Quid igitur? non omnia forti animo perferimus quum videamus, nos Domino ita placuisse, ut hoc certamen in haec nostra tempora rejiceret, quo simul in praecipiti initium stetit et pietas pulcherrima facie prospicit? Te, ut finiam, cum dulcissimo quodam Domino et sodali tuo *Nobili Bock*, equite et secundario apud Vos magistratu, quem Domino fidelem esse omnes praedicant, Altissimo commendamus. Commendamus et tibi *Gervasium* [1]) hunc nostrum, qui apud Vos natus est, apud nos multos Domino genuit, homuncio magni et imperterriti spiritus et coelestem sapientiam adprobe doctus. Commendamus *Capitonem*, *Butzerum*, *Matthiam*, *Hedionem*, *Symphorianum*, fratres omnes. State firmiter et nolite iterum servitutis jugo subjici! Reliqua, si audire cupis, *Gervasius* omnia memorabit fideliter. Boni consule! Servet ecclesiam suam Deus. *Tiguro* 6. die Augusti XXIV.

Huldricus Zuinglius ex animo tuus [2]).

---

[1]) *Gervasius Schuler*, postea pastor in *Bischwiler*, deinde *Bremgarti* et *Memmingae*. Cf. ep. 81. a. 1530.

[2]) Hanc epistolam primus *Timotheus Guilielmus Roerich*, Pastor *Fürderhemii*, auctor Historiae Reformationis *Alsatianae* atque inprimis *Argentoratensis*, editae 1831. Argentorati, Tom. 1. pag. 453 sqq. in lucem protulit, exemplar nactus in collectione epistolarum *Schadaeana*. Occasionem epistolae videsis a *Roericho* memoratam ibid. pag. 170.

III.

Omnibus numeris absoluto Viro D. Bilibaldo Birkaimero Consuli Christi fidelissimo servo.

Gratia et pax a Domino. Postremis litteris tuis hactenus nihil respondi tantumque temporis interfluxit ut ad nihil respondendum esse putem quam ad id quod de *Missae* nomine sentis. Equidem vero sentio, Missam non ab Hebraeis ad nos dimanasse; nam sic veteres maxime usi fuissent ea voce, qui multa per manus ab apostolis acceperant. Quod vero putas a missione, quae fit dum vel scenam vel concionem dimittimus [1]) vel rude aliquem donamus, id ego puto eruditius esse, quam quod de illo quidquam sciverint hac aetate homines, qua communio coepit Missa appellari: nam quid cum ista vetustate iis hominibus, qui nec an ipsi viverent sua aetate recte sciebant? quid porro cum hoc amaracino his suibus? Unde Missam arbitrati sumus a missa, hoc est oblata victima, ut isti putant, esse dictam; id autem palam professi sumus in Canonis Epichiresi [2]). Ceterum prodest omnino frequenter inter fratres commeare litteras. Quod autem ipse rarius scribo, hinc est quod is qui istas fert solus ferme ex nostris ad vos proficiscitur [3]), atque idem tam fidus est et candidus ut fideliorem ipse non habeam. Nam plus est nobis deditus quam si ex eisdem essemus prognati parentibus, id autem propter solum divinum cui multo maxime deditus est. Ejus itaque propter fidem litteris opus non habeo; sed quotiescunque ad te venerit omnia ex fide narrabit; omnium nostrorum conscius est. Plurima essent nova ad te scribenda; sed ea non posset unum ferre plaustrum. Satis sit ergo hominis memoria, ex qua tibi cuncta velut ex τῦ δορείε ἵππε prosilient, si nacto otio detur cum tranquillitate hominem audire. Breviter! nam urgeor vela colligere. Futurum arbitror ut *Norimberga* et *Tigurum* aliquando in eodem jungantur foedere. [4]) Vale! non relegi. Ex *Tiguro* 24. die Octobris MDXXIV. Salvus sit *Hosiander* [5]) ille sanctus et omnes fratres!

Huldricus Zuinglius tuus [6]).

IV.

Piis, providis, conspicuis, sapientibus Consuli et Senatui Majori *Mühlhusano*, Dominis suis clemementibus, benevolentibus, carissimis et in Deo fratribus.

---

[1]) Attamen haec vocabuli interpretatio maxime probata est et nunc fere tralaticia.

[2]) Vid. *Zuinglii* Opp. univ. T. III. pag. 89.

[3]) Sine dubio *Froschoverus* bibliopola.

[4]) Quam mature foedus civitatum Evangelicarum cogitatum est.

[5]) Cf. ep. 59. A. 1529.

[6]) Hanc epistolam primus e codice MS. Dorpati reperto in lucem edidit *Theod. Frid. Freytagius*, Phil. D. Rossorum Imper. a Consiliis, inter *Virorum Doctorum Epistolas* etc. Lips. 1831. pag. 24 sq.

Gratiam et pacem a Deo. Pii, providi, conspicui, clementes, benevolentes, carissimi Domini, foederis socii et in Deo fratres. Novissimo omnium Sanctorum die anni 24 ad nos, *Leonem Judae* et me, venerunt *Nicolaus Lienhart* et *Clara Brüstlin* homines honestissimi, et nobis ore et literis indicaverunt, a se, *Nicolao Lienhart* quaedam sibi vindicare mulierem, cui nomen *Agnes Hugler*, quas quidem vindicias parochi *Rufachensis* V. Cl. scripto testimonio ita sustulit, ut ei fidem non habere non possemus. Quamquam eum non novimus, sed literis ejus credidimus, etiam eum hoc testimonium scripsisse, hac de causa, quod, si non ita fuisset, qui protulit, non nos sed se ipse deciperet; ac cum illa adulteravisset, etiam utraque pars sua voluntate alteri matrimonium renuntiavisset, nobis visum est, *Nicolaum* quem dixi non peccaturum fore, si cum alia matrimonium iniisset. Deinde nobis attulerunt literas, quibus *Nicolaus Prugner* vir conspicuus, doctissimus, vobis et nobis carissimus, et qui apud vos Evangelio Christi operam dat, indicavit, *Claram Brüstlin* maritum habuisse, qui vita intemperanti et illicito concubitu, etiam aperto adulterio saepe tam inhonestum se praebuisset, ut *Clara* quam dixi se merito ab eo separare et sibi alium conciliare potuisset, si quidem tunc non nimiae offensioni fuisset: quem testem locupletem habuimus, quod apud vos palam et ut vir integer vivit. Itaque, opera quam summa potuimus data, ut ignominia impudicitiae nec minus malum exemplum averteretur, quae protulerunt credidimus et ut vera rursus diximus, et eos hortati sumus, ut caverent, ne malum exemplum darent, quod quidem nunc averti posse intellexi-mus, si *Nicolaus Prugner* ejus rei certior factus sit. Ac denique *Johannem Pfyffer* Diaconum *Leonis* jussimus eorum matrimonium sacrare promulgatione facta, et literis sigilli fide obsignatis sancire, quae omnia accurate fecit, ut nos et ipse ex ejus sigillo etiam ex literis ipsius manu scriptis intelleximus, quamquam sigillum parvum modum habet, cum ei majora signa non sint. Quamobrem Domini clementes, benevolentes, carissimi, uterque signo suo (qui non magis majora habeamus) ejus rei testimonium dedimus, rogantes et monentes ut omnia in optimam partem accipere velitis, quippe quorum nihil ex audacia sed ad divinum verbum ex studio liberandi conscientias omnia fecerimus. Dedimus *Turici* 1525 altero die Februarii [1]).

Vobis, Domini conspicui, sapientissimi promptissimus
Huldrych Zwingli
qui haec sua manu scripsit [2]).

4.

Den frommen fürsichtigen ersamen wysen Burgermeister und grossem Radt zu Mülhusen sinen gnädigen günstigen lieben Herren und in Gott Bruederen.

Gnad und Frid von Gott. Fromme fürsichtige ersame gnädige

---

[1]) Haec epistola ornata est *Leonis Judae* et *Zwinglii* sigillis.

[2]) Ex tabellario civitatis *Mühlhusanae* ex arca 1. fasciculo 1. exemplo 14. *Graf* parochus qui ibi est, hanc epistolam ad nos misit.

günstige lieben herren, Eydgnossen und in Gott brüeder. Es ist an aller heligen tag verganges xxmj gesten jars zu uns, Leon Juden und mir, komen, die ersamen Niclaus Lienhart und Clara Brüstlin und muntlich ouch schrifftlich anzeigt wie zu inn Niclaus Lienhart etwas ansprächig sye von einer Agnes Huglerin, welche ansprach er aber gloubhafftiklich mit herren pfarrers zu Rufach kundtschafft abgestellt hatt. Wie wol wir den nit erkennend, sunder siner gschrifft gloubt habend, ouch das sy sin sye, us der ursach, das wo imm nit also der fürbringend nit uns sunder sich selbs verfürte, und so ir eebruch, ouch fry ledig ufsagen beder teilen hieinn beschehen, habend wir ermessen das des genannten Niclausen halb ghein irrtum ist sich mit einem andren eewyb ze vermählen. Zum andren habend sy anzeigung bracht von dem ersamen, vielgelerten Niclausen Prugner üwrem und unserem geliebten arbeiter im Evangelio Christi, wie Clara Brüstlin einen eeman gehabt, der sich mit unmas des lebens und bywonung, ouch offnem eebruch zum dikren mal so unerberlich gehalten, das genannte Clara sich billich von imm sündren hett und mit einem andren versechen, so verr es do ze mal nit ze vil ergerlich gewesen, gemögen, welche kundschafft wir für tür gnug geacht darumm das er by üch offenlich und trülich wont. Und habend nach allem möglichen flyss damit schand der unkünscheit ouch daby die verergernuss verhuet wurde, ir fürtragen für war ggeben und angenomen und empfolhen das sy verergernus verhueten wellind, die wir nun wol hand vermerkt mögen hingelegt werden so Niklaus Prugner des handels bericht. Und zu lezt Johannsen Pfyffer Leons hellffer empfolhen das er sy zemen geben nach offnem verkünden und mit eim Kundschafftbrieff bewaren sölle, das er alles mit flys geton hat, als noch sin sigelti oder bitschafft samt siner eignen handschrifft von imm und uns erkennt wirt, wiewol kleinfueger wys, er hat nit grosse sigel. Hierumm gnädige günstige lieben herren gebend wir mit unser beder bitschafft (dann wir ouch nit grössere sigel habend) der handlung kundschafft, bittende und vermanende ir wellind alle sach im besten vernemen, dann wir hierinn nützid us frävel, sunder nach göttlichem wort us liebe die conscientzen ze entledigen alle ding geton habend. Geben zu Zürich MDXXV am andren tag Februarii.

Üwer ersamen wysheit

williger Huldrych Zwingli
dess dis min handgschrifft ist.

V.

Huldrico Zuinglio Tigurinae ecclesiae episcopo fratrique suo

Gratiam et pacem a Christo. Mi frater! Tua *περὶ ἐυχαριςίας* [1]) justo hic et favore et fructu a piis excipiuntur. Gratiae sint Christo!

---

[1]) Scilicet libellus qui inscriptus est: „Klare Unterrichtung vom Nachtmahl Christi", et qui exhibetur Opp. II, 1.

Proinde non cruciabit, ut mones, quod mea infelicius exierint. Admoneor tamen, ut omnia in posterum cautius. *Bucerus* quoque, quod et ipsum me non parum consolatur, et suo et *Argentinensium* fratrum nomine fidem suam testati sunt, libello mirae erga nos caritatis sufficientissimo teste. Porro quod *Brentiana* [1]) nunc vernaculo sermone leguntur, fortassis postulabit usus, ut brevi quadam epitome apologeticum antisyngramma demus, clavum clavo pellentes. Sed plebis me miseret, quae nisi bene confirmata fuerit, hinc inde fluctuat. Tu indicabis, quid facto sit opus. Noster hic status tranquillior paulo est; sed suspecta est tranquillitas, nimirum ne graviores fluctus cieat. Atqui Dominus suos non destituet. *Augustinianus* et *Franciscanus* [2]), nuper, propter liberiorem sermonem a senatu redarguti, constanter, et in confusionem delatorum responderunt; *Augustinianus* etiam laudem reportavit. Docent igitur adhuc praeter expectationem adversariorum et nos sub hoc pascha bene speramus, absque impedimento recta posse progredi. Terruerat nonnihil fama de *Scaphusanis* et *Abbacellensibus* quod ab aratro respexissent, sed evanescit fama nec curatur. *Pellicanum* atque alios fratres iterum et iterum meo nomine salutabis. Vale. *Basileae* 14. Martii. (1526.)

Tuus *Oecolampadius* [3]).

VI.

Huldrychi Zuinglii ad celeberrimam quandam Germaniae civitatem [4]), quae tam ipsius, quam Oecolampadii scriptis aditum ad se praecluserat, epistola.

Gratiam et pacem a deo patre per Jesum Christum filium ejus unigenitum, dominum nostrum. Principio illud supplici mente et animo a vobis, prudentia et rerum gerendarum cognitione praestantissimi viri, per deum et creatorem omnium rerum, quem omnibus nobis communem esse jam olim didicistis, impetratum cupimus, ne vitio nobis vertere velitis, quod vilis ego, et vix ullius nominis vel authoritatis homuncio, prudentiam vestram, quae haud dubie inter aestus et procellas hujus saeculi nostri longe gravioribus negotiis occupata est, quam ut hisce meis satis fortasse puerilibus aures praebere commode possit, interturbare non vereor. Causa enim, quae me huc impulit, ea est, quod aequum piumque esse existimem, ut qui unum deum et unum dominum Jesum Christum agnoscunt ac confitentur, se mutuo libere compellare, et in re quavis instituere possint. Atqui vestra quoque prudentia, viri

---

1) Syngramma.

2) *Geirfalk* et *Luthard.*

3) Autographum hujus epistolae exhibetur in collectis epistolis reformatorum ipsorum aliorumque virorum sec. 16. manibus scriptis (Vol I. fol. 322), in bibliotheca ecclesiastica *Landshutensi* in montibus *Silesianis*, quod ad nos missum est a *David Schulzio* V. C.

4) *Norimbergensem.*

praestantissimi, una cum populo vestro universo eo nomine apud omnes vere fidelium ecclesias clara et celebris habetur, quod vero et vivifico dei verbo divini spiritus gratia (cui soli omnis honor debetur et gloria) illuminati firmis et inconcussis animis adhaereatis, non quicquam adversariorum clamoribus moti, qui Evangelii lucem et radians illud jubar lippientibus oculis suis minus sustinere possunt. Quapropter non sine forti et inconcussa animi fidutia ad vos, quos jam olim, tum etiam hoc saeculo in Evangelio Jesu Christi celeberrimos esse audivi, scribere institui, sperans videlicet dona illa divinitus nobis concessa (quae quam exigua in nobis sint non ignoramus) vos nequaquam contempturos esse. Vos ergo obtestor, P. C. et viri prudentissimi, ut hoc meum epistolium breve et exiguum non minori studio audire et legere dignemini, quam non raro ex officii vestri jure lites de sepibus, maceriis, terminis, viis et aliis rebus hujusmodi institutas audire soletis. Hic enim de discrimine rerum tanto praestantiorum praedictis iis controversia est, quanto anima nostra ipsum corpus, nedum domus, agros, fossas, et aquaeductus, dignitate superat. Porro ne nimia verbositate et ambagibus vobis molestus sim, rem ipsam paucis comprehensam sic accipite.

Lis gravis et acerrima de Coena domini nostri Jesu Christi contentio inter ecclesiarum ministros et doctores hoc saeculo nostro oborta est, quae jam tempore aliquo agitata nimis tenaciter multorum animis haerere coepit: eo quod sint nonnulli, qui substantiale Christi corpus et sanguinem in coena corporaliter manduci asserere conantur; alii vero his contrarii (e quorum numero me quoque esse libere et ingenue confiteor) impossibile esse credant, ut hic quicquam vel corporeum vel carneum comedatur, cum anima non ullo cibo corporeo saturari aut pasci queat. Quam ob causam imperitiores et simplicioris ingenii homines, qui inter substantiales Christianae fidei articulos, et externas hujusmodi res minus distinguere, nec illa discernere possunt, tam ipsas ecclesias quam harum doctores dissidere arbitrantur. Porro contentio haec et discordia, ceu praesentissimum Christianae charitatis venenum, communi corpori Christi (quod nos sumus, qui per fidem Christo salvatori nomen dedimus) graves morbos, et cum Evangelii messis in herba aut ipso flore (quod dici solet) existat, non parum impedimenti conciliare solet, quo minus ad justum incrementum seges haec devenire possit. Et hanc sane solam ac unicam causam vobis quoque fuisse credimus, viri praestantissimi, propter quam cavere voluistis, ne quis incomparabilis viri *D. Joan. Oecolampadii* et nostros quoque libros in urbem vestram inferret. Quod factum vestrum nunquam in eam partem suscepimus, ut nobis hic ignominiam aliquam impingi putaremus, sed dei omnipotentis judicium admirati omne illud patienti animo sustinendum esse duximus, illud animis nostris firmiter persuasum habentes, vos hac in re tam magna et ardua illud potius prudenter cavere voluisse, ne quis importunior existens turbas daret aliquas, quam ut praecipiti judicio nobis tam duri et inclementes esse volueritis. Necessarium fore ergo duximus, ut amico simul et humili spiritu hujus instituti nostri, imo dei potius, rationem vobis redderemus, qua haec potissimum tractare

instituimus: Primum, quod haec nostra sententia, qua panem et vinum in Coena hac non aliud quam signa duntaxat esse docemus, non nova nec a nobis demum conficta sit, sed a Christo Jesu domino nostro tradita (quemadmodum ex ipsius verbis postea demonstrabitur) ab ipsis apostolis quoque et veteris ecclesiae doctoribus ad hunc modum custodita et observata sit. Secundo, quod sectericorum opinio, qui carnem et sanguinem in Coena manducari contendunt, fidei Christianae articulis palam repugnet ac contraria sit. Vos modo rem omnem patientibus animis ac auribus percipite.

Christus apud Joannem cap. 6. figuratis istis loquendi formulis, quibus se panem e coelis missum esse, et carnem ipsius manducari ac sanguinem bibi debere, docet, non quicquam aliud intelligi voluit, quam quod homo quivis omnem spem ac animi sui fiduciam in deum patrem per ipsum, qui se pro nobis in mortem tradere dignatus est, collocare debeat. Sic enim fore, ut homo salutis suae certior factus conscientiae tranquillitate potiri queat, et spirituali hac manducatione et potu saturetur. Cum vero promiscua Judaeorum turba, et non minima discipulorum ipsius pars hujusmodi locutiones figuratas minus intelligerent (quod nimirum per manducandi verbum ipsa fides, per cibum et alimentum conscientiarum tranquillitas et πληροφορία, quae per Christi mortem nobis obvenit, accipi deberet) sed eo errore involverentur potius, ut ipsum de corporeae carnis suae manducatione loqui crederent, Christus salvator et doctor fidelissimus tam crassam et absurdam opinionem animis illorum eximere studens, inter multa alia verba (quae omnia hoc loco recitare nequaquam operae pretium esse existimavimus) tandem illud quoque subjungit, ut dicat: Caro non prodest quicquam; comesa nimirum vel manducata, quo sensu Judaei antea Christi sermonem intellexerant. Nisi autem postremum illud Christi dictum hoc sensu pronunciatum esse fateamur, jam Christum quoque nec absurdo illorum errori et crassae opinioni respondisse, nec discipulos dubitantes clarius instituisse fateri cogemur. Interim ineffabilem illum carnis Christi fructum non negamus, quem in crucem pro nobis suspensa, non manducata, tulit. Cum ergo de corporea manducatione Christus illud pronunciet, certo hinc constare credimus et scimus, Christum carnem suam ad manducandum nobis non dedisse unquam, cum manducata non quicquam prodesse possit. Qua de re multa hinc inde (quorum recitatione prudentiam vestram interturbare absurdum et inconveniens esse nobis visum est) scripta extant, multa etiam, quae hanc nostram sententiam manifeste oppugnant, sed (si modo quod verum est, libere et ingenue proferri debet) argumentis et rationibus plus satis infirmis: sed de hoc nunc non est dicendi locus. Quisquis enim clarissimum illud divini verbi et veritatis lumen inconniventi oculorum acie intueri potest, eidem haec quoque de praesenti hoc Joannis loco dicta possunt sufficere. Ex hisce ergo Christi salvatoris nostri verbis luce clarius demonstrari potest, quod et altera illa coenae verba, quae sunt, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, figurata et tropica dicendi formula pronunciarit, nec unquam illa substantive juxta germanum et naturalem vocabulorum sensum intelligi aut exponi voluerit. Si enim caro ipsius

manducata non prodest quicquam, haud dubie nec ad manducandum illam nobis exhibere aut dare voluit.

Deinde ex illis ipsis verbis facile colligitur, Christum nequaquam in ea fuisse sententia, ut caro ipsius ex pane isto conficeretur. Cum enim disertis verbis dicat, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, impossibile omnino est, ut panis corpus Christi revera sit. Panis enim pro nobis nec traditur, nec unquam traditus est. Quod si vero corpus ipsius vere esset, idem hic etiam necessario pro nobis traditus, et in crucem suspensus fuisset, cum hoc corpus suum esse dicat Christus, quod pro nobis traditur.

Postremo, ipse Christus quoque coenae hujus institutor, potum, quem discipulis in coena porrexit, vini nomine appellat; cum nimirum inquit: Non bibam posthac de generatione vel fructu vitis etc.

Sed et ipsi apostoli panem hunc non alio, quam signi loco vel ceu symbolum aut tesseram esse judicaverunt, nec unquam corpus Christi nominarunt (quemadmodum Actorum 2. videre licet, ubi scriptum est, Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, et communicatione, et fractione panis etc.) sed panem duntaxat, ut ex loco modo annotato colligi potest: quod ipsum tamen nunquam admittere ausi fuissent, si solenne illud gratiarum actionis, unanimitatis et dilectionis Christianae symbolum Christi corpus esse unquam credidissent. Similiter Actorum cap. 20. ad eundem modum legitur, Uno autem die sabbatorum cum convenissent discipuli ad frangendum panem, Paulus praedicabat illis etc. En, ut hoc quoque loco panis fractionem, non corpus Christi, Lucas nominet?

Praeterea Paulus apostolus in priori ad Corinthios epistola cap. 11. panem et vinum ne semel quidem carnem et sanguinem Christi nominat, panis et vini vocabulis haec denotavisse contentus. Ad haec apostolos nunquam eo negligentiae devenisse suspicari debemus, ut non majori studio et honore corpus Christi coluissent (si modo illud revera et essentialiter praesens adesse credidissent) quam illos fecisse sacris literis proditum sit. Unde rursus non obscure conjici potest, ipsos coenam hanc vel panem μνημόσυνον et signum memoriale judicavisse, ejus corporis nimirum, quod pro nobis in ara crucis mortuum est, et postea in coelos subvectum ad dexteram patris considet.

Universus quoque veterum doctorum chorus, qui annis abhinc retro circiter mille et centum floruerunt, in ea sententia semper fuit, ut coenam hanc illud ipsum esse crederet ac doceret, quod nos esse certis, firmis ac invictis rationibus modo demonstravimus. Qua de re *Oecolampadius* abunde satis disputavit nuper. Caeterum hujus nostrae sententiae evidens argumentum est, quod nunquam apud veteres haereseos crimine notati sunt, qui coenam non aliud quam solenne et mysticum charitatis et concordiae signum vel symbolum esse tradiderunt. Quod ipsum tamen nunquam neglexissent tam oculati ac sancti homines, siquidem ipsissimum Christi corpus esse credidissent.

Secundum, quod hoc loco demonstrare instituimus, est quod adversariorum sententia Christianae fidei articulis prorsus contraria sit, his

nimirum: Ascendit ad coelos: Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis: Unde venturus est ad judicandum vivos et mortuos. Si enim in coelis est sursum, in terris hisce corporaliter esse nequaquam potest. Corpus enim ipsius, etiam post resurrectionem, nullo modo instar divinitatis omnibus in locis esse potest. Angelus enim mulierculis Christum in sepulchro quaerentibus dicebat, Surrexit, non est hic. Quod ipsum de sola humana natura intelligere oportet. Juxta divinam enim ubique est. Praeterea, si in pane semper nobiscum futurus erat, nunquam sane dixisset, Iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Nec hic quicquam nonnullorum exceptio juvabit, qui illum visibiliter quidem adesse negant, sed eundem invisibiliter adesse contendunt. Angeli enim in Actis cap. 1. ipsum, cum rediturus est, visibiliter rediturum esse testantur. Ad haec, quod illi de visibili et invisibili praesentia adducunt, eorum commentum est, qui veritatis viribus resistere non possunt, nec ullo divini verbi certo ac solido fundamento innititur. Praeterea utranque in Christo naturam, divinam nimirum et humanam probe distinguere decet, ne forsan humanitati in ipso sensu (quamvis quod verba attinet ipse Christus quoque naturarum nomina et proprietates propter communicationem idiomatum communes faciat, eo nimirum, quod utraeque istae naturae simul conjunctae unum duntaxat Christum constituant) tribuamus, quod solius divinitatis est. Ut, ubique esse, soli divinitati convenire potest, nec ullo modo humanae naturae debet tribui: alioqui Christum nec ad coelos ascendere nec ad inferos descendere oportuisset, nam jam antea quoque illic affuisset corporaliter, imo illinc corporaliter nunquam discessisset. Ab aeterno enim ad dexteram dei ipsum corporaliter esse oportuisset. Quod autem creatum est, infinitum non est, nec unquam efficitur, ut infinitum sit.

Tres isti praestantissimi ac inexpugnabiles sacrae scripturae loci, caro non prodest quicquam, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, et sedet ad dexteram dei patris omnipotentis: tanta authoritate ac robore muniti sunt, viri prudentissimi, ut omnem potius divini verbi fidem, omnes simul fidei Christianae articulos vacillare ac intercidere necesse sit, quam ut ullis fide dignis ac veris rationibus carnem et sanguinem hic praesentem esse, demonstrari possit. Quaecunque enim hic objiciuntur obstacula, quaecunque effugia quaeruntur, fuco quidem aliquo sese venditare possunt, ut non omnino nihil esse primo intuitu videantur: virium vero non plus habent, quam flores quidam ephimerii: ut primum enim vero et vivifico divini verbi vento continguntur, evanescunt.

Vos ergo, viri prudentissimi et domini clementissimi, per deum et fidem veram, qua simul vobiscum in illum credimus, oro et obtestor: Primum, ne nostrae ecclesiae et inclytae *Tigurinorum* civitatis (quam vobis singulari studio et amore commendatam esse non dubito) exemplum vel contemnere vel damnare libeat, quae omnes, cujuscunque tandem sint generis, libros, Papisticos, Anabaptisticos, de corporea carnis et sanguinis Christi in pane praesentia conscriptos, libere venundari, emi, legique permittit. Eodem modo vos quoque invictissimos et inexpugnabiles *D. Oecolampadii*, fratrum *Argentinensium*, *Au-*

gustanorum ac meos libros, qui in hujus rei tractatione conscripti sunt, in urbe vestra vaenum exponi, haberi ac legi patiamini. Nam si apostoli sententiam sequi voluerimus, omnia probare, et quod bonum est, retinere debemus. Qua ratione autem aliquid probare dici poterunt, qui in hoc incumbunt, ut caveant, ne a quoquam cognosci et intelligi possit? Deinde, ut juxta primitivae simul et nostrae, quae *Ulmae*, *Tiguri*, *Constantiae*, et aliis in locis quam pluribus est, ecclesiae exemplum utranque de coena Christi Jesu sententiam citra omne impedimentum coram tota ecclesia praedicari et audiri, et ecclesiae de his judicandi potestatem facere permittatis. Si enim illud fiat, unus et idem spiritus omnes ecclesias unanimes, et ejusdem sententiae studiosas reddet. Quod si vero illud minus permissum fuerit, jam de sententiis istis pugnae, discordiae et concertationes in iis quoque ecclesiis exorientur, quae ad Evangelii partes concesserunt. Jam nunc enim quosdam ex Evangelistarum numero videre licet, qui quod veritatis praesidio minus oppugnare possunt, hujusmodi artibus opprimere conantur, ut curent videlicet, ne a quoquam legi possit, imo publicis quoque edictis ejiciatur. Quorum exemplum haud dubie episcopalem illam tyrannidem denuo excitare et confirmare poterit. Praeterea de hoc quoque vos nequaquam dubitare velim, summam illam et unanimem inter nostrates concordiam, quam deus gratiae suae munificentia tam urbi quam agro *Tigurinae* ecclesiae concedere dignatus est, quaeque divino sic favente numine indies magis magisque excrescit, non minimum initium et augmentum hinc sumpsisse, quod adversariorum quoque scripta libere a quovis lecta, mox autem veri ac vivifici verbi dei armis expugnata et prostrata sunt. Sed et ipse me totum vobis offero, sic ut a vobis vocatus mox ad vos profectus hanc sententiam nostram, quae et Christi est, coram ecclesia vestra ingenue docere velim. Vel si illud vel nobis vel prudentissimo *Tigurinae* civitatis Magistratui propter negotia quaedam magis ardua minus commodum fuerit, nunquam tamen vobis deero, quin efficiam ut alius quispiam vel etiam duo pluresve e nostris aut *Basiliensibus* vel *Argentinensibus* hoc ipsum praestent. Deus Opt. Max. tam vos quam ecclesiam vestram universam sibi commendatam habeat. Mutuis precibus pro communi omnium salute contendamus semper. Quod si quid hisce nostris inest, quod vel vos, vel aliquem e vestratibus offendere possit, vestrum erit illud libere simul ac brevibus nobis exponere. Ubicunque enim erroris convinci potero, meliora doceri simul ac docere non detrecto. *Oecolampadius* noster D. *Pircheimero* pie simul ac Christianissime respondit [1]). Hujus ergo

---

[1]) *Birkheimer*, qui antehac *Oecolampadii* amicus fuerat, refutavit ejus libellum: „Genuina verborum Domini: „„hoc est corpus meum““ juxta vetustissimos autores expositio. Basileae 1525.“ dissertatione plena irae et qua vel eo aberravit, ut *Oecolampadium* ipsum convitiis insectaretur, quam ob rem *Lutherus* eum laudavit. Animo infenso rescripsit ad epistolam, qua *Oecolampadius* de ea re questus erat. Deinde hic respondit libello, quem *Zwinglio* revidendum miserat, qui multa in eo mutaverat. Qui libellus inscriptus: „*Johannis Oecolampadii* ad *Bilibaldum Pirkheimerum* de re Eucharistiae responsio“ excusus editus est Tiguri 1526. Et ad alterum

responsionem ne aspernemini, nec rejiciatis, viri prudentissimi. Indignum enim et minus amicum illud esset facinus, si ex urbe vestra contra quenquam hominum scripta aut libellos hostiles prodire permitteretis, interim vero responsionibus et apologiis aditum praecludere conaremini. Habetis etiam hic a nobis brevem institutionem, quam proximis *Franckfurdianorum* nundinis in hujus negotii expositionem conscriptam in lucem dedimus [1]). Vos omne hoc eo animo, quo nos haec conati sumus, accipere dignemini. *Tiguri*, VI. nonas Julii. Anno MDXXVI [2]).

VII. [3])

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Gratiam ac pacem a Domino. Accepi multa cum gratulatione Celsitudinis Vestrae literas, prudentissime Princeps, quibus primo adspectu didici, orbis praesentem confusionem hinc potissimum dimanare, quod paucos admodum habemus Tui similes Reges ac Principes. Nam si alii, quod Tu, facerent, jam nemo indicta causa voci addiceretur; Tu enim in tanto rei non vulgaris dissidio vel unus hoc agis, ut nemo per errorem possit labi, quum dissensionis capita tanto studio pergis in unum colligere, ut omnes discamus, quod et solus nemo sapit, et quod contumax ignorantia lucem reformidat. Gloria in excelsis Deo, qui cum in caelis sedeat, omnia tamen in terra gubernat ac moderatur: qui mentem Tuam tanta prudentia illustrat, ut videas, quomodo sit labentibus rebus succurrendum: pectus vero animat, ut velis omnibus nervis anniti, quo piis unanimitas reddatur. Perge sanctissime Princeps, et noli Te ullis machinis divelli a tam pio consilio pacis. Quod enim ad meam parvitatem attinet, volens ac libens adero [4]); si modo divinae

---

libellum a *Birkheimero* contra scriptum ab *Oecolampadio* altera refutatio edita est. Ad tertium autem libellum quo *Birkheimer* etiam majora convitia effudit, non amplius respondit. Cf. notam 6. ad ep. 39. a. 1519.

1) Qui libellus inscriptus est: „Eine klare Unterrichtung vom Nachtmahl Christi."

2) Errore factum est, ut haec epistola non epistolis *Zwinglianis* anni 1526 insereretur quibus debuit ex tempore quo scripta est. Exhibetur prima editione operum Zwinglii. T. II. fol. 295, b — 297, b.

3) Hae quatuor epistolae (VII—X.), quarum tertiam et quartam hoc volumen VIII. ad ordinem temporis compositum nonnisi brevibus argumentis exhibet, amico officio *Chr. a Rommel* V. C., summi praefecti tabellarii publici et bibliothecae terrae Cassellanae, qui conscripsit vitam Philippi Magnanimi, Landgrafii Hassiae, fido exemplo descripto ex Kuchenbeckeri libro: „Analecta Hassiaca Coll. X. Marburgi 1736." pag. 397—406 nobiscum integrae communicatae sunt, quum epistolae eodem tempore scriptae jam excusae essent. Exempla Zwinglii ipsius manu scripta abscondita sunt in tabellario Magistratus Hassiae, neque igitur conferri potuerunt cum libro excuso Kuchenbeckeri.

4) Colloquio *Marburgi* habendo cum *Luthero* et theologis ejus partis.

providentiae idem placeat, placiturum tamen non dubito, nisi iratum nobis alia ratione reddiderimus. Proinde locum ac tempus indica, id autem quam fieri potest opportunissime, ut hi, quos maxime cupis adesse, prius sciant, quam quisquam ex adversariis, quando accelerandum sit; sic enim fiet, ut praesentes apud Te simus, priusquam veritatis hostes credant ad iter accinctos esse. At quid ego caecus videnti iter commonstro? Quum omnia erunt constituta, transmittas ad Senatum nostrum literas, quibus me postulas, eae autem literae, ut in manus meas veniant, ut ego tunc tandem illas reddam, quum opportunum erit. Quod si Senatus negare profectionem pergeret, ego tamen Domino duce abiero. Valeat in Domino Celsitudo Tua, illustrissime Princeps. Et quod latine Te compello, non alia causa factum esse scias, quam quod Helvetica lingua paulo alienior est a vestra. Tiguri 7. die Maji Anno 1529.

Celsitudinis Tuae deditissimum mancipium
Huldricus Zwinglius.

Jacobus Sturmius [1]), quidquid hac in re profecerit, indubie dabit operam, ut non diu ignoremus.

Inscriptio: Illustrissimo Hassiae Principi ac Landgrafio Domino suo observandissimo.

VIII.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Gratiam et pacem a Deo ante omnia. Paucis tibi, Princeps clementissime, rescribam. Tribunis nostris et sex viris a sanctioribus consiliis prorsus non licet non consentientibus Senatu et Diacosiis mihi veniam dare itineris suscipiendi; quamobrem caveo, ne iis proponatur, quos mihi veniam non daturos fore non ignorem. Equidem enim prorsus eo animo sum, ut adsim, quicunque sumtus erunt. Nisi forte quid belli exsistat apud nos; res enim se satis mirae habent, tamen magis ad nostram utilitatem quam detrimentum [2]). Deo gratias. Quem meum animum Tribunis partim aperui. Sane spero, Deum Dominum opportunitatem daturum esse, ut veritas omnibus sitientibus et indigentibus nota fiat. Ipse enim auctor est hujus rei, ipse profecto eam prosperabit. De adventu nostro nos omnino arbitrio *Sturmii* V. C. et praedicatorum Argentinensium accommodabimus. Deus Dominus tecum sit,

---

[1]) *Jacobus Sturm*, Consul Argentoratensis qui Legatus ad colloquium *Marburgum* missus est, familiaris Landgrafii, qui adjuvit foedus ei cum Argentoratensibus, ut Zwinglius foedus eidem cum Taricensibus ineundum; idem is fuit, qui Argentorati reformatam ecclesiam maxime fulsit, et inter primae pacis Capellae conciliatae auctores fuit.

[2]) Pax Capellae conciliata quidem reformatae ecclesiae favebat, sed interpretatio capitum parum circumscripte compositorum causa fuit controversiae inter V Pagos et Turicenses.

Princeps clementissime, et te conservet in gloriam suam et ut veritas exsurgat. Amen. Dedi festinanter 10. die Augusti 1529.

Tibi, Princeps clementissime, semper promptissimus
Huldrych Zwingli.

Inscriptio: Christiano, illustrissimo Principi Philippo Landgrafo Hassiae, Domino suo clementissimo.

8.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen.

Gnad und frid von Gott bevor. Üwern Fürstlichen Gnaden will ich mit wenig worten antwurten. Unsere Obresten und Heimlichen dörfend kurz ab nit verwilligen one beeder Räten und Burgeren mithellung, mich die reis anzenemen; so verwar aber ich, dass es für dieselben nit gebracht werde, dann ich wol weiss, dass's mir nit bewilliget wirt. Dann ich gänzlich des sinnes bin nit uss ze blyben, kost glych was es welle. Es wäre dann dass by uns sich etwas erheben wöllte zuo kriegscher embörung, dann die sachen stond seltsam gnuog, doch mee zuo unserem vorteil weder nachteil. Gott hab lob. Und diss min gmüet hab ich den Obersten zum teil ufgethon. Doch hoff ich, Gott der Herr werde weg und gelegenheit geben, dass die warheit allen durstigen und dürftigen kundbar werd. Es ist sin werk. Er wirts warlich hübschlich schicken. Von unser ankunft lassend wir alle sach an Herren Sturmen und Prädicanten zuo Strassburg. Gott der Herr sye mit Üwren Gnaden, und beware die zuo sinen eeren und der warheit ufgang. Amen. Geben ylends 10 tags Augusti 1529.

Üwer Gnaden allzyt williger
Huldrych Zwingli.

Inscriptio: Dém christelichen Durchluchtigen Fürsten und Herren Philippen Landgrafen zuo Hessen etc. sinem gnädigsten Herren.

IX.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Gratiam et pacem a Deo. Domine illustrissime, clementissime, tibi officia mea exigua quam maxime submissus ante omnia offero. Deinde tibi, Princeps clementissime, quam maximas gratias ago, quod mihi tam amice munus obtulisti, si meliorem conditionem inire voluissem, et industriae, qua usus es, ut domum reduceremur. Sed *Oecolampadio* et nobis omnibus tempus multo brevius fuit, non modo colloquii sed etiam aliarum rerum causa, scilicet propter potestatem quorundam praedicatorum. Etiam te, Princeps clementissime, submissi scire volumus, nos veros commentarios, etiam nonnullas epistolas vidisse, quibus qui ad hanc rem componendam summa auctoritate ornati sunt puerilia et superba proferunt, imprimis *Adam*, alii cuidam autem, quod memini, nomen *Mauro* est. En, ingenue tibi scripsi, Princeps clementissime. In ea enim re fere nihil nisi rixae acerbae sunt; cum

enim lapsi sint in sententia de Coena Christi, omnes qui de ea recte sentiunt, impetu de gradu depellere et amovere conantur. Quamobrem nobis satius esse videtur, te, Princeps clementissime, in ditione tua Synodos praedicatorum instituere, tot quot consultum erit. Et si tu, Princeps clementissime, scire velis, ut nos eas peragamus, libenter tibi indicemus, ne tanta potestas tam paucis juvenibus sit, sed omnibus parochis; aut nova ratio *Lutherana* non minus gravis erit ac Pontificia fuit. Sunt etiam qui dicant, eos nondum desiisse examinare, ut soleant, sed qui corpus Christi confiteri noluerit [1]), cum ab iis repudiari, et si Paulus ipse sit; contra qui eorum sententiam confessus sit, cum accipi, ejusque cetera omnia vel prava ferri. Tu igitur, Princeps clementissime, per Deum eas res respicere velis, certissime enim spero, te audiisse et vidisse, in quibus causis veritas, quam nos confitemur, posita sit; quamquam alios copiose dicere et saepissime clamare passi sumus: „Haec verba etiamnunc exstant", quae quidem nemo amovere vult. Deinde te, Princeps clementissime, vidisse spero, quoniam coelum ubique esse dicunt, neque certis quibusdam locis sacrorum librorum eum locum solum coelum dici posse, ubi Deus se destinatis eum ostendit, qui est: istis verbis temere effusis futurum, ut aeterni gaudii nullam spem habeamus; dubitabimus enim, an nusquam sit, si non sit supra in coelo. Etiam quot loci sacrorum librorum ab adversariis torta interpretatione ad pravum sensum delati sint, ut profecto verear, ne quando opus sit, quaestionem instituere, ut loci male intellecti ad justum sensum reducantur. De qua re alias. Nos quidem paci studebimus. *Osiander* articulos *Norimbergae* excusos edendos curavit cum epistola; quod ideo fecit, ut nomen suum initio libri inscriberetur. Quum domum rediissemus et omnes res, quas tu, Princeps clementissime, scis, sex viris a sanctioribus consiliis, indicassemus, nemo fuit, cui istud non placeret; atque hodie conventus habetur a *Turicensibus*, *Bernatibus* et *Basileensibus* [2]), ubi si quid consilii captum erit, tibi clam indicabo. Alioqui enim eo animo sunt, ut rem tum demum palam proferant, si cum *Argentinensibus* transactum sit. Imperator adhuc *Placentiae* in Italia moratur cum exercitu. *Veneti* milites conscribunt, ad quos etiam ex Helvetiis currunt. Quamquam tu, Princeps clementissime, auctoritatem mihi non dedisti, tamen indicavi quae de *Venetis* inter nos collocuti sumus, quam rem successuram esse spero [3]). Tu, Princeps clementissime, *Udalrico* Duci dicere velis, ipsius rem mihi non male se habere videri. Qui quidem Princeps clementissimus brevissimo tempore literas accipiet ab *Eberardo a Reischach* [4]). Pagi XIII leges

---

[1]) „*Nit jähen*" ex emendatione editorum. Kuchenbeckeri liber exhibet „*mit zechen*".

[2]) De christiana civitate cum Philippo Landgrafio ineunda.

[3]) *Rudolfus Collinus* Legatus *Turicensium Venetiam* missus est, ut de foedere ageret eos tutaturo ab Imperatore. Qui sero venit, cum *Veneti* jam pacem conciliavissent cum Imperatore.

[4]) *Eberardus a Reischach*, qui cum vetantibus Magistratu Turicensi et comitiis Helvetiorum a 1519 exercitum Helvetiorum Udalrico Duci Würtembergensi clandestino conscriptorum duxisset, absens mortis damnatus

communes ediderunt, quibus Helvetii sese inter se conviciis insectari et vexare vetantur. Deinde fertur, quibusdam hominibus rem esse cum Imperatore, quamquam non jussi sunt. Domine clementissime, carissime, quod tam ingenue, quam liberi patri solent, tibi scribo, ideo fit, quod spero, Deum te, Princeps clementissime, ad magnas res elegisse, quas quidem cogitare sed non dicere licet. Sed fieri non potest, quin tintinnabulum aliquando feli adnectatur. Ea autem, quae ego officiis meis exiguis in Dei gloriam, ad patefaciendam veritatem, ad utilitatem universae ecclesiae, ad augendum te et omnes pios Deo juvante possum, ea omni tempore prompta sunt. Deus tecum sit, Princeps clementissime. Dedi 2. die Novembris 1529.

Tibi, Princeps clementissime, semper promptissimus
Huldrych Zwingli.

Inscriptio: Illustrissimo Philippo Principi Hassiae etc. Domino suo clementissimo, neque cuiquam alii, in manus.

9.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen.

Gnad und frid von Gott. Durchluchtiger gnädiger Herr. Üch sygind min arme dienst mit aller demüetigheit zevor emboten. Demnach dank ich Üwer Gnaden hoch des fründlichen embietens mir gethon, wo ich min ort und stand wegren wöllte, und des ernstes, den Üwer Gnaden gebrucht in heimsenden unser. Es ist aber Öcolampadien und uns allen die zyt vil ze kurz worden, nit allein des gespräches sunder ouch ander sachen halb. Als namlich von dem gwalt etlicher besundrer Prädicanten, desshalb wir demüetiklich Üwer Gnaden gebend ze vernemen, dass wir warhaftig bericht ouch etlich brief und epistel gesehen habend, darin sich die besundren verordneten kindlich und hochmüetiklich lassend merken, und besunder Adam, und einer heisst (als ich gedenk) Maurus. Ich schryb fry zuo Üwer Gnaden. Es ist wenig anders da weder ein bitterer hader; so sy sich verschossen habend im verstand des nachtmals Christi, wellend sy demnach alle, so den rechten verstand habend, abrennen und verjagen. Desshalb uns für besser ansehen, dass Üwer Gnaden in jr landen Synodos (das ist zemmenberüeffen) der Prädikanten ansehe, so mengen als guot und geraten syn mag. Will Üwer Gnaden wüssen, wie wir dieselben begond, wellend wir gern anzeigen, damit so vil gwalts nit an so wenigen jungen stande, sunder an allen Pfarrherren; oder aber das nüw Lutertum wirt glych als schwer das Babsttum gewesen ist. Es sind ouch die sagend, jr examiniren sye nit fertig, sunder welcher den lyb Christi nit jähen welle, der sye von jnen verworfen, und dass er Paulus selbs wäre; harwidrum welcher jr meinung verjähe, den nemind s' an und habind hierin mit aller unzucht geduld. Welle Üwer Gnaden um

---

est. Deinde Diessenhofae agebat; Turicensibus autem a. 1529 in expeditione Capellensi auxilio venit et veniam impetravit. Idem cum filio suo a. 1531 in pugna *Capellae* cecidit. (Hott.)

Gotts willen ynsehen thuon. Dann ich ganz der hoffnung bin, Üwer Gnaden hab wol ghört und gesehen, uf was gründen die warheit, die wir bekennend, gesetzt sye; ob wir glych wytlöuffig habend lassen reden und oft schryen: Die wort stehn noch da, die aber niemans hinweg will thuon. Harwidrum hab Üwer Gnaden wol gsehen, dass sitenmal himmel allenthalb soll syn, und nit an besundren örten der gschrift, allein das ort heissen, da sich Gott den userwälten zeigt, wie er ist; dass's us dem lychtferigen darschwätzen dahin kommen wirt, dass wir uf die ewige fröide nit wüssend ze halten; dann wir werdend zwyflen, so sy nit doben im himmel, so sye sy nienert. Ouch wie vil ort der gschrift gewaltiklich von der widerpart in einen missverstand gezogen, dass ich warlich sorg, es werde mit der zyt not syn erachtung ze halten, dass man die missverstandnen ort widrum in jren rechten verstand erledige. Davon zuo andern malen. Wir wellend uns on zwyfel fridens flyssen. Osiander hat ze Nüeremberg einen truck der Artiklen lassen usgon, mit einer Epistel: macht er darfür, dass sin nam ze vordrest uf dem buoch stüende. Als wir heimkommen und alle sachen, wie Üwer Gnaden weisst, den verordneten Heimlichen anzeigt habend, ist nieman gewesen, dem der handel nit wol gefallen hab, und uf hüt wirt ein tag von Zürich Bern und Basel gehalten, da wirt in der stille die sach anzeigen, wie man handlen welle. Dann sust ist die meinung, jn offentlich erst denn anzeziehen, wenn man mit Strassburg eins ist. Der kaiser ligt noch zuo Placenz in Italia. Venediger nemend knecht an, louffend ouch us den eidgnossen zuo jnen.

Ob wir Üwer Gnaden den Credenz nit geben; hab ich dennocht anzeigt, was der Venediger halb by uns geredt ward. Hoff, werde einen fürgang haben.

Sag Üwer Gnaden Herzog Uolrichen, sin sach sehe mich nit übel an. Aber in fast kurzen tagen wirt siner Gnaden gschrift haben von Eber. von R. Die 13 Ort habend ein gemein mandat lassen usgon, wie man einander ungescholten und fridlich blyben lassen soll. Ist daby ein red. Besunder lüt habind jr prattik zum kaiser, doch nit us befelch.

Gnädigster liebster Herr, dass ich so kindlich und fry zuo Üwer Gnaden schryb, macht dass ich mich zuo Gott versich, er habe Üwer Gnaden zuo grossen dingen erwält, die ich wol gedenken aber nit reden darf. Es muoss aber ie der katzen die schell angehängt werden. Was aber ich mit min ringen diensten zuo eer Gottes, zuo öffnung der warheit, zuo guotem gemeiner christenheit, zuo üfnung Üwer und aller frommen mit Gott vermag, ist zuo aller zyt bereit. Gott mit Üwer Gnaden. Geben 2 tags Novembris 1529.

Üwer Fürstlichen Gnaden allzyt williger
Huldrych Zwingli.

Inscriptio: An den Durchluchtigen Fürsten Philippen zuo Hessen etc. sinen gnädigen Herren zuo eigner oder sust niemans hand.

X.

Zwinglius Philippo Landgrafio Hassiae.

Gratiam et pacem a Deo ante omnia. Domine clementissime, carissime. Res apud nos quam optime consultatae et tabellarii dimissi sunt, quorum uterque fidus est, atque per nos omnino nihil deest. Sed . . . .[1]) adhuc nonnihil morabantur; ad amicos autem ex iis tam saepe scripsi, ut sint, qui nos rem perfecturos esse putent, si nos . . . et *Argentoratenses* eos amice adierimus. Etiam hesterno die . . . res quam optime probata est. Deo gratias. Sed omnia nonnisi apud sex viros a sanctioribus consiliis, ut tu, Princeps clementissime scis, acta sunt. Deinde scito, Domine clementissime, ad me venisse, qui mihi dixerit, *Pomeranum* et *Lutherum* machinis suis effecisse, ut Comes *Frisiae orientalis* omnes concionatores nobiscum consentientes de Sacramento fugaret[2]) et quidem *Joanne* Duce (Principe Electore Saxoniae) auctore, et quod *Lutherus* gloriatus est, nos a se *Marburgi* victos esse. Itaque mihi a te, Princeps clementissime, impetrandum esse, ut tu ad Comitem *Frisiae orientalis* clare scribas, et auctor sis, utrum *Lutherus* revera vicerit nec ne; nam per veritatem quae Dei est, *Lutherus* in hac controversia tam inepta et rixosa doctrina utitur, ut nisi loci *Schmalcaldae* editi palam refutentur, magnum dissidium inde oriturum sit; cum etiam cunctis veteribus doctoribus repugnet, ne dicam Dei verbo in omnibus partibus. Quare, Domine clementissime, carissime, id gratum facere velis, ut Comitem illum in errorem ductum edoceas, ne Dei verbum in potestatem Saxonum sed in vim Spiritus ducatur. *Arnoldo Blouschip* nomen ei est, qui ad te venit, Princeps clementissime. *Oecolampadius* quoque scribet. Alios libellos propter negotia nondum incepi, cras autem incepturus sum, si Deus voluerit. Qui te, Princeps clementissime, utique conservare velit. Dedi 9. die Martii 1530.

Tibi, Princeps clementissime, semper promptissimus
Huldrych Zwingli.

10.

Zwingli an Landgraf Philipp von Hessen.

Gnad und frid von Gott bevor. Gnädigster liebster Herr. Die

---

[1]) Qui haud scio an *Bernates* fuerint. Ii enim fuerunt, qui recusaverunt foedus inire cum Landgrafio *Hassiae*.

[2]) *Enno* Princeps juvenis successit *Edzardo*, qui reformatam ecclesiam instituerat. Ille igitur se inclinavit ad doctrinam Lutheranam, id quod turbas movit. Sed *Udalricus a Dornheim*, domicellus *Essae*, *Witemundii* et *Oldersumii* scripsit 23. Maji 1530 concionatoribus Argentoratensibus: Ennonem Principem literis Landgrafii Hassiae et Argentoratensium mitiorem factum esse et eos jussit *Zwinglium* principem ecclesiae Turicensis, alterum ego, et *Oecolampadium* principem ecclesiae Basileensis salutare. *Carlstadius* deinde cum Basileae esset ei dedicavit 10. Decembr. 1530 Annotatiunculas *Zwinglii* in Ep. ad Philippenses a Leone Judae collectas et ei literis exposuit rationem Ludorum et Synodorum Turicensium.

Tabula signorum arcanorum in quibusdam epistolis occurrentium.

(Numeri Romani plerumque epistolarum anni 1530 arabici signorum cujusque epistolae sunt.)

= (1) XXII. (9) XXXIV. (1) XCV. (1) IC. (2) CXII. (1) XVII a. 31. (2) XXVII a. 31

= (2) XXII. (5) XC. (2) XCV. (5) IC.

= (3) XXII.

= (4) XXII. (5) XXXIV. (2) XC. (7) XCV. (2) XVII a. 31.

= (5) XXII.

= (1) XXXIV. (5) XCV. (4) IC. (4) CXII. (5) CXXXIII.

= (2) XXXIV. (6) XCV. (6) IC. (3) CXII. (1) CXXXIII.
= (1) VI a. 31. (4) XVII a. 31. (4) XXVII a. 31.

= (3) XXXIV. (3) XC. (4) XCV. (2) IC. (1) CXII. (4) CXXXIII.
= (3) XVII. a. 31. (1) XXVII. a. 31.

 = (4) XXXIV. (1) XC. (3) XCV. (3) IC. (6) CXXXIII.

= (6) XXXIV. (2) CXXXIII.

 = (7) XXXIV.

 = (8) XXXIV. (7) CXXXIII.

= (10) XXXIV. (8 CXXXIII.

 = (11) XXXIV.

= (12) XXXIV.

= (13) XXXIV.

= (4) XC.

 = 3 CXXXIII.

= 5 XVII. a. 31.

= 3 XXVII. a. 31.

sachen sind by uns zum allerbesten beratschlagt und die botten abgefertiget, die sind beed wol gesinnet, und ist unserthalb gar kein fäl. Aber ... hat sich bisher etwas beschwert; doch hab ich so oft hinuf geschriben zuo guoten fründen, dass etlich sind, die meinend, wir werdind die sach erheben, so wir von ... und Strassburg sy fründlich anwenden. Es ist ouch uf gestrigen tag .. sach zum allerbesten bewilliget. Gott hab lob. Doch alles nun vor den Heimlichen, wie Üwer Gnaden weisst.

Demnach, Gnädigster Herr, wird ich angelangt, wie Pomeranus und Luter durch jr practik angericht, dass der Graf zuo Ostfriesen alle Prädicanten, die unser meinung sind des sacraments halb, verjagt habe, und das us ansehen Herzog Hansen, und us dem rüemen ouch fürgeben Luters, wie er uns zuo Markpurg überwunden hab. Uf das solle ich by Üwer Gnaden vermögen, dass die an den Grafen zuo Ostfriesen klarlich schrybe und zügnuss gebe, ob doch Luter gsiget hab oder nit; dann by der warheit, die gott ist, so füert Luter in disem handel ein so untüchtige widerwärtige leer, dass wo man die Artikel, so zuo Schmalkal usgangen, nit offentlich widerficht, grosse irrung darvon entston wirt; dann er ouch allen alten leerern zuowider ist, geschwyg dem wort Gottes überall. Hierum, gnädigster liebster Herr, thuond so wol und berichtend den verfüerten Grafen, damit das wort Gottes nit in gewalt der Sachsen sondern in kraft des geistes gefüert werde. Arnoldus Blouschip heisst der zuo Üwer Gnaden kummt. Oecolampadius wirt ouch schryben. Die andern gschriften hab ich vor gschäften noch nit angehebt, will aber morn anheben, ob Gott will. Der bewar Üwer Gnaden allweg. Datum 9 tags Märzens 1530.

Üwer Gnaden allzyt williger
Huldrych Zwingli.

Epistolarum a Zuinglio ad Zuingliumque scriptarum partis utriusque catalogus chronologicus.

Partis I. pagina.

MDX.

1. Henricus Loritus Zuinglio. 13 Julii. 1

MDXI.

1. Joachimus Vadianus Zuinglio. 9 Aprilis. 3
2. Henricus Loritus Zuinglio. 18 Aprilis. 4
3. Idem eidem. 5
4. Jo. Henricus Wentz Zuinglio. 6

MDXII.

1. Zuinglius Joachimo Vadiano. 4 Octobris. 7

MDXIII.

1. Jacobus Zuingli frater Huldricho Zuingli. 20 Februarii. 7
2. Zuinglius Joachimo Watt. 23 Februarii. 8

MDXIV.

1. Jo. Dingnover Zuinglio. 6 Decembris. 9
2. Erasmus Roterodamus Zuinglio. 10

MDXV.

1. Petrus Falck Zuinglio. 23 Januarii. 11
2. Zuinglius Erasmo Roterodamo. 29 Aprilis. 12
3. Valentinus Scudus Zuinglio. 31 Julii. 13

MDXVI.

1. Guilielmus Nesenus Zuinglio. 8 Maii. 14
2. Petrus Falco Zuinglio. 21 Augusti. 15
3. Glareanus Zuinglio. 19 Octobris. 15
4. Petrus Scudus Zuinglio. 23 Octobris. 16
5. Glareanus Zuinglio. 24 Octobris. 17
6. Petrus Scudus Zuinglio. 8 Novembris. 18
7. Glareanus Zuinglio. 13 Decembris. 19

MDXVII.

1. Guilelmus Nesenus Zuinglio. 29 Januarii. 20
2. Aegidius Scudus Zuinglio. 20
3. Guilielmus Nesenus Zuinglio. 27 Aprilis. 21
4. Idem eidem. 5 Maii. 23
5. Zuinglius Vadiano. 13 Junii. 24
6. Valentinus Scudus Zuinglio. 19 Julii. 25
7. Sigismundus Roetlin Zuinglio. 25 Julii. 25
8. Glareanus Zuinglio. 29 Augusti. 26
9. Grebelii fratres Joannes Leopoldus et Cunhardus. 2 Septembris. 27
10. Jacobus Salandronius Zuinglio. 16 Septembis. 29
11. *Zuinglius Scultsto et Senatui Vitodurano. Die Veneris post Simonis ac Judae* [1]). 29
12. *Scultetus et Senatus Vitoduranus Zuinglio. Die Veneris ante Omnium Sanctorum.* 32

MDXVIII.

1. Cunhardus Fontaius Zuinglio. Die Martis post Pauli. 33
2. Joannes Lychtenburger Zuinglio. Extremo Februario. 34
3. Paulus Bombasius Zuinglio. 2 Martii. 35
4. Petrus Scudus Zuinglio. 9 Aprilis. 35
5. Guilielmus Nesenus Zuinglio. Mense Aprili. 36
6. Valentinus Scudus Zuinglio. 27 Aprilis. 41
7. Erasmus Fabritius Zuinglio. 12 Junii. 42
8. Valentinus Scudus Zuinglio. 22 Junii. 44
9. Conradus Grebelius Zuinglio. 31 Julii. 46
10. Jacobus Alexander Zuinglio. 31 Augusti. 47
11. Anthonius Puccius Zuinglio. 24 Augusti. 48
12. Joh. Jacobus a Liliis Zuinglio. 21 Octobris. 49
13. Petrus Scudus Zuinglio. 25 Octobris. 50
14. Myconius Zuinglio. 28 Octobris. 51
15. Zuinglius Myconio. 52
16. Idem eidem. 2 Decembris. 52
17. Myconius Zuinglio. 3 Decembris. 53
18. Zuinglius Henrico Utingero. 4 Decembris. 54
19. Beatus Rhenanus Zuinglio. Die Nicolai. 57
20. Sanderus Zuinglio. 7 Decembris. 58

[1]) Epistolas ab auctoribus lingua vernacula scriptas et hoc opere utroque sermone editas hic catalogus literis cursivis consignavit.

P. I. pag.

21. Zuinglius Leoni Judae. 17 Decembris. 59
22. *Praetor ac Senatus Suitiae Zuinglio. Ante* 21 *Decembris.* 60
23. Beatus Rhenanus Zuinglio. Postridie natalis Dominici. 61

MDXIX.

1. Valentinus Scudus Zuinglio. 10 Januarii. 61
2. Glareanus Zuinglio. 13 Januarii. 62
3. Nesenus Zuinglio. 30 Januarii. 65
4. Joannes Frobenius Zuinglio. 66
5. Johannes Jacobus a Liliis Zuinglio. Calendis Februariis. 66
6. Beatus Rhenanus Zuinglio. 13 Februarii. 67
7. Urbanus Regius Zuinglio. 2 Martii. 68
8. Beatus Rhenanus Zuinglio. 6 Martii. 69
9. Idem eidem. 13 Martii. 70
10. Idem eidem. 19 Martii. 70
11. Zuinglius Christophoro Crasso. 23 Martii. 72
12. Glareanus Zuinglio. 25 Martii. 72
13. Beatus Rhenanus Zuinglio. 4 Aprilis. 73
14. Idem eidem. 7 Maii. 74
15. Glareanus Zuinglio. 15 Maii. 74
16. Idem eidem. Vero similiter 21 Maii. 75
17. Beatus Rhenanus Zuinglio. 21 Maii. 76
18. Idem eidem. 24 Maii. 77
19. Glareanus Zuinglio. 7 Junii. 78
20. Johannes Faber Zuinglio. 7 Junii. 78
21. Valentinus Scudus Zuinglio. 9 Junii. 79
22. Petrus Scudus Zuinglio. 16 Junii. 80
23. Beatus Rhenanus Zuinglio. 2 Julii. 81
24. Simon Stumphus Zuinglio. 2 Julii. 82
25. Zuinglius Fontelo. 2 Julii. 82
26. Jacobus Ammannus Zuinglio. 17 Julii. 83
27. Herus Zuinglio. 84
28. *Justus Schmid Zuinglio. Post* 10 *Augusti.* 85
29. Jacobus Ammannus Zuinglio. 11 Septembris. 86
30. Jacobus Nepos Zuinglio. 10 Calendas Octobres. 86
31. Conradus Fonteius Zuinglio. Die Jovis post Matthaei. 87
32. Idem eidem. 87
33. Andreas Zuinglius Zuinglio. Die Jovis ante festum S. Galli. 88
34. Idem eidem. 88
35. Caspar Hedio Zuinglio. 6 Novembris. 89
36. Hieronymus Artolbius Zuinglio. 11 Novembris. 91
37. Huldricus Zasius Zuinglio. 13 Novembris. 91

P. I. pag.

38. Hedio Zuinglio. 21 Novembris. 95
39. Bilibaldus Pirkheimerus Zuinglio. 24 Novembris. 96
40. Zuinglius Myconio. 26 Novembris. 97
41. Idem eidem. 30 Novembris. 99
42. Joannes Brunnerus Zuinglio. 6 Decembris. 99
43. Felix Myconius Zuinglio. 99
44. Gasparus Hedio Zuinglio. Sabbatho post conceptionis. 100
45. Johannes Fabri Zuinglio. 17 Decembris. 101
46. Myconius Zuinglio. 28 Decembris. 102
47. Zuinglius Myconio. 31 Decembris. 102
Appendix 1. Beatus Rhenanus Zuinglio. (quum lue laboraret.) P. II. pag. 651
Vide 3. Epistolarum incerti temporis (Oecolampadius Zuinglio) 650

MDXX.

1. Valentinus Scudus. 2 Januarii. 105
2. Zuinglius Myconio. 106
3. Beatus Rhenanus Zuinglio. 10 Januarii. 107
4. Guilelmus a Falconibus Zuinglio. 12 Januarii. 109
5. *Christianus, Abbas ad S. Joannis, Zuinglio.* 14 *Januarii.* 109
6. Buntzlius Zuinglio. 3 Februarii. 111
7. Frobenius Zuinglio. 7 Februarii. 111
8. Zasius Zuinglio. 16 Februarii. 113
9. Myconius Zuinglio. 16 Februarii. 115
10. Zuinglius Myconio. 16 Februarii. 116
11. Myconius Zuinglio. 27 Februarii. 117
12. Philippus Engentinus Zuinglio. 5 Martii. 119
13. Caspar Hedio Zuinglio. 17 Martii. 120
14. Myconius Zuinglio. 17 Martii. 121
15. Idem eidem. 25 Martii. 122
16. Zuinglius Myconio. 27 Martii. 123
17. Idem eidem. 2 Aprilis. 126
18. Nicolaus Hageens Zuinglio. 5 Aprilis. 127
19. Hieronymus Frobenius Zuinglio. 128
20. Fabritius Capito Zuinglio. 14 Aprilis. 129
21. Jacobus Nepos Zuinglio. 17 Aprilis. 130
22. Jacobus Ammannus Zuinglio. 19 Aprilis. 131
23. Jacobus Nepos Zuinglio. 5 Maii. 131
24. Hedio Zuinglio. Jubilate. 132
25. Joh. Glotherus Zuinglio. 10 Maii. 133
26. Valentinus Cerio Zuinglio. Vigilia ascensionis. 134

P. I. pag.

27. Hedio Zuinglio. Postridie ascensionis. 134
28. Myconius Zuinglio. Vigilia pentecostes. 135
29. Caspar Hedio Zuinglio. Dominica post corpus Christi. 136
30. Myconius Zuinglio. 10 Junii. 137
31. Zuinglius Vadiano. 19 Junii. 137
32. Zuinglius Myconio. 6 Julii. 139
33. Glareanus Zuinglio. Ad nonas Julias. 139
34. Jacobus Ammannus Zuinglio. 23 Julii. 140
35. Rudolphus Clivanus Zuinglio. 141
36. Jacobus Nepos Zuinglio. Dominica ante divi Jacobi. 141
37. Zuinglius Myconio. Pridie natalitia Jacobi Zebedaei filii. 142
38. Myconius Zuinglio. 31 Augusti. 145
39. Sebastianus Hofmeister Zuinglio. 17 Septembris. 146
40. Zuinglius Myconio. 6 Octobris. 147
41. Hedio Zuinglio. 15 Octobris. 147
42. Johannes Faber Zuinglio. 18 Octobris. 148
43. Jacobus Ammannus Zuinglio. 27 Octobris. 149
44. Glareanus Zuinglio. Ad calendas Novembres. 150
45. Myconius Zuinglio. 2 Novembris. 152
46. Myconius Zuinglio. 8 Novembris. 153
47. *Οὐαλέντινος Σχοῦδος Ζυγγλίῳ.* 15 Novembris. 154
48. Zuinglius Myconio. 25 Novembris. 155
49. Myconius Zuinglio. 13 Decembris. 155
50. Glareanus Zuinglio. 21 Decembris. 156
51. Caspar Hedio Zuinglio. 21 Decembris. 157

MDXXI.

1. Joh. Alex. Brassicanus Zuinglio. 7 Januarii. 158
2. Myconius Zuinglio. 6 Idus Januarias. 159
3. *Scultetus ac Senatus Badenus Zuinglio. Die Lunae post Hilarium.* 160
4. Franciscus Cervinus Zuinglio. 23 Januarii. 161
5. Brassicanus Zuinglio. 31 Januarii. 166
6. Erasmus Fabritius. 4 Martii. 167
7. Burchartus Wirzius Zuinglio. 12 Martii. 168
8. Jacobus Nepos Zuinglio. 168
9. Joachim (am Grüt) Zuinglio. 6 Aprilis. 169
10. Balthasar Trachzelus Zuinglio. 21 Aprilis. 170
11. Burchardus Wirzius Zuinglio. Postridie Quasi modo. 171

P. I. pag.

12. M. Bucerus Zuinglio. 10 Calendas Junias. 173
13. Zuinglius Myconio. Post 17 Maii. 174
14. Beatus Rhenanus Zuinglio. 25 Maii. 175
15. Glareanus Zuinglio. 4 Nonas Julias. 175
16. Myconius Zuinglio. 11 Julii. 177
17. Capito Zuinglio. 4 Augusti. 178
18. Franciscus (Ziskius) Zuinglio. 20 Augusti. 178
19. Zuinglius Myconio. Ultima Augusti. 181
20. Geroldus Meyer Zuinglio. 181
21. Glareanus Zuinglio. 20 Septembris. 182
22. Petrus Wikgram Zuinglio. 10 Novembris. 183
23. Marcus Beraius Theodorinus Zuinglio. 12 Decembris. 184
24. Jacobus Ammannus Zuinglio. 185
25. Zuinglius Berchtoldo Hallerio. 29 Decembris. 185

MDXXII.

1. Myconius Zuinglio. 5 Januarii. 188
2. Berchtoldus Haller Zuinglio. 28 Januarii. 189
3. Petrus Scudus Zuinglio. Ultima Februarii. 190
4. Glareanus Zuinglio. 4 Martii. 191
5. Myconius Zuinglio. 192
6. Zuinglius Beato Rhenano. 25 Martii. 192
7. Myconius Zuinglio. 194
8. Hermannus Buschius Zuinglio. In feriis Paschalibus. 195
9. Glareanus Zuinglio. 196
10. Adam Weiss Zuinglio. 12 Aprilis. 197
11. Michael Hummelberg Zuinglio. Intra Calendas Majas. 198
12. Johannes Wanner Zuinglio. 22 Mai. 199
13. Zuinglius Leoni Judae. 22 Mai. 200
14. Joh. Doeringus Zuinglio. 24 Maii. 201
15. Michael Hummelberg Zuinglio. 27 Maii. 201
16. Zuinglius Myconio. 202
17. Johannes Xylotectus Zuinglio. 30 Junii. 203
18. Bartholomaeus Stocker Zuinglio. 5 Julii. 204
19. Urbanus Regius Zuinglio. 6 Julii. 205
20. Johannes Xylotectus Zuinglio. 7 Julii. 206
21. Berchtoldus Haller Zuinglio. 8 Idus Julias. 206
22. Wilhelmus Nesenus Zuinglio. 10 Julii. 207
23. Zuinglius Myconio. 19 Julii. 208

P. I. pag.

24. Wernerus Steiner Zuinglio. 20 Julii. 209
25. Myconius Zuinglio. 22 Julii. 209
26. Idem eidem. 28 Julii. 210
27. Glareanus Zuinglio. 29 Julii. 211
28. Myconius Zuinglio. 4 Augusti. 212
29. Jodocus Kilchmeier Zuinglio. 13 Augusti. 213
30. Jodocus Müller Zuinglio. 16 Augusti. 214
31. Myconius Zuinglio. 19 Augusti. 215
32. Idem eidem. 21 Augusti. 216
33. Zuinglius Myconio. 23 Augusti. 217
34. Idem eidem. 26 Augusti. 218
35. Michael Hummelbergius Zuinglio. Die Martis post festum Bartholomaei. 219
36. Jac. Salandronius Zuinglio. Altera post Bartholomaei. 220
37. Erasmus Zuinglio. 3 Septembris. 221
38. Michael Hummelbergius Zuinglio. 4 Septembris. 222
39. Erasmus Zuinglio. 8 Septembris. 222
40. *Joannes Kotther Zuinglio. Die Mercurii post Matthaei.* 223
41. Myconius Zuinglio. 23 Septembris. 226
42. Melchior Macrinus Zuinglio. 30 Septembris. 227
43. *Volcatius Jonerus Zuinglio. 6 Octobris.* 228
44. Glareanus Zuinglio. 7 Octobris. 229
45. Melchior Macrinus Zuinglio. 15 Octobris. 230
46. Johannes Xylotectus Zuinglio. 26 Octobris. 232
47. *Balthasar Stapferus Zuinglio. 19 Octobris.* 233
48. *Zuinglius Balthasaro Stapfero.* 237
49. *Jo. Jacobus (Russingerus) Zuinglio. Ad diem Simonis et Judae.* 238
50. Michael Hummelberg Zuinglio. 2 Novembris. 240
51. *Theobaldus a Geroldeck Zuinglio. Dominica post Sanctorum.* 241
52. Sebastianus Meyer Zuinglio. 11 Novembris. 242
53. Myconius Zuinglio. 15 Novembris. 244
54. Jodocus Kilchmeyer Zuinglio. 16 Novembris. 245
55. Johannes Zuiccius Zuinglio. 28 Novembris. 246
56. Glareanus Zuinglio. 4 Calendas Decembres. 247
57. Jodocus Kilchmeyer Zuinglio. 4 Decembris. 248

P. I. pag.

58. *Joannes Jacobus (Russingerus) Zuinglio. Die Martis post Nicolai.* 249
59. Zuinglius Vadiano. Post 8 Decembris. 250
60. Erasmus Zuinglio. 9 Decembris. 251
61. Oecolampadius Zuinglio. 10 Decembris. 251
62. Johannes Xylotectus Zuinglio. 11 Decembris. 252
63. Myconius Zuinglio. 252
64. Idem eidem. 19 Decembris. 253
65. Zuinglius Joanni Zuiccio. 20 Decembris. 254
66. Zuinglius Myconio. 22 Decembris. 255
67. Glareanus Zuinglio. 30 Decembris. 256
68. Zuinglius Gregorio (Bänzli). 30 Decembris. 257
69. Felix Myconius Zuinglio. 258
70. Henricus ab Eppendorf Zuinglio. 259
71. Valentinus Curio Zuinglio. Mense Decembris. 260

MDXXIII.

1. Zuinglius Oecolampadio. 14 Januarii. 261
2. Oecolampadius Zuinglio. Die S. Antonii. 262
3. Glareanus Zuinglio. 13 Calendas Februarias. 263
4. Oecolampadius Zuinglio. Die S. Agnetis. 265
5. Adrianus Papa VI Zuinglio. 23 Januarii. 266
6. Melchior Macrinus Zuinglio. 25 Januarii. 267
7. Glareanus Zuinglio. 7 Calendas Februarias. 267
8. *Zuinglius Albrechto a Landenberg. 2 Februarii.* 268
9. Glareanus Zuinglio. Pridie Nonas Februarias. 270
10. Hedio Zuinglio. 10 Februarii. 271
11. Otho Brunfels Zuinglio. Idibus Februariis. 272
12. Glareanus Zuinglio. 16 Calendas Martias. 273
13. Oecolampadius Zuinglio. Die Juliani Martyris. 274
14. Zuinglius Wernero Steinero. 19 Februarii. 274
15. Joh. Alexander Brassicanus Zuinglio. 20 Februarii. 276
16. Zuinglius Urb. Wyssio. 24 Februarii. 277
17. Zuinglius J. Zimmermanni sive Justo Kirchmeyero. 1 Martii. 278
18. Johannes Xylotectus Zuinglio. 1 Martii. 278
19. Oecolampadius Zuinglio. 3 Martii. 279

P. I. pag.

20. *Margareta a Wattenweil Zuinglio. Die Sabbati ante Laetare.* 279
21. Melchior Macrinus Zuinglio. 6 Martii. 281
22. Valentinus de Saxonia Zuinglio. 282
23. Alexius Ittingensis Zuinglio. 283
24. Zuinglius Matthaeo (Albero). 19 Martii. 285
25. *Jo. Jacobus (Russingerus) Zuinglio. 24 Martii.* 285
26. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 6 Idus Apriles. 287
27. Hedio Zuinglio. Vigilia Paschae. 288
28. Joannes Sapidus Zuinglio. 10 Aprilis. 289
29. Sebastianus Oeconomus (Hofmeisterus) Zuinglio. Sabbato in Albis. 289
30. Zuinglius Wernero Steiner. 14 Aprilis. 290
31. Adam Weiss Zuinglio. 14 Aprilis. 291
32. Zuinglius Oecolampadio. 291
33. Nicolaus Gerbellius Zuinglio. 21 Aprilis. 292
34. Oecolampadius Zuinglio. 27 Aprilis. 293
35. Berchtoldus Haller Zuinglio. 7 Idus Maias. 294
36. Bucerus Zuinglio. 9 Junii. 295
37. Zuinglius Thomae Wyttenbachio. 15 Junii. 297
38. Oecolampadius Zuinglio. 16 Junii. 300
39. Idem eidem. 8 Julii. 301
40. Ulricus ab Hutten Zuinglio. 302
41. *Ludovicus Tschudius Zuinglio. Die Jovis post S. Margaretae.* 302
42. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 27 Julii. 304
43. Zuinglius Fratri. 30 Julii. 305
44. *Jacobus Leo Zuinglio. Die Assumtionis Mariae.* 306
45. *Idem eidem. Die Lunae post Assumtionem.* 307
46. Desiderius Erasmus Zuinglio. Pridie Calendas Septembres. 307
47. Idem eidem. 310
48. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 9 Octobr. 311
49. Zuinglius Oecolampadio. 11 Octobris. 312
50. Zuinglius Bonifacio Wolfhart. 11 Octobris. 313
51. Zuinglius Vadiano. 11 Novembris. 313
52. Simon Stumphus Zuinglio. Die S. Elisabethae. 315
53. Zuinglius Berchtoldo Hallero. 4 Decembris. 316
54. Zuinglius Petro Sebivillae. 13 Decembris. 319
55. Myconius Zuinglio. 322

P. I. pag.

MDXXIV.

1. Zuinglius Erasmo (Rittero). Calendis Januariis.
2. Zuinglius (Oswaldo) Vendelino. 28 Februarii.
3. *Barbara (Trüllerey) Zuinglio. Die Matthiae.*
4. Zuinglius Vadiano. 24 Februarii.
5. Jodocus Heschius Zuinglio. Pridie Calendas Martias.
6. Oecolampadius et Bonifacius (Wolfhardus) Zuinglio.
7. Zuinglius Vadiano. 28 Martii.
8. Zuinglius Conrado Hofmanno. 11 Aprilis.
9. M. Bucerus Zuinglio. 14 Aprilis.
10. Zuinglius Vadiano. 16 Maii.
11. Jacobus Wimphelingus Zuinglio e Lutbero. 10 Calendas Junias.
12. Zuinglius Johanni Frosch. 16 Junii. Urbanus Regius Johanni Frosch.
13. Zuinglius Vadiano. 4 Julii.
14. *Zuinglius Comitatui Toggio. Die Iun post Margarethae.*
15. Zuinglius Eccio.
16. *Joh. Vannius Zuinglio.* 29 *Augusti.*
17. Antonius Papilio Zuinglio. Nonis Octobribus.
18. Zuinglius Oecolampadio. 9 Octobris.
19. Zuinglius Fridolino Lindovero. 20 Octobris.
20. Bucerus Zuinglio. Pridie Calendas Novembres.
21. Oecolampadius Zuinglio. 21 Novembris.
22. *Blasius Faverus Zuinglio. Die Veneris post Conceptionis Mariae.*
23. Balthasar Pacimontanus Zuinglio.
24. Capito Zuinglio. Pridie Calendas Januarias.

Appendix 2. Zuinglius Nicolao Kniewyn. 6 Augusti XXIV. P. II. pag.
— — 3. Zuinglius Bilibaldo Birkaimero. 24 Octobris 1524.

MDXXV.

1. *Zuinglius Foederum Rhaetiae Communitati. 14 Januarii.*
2. Oecolampadius Zuinglio. (17 Januarii.)
3. Zuinglius Vadiano. 19 Januarii.
4. Petrus Finer Zuinglio. Post Invocavit.
5. Christophorus Grill (Geill) Zuinglio. Pridie Idus Martias.

P. I. pag.

6. Zuinglius Jodoco Heschio. 8 Martii. 386
7. Zuinglius Vadiano. Pridie Calendas Aprilis. 387
Zuinglius Francisco Kolbio. (Epistola notha.) Die Lunae ante Georgium. 388
8. Zuinglius Oecolampadio. 5 Aprilis. 389
9. Christophorus Sertorius Zuinglio. 2 Maii. 392
10. Bertoldus Hallerus Zuinglio. 6 Maii. 394
11. Salandronius Zuinglio. 15 Maii. 394
12. Ulricus Boltus Zuinglio. Die Martis Pentecostali. 395
13. Marcus Murerus Zuinglio. Die Jovis post Pentecosten. 395
14. Zuinglius Vadiano. 28 Maii. 397
15. Michael Viestius Zuinglio. Calendis Augustis. 399
16. Johannes Commander Zuinglio. 8 Augusti. 400
17. Ludovicus Siguinius (Sigunius) Zuinglio. In feriis praecidaneis Bartholomaei. 401
18. Conradus Muppein Zuinglio. Profesto Bartholomaei. 402
19. Joannes Gebentinger Zuinglio. 403
20. Franciscus Kolb Zuinglio. 8 Septembris. 403
21. Guillelmus Farellus Zuinglio. 12 Sept. 404
22. Zuinglius Bucero vel Capitoni. 13 Sept. 405
23. Huldricus Cramerus Zuinglio. 13 Sept. 406
24. Ludovicus Hätzer Zuinglio. 14 Sept. 406
25. Oecolampadius Zuinglio. 16 Sept. 408
26. Zuinglius Vadiano. 22 Sept. 409
Georgius Binderus Vadiano. 410
Felicis Aberlini confessio. 411
27. *Ulricus Wirtembergensis Zuinglio. Die Martis post Michaelis.* 412
28. Georgius Pontanus Zuinglio. Mense Septembri. 413
29. Oecolampadius Zuinglio. 2 Octobris. 414
30. *Dieboldus a Geroldseck Zuinglio. Feria 2 Michaelis.* 415
31. Zuinglius Vadiano. 11 Octobris. 416
32. Oecolampadius Zuinglio. 12 Octobris. 417
33. Joannes Rhellicanus Zuinglio. 13 Octobris. 418
34. Ludovicus Hätzer Zuinglio. 17 Octobris. 419
35. Oecolampadius Zuinglio. Post Galli. 420
36. Conradus (Kunz) Luchsinger Zuinglio. Die Sabbati post Galli. 420
37. Conradus Schindlerus Zuinglio. 421
38. Oecolampadius Zuinglio. 22 Octobris. 421

P. I. pag.

39. *Blasius Farer Zuinglio. Die Lunae ante Simonis et Judae.* 422
40. W. Fabritius Capito Zuinglio. 28 Octobris. 426
41. Francus quidam cuidam civi Basiliensi. 28 Octobris. 427
42. Oecolampadius Zuinglio. 4 Novembris. 432
43. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 4 Novembris. 433
44. Oecolampadius Zuinglio. 11 Novembris. 434
45. Alexander Sytz Zuinglio. Die Martis post Martini. 434
46. Oecolampadius Zuinglio. 13 Novembris. 435
47. Capito Zuinglio. 14 Novembris. 436
48. Dieboldus a Geroldseck Zuinglio. Die Mercurii ante Catharinae. 436
49. W. Fabritius Capito Zuinglio. 20 Novembris. 437
50. Oecolampadius Zuinglio. 24 Novembris. 439
51. Idem eidem. 26 Novembris. 440
52. V. Fabritius Capito Zuinglio. 26 Novembris. 440
53. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 29 Novembris. 441
54. Joannes Rhellicanus Zuinglio. Die Lunae post Andreae. 442
55. Zuinglius Oecolampadio. Calendis Decembribus. 443
56. Oecolampadius Zuinglio. 6 Decembris. 444
57. Idem eidem. 7 Decembris. 445
58. Joannes Vannius Zuinglio. 446
59. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 10 Dec. 446
60. Aegidius a Porta Zuinglio. 11 Decembr. 447
61. Oecolampadius Zuinglio. 19 Decembris. 448
62. Johannes Rhellicanus Zuinglio. Postridie Thomae. 449
63. Zuinglius Vadiano. 23 Decembris. 450
64. *Claudius Magius Zuinglio. Die Jovis ante festum natale.* 451
65. W. Fabritius Capito Zuinglio. 6 Calendas Januarias. 452
66. Conradus Pellicanus Zuinglio. Die Innocentum. 454
67. Oecolampadius Zuinglio. 29 Decembris. 455
68. Ludovicus Hätzerus Zuinglio. Penultima Decembris. 455
69. Simon Stumphius Zuinglio. 456
70. Idem eidem et Nicolao Bavaro. 457
71. *Zuinglii testimonium pro Domina Sculteta.* 458
Appendix 4. Zuinglius Consuli et Senatui Mülhusano, 2 Febr. 1525. P. II. pag. 653

P. I. pag.

MDXXVI.

1. Oecolampadius Zuinglio. 1 Januarii. 459
2. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 5 Januarii. 459
3. Oecolampadius Zuinglio. 12 Januarii. 461
4. Zuinglius Pellicano. 12 Januarii. 462
5. Capito Zuinglio. 15 Januarii. 463
6. Oecolampadius Zuinglio. 25 Januarii. 464
7. Capito Zuinglio. 28 Januarii. 464
8. Bucerus Zuinglio. 29 Januarii. 466
9. Capito Zuinglio. 29 Januarii. 467
10. Idem eidem. 3 Februarii. 467
11. Idem eidem. 6 Februarii. 468
12. Oecolampadius Zuinglio. 7 Februarii. 471
13. Idem eidem. 9 Februarii. 472
14. *Zuinglius Abtzellanis.* 12 *Februarii.* 473
15. Nic. Prugnerus Zuinglio. 16 Februarii. 474
16. Joannes Luithart Zuinglio. 475
17. Oecolampadius Zuinglio. Mense Febr. 475
18. *Henricus Wirdmüllerus Zuinglio. Sabbati ante Oculi.* 476
19. Zuinglius Vadiano. 7 Martii. 477
20. Oecolampadius Zuinglio. 7 Martii. 478
21. Capito Zuinglio. 7 Martii. 480
22. Bucerus Zuinglio. 481
23. *L(eonhard) T(remp) Zuinglio.* 483
24. Zuinglius Vadiano. 3 Calendas Aprilee. 484
25. Jac. Salandronius Zuinglio. In Feriis Paschalibus. 485
26. *Lucius Tscherneru Zuinglio. Vigilia Paschali.* 486
27. Zuinglius Vadiano. 3 Aprilis. 488
28. Capito Zuinglio. 4 Aprilis. 489
29. Oecolampadius Zuinglio. 9 Aprilis. 489
30. Michael Viestius Zuinglio. 490
31. Zuinglius Viestio. 10 Aprilis. 491
32. Capito Zuinglio. 16 Aprilis. 492
33. *Zuinglius Senatui Bernatum.* 16 *Aprilis.* 493
34. Oecolampadius Zuinglio. 19 Aprilis. 499
35. Zuinglius Vadiano. 22 Aprilis. 500
36. Oecolampadius Zuinglio. 24 Aprilis. 501
37. Anonymus Zuinglio. 502
38. Zuinglius Vadiano. 11 Maii. 503
39. Casparus Churrerus Zuinglio. (*Κάσπαρος ὁ Χουρρήρειος Ζουγλίῳ.*) 503
40. Salandronius Zuinglio. 15 Maii. 504
41. Idem eidem. Die Martis in feriis Pentecostes. 505
42. Gregorius Mangoltus Zuinglio. Die Veneris post Adscensionis. 506
43. Idem eidem. Sabbato. 507

P. I. pag.

44. Capito Zuinglio. 16 Maii. 509
45. Bucerus Zuinglio. 17 Maii. 510
46. Oecolampadius Zuinglio. 18 Maii. 511
47. (Lud.) Bovillus Zuinglio. 511
48. Oecolampadius Zuinglio. 22 Maii. 511
49. Idem eidem. 23 Maii. 512
50. Vadianus Zuinglio. 25 Maii. 512
51. Gregorius Mangoltus Zuinglio. Die Veneris post Trinitatis. 513
52. Comander Zuinglio. 5 Junii. 514
53. Capito Zuinglio. 11 Junii. 515
54. Oecolampadius Zuinglio. 12 Junii. 517
55. Idem eidem. 20 Junii. 518
56. Idem eidem. 23 Junii. 518
57. Zuinglius Conrado Somio. 2 Julii. 519
58. Zuinglius Vadiano. 3 Julii. 519
59. Bucerus Zuinglio. 9 Julii. 520
60. Oecolampadius Zuinglio. 12 Julii. 522
61. Thomas a Hofen Leonardo Tremp et hic Zuinglio. Die Lunae post Margarethae. 524
62. Joannes Gebentingerus Zuinglio. Die Lunae post Margarethae. 525
63. Franciscus Kolb Zuinglio. 17 Julii. 526
64. Oecolampadius Zuinglio. 18 Julii. 527
65. Zuinglius Vadiano. 18 Julii. 527
66. Capito Zuinglio. 24 Julii. 527
67. Zuinglius Vadiano. 5 August. 528
68. Zuinglius Ambrosio (aut Thomae) Blaurero. 11 Augusti. 529
69. Oecolampadius Zuinglio. 12 Augusti. 530
70. Capito Zuinglio. 18 Augusti. 530
71. Petrus Gynorianus (al. Gynoraeus) Zuinglio. 22 Augusti. 531
72. Petrus Conrenus Zuinglio. 24 Augusti. 533
73. Zuinglius Petro Gynoraeo. Pridie Calendas Septembres. 534
74. Oecolampadius Zuinglio. 3 Septembris. 538
75. Zuinglius Michaeli Cellario. 17 Sept. 538
76. Christophorus Froschauerus Zuinglio. 18 Septembris. 539
77. Joannes Hanerus Zuinglio. 14 Calendas Octobres. 540
78. Oecolampadius Zuinglio. 24 Septembris. 542
79. Capito Zuinglio. 26 Septembris. 543
80. Urbanus Rhegius Zuinglio. 28 Sept. 544
81. *Comander Zuinglio.* 2 *Octobris.* 545
82. Oecolampadius Zuinglio. 6 Octobris. 546
83. Idem eidem. 13 Octobris. 547
84. Caspar Mosager Zuinglio. 16 Octobris. 548
85. Zuinglius Berchtholdo Hallero. 548

P. I. pag.
86. Berchtholdus Hallerus Zuinglio. 16 Octobris. 549
87. Zuinglius Urbano Regio. 16 Octobris. 549
88. Capito Zuinglio. 17 Octobris. 551
89. Oecolampadius Zuinglio. 17 Octobris. 553
90. Idem eidem. 19 Octobris. 555
91. Idem eidem. 20 Octobris. 555
92. Zuinglius Joanni Vannio. 12 Novembris. 556
93. Oecolampadius Zuinglio. 30 Octobris. 557
94. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 4 Novembris. 557
95. Zuinglius Berchtholdo Hallero. 6 Novembris. 558
96. Oecolampadius Zuinglio. 9 Novembris. 561
97. Joannes Hanerus Zuinglio. Die Martini. 561
98. Capito Zuinglio. 12 Novembris. 562
99. Idem eidem. 14 Novembris. 563
100. Zuinglius Oecolampadio. Penultima Novembris. 564
101. Oecolampadius Zuinglio. 1 Decembris. 566
102. Gregorius Bünzli Zuinglio. 1 Dec. 567
103. Zuinglius Joanni Hanero. 3 Dec. 568
104. Zuinglius Joh. Zuiccio et Ambr. Blaurero. 5 Dec. 570
105. Capito Zuinglio. 10 Dec. 571
106. Aegidius a Porta Zuinglio. 15 Dec. 572
107. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 17 Dec. 574
108. Johannes Hanerus Zuinglio. 18 Dec. 575
109. Oecolampadius Zuinglio. 23 Dec. 577
110. Zuinglius Capitoni et Fratribus Argentinensibus. Hora ante eclipsin. 578
111. Capito Zuinglio. 26 Decembris. 579
Appendix 5. Oecolampadius Zuinglio. 14 Martii 1526. P. II. pag. 655
— — 6. Zuinglius Civitati (Norimbergensi). 6 Nonas Julias 1526. 656

MDXXVII.

Partis II. pagina.
1. Capito Zuinglio. 1 Januarii. 1
2. Erasmus Ritter Zuinglio. 1 Januarii. 2
3. *Zuinglius legatis Bernensibus in Thermis.* 3
4. *Joannes Dorfmann (Comander) Zuinglio.* 6
5. Zuinglius Oecolampadio. 3 Januarii. 8
6. Zuinglius Thomae ab Hofen. 4 Januarii. 9
7. Zuinglius Berchtoldo Hallero. 4 Januarii. 10
8. Oecolampadius Zuinglio. 6 Januarii. 10
9. Zuinglius Philippo Marchioni Badensi. 11 Januarii. 11
P. II. pag.
10. Petrus Gynoraeus Zuinglio. 14 Januarii. 12
11. Oecolampadius Zuinglio. 15 Januarii. 12
12. Fridolinus Fontejus Zuinglio. 18 Calendas Februarias. 13
13. *Thomas a Hofen Zuinglio. Die Martis ante Antonii.* 14
14. Capito Zuinglio. 22 Januarii. 16
15. *Christophorus Landenbergius Zuinglio. 22 Januarii.* 16
Domino Consuli Rosstio. 22 Januarii. 17
16. *Marcus Peregrinus Zuinglio. Die conversionis Pauli.* 18
17. Zuinglius (Fridolino Fontejo.) 25 Januarii. 20
18. Benedictus Dischmacher Zuinglio. 27 Januarii. 22
19. Henricus Luti Zuinglio. Ultima Januarii. 23
20. Leonardus Trempius Zuinglio. Die solis ante purificationis Mariae. 23
21. Oecolampadius Zuinglio. 4 Februarii. 25
22. Zuinglius Medico theologo cuidam. 4 Februarii. 26
23. Oecolampadius Zuinglio. 11 Februarii. 26
24. Zuinglius Cunhardo Somio. 12 Februarii. 28
25. Idem eidem. 15 Februarii. 29
26. Alexius Berschius Zuinglio. 27 Febr. 29
27. Capito Zuinglio. 28 Februarii. 30
28. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Febr. 31
29. Johannes Hanerus Zuinglio. Calendis Martii. 32
30. Zuinglius Comandro et Nicolao Balingio. 1 Martii. 34
31. *Udalricus Dux Wirtemb. Zuinglio. 10 Calendas Aprilis.* 34
32. Bucerus Zuinglio. 35
33. Oecolampadius Zuinglio. 26 Martii. 36
34. Zuinglius Dionysio Melandro. Pridie Calendas Aprilis. 37
35. Zuinglius Martino Luthero. Calendis Aprilibus. 39
36. Urbanus Regius Zuinglio. 1 Aprilis. 42
37. Joannes Frumentarius Zuinglio. 4 Apr. 43
38. Capito Zuinglio. 8 Aprilis. 44
38. b. *Wolfgangus Wakingerus Zuinglio. 15 Aprilis.* 44
39. Oecolampadius Zuinglio. 24 Aprilis. 47
40. Berchtold Haller Zuinglio. 25 Aprilis. 49
41. Joannes Bovillus Zuinglio. 27 Aprilis. 50
42. Oecolampadius Zuinglio. 28 Aprilis. 51
43. Zuinglius Berchtoldo (Hallero) et Francisco (Kolbio). 28 Aprilis. 51

P. II. pag.

44. Zuinglius Nicolao Brugnero. Pridie Calendas Majas. 57
45. Bucerus Zuinglio. Pridie Calendas Majas. 57
46. Oecolampadius Zuinglio. 1 Maii. 58
47. Zuinglius Vadiano. 4 Maii. 58
48. Franciscus Kolb Zuinglio. 5 Maii. 59
49. Zuinglius Andreae Hosiandro. 6 Maii. 60
50. Zuinglius (verosimillimum Hanero). 61
51. Zuinglius Vadiano. 11 Maii. 63
52. *Georgius Regel Zuinglio.* 15 *Maii.* 64
53. Bertoldus Hallerus Zuinglio. 16 Maii. 66
54. Joannes Hanerus Zuinglio. 17 Maii. 67
55. Oecolampadius Zuinglio. 22 Maii. 70
56. Zuinglius (Berchtoldo Hallero et Francisco Kolbio). 22 Maii. 71
57. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Maii. 72
58. Guilielmus Ursinus (Farellus) Zuinglio. 9 Junii. 72
59. Ludovicus Bovillus Zuinglio. 3 Nonas Junias. 74
60. Oecolampadius Zuinglio. 15 Junii. 74
61. Capito Zuinglio. 7 Julii. 75
62. Bucerus Zuinglio. 8 Julii. 75
63. Capito Zuinglio. 9 Julii. 76
64. Oecolampadius Zuinglio. 14 Julii. 78
65. Idem eidem. 19 Julii. 79
66. Idem eidem. 19 Julii. 80
67. Zuinglius Vadiano. 26. 81
68. Bucerus Zuinglio. 13 Augusti. 81
69. Zuinglius Ambrosio Blaurero (Ζύγγλιος Ἀμβροσίῳ Βλαυρήρῳ). 14 Augusti. 82
70. Capito Zuinglio. 18 Augusti. 83
71. Oecolampadius Zuinglio. 18 Augusti. 84
72. Idem eidem. 22 Augusti. 85
73. Zuinglius Joanni Hessio. 3 Calendas Septembres. 86
74. Martinus Cellarius Zuinglio. 31 Augusti. 87
75. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Augusti. 88
76. Zuinglius Fratri (Constantiensi). Pridie Calendas Septembres. 89
77. Zuinglius Chunrado Somio. 1 Septembris. 90
78. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 4 Septembris. 92
79. Oecolampadius Zuinglio. 5 Septembris. 93
80. Leon. Castor Zuinglio. 4 Idus Septembres. 93
81. Capito Zuinglio. 21 Septembris. 94
82. Bucerus Zuinglio. 26 Septembris. 96
83. Idem eidem. 26 Septembris. 97
84. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Sept. 98

P. II. pag.

85. Nicolaus Baling Zuinglio. 5 Octobris. 100
86. Idem eidem. 102
87. Zuinglius B. Hallero et Fr. Kolbio. 11 Octobris. 102
88. Oecolampadius Zuinglio. 15 Octobris. 103
89. Idem eidem. 10 Novembris. 104
90. *Bertoldus Hallerus Zuinglio.* 4 *Novembris.* 104
91. Oecolampadius Zuinglio. 6 Novembris. 110
92. Fridolinus Fontejus Zuinglio. 110
93. Capito Zuinglio. 7 Novembris. 111
94. *Bertoldus Hallerus Zuinglio.* 10 *Novembris.* 113
95. *Zuinglius Senatui Turicensi.* 119
96. Oecolampadius Zuinglio. 24 Novembr. 121
97. Bertoldus Hallerus Zuinglio. 26 Nov. 121
98. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Novembris. 122
99. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 2 Decembris. 123
100. Oecolampadius Zuinglio (graece in majorem partem). 13 Decembris. 124
101. Zuinglius Oecolampadio. 15 Decembr. 124
102. *Guilielmus a Zell Zuinglio.* 12 *et* 16 *Decembris.* 125
Joannes Eccius Guilielmo a Zell. 15 *Decembris.* 126
103. Oecolampadius Zuinglio. 18 Dec. 128
104. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 20 Dec. 129
105. Zuinglius Erasmo (Rittero). Die natali. 130
106. *Zuinglius Senatui Ulmensi. Die S. Joannis Evangelistae.* 131

MDXXVIII.

1. Sigismundus Grymm Zuinglio. Calendis Januariis. 133
2. *Joannes Meyer Zuinglio.* 133
3. *Zuinglius Annae Reinhart.* 11 *Januarii.* 134
4. Utinger Zuinglio. 15 Januarii. 134
5. Erasmus Ritter Zuinglio. 15 Januarii. 135
6. *Jacobus Grotsch* (*Graetsch*) *Zuinglio.* 20 *Januarii.* 136
7. *Zuinglius Magistro Thunmisen.* 28 *Jan.* 137
8. *Zuinglius* (*Oecolampadius, Capito et Bucerus*) *Senatui Bernensi. Disputatione peracta.* 139
9. Henricus ab Eppendorf Zuinglio. 3 Februarii. 140
10. *Comander Zuinglio. Die Martis ante medium jejunium.* 141

	P. II. pag.
11. Oecolampadius Zuinglio. 11 Februarii.	142
12. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 12 Februarii.	143
31. Balingius Zuinglio.	144
14. Paulus Fagius Zuinglio. 13 Februarii.	144
15. Oecolampadius Zuinglio. 2 Martii.	146
16. Zuinglius Cunhardo Somio. 7 Martii.	146
17. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 8 Februarii.	147
18. Idem eidem. 10 Martii.	147
19. Capito Zuinglio. 13 Martii.	148
20. Bucerus Zuinglio.	148
21. Oecolampadius Zuinglio. 15 Martii.	149
22. Joannes Chufferus Zuinglio. Idibus Martiis.	149
23. *Martinus Seger Zuinglio. 17 Martii.*	150
24. Zuinglius Nicolao Wattenweil. 19 Martii.	151
25. Idem eidem. 24 Martii.	152
26. Oecolampadius Zuinglio. 25 Martii.	153
27. Capito Zuinglio. 29 Martii.	153
28. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. Ultima Martii.	154
29. Oecolampadius Zuinglio. 1 Aprilis.	156
30. *Hartmann Schnider Zuinglio. 3 Aprilis.*	158
31. Zuinglius Cunhardo Somio. 3 Aprilis.	159
32. Oecolampadius Zuinglio. 5 Aprilis.	159
33. Capito Zuinglio. 15 Aprilis.	160
34. Bucerus Zuinglio. 15 Aprilis.	161
35. Oecolampadius Zuinglio. 17 Aprilis.	162
36. Idem eidem. 20 Aprilis.	165
37. Capito Zuinglio. 22 Aprilis.	166
38. Sebastianus Oeconomus Zuinglio. 22 Aprilis.	166
39. *Christophorus Landenberger Zuinglio. 1 Maii.*	168
40. *Franciscus Kolbius Zuinglio. 1 Maii.*	173
41. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 4 Maii.	174
42. Oecolampadius Zuinglio. Bucerus Oecolampadio. 6 Maii.	185
43. Paulus Fagius Zuinglio. 7 Maii.	185
44. *Marcus Peregrinus Zuinglio. 12 Maii.*	186
45. *Rudolfus Ammann Zuinglio. 14 Maii.*	188
46. Bertholdus Hallerus Zuinglio. 17 Maii.	190
47. Oecolampadius Zuinglio. 20 Maii.	190
48. Bertholdus Hallerus Zuinglio. Ultima Maii.	190
49. Oecolampadius Zuinglio. — Junii.	191
50. Zuinglius Capitoni et Bucero. 17 Junii.	192
51. Oecolampadius Zuinglio. 21 Junii.	193
52. Hedio Zuinglio. 23 Junii.	193
53. Bucerus Zuinglio. 24 Junii.	194
54. Oecolampadius Zuinglio. 1 Julii.	194
55. *Leonardus Trempius Zuinglio.*	195
56. Oecolampadius Zuinglio. 9 Julii.	196
57. *Idem eidem. 10 Julii.*	197
58. Bucerus Zuinglio. 19 Julii.	202
59. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 21 Julii.	203
60. Oecolampadius Zuinglio. 22 Julii.	204
61. Georgius Chalybaeus (Staehelin) Zuinglio. 22 Julii.	204
62. Christophorus Ballista Zuinglio.	205
63. Idem eidem.	205
64. Georgius Farellus Zuinglio. 23 Julii.	206
65. *Udalricus Kolbiner Zuinglio.*	207
66. Capito Zuinglio. Ultima Julii.	208
67. Idem eidem. Ultima Julii.	209
68. Hedio Zuinglio. 2 Augusti.	209
69. Johannes Sapidus Zuinglio.	210
70. Oecolampadius Zuinglio. 6 Augusti.	211
71. *Georgius Regel Zuinglio. 7 Augusti.*	212
72. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 7 Augusti.	212
73. Oecolampadius Zuinglio. 16 Augusti.	213
74. Idem eidem. 18 Augusti.	213
75. *Martinus Seger Zuinglio, 1 Septembris.*	213
76. Zuinglius Vadiano. 3 Septembris.	215
77. Idem eidem. 11 Septembris.	216
78. Idem eidem. 12 Septembris.	217
79. Zuinglius Glaronensibus. 16 Septembris.	218
80. *Simpertus Sorg Zuinglio. 17 Septembris.*	221
81. *Jacobus Grotsch Zuinglio. 17 Septembris.*	222
82. Bucerus Zuinglio. 26 Septembris.	224
83. *Zuinglius Roestio et Tummysen. 28 Sept.*	224
84. Oecolampadius Zuinglio. 28 Sept.	225
85. Bertoldus Hallerus Zuinglio. 7 Octobris.	227
86. Janus Cornarius Zuinglio. 15 Octobris.	228
87. Christophorus Clauserus Zuinglio.	229
88. Oecolampadius Zuinglio. 17 Octobris.	229
89. *Martinus Seger Zuinglio. Die Martis post S. Galli.*	230
90. Oecolampadius Zuinglio. 21 Octobris.	231
91. Bertholdus Hallerus Zuinglio. 26 Oct.	232
92. Valerius Anshelmus Zuinglio. 28 Oct.	233
93. Capito Zuinglio. 1 Novembris.	234
94. H. Bullinger Zuinglio.	235
95. Oecolampadius Zuinglio. 8 Novembris.	235
96. Ulrich Funk Zuinglio.	236
97. Janus Cornarius Zuinglio. 10 Novembris.	236
98. *Petrus Rämelin Zuinglio. 11 Novembris.*	237
99. *Zuinglius ad Joannem Wickserum et alios Glaronenses. — Novembris.*	238

P. II. pag.

100. Paulus Rhodocomus (Rasdorfer) Zuinglio. 14 Novembris. 239
101. Alexander Grat Zuinglio. 15 Nov. 240
102. Huldricus Werdmüller Zuinglio. 1 Decembris. 241
103. *Wolf Berkinger Zuinglio. 2 Decembris.* 241
104. Zuinglius Vadiano. 9 Decembris. 243
105. Capito Zuinglio. 12 Decembris. 244
106. Oecolampadius Zuinglio. 15 Decembr. 245
107. Idem eidem. 23 Decembris. 245
108. *Huldricus Werdmüller Zuinglio. Die Stephani.* 246
109. Janus Cornarius Zuinglio. 28 Dec. 248

MDXXIX.

1. Wernher Bygel Zuinglio. 2 Januarii. 249
2. Oecolampadius Zuinglio. 3 Januarii. 250
3. Marcus Bersius Zuinglio. 6 Januarii. 251
4. Bucerus Zuinglio. 7 Januarii. 251
5. Oecolampadius Zuinglio. 11 Januarii. 252
6. Idem eidem. 17 Januarii. 253
7. Hieronymus Rhetus Zuinglio. 254
8. Bertoldus Hallerus Zuinglio. 18 Jan. 256
9. *Petrus Schneider et Erasmus Ritter Zuinglio. Die Martis ante Sebastiani.* 257
10. *Petrus Schneider Zuinglio. Die Sabbati post Vincentii.* 258
11. *Joannes Schindler Zuinglio. 27 Januarii.* 259
12. *Ludovicus Roesch Zuinglio.* 260
13. *Lucius Tanner Zuinglio. 14 Calendas Februarias.* 262
14. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Januarii. 264
15. Zuinglius Oecolampadio. 4 Februarii. 264
16. Nicolaus Baling Zuinglio. 7 Februarii. 266
17. *Simpertus Schenk Zuinglio. 24 Februarii.* 266
18. Marcus Fontanus Zuinglio. 4 Calendas. 267
19. *Jacobus Hewer Zuinglio. Die Lunae post Laetare.* 268
20. Zuinglius Vadiano. 12 Martii. 269
21. Capito Zuinglio. 15 Martii. 270
22. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 15 Martii. 271
23. Comander Zuinglio. 20 Martii. 271
24. Rhellicanus Zuinglio. 24 Martii. 272
25. Oecolampadius Zuinglio. 28 Martii. 273
26. Bucerus Zuinglio. 29 Martii. 273
27. Oecolampadius Zuinglio. 1 Aprilis. 274
28. Wolfgang Wissenburg Zuinglio. 3 Aprilis. 274
29. Mantellus Zuinglio. 4 Aprilis. 275

P. II. pag.

30. *Conradus Luchsinger Zuinglio. Die Martis ante festum Paschale.* 275
31. *Leonardus Trompius Zuinglio. Die Jovis ante festum Paschale.* 276
32. *Christophorus Landenberger Zuinglio. 13 Aprilis.* 278
33. Oecolampadius Zuinglio. 17 Aprilis. 281
34. Capito Zuinglio. 19 Aprilis. 283
35. Idem eidem. 28 Aprilis. 284
36. Idem eidem. 22 (Aprilis). 284
36. b. *Anonymus Zuinglio.* 286
37. *Philippus Landgravius Hassiae Zuinglio. 9 Maii.* 287
38. *Idem eidem.* 288
39. Oecolampadius Zuinglio. 3 Maii. 289
40. Franciscus (Zink) Zuinglio. Die Veneris post Ascensionis. 289
41. Capito Zuinglio. 13 Maii. 290
42. Idem eidem. 18 Maii. 291
43. Paulus Rhodocomus (Rasdorfer) Zuinglio. 19 Maii. 292
44. Oecolampadius Zuinglio. 22 Maii. 292
45. Johannes Rhellicanus Zuinglio. 26 Maii. 293
46. Megander Zuinglio. Penultima Maii. 293
47. Zuinglius (B. Hallero, Fr. Kolbio aliisque) amicis Bernensibus. 294
48. *Zuinglius Jacobo Werdmüllero. 8 Junii.* 294
49. *Zuinglius Senatui Turicensi. 11 Junii.* 296
50. Oecolampadius Zuinglio. 12 Junii. 302
51. *Zuinglius Senatui Turicensi. 16 Junii.* 302
52. *Zuinglius Jacobo Werdmüllero. 19 Junii.* 304
53. *Zuinglius Senatui Turicensi. 20 Junii.* 305
54. *Senatus Turicensis Zuinglio. 20 Junii.* 307
55. Zuinglius Ambrosio Blaurero: 21 Junii. 308
56. Joannes Rhellicanus Zuinglio. 6 Idus Junias. 308
57. *Zuinglius Jacobo Werdmüllero. 24 Junii.* 309
58. *Zuinglius Conrado Som. Ultima Junii.* 310
59. Bucerus Zuinglio. Pridie Calendas Julias. 311
60. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Jovis post Petri et Pauli.* 312
61. Laurentius Marius Zuinglio. 1 Julii. 315
62. Bucerus Zuinglio. 315
63. Oecolampadius Zuinglio. 3 Julii. 317
64. Simon Grynaeus Zuinglio. 5 Julii. 318
65. Caspar Megander Zuinglio. 6 Julii. 318
66. Bucerus Zuinglio. 10 Julii. 319
67. Oecolampadius Zuinglio. 12 Julii. 319
Oecolampadius Philippo Landgrafio Hassiae. 320

P. II. pag.

68. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae.* 14 *Julii.* 320
69. *Conradus Luchsinger Zuinglio. Die Dominica ante Margarethae.* 324
70. Valerius Anshelm Zuinglio. 23 Julii. 325
71. *Zuinglius (Rudolfo Lavatero) Legatis paci conciliandae. 24 Julii.* 325
72. *Joannes Grob Zuinglio. 25 Julii.* 327
73. *Udalricus Dux Wirtembergensis Zuinglio. 25 Julii.* 328
74. Zuinglius (Leoni Judae). 328
75. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Martis post Jacobi.* 329
76. Oecolampadius Zuinglio. 30 Julii. 331
77. Augustinus Saturnius Zuinglio. 1 Augusti. 332
78. Oecolampadius Zuinglio. 1 Augusti. 333
79. *Albertus a Mülinen Zuinglio. 3 Augusti.* 334
80. Capito Zuinglio. 4 Augusti. 336
81. *Jacobus Sturm Zuinglio. 4 Augusti. Philippus Landgrafius Hassiae Jacobo Sturmio. 4 Augusti.* 337
82. Bucerus Zuinglio. 4 Augusti. 340
83. Idem eidem. 6 Augusti. 340
84. Capito Zuinglio. 6 Augusti. 341
85. Conradus Stuklin Zuinglio. 8 Augusti. 341
86. Ludovicus Lopadius Zuinglio. 8 Augusti. 343
87. Bucerus Zuinglio. 10 Augusti. 343
88. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 11 Augusti. 344
89. *Kornmesser Secretarius Wirtemb. Zuinglio. Die Sabbati post Laurentii.* 345
90. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 11 (21) Augusti. 347
91. Sebastianus Oeconomus (Hofmeister) Zuinglio. 348
92. *Nicolaus Manuel Zuinglio. Die Jovis post Laurentii.* 349
93. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 13 Aug. 350
94. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Sabbati post Assumptionis Mariae.* 351
95. Oecolampadius Zuinglio. 18 Augusti. 352
96. Paulus Fagius Zuinglio. 21 Augusti. 352
97. *Communia Wengi, Entweil et Stapffurt Zuinglio. Die S. Bartholomaei.* 353
98. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Aug. 353
99. Idem eidem. 1 Septembris. 354
100. *Jacobus Meyer Consul Basil. Zuinglio.* 354
101. *Zuinglius Senatui Turicensi. 1 Sept.* 355

P. II. pag.

102. *Zuinglius Consuli, Tribunis et cet. Turicensibus.* 359
103. Matthaeus Alberus Zuinglio. 3 Sept. 360
104. *Zuinglius Consuli et cet. civitatis Turicensis. 5 Septembris.* 361
105. *Idem iisdem. 6 Septembris.* 362
106. Franciscus Zinkius Zuinglio. 8 Sept. 363
107. *Zuinglius Consuli et cet. Turicensibus. 11 Septembris.* 363
108. *Martinus Seger Zuinglio. 14 Septembris.* 364
109. *Zuinglius et Funkius Consuli et cet. Civitatis Turicensis. 17 Septembris.* 365
110. *Zuinglius et Funkius Senatui Turicensi. 22 Septembris.* 368
111. Zuinglius Vadiano. 20 Octobris. 369
112. Franciscus Kolb Zuinglio. 21 Octobris. 370
113. Comander Zuinglio. 24 Octobris. 371
114. Conradus Gesner Zuinglio. 27 Oct. 372
115. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. Calendis Novembribus. 373
116. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae. 2 Novembris.* 373
117. Comander Zuinglio. 20 Novembris. 374
118. Oecolampadius Zuinglio. 24 Nov. 375
119. Ballingerus Zuinglio. 24 Novembris. 375
120. *Anonymus Sangallensis Zuinglio. Die Jovis 26.* 376
121. *Scriba secundarius Turicensis Zuinglio.* 376
122. *Anonymus Zuinglio.* 377
123. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. Calendis Decembribus. 378
124. Hieronymus Guntius Tiberinus Zuinglio. 6 Idus Decembres. 379
125. Zuinglius (B. Hallero et Fr. Kolbio) Bernensibus. 9 Decembris. 380
126. Joannes Rhellicanus Zuinglio. 13 Decembris. 381
127. Capito Zuinglio. 14 Decembris. 382
128. Bucerus vel potius Jacobus Sturmius Zuinglio. 15 Decembris. 383
129. Bucerus Zuinglio. 24 Decembris. 385
130. Laurentius Cellarius Zuinglio. Die Stephani. 385
131. *Udalricus Dux Wirtembergensis Zuinglio. Die Johannis Evangelistae.* 385
132. Jacobus Ottherus Zuinglio. 27 Dec. 386
133. Petrus Scudus Zuinglio. 27 Dec. 386
134. Zuinglius Cunhardo Somio. 388
135. *Christannus Kranz Zuinglio.* 389
136. Matthaeus Russ Zuinglio. 390
137. Volcatius Jonerus Zuinglio. 391

P. II. pag.

Appendix 7. Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae. 7 Mail 1529. 662
— — 8. *Idem eidem.* 10 Augusti 1529. 663
— — 9. *Idem eidem.* 2 Novembris 1529. 664

MDXXX.

1. Erhardus Pfluger Zuinglio. Secunda feria ante Hilarii. 392
2. Bucerus Zuinglio. 12 Januarii. 392
3. Idem eidem. 12 Januarii. 393
4. Capito Zuinglio. 13 Januarii. 393
5. Oecolampadius Zuinglio. 15 Januarii. 394
6. Idem eidem. 17 Januarii. 395
7. *Joannes Kaltschmid et Joannes Junker Zuinglio.* 18 *Januarii.* 395
8. *Conradus Schrevogel Zuinglio.* 21 *Jan.* 398
9. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 21 Jan. 399
10. *Christophilus Landenbergius Zuinglio.* 22 *Januarii.* 401
11. Megander Zuinglio. 23 Januarii. 402
12. Eberhardus Rumlingius Zuinglio. 25 Januarii. 403
13. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Martis post Pauli Conversionem.* 404
14. Laurentius Marius Zuinglio. 27 Jan. 406
15. Nicolaus Baling Zuinglio. 29 Januarii. 407
16. Bartholomaeus Millius Zuinglio. Penultima Januarii. 407
17. Mantellus Zuinglio. 1 Februarii. 408
18. *Jacobus Frey Zuinglio.* 5 *Februarii.* 408
19. Henricus Artostomius (Mundprat) Zuinglio. 10 Februarii. 409
20. Oecolampadius Zuinglio. 12 Februarii. 410
21. Berchtoldus Hallerus Zuinglio. 14 Febr. 410
22. *Udalricus Dux Wirtembergensis Zuinglio. Die Martis post Valentini.* 411
23. Lambertus Magret Zuinglio. 16 Febr. 413
24. *Zuinglius Magistro Tummisen et Scribae Civitatis Turicensis.* 18 *Februarii.* 414
25. Lambertus Magret Zuinglio. 21 Febr. 415
26. *Joannes Albertus de Mülinen Zuinglio. Die Dominica ante Matthiae.* 415
27. Zuinglius Lamberto Macreto. 416
28. Conradus Somius Zuinglio. 22 Febr. 418
29. *Erasmus Ritter Zuinglio.* 26 *Februarii.* 419
30. D. Lanzerant Zuinglio. 27 Februarii. 421
31. Lambertus Magret Zuinglio. 27 Febr. 422
32. Zuinglius Jacobo Sturmio. Ultima Februarii. 422
33. Jodocus Kilchmeyer Zuinglio. Die Martis post Invocavit. 424

P. II. pag.

34. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Jovis post Invocavit.* 425
35. Bygel Zuinglio. Die Jovis post Invocavit. 427
36. Zuinglius Cunhardo Zuiccio. 1 Martii. 428
37. Vadianus Zuinglio. 430
38. *Joannes Rudolfus et Henricus Zuinglii Zuinglio.* 9 *Martii.* 430
39. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae.* 9 *Martii.* 431
40. Zuinglius Wernhero Byelo. 12 Martii. 432
41. Zuinglius Oecolampadio. 12 Martii. 433
42. Valentinus Tschudius Zuinglio. 15 Martii. 433
43. *Martinus Seger Zuinglio.* 22 *Martii.* 436
44. Zuinglius Conrado Somio. 26 Martii. 437
45. *Bovillus Zuinglio.* 28 *Martii.* 438
46. *Martinus Manhart Zuinglio. Tertia feria post Judica.* 439
47. *Idem eidem. Tertia feria Paschae.* 440
48. Oecolampadius Zuinglio. Penultima Martii. 442
49. Idem eidem. 2 Aprilis. 442
50. Zuinglius Vadiano. 5 Aprilis. 443
51. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Martis post Reminiscere.* 443
52. Dionysius Melander Bucero, Oecolampadio et Zuinglio. 14 Aprilis. 444
53. Joannes Pherus Zuinglio. 16 Aprilis. 444
54. Capito Zuinglio. 22 Aprilis. 445
55. Oecolampadius Zuinglio. 26 Aprilis. 446
56. Wolfgangus Creulius Zuinglio. Ultima Aprilis. 447
57. Laurentius Marius Zuinglio. 2 Maii. 447
58. Quirinus Schlaber Zuinglio. 2 Maii. 448
59. Bucerus Zuinglio. 4 Maii. 449
60. Oecolampadius Zuinglio. 4 Maii. 449
61. Idem eidem. 11 Maii. 450
62. Paulus Fagius Zuinglio. 13 Maii. 451
63. Bucerus Zuinglio. 14 Maii. 452
64. Capito Zuinglio. 15 Maii. 453
65. *Fridericus Jacobus ab Anwil Zuinglio.* 16 *Maii.* 454
66. Oecolampadius Zuinglio. 22 Maii. 456
67. Capito Zuinglio. 24 Maii. 456
68. Bucerus Zuinglio. 25 Maii. 457
69. Zuinglius Blaurero. 26 Maii. 457
70. Bucerus Zuinglio. 26 Maii. 458
71. Jacobus Sturmius Zuinglio. Ultima Maii. 458
72. Bucerus Zuinglio. Calendis Junii. 459
73. Oecolampadius Zuinglio. 3 Junii. 460

P. II. pag.

74. Zuinglius Berchtoldo Hallero et Casparo Megandro. 6 Junii. 460
75. Oecolampadius Zuinglio. 17 Junii. 461
76. Idem eidem. 17 Junii. 462
77. Simon Grynaeus Zuinglio. 17 Junii. 462
78. Bucerus Zuinglio. 17 Junii. 463
79. Capito Zuinglio. 17 Junii. 464
80. Jacobus Sturmius Zuinglio. 19 Junii. 465
Idem eidem. 28 *Junii.* 468
81. Zuinglius Henrico Bullingero. 28 Junii. 470
82. Oecolampadius Zuinglio. 23 Junii. 470
83. Idem eidem. 25 Junii. 471
84. Hedio Zuinglio. 27 Junii. 472
85. Bucerus Zuinglio. 472
86. *Christophilus Landenberg Zuinglio.* 3 *Julii.* 473
87. Bucerus Zuinglio. 9 Julii. 474
88. Nicolaus Baling Zuinglio. 9 Julii. 475
89. *Georgius Maurer Zuinglio.* 12 *Julii.* 476
90. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae.* 13 *Julii.* 479
91. Oecolampadius Zuinglio. 14 Julii. 480
92. Idem eidem. 15 Julii. 481
93. Idem eidem. 18 Julii. 481
94. Idem eidem. 20 Julii. 482
95. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae.* 22 *Julii.* 482
96. Capito et Bucerus Zuinglio. 23 Julii. 484
97. *Martinus Seger Zuinglio. Die Martis post Jacobi.* 485
98. Bertoldus Haller Zuinglio. 28 Julii. 486
99. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae.* 3 *Augusti.* 487
100. Megander Zuinglio. 6 Augusti. 488
101. Oecolampadius Zuinglio. 15 Augusti. 488
102. Berchtoldus Haller Zuinglio. 15 Aug. 489
103. Vadianus Zuinglio. 16 Augusti. 490
104. Zuinglius Conrado Somio et Simperto Memmingensi. 18 Augusti. 492
105. Ambrosius Blaurerus Zuinglio. 18 Augusti. 494
106. Joannes Marchtorphinus Zuinglio. 15 Calendas Septembres. 494
107. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 19 Aug. 496
108. Erasmus Ritter Zuinglio. 496
109. *Jacobus Werdmüller Zuinglio.* 20 *Aug.* 497
110. *Marcus Peregrinus Zuinglio.* 27 *Aug.* 498
111. Zuinglius Capitoni. Ultima Augusti. 503
112. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Dominica post Aegidii.* 504

P. II. pag.

113. Capito, Zuinglius, Oecolampadius, Megander Bucero. 4 Septembris. 506
114. Zuinglius Ambrosio Blaurero. 6 Sept. 507
115. Georgius Hertwig Zuinglio. 11 Sept. 508
116. Oecolampadius Zuinglio. 13 Sept. 509
117. *Wolf Schall Zuinglio.* 14 *Septembris.* 509
118. Oecolampadius Zuinglio. 17 Sept. 510
119. *Paulus Rhodocomus Zuinglio.* 17 *Sept.* 512
120. Dionysius Melander Zuinglio. 18 Sept. 514
121. Bucerus Zuinglio. 18 Septembris. 515
122. Zuinglius Vadiano. 22 Septembris. 518
123. Oecolampadius Zuinglio. 25 Sept. 518
124. *Henricus Winkler Zuinglio.* 25 *Sept.* 519
125. Oecolampadius Zuinglio. 27 Sept. 520
126. Capito Zuinglio. 27 Septembris. 521
127. Idem eidem. 522
128. Jacobus Grob Zuinglio. Septembri. 522
129. *Senatus Glaronensis Zuinglio. Die Martis post Leodegarii.* 526
130. *Praedicatores Glaronenses Zuinglio.* 4 *Octobris.* 526
131. Berchtoldus Haller Zuinglio. 5 Oct. 528
132. *Zuinglius Senatui Memmingensi.* 10 *Oct.* 529
133. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Lunae post Dionysii.* 533
134. Zuinglius Vadiano. 14 Octobris. 535
135. Bucerus Zuinglio. 14 Octobris. 536
136. Idem eidem. 19 Octobris. 536
137. Werner Bygel Zuinglio. 537
138. Petrus Dasypodius Zuinglio. 22 Oct. 537
139. Berchtoldus Haller Zuinglio. 24 Oct. 538
140. Idem eidem. 25 Octobris. 538
141. *Senatus Wesensis Zuinglio. Simonis et Judae.* 539
142. Oecolampadius Zuinglio. 28 Octobris. 540
143. Conhardus Fabricius Zuinglio. 28 Oct. 541
144. Bertoldus Haller Zuinglio. 29 Oct. 541
145. Ludovicus Lopadius Zuinglio. 30 Oct. 542
146. *Senatus Wesensis Zuinglio.* 543
147. Zuinglius Thomae Blaurero et Cunhardo Zuiccio. 3 Novembris. 544
148. Oecolampadius Zuinglio. 7 Novembris. 544
149. Henricus Strubi Zuinglio. Tertia feria ante Martini. 544
150. Petrus Dasypodius Zuinglio. 14 Novembris. 545
151. Oecolampadius Zuinglio., 19 Nov. 546
152. *Christophilus Landenberg Zuinglio.* 19 *Novembris.* 547
153. *Zuinglius Roestio Consuli et Scribae Turicensibus.* 20 *Novembris.* 549

P. II. pag.

154. Zuinglius, Oecolampadius, Megander et Capito Bucero. 552
155. Jacobus Grob Zuinglio. 24 Novembr. 554
156. Oecolampadius Zuinglio. 26 Nov. 554
157. Bovillus Zuinglio. 29 Novembris. 555
158. Zuinglius Berchtoldo Hallero et Caspari Megandro. Ultima Novembris. 555
159. Oecolampadius Zuinglio. 3 Decembris. 556
160. *Jacobus Frey Zuinglio. Die Dominica ante Nicolai.* 557
161. Zuinglius Jo. de F. 6 Decembris. 559
162. *Erasmus Ritter Zuinglio. 7 Decembris.* 559
163. Bovillus Zuinglio. 14 Decembris. 561
164. Petrus Scudus Zuinglio. 15 Decembris. 562
165. Bucerus Zuinglio. 19 Decembris. 563
Appendix 10. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae. 9 Martii* 1530. 668

MDXXXI.

1. Nicolaus Zurkhinden Zuinglio. 1 Januarii. 569
2. Zuinglius Berchtoldo Hallero et Megandro. 3 Januarii. 569
3. Capito Zuinglio. 22 Januarii. 570
4. Zuinglius Hallero et Megandro. 23 Jan. 572
5. *Joannes Albertus a Mülinen Zuinglio. 23 Januarii.* 573
6. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. 25 Januarii.* 574
7. Oecolampadius Zuinglio. 1 Februarii. 576
8. *Valentinus Gregorius Zuinglio. 2 Febr.* 576
9. Bucerus Zuinglio. 6 Februarii. 576
10. Zuinglius Bucero et ceteris fratribus Argentinensibus. 12 Februarii. 579
11. Bucerus Zuinglio. 16 Februarii. 581
12. Joannes Schradin Zuinglio. 21 Febr. 582
13. Oecolampadius Zuinglio. 25 Febr. 582
14. Erasmus Ritter Zuinglio. 25 Febr. 583
15. Megander et Bertoldus Haller Zuinglio. 2 Martii. 583
16. *Zuinglius Philippo Landgrafio Hassiae. 3 Martii.* 584
17. *Udalricus Dux Wirtembergensis Zuinglio. 3 Martii.* 584
18. Zuinglius Berchtoldo Hallero et Megandro. 7 Martii. 585
19. Bovillus Zuinglio. 15 Martii. 586
20. Berchtoldus Haller Zuinglio. 17 Martii. 586
21. Joannes Cousardus Zuinglio. 17 Martii. 587
22. *Laurentius zur Aich Zuinglio. Die Veneris post Laetare.* 590

P. II. pag.

23. Oecolampadius Zuinglio. 23 Martii. 591
24. Bucerus Zuinglio. 24 Martii. 592
25. Oecolampadius Zuinglio. 28 Martii. 592
26. Zuinglius Vadiano. 5 Aprilis. 593
27. *Udalricus Dux Wirtembergensis Zuinglio. Die Martis post festum Paschale.* 593
28. *Johannes Schmid Zuinglio. Die Mercurii post Pasce.* 594
29. *Joannes Giger Zuinglio. Die Jovis post festum Paschale.* 596
30. Capito Zuinglio. 14 Aprilis. 596
31. Bucerus Zuinglio. 20 Aprilis. 597
32. Comander Zuinglio. 27 Aprilis. 598
33. Johannes Gundelfingius Zuinglio. 26 Aprilis. 599
34. Bucerus Zuinglio. Postridie Philippi et Jacobi. 599
35. *Philippus Brunner Zuinglio. Die Jovis post Crucis.* 599
36. *Joannes Giger Zuinglio. 7 Maii.* 601
37. Bucerus Zuinglio. 9 Maii. 602
38. *Meigret et Daugertin Zuinglio. 14 Maii.* 603
39. Erasmus Ritter Zuinglio. 19 Maii. 606
40. Comander Zuinglio. Ultima Maii. 607
41. Zuinglius Oecolampadio, Somio ceterisque fratribus Ulmae congregatis. 4 Junii. 607
42. Capito Zuinglio. 8 Junii. 608
43. Nicolaus Baling Zuinglio. 9 Junii. 609
44. Zuinglius Valesiano cuidam. 10 Junii. 609
45. Bertoldus Haller Zuinglio. 10 Junii. 611
46. Oecolampadius Zuinglio. 22 Junii. 612
47. *Felix Silberis Zuinglio. 22 Junii.* 613
48. *Praefecti Doggii Zuinglio. Die Lunae ante Johannis.* 615
49. *Stephanus Zeller Zuinglio. 4 Julii.* 616
50. Capito Zuinglio. 4 Julii. 617
51. *Joannes Wirz Zuinglio. Die Mercurii post Ulrici.* 620
52. *Felix Silberis Zuinglio. Die Mercurii post Ulrici.* 621
53. Zuinglius Berchtoldo et Megandro. 6 Julii. 623
54. *Joannes Bovillus Zuinglio. 14 Julii.* 623
55. Capito Zuinglio. 18 Julii. 624
56. Oecolampadius Zuinglio. 20 Julii. 625
57. Comander Zuinglio. Jacobi. 626
58. Zuinglius Berchtoldo et Megandro. 28 Julii. 626
59. *Udalricus Meier Zuinglio. 29 Julii.* 627
60. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Julii. 629

P. II. pag.

61. *Matthias Kessler Zuinglio.* 6 *Augusti.* 630
62. Comander Zuinglio. 8 Augusti. 631
63. Oecolampadius Zuinglio. 13 Augusti. 631
64. Capito Zuinglio. 16 Augusti. 632
65. Zuinglius Conrado Somio. 16 Augusti. 633
66. Oecolampadius Zuinglio. 20 Augusti. 634
67. Simon Grynaeus Zuinglio. 635
68. Oecolampadius Zuinglio. 24 Augusti. 635
69. *Benedictus Noll Zuinglio. Die Martis post Bartholomaei.* 635
70. Zuinglius (Joanni Cousardo). Ultima Augusti. 639
71. Besserer Consul Ulmensis Zuinglio. 3 Octobris. 640
72. *Laurentius zur Lich Zuinglio.* 4 *Sept.* 640
73. Caspar Richender Zuinglio. 7 Sept. 642
74. *Caspar Grossmann Cammlio vel Zuinglio.* 8 *September.* 642

P. II. pag.

75. Bucerus Zuinglio. 13 Septembris. 643
76. Zuinglius Vadiano. 17 Septembris. 644
77. (Dux Mediolanus) Zuinglio. 17 Sept. 645
78. Bucerus Zuinglio. 7 Calendas Octobres. 645
79. Joannes Dominicus Panizonus Zuinglio. 29 Septembris. 646
80. *Philippus Landgrafius Hassiae Zuinglio. Die Saturni post Michaelis.* 646
81. Oecolampadius Zuinglio. Ultima Sept. 647
82. Farellus Zuinglio. 1 Octobris. 647
83. Idem eidem. 648

Catalogus epistolarum quae quo tempore scriptae sint incertum est.

1. Henricus Glareanus Zuinglio. 649
2. *Anonyma Zuinglio.* 649
3. Oecolampadius Zuinglio. 650
4. Idem eidem. 650

Index alphabeticus epistolarum Zuinglianarum exhibens nomina eorum a quibus et ad quos scriptae sunt.

A.

Abbatiscellae Praetor, Senatus et Civitas.
a Zuinglio. Partis I, pag. 473.
Aberlinus Felix Turicensis.
Confessio injuriae Zuinglio collatae. I, 411.
Adrianus VI. Papa.
ad Zuinglium. I, 266.
Alberus Matthaeus Pastor Reutlingae.
ad Zuinglium. II, 360.
a Zuinglio. I, 285.
Alcander. Vide Salzmann.
Alexius Frater Ittingensis.
ad Zuinglium. I, 283.
Am Grüt Joachim Secretarius secundus Turicensis.
ad Zuinglium. I, 169.
Ammannus Jacobus Professor Turicensis.
ad Zuinglium. I, 83. 86. 131. 140. 149. 185.
Ammannus Rudolfus Parochus Knonaviensis.
ad Zuinglium. II, 188.
Anonyma.
ad Zuinglium. II, 649.
Anonymi.
ad Zuinglium. I, 502. II, 286. 377.
Anonymus Constantiensis. Vide Blaurerum Ambrosium.
a Zuinglio. II, 89.
Anonymus Medicotheologus.
a Zuinglio. II, 26.
Anonymus Sangallensis.
ad Zuinglium. II, 376.
Anshelmus Valerius Rotwylensis.
ad Zuinglium. II, 233. 325.
Ab Anwyl Fridericus Jacobus Eques Thurgoviensis.
ad Zuinglium. II, 454.
Artolbius vel *Artolphus* Hieronymus Rector universitatis Basileensis.
ad Zuinglium. I, 91.
Artostomius vel *Mundpratt* Henricus ex Hitzkilch.
ad Zuinglium. II, 409.

B.

Badensis Marchio Philippus.
a Zuinglio. Part. II, pag. 11.
Badenses Helveticae Scultetus et Senatus.
ad Zuinglium. I, 160.
Balingius Nicolaus Ludimagister Curiae Rhaetorum.
ad Zuinglium. II, 100. 102. 144. 266. 407. 475. 609.
a Zuinglio. II, 34.
Ballista Christophorus Medicus Parisiensis.
ad Zuinglium. II, 205. a. 205. b.
Berkingerus Wolf ex Augusta Vindelicorum. Vide Wackingerum.
ad Zuinglium. II, 241.
Bernenses Legati in Thermis Helveticis.
a Zuinglio. II, 3.
Bernensis Senatus.
a Zuinglio. I, 493. II, 139.
a Bucero. II, 139.
a Capitone. II, 139.
ab Oecolampadio. II, 139.
Berschius Alexius Parochus Constantiensis.
ad Zuinglium. II, 29.
Bersius Marcus Theodorinus Plebanus ad S. Leonhardum Basileae.
ad Zuinglium. I, 184. II, 251.
Besserer Consul Ulmensis.
ad Zuinglium. II, 640.
Binderus Georgius Professor Turicensis.
ad Vadianum. I, 410.
Blaurerus Ambrosius Ecclesiastes Constantiensis.
ad Zuinglium. I, 304. 433. 459. 557. II, 212. 271. 344. 373. 378. 494.
a Zuinglio. I, 311. 446. 529. 570. II, 82. 89. 174. 203. 308. 350. 457. 496. 507.
Blaurerus Thomas frater Ambrosii.
a Zuinglio. I, 529. II, 544.
Boltus Ulricus a Lachen Ecclesiastes in Flaesch.
ad Zuinglium. I, 395.

Bombastus Paulus, ut videtur, Scriba Cardinalis Schinneri.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 35.
Borrhaus. Vide Cellarium.
Bovillus vel *Oechsli* Joannes (Scaphusanus?) deinde Ecclesiastes Vesaniae.
ad Zuinglium. II, 50. 438. 555. 561. 586. 623.
Bovillus vel *Oechsli* Ludovicus Magister Scaphusanus.
ad Zuinglium. I, 511. II. 74.
Brassicanus vel *Koolreuter* Joannes Alexander Doctor Juris.
ad Zuinglium. I, 158. 166. 276.
Brunfels Otho ex Nuiburgo Brischoiorum.
ad Zuinglium. I, 272.
Brunner vel *Fontejus* Cunhardus Vesania oriundus.
ad Zuinglium. I, 33. 87. a. 87. b.
a Zuinglio. I, 82.
Brunner vel *Fontejus* Fridolinus Parochus in Mollis.
ad Zuinglium. II, 13. 110.
a Zuinglio. II, 20.
Brunner Joannes frater Cunhardi.
ad Zuinglium. I, 99.
Brunner Philippus Glaronensis Praefectus Thurgoviae.
ad Zuinglium. II, 599.
Bucerus Martinus Schletstadiensis.
ad Zuinglium. I, 173. 295. 335. 367. 466. 481. 510. 520. II, 35. 57. 75. 81. 96. 97. 148. 161. 194. 202. 224. 251. 273. 311. 315. 319. 340. a. 340. b. 343. 383. 385. 392. 393. 449. 452. 457. 458. 459. 463. 472. 474. 484. 515. 536. a. 536. b. 563. 576. 581. 592. 597. 599. 602. 643. 645.
ad Senatum Bernensem. II, 139.
ad Oecolampadium. II, 185.
a Zuinglio. I, 405. II, 192. 506. 552. 579.
a Capitone. II, 506. 552.
a Megandro. II, 506. 552.
a Melandro. II, 444.
ab Oecolampadio. II, 506. 552.
Bullingerus Henricus vel Heilrych Bremgartensis Zuinglii successor.
ad Zuinglium. II, 235. 375.
a Zuinglio. II, 470.
Bünzli Gregorius Pastor Vesaniae.
ad Zuinglium. I, 111. 567.
a Zuinglio. I, 257.
Buschius vel *Von dem Busche* Hermannus e Westphalia.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 195.
Bygelius Wernher Küssnachiensis Scriba primarius Turicensis.
ad Zuinglium. II, 249. 427. 537.
a Zuinglio. II, 414. 432. 549.

C.

Cammlius Senator Turicensis.
a Megandro. II, 642.
Capito vel *Köpfli* Wolfgangus Fabritius.
ad Zuinglium. I, 129. 178. 375. 426. 436. 437. 440. 452. 463. 464. 467. a. 467. b. 468. 480. 489. 492. 509. 515. 527. 530. 543. 551. 562. 563. 571. 579. II, 1. 16. 30. 44. 75. 76. 83. 94. 111. 148. 153. 160. 166. 208. 209. 234. 244. 270. 283. 284. a. 284. b. 290. 291. 336. 341. 382. 393. 445. 453. 456. 464. 484. 521. 522. 570. 596. 608. 617. 624. 632.
ad Senatum Bernensem. II, 139.
ad Bucerum. II, 506. 552.
a Zuinglio. I, 405. 578. II, 192. 503.
Castor Leon. Ludimoderator Vitodurinus.
ad Zuinglium. II, 93.
Cellarius Laurentius ex Stammheim.
ad Zuinglium. II, 385.
Cellarius vel *Borrhaus* Martinus Professor theologiae Basileensis.
ad Zuinglium. II, 87.
Cellarius Michael Praedicator Augusta Vindelicorum.
a Zuinglio. I, 538.
Cervinus (verosimiliter Hirzel) Franciscus, ut videtur, Caplanus Glaronae.
ad Zuinglium. I, 161.
Chalybaeus vel *Stachelin* Georgius Ecclesiastes Bielensis.
ad Zuinglium. II, 204.
Chufferus Joannes.
ad Zuinglium. II, 149.
Churrerus Casparus.
ad Zuinglium. I, 503.
Clauserus Christophorus Archiater Tigurinus.
ad Zuinglium. II, 229.
Clivanus vel *Collinus* Rudolfus Professor Linguae Graecae Tigurinus.
ad Zuinglium. I, 141.
Comander vel *Dorfmann* Joannes ex Curia Rhaetorum.

ad Zuinglium. Part. I, pag. 409. 514. 545. Part. II, pag. 6. 141. 271. 371. 374. 596. 607. 626. 631.
a Zuinglio. II, 34.

Consenus vel *Kuss* Petrus a Schästina) Pastor in Erlenbach ditionis Bernensis.
ad Zuinglium. I, 533.

Cornarius Janus Medicus Zuiccaviensis.
ad Zuinglium. II, 228. 236. 248.

Cosmardus Joannes Episcopus coenobii Gandaviensis.
ad Zuinglium. II, 587.
a Zuinglio. II, 639.

Cremerus Huldricus Monachus in Rāti.
ad Zuinglium. I, 406.

Crassus (verosimiliter Grob) Christophorus Sangallensis.
a Zuinglio. I, 72.

Crualius Wolfgangus Tugiensis Parochus in Rāti.
ad Zuinglium. II, 447.

Curio Valentinus Bibliopola Basilecnsis.
ad Zuinglium. I, 134. 260.

D.

Dasypodius Petrus Ludimoderator Frauenfeldiae.
ad Zuinglium. II, 537. 545.

Daugertis Legatus Regis Gallorum.
ad Zuinglium. II, 603.

Diagnoverus Joannes Pastor Kilchbergae ad lacum Tigurinum.
ad Zuinglium. I, 9.

Dorfmann. Vide Comandrum.

Doringus Joannes Abbatiscellanus.
ad Zuinglium. I, 201.

Dürr. Vide Macrinum.

E.

Eckius (proprie *Mayr ab Eck*) Joannes Procancellarius academiae Ingolstadiensis.
ad Guilielmum a Zell. II, 126.
a Zuinglio. I, 356.

Engentinus Philippus Professor Posseos Fryburgi Brisgoviae.
ad Zuinglium. I, 119.

Entuyl. Vide Wengi.

Ab Eppendorf Henricus Eques Germanus.
ad Zuinglium. I, 259. II, 140.

Erasmus Desiderius Roterodamus.
ad Zuinglium. I, 10. 221. 222. 251. 307. 310.
a Zuinglio. I, 12.

F.

De F. Jo. (probabiliter Scaphusanus).
a Zuinglio. Part. II, pag. 559.

Faber (proprie *Heigerlin*) Joannes Vicarius Episcopi Constantiensis.
ad Zuinglium. I, 78. 101. 148.

Fabritius. Vide Schmid.

Fagius Paulus Ludimagister Ysnensis.
ad Zuinglium. II, 144. 185. 352. 451.

Falk Petrus Vexillarius deinde Praetor Fryburgi.
ad Zuinglium. I, 11. 15.

A Falconibus Guilielmus Secretarius Legati Antonii Pucci.
ad Zuinglium. I, 109.

Farellus Georgius Aquilejensis.
ad Zuinglium. II, 206.

Farellus (semel *Ursinus*) Guilielmus.
ad Zuinglium. I, 404. II, 72. 647. 648.

Faverus Blasius.
ad Zuinglium. I, 369. 422.

Fister Petrus Basilecnsis.
ad Zuinglium. I, 385.

Fontanus Marcus.
ad Zuinglium. II, 267.

Fontejus. Vide Brunner.

Francus quidam anonymus (*Zuinglius*).
ad civem quendam Basilecnsem (Oecolampadium). I, 427.

Frey Jacobus Turicensis Capitaneus et Senator ditionis aedis sacrae Sangallensis.
ad Zuinglium. II, 406. 557.

Fridberger vel *Pacimontanus* Balthasar Waldshutensis.
ad Zuinglium. I, 375.

Frobenius Hieronymus filius Joannis.
ad Zuinglium. I, 111. 128.

Frobenius Joannes Typographus Basilecnsis.
ad Zuinglium. I, 66.

Frosch Joannes Doctor Theologiae Bambergensis.
a Zuinglio. I, 343.
ab Urbano Regio. I, 345.

Froschoverus Christophorus Typographus Turicensis.
ad Zuinglium. I, 539.

Frumentarius Joannes Secretarius Ducis Wirtembergensis.
ad Zuinglium. II, 43.

Funkius Ulricus Senator Turicensis.
ad Zuinglium. II, 236.
ad Senatum Turicensem. II, 365. 368.

G.

Gebentinger Joannes Panni Tonsor et Ludimagister Sangallensis.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 403. 525.
Geill. Vide Grill.
Gerbellius Nicolaus Professor Jurisprudentiae Pforzhemiensis.
ad Zuinglium. I, 292.
A Geroldseck Theobaldus vel Dieboldus Administrator Eremi.
ad Zuinglium. I, 241. 415. 436.
Gessnerus Conradus Medicus Turicensis.
ad Zuinglium. II, 372.
Giger Joannes Quaestor Comitatus Toggii.
ad Zuinglium. II, 596. 601.
Glareanus (proprie *Loritus*) Henricus a Mollis.
ad Zuinglium. I, 1. 4. 5. 15. 17. 19. 26. 62. 72. 74. 75. 78. 139. 150. 156. 175. 182. 191. 196. 211. 229. 247. 256. 263. 267. 270. 273. II, 649.
Glaronenses evangelii doctrinam profitentes.
a Zuinglio. II, 218. 238.
Glaronensis Pagi Ammannus et Senatus.
ad Zuinglium. II, 526.
Glaronensis Pagi Praedicatores.
ad Zuinglium. II, 526.
Glotherus Joannes.
ad Zuinglium. I, 133.
Grat Alexander Doctor Philosophiae ab Actis Engentinensibus.
ad Zuinglium. II, 240.
Graetsch. Vide Grotsch.
Grebelius Cunhardus Turicensis.
ad Zuinglium. I, 27. 46.
Grebelius Joannes Leopoldus Turicensis.
ad Zuinglium. I, 27.
Gregorius Valentinus ex Meyenfeld.
ad Zuinglium. II, 576.
Grill vel *Geill* Christophorus Wiesbadiensis.
ad Zuinglium. I, 385.
Grimm Sigismundus Augustanus Medicus.
ad Zuinglium. II, 133.
Grob. Vide Crassum.
Grob Jacobus de Lichtensteig.
ad Zuinglium. II, 522. 554.
Grob Joannes de Lichtensteig.
ad Zuinglium. II, 327.
Grossmann. Vide Megandrum.
Grotsch vel *Graetsch* Jacobus Brigantinus Parochus Lithopolitanus.
ad Zuinglium. II, 136. 222.
Grynaeus Simon Antistes ecclesiae Basileensis.
ad Zuinglium. Part. II, pag. 318. 462. 635.
Gundelfingius Joannes.
ad Zuinglium. II, 599.
Guntius Hieronymus Tiberinus.
ad Zuinglium. II, 379.
Gynoraeus vel *Gynorianus* Petrus ex Augusta Vindelicorum.
ad Zuinglium. I, 531. II, 12.
a Zuinglio. I, 534.

H.

Hagaeus Nicolaus Solodorus.
ad Zuinglium. I, 127.
Hallerus Berchtoldus Aldingensis Canonicus et Plebanus Bernensis.
ad Zuinglium. I, 189. 206. 287. 294. 394. 441. 549. 574. II, 49. 66. 92. 104. 113. 121. 123. 129. 143. 147. a. 147. b. 154. 190. a. 190. b. 227. 232. 256. 347. 399. 410. 486. 489. 528. 538. a. 538. b. 541. 583. 586. 611.
a Zuinglio. I, 185. 315. 548. 558. II, 10. 51. 71. 102. 294. 380. 460. 555. 569. 572. 585. 623. 626.
Hanerus Joannes Praedicator Francofurdi ad Moenum.
ad Zuinglium. I, 540. 561. 575. II, 32, 67.
a Zuinglio. I, 568. II, 61.
Hassiae Landgrafius Philippus.
ad Zuinglium. II, 287. 288. 312. 329. 351. 404. 425. 443. 504. 533. 574. 646.
ad Jacobum Sturmium. II, 338.
a Zuinglio. II, 320. 479. 482. 487. 584. 662. 663. 664. 668.
ab Oecolampadio. II, 320.
Haetzer Ludovicus Episcopicellanus.
ad Zuinglium. I, 406. 419. 455.
Hedio Caspar Etlingensis.
ad Zuinglium. I, 89. 95. 100. 120. 132. 134. 136. 147. 157. 271. 288. II, 193. 209. 472.
Hertwig Georgius a Secretis Reipublicae Solodorensis.
ad Zuinglium. II, 508.
Herus Joannes Magister Diaconus Glaronensis.
ad Zuinglium. I, 84.
Heschius Jodocus Conventualis Ittingensis.
ad Zuinglium. I, 328.
a Zuinglio. I, 386.
Hessius Joannes Evangelista Bratislaviensium
a Zuinglio. II, 86.

Hewer Jacobus ex Rheineck.
ad Zuinglium. Part. II, pag. 268.
Hirsel. Vide Cervinum.
A Hofen Thomas Scriba secundus Reipublicae Bernensis.
ad Zuinglium. II, 14.
ad Trempium. I, 524.
a Zuinglio. II, 9.
Hofmannus Conradus Canonicus Turicensis.
a Zuinglio. I, 334.
Hofmeister vel *Oeconomus* (proprie Wagner) Sebastianus Scaphusanus.
ad Zuinglium. I, 146. 289. II, 166. 348.
Hosiander vel *Osiander* Andreas Norimbergensis.
a Zuinglio. II, 60.
Hummelbergius Michael Pastor Ravensburgi.
ad Zuinglium. I, 198. 201. 219. 222. 240.
Ab Hutten Ulricus Eques.
ad Zuinglium. I, 302.

I.

Ad S. Joannis Abbas Christianus.
ad Zuinglium. I, 109.
Jomerus Volcatius vel Wolfgang Abbas Capellae.
ad Zuinglium. I, 228. II, 391.
Judas Leo Alsatus Parochus ad S. Petri aedem Turicensem.
a Zuinglio. I, 59. 200. II, 328.
Junker Joannes.
ad Zuinglium. II, 395.

K.

Kaltschmid Joannes e Foro Tiberii Centurio.
ad Zuinglium. II, 395.
Kambli. Vide Cammlium.
Kessler Matthias Parochus Hundwylensis.
ad Zuinglium. II, 630.
Kilchmeyer Jodocus Lucernas.
ad Zuinglium. I, 213. 245. 248. II, 424.
Kilchmeyer Justus Canonicus Lucernensis.
a Zuinglio. I, 278.
Kniewyss Nicolaus Consul Argentinensis.
a Zuinglio. II, 651.
Kölbiner Udalricus Abbatiscellanus.
ad Zuinglium. II, 207.
Kolbius Franciscus Lörracensis Ecclesiastes Bernensis.
ad Zuinglium. I, 403. 526. II, 59. 173. 370.
a Zuinglio. I, 388. II, 51. 71. 102. 380.
Koolreuter. Vide Brassicanum.
Koenig. Vide Regium.
Kornmesser Secretarius Wirtembergensis.
ad Zuinglium. Part. II, pag. 345.
Kotther Joannes Organoedus Fryburgi Uchtonum.
ad Zuinglium. I, 223.
Kramerus. Vide Cramerum.
Kranz Christianus ex Hallow.
ad Zuinglium. II, 389.
Kuss. Vide Conzenum.

L.

A Landenberg Albrechtus Commendator Koenizzi ad Bernam.
a Zuinglio. I, 268.
Landenbergius vel *Landenberger* Christophorus vel Christophilus Capellanus Oberbürensis.
ad Zuinglium. II, 16. 168. 278. 401. 473. 547.
ad Roistium Consulem. II, 17.
Lanzerant Orator Regis Gallorum in Helvetia.
ad Zuinglium. II, 421.
Lapidanus. Vide Steinerum.
Lavaterus Rudolfus Legatus Turicensis.
a Zuinglio. II, 325.
Leo Jacobus Oecqnomus Capellae.
ad Zuinglium. I, 306. 307.
Liechtenburger Joannes.
ad Zuinglium. I, 34.
A Liliis vel *Zur Gilgen* Joannes Jacobus Lucernas.
ad Zuinglium. I, 49. 66.
Lindoverus Fridolinus Pastor Bremgartae.
a Zuinglio. I, 361.
Lopadius Ludovicus Ludimagister Constantiensis.
ad Zuinglium. II, 343. 542.
Lor.tus. Vide Glareanum.
Luchsinger Conradus Glaronensis.
ad Zuinglium. I, 420. II, 275. 324.
Luithart Joannes Lucernas Praedicator Discalceatorum Basileae.
ad Zuinglium. I, 475.
Lutherus Martinus Doctor Wittenbergensis.
a Zuinglio. II, 39.
a Wimphelingio. I, 342.
Lutius Henricus e Vitoduro.
ad Zuinglium. II, 23.

M.

Macrinus (proprie *Dürr*) Melchior Ludimagister Solodorensis.
ad Zuinglium. I, 227. 230. 267. 281.

Magius vel *May* Claudius Bernas.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 451.
Magret vel *Meigret* Lambertus Regis Gallorum Legatus et alter orator.
ad Zuinglium. II, 413. 415. 422. 603.
a Zuinglio. II, 416.
Mangoltus Gregorius Constantiensis.
ad Zuinglium. I, 506. 507. 513.
Mannhart Martinus Parochus in Flums.
ad Zuinglium. II, 439. 440.
Mantellus Joannes Elgoviensis.
ad Zuinglium. II, 275. 408.
Manuel Nicolaus Bernas.
ad Zuinglium. II, 349.
Marchtorphinus Joannes Parochus Wynfeldensis.
ad Zuinglium. II, 494.
Marius Laurentius Parochus Stammheimensis.
ad Zuinglium. II, 315. 406. 447.
Maurer Georgius Scriba Civitatis Memmingensis.
ad Zuinglium. II, 476.
Mediolanus Dux.
ad Zuinglium. II, 645.
Megander (proprie *Grossmann*) Caspar Praedicator Bernensis.
ad Zuinglium. II, 293. 318. 402. 488. 583. 642.
ad Bucerum. II, 506. 552.
ad Cammlium. II, 642.
a Zuinglio. II, 460. 555. 569. 572. 585. 623. 626.
Meigret. Vide Magret.
Meyer a Knonow Geroldus Nobilis Turicensis.
ad Zuinglium. I, 181.
Meyer Jacobus Consul Basileensis.
ad Zuinglium. II, 354.
Meyer Joannes Sutor Vitoduranus.
ad Zuinglium. II, 133.
Meyer Sebastianus Ecclesiastes Bernensis.
ad Zuinglium. I, 242.
Meyer Udalricus Praefectus Schenkenbergensis.
ad Zuinglium. II, 627.
Melander Dionysius Evangelista Francofordiensis.
ad Zuinglium. II, 444. 514.
ad Bucerum. II, 444.
ad Oecolampadium. II, 444.
a Zuinglio. II, 37.
Memmingensis Senatus.
a Zuinglio. II, 529.
Millius Bartholomaeus Ecclesiastes Biberacensis.
ad Zuinglium. II, 407.
Moesager Caspar ex Parisiis.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 548.
Milhusenus Consul et Senatus.
a Zuinglio. II, 653.
A Milinen Joannes Albertus Bernas Commendator in Hitzkilch.
ad Zuinglium. II, 334. 415. 573.
Millerus Jodocus Parochus Chami in Pago Tugiensi.
ad Zuinglium. I, 214.
Mundprat. Vide Artostomium.
Muppain Conradus Pastor Wadiswylae.
ad Zuinglium. I, 402.
Murerus Marcus Wylensis.
ad Zuinglium. I, 395.
Myconius (proprie *Geisshüsler*) Felix filius Oswaldi.
ad Zuinglium. I, 99. 258.
Myconius Oswaldus Lucernas deinde Ecclesiastes Basileae.
ad Zuinglium. I, 51. 53. 102. 115. 117. 121. 122. 135. 137. 145. 152. 153. 155. 159. 177. 188. 192. 194. 209. 210. 212. 215. 216. 226. 244. 252. 253. 322.
a Zuinglio. I, 52. a. 52. b. 97. 99. 102. 106. 116. 123. 126. 139. 142. 147. 155. 174. 181. 202. 208. 217. 218. 255.

N.

Nepos (verosimiliter *Näf*) Jacobus Corrector apud Frobenium Basileensem.
ad Zuinglium. I, 86. 130. 131. 141. 168.
Nesenus Guilielmus Nastadiensis.
ad Zuinglium. I, 14. 20. 21. 23. 36. 65. 207.
Noll Benedictus Praedicator Tüffensis in terra Abbatiscellana.
ad Zuinglium. II, 635.
Norimbergensis Civitas.
a Zuinglio. II, 656.

O.

Oecheli. Vide Bovillos.
Oecolampadius (proprie *Husschyn*) Joannes Reformator Ecclesiae Basileensis.
ad Zuinglium. I, 251. 262. 265. 274. 279. 293. 300. 301. 333. 368. 383. 408. 414. 417. 420. 421. 432. 434. 435. 439. 440. 444. 445. 448. 455. 459. 461. 464. 471. 472. 475. 478. 489. 499. 501. 511. a. 511. b. 512. 517. 518. a. 518. b. 522. 527. 530. 538. 542. 546. 547. 553. 555. a. 555. b. 557. 561. 566. 577. II, 10. 12. 25. 26.

31. 36. 47. 51. 58. 70. 72. 74. 78. 79. 80. 84. 85. 88. 93. 98. 103. 104. 110. 121. 122. 124. 128. 142. 146. 149. 153. 156. 159. 162. 165. 185. 190. 191. 193. 194. 196. 197. 204. 211. 213. a. 213. b. 225. 229. 231. 235. 245. a. 245. b. 250. 252. 253. 264. 273. 274. 281. 289. 292. 302. 317. 319. 331. 333. 352. 353. 354. 375. 394. 395. 410. 442. a. 442. b. 446. 449. 450. 456. 460. 461. 462. 470. 471. 480. 481. a. 481. b. 482. 488. 509. 510. 518. 520. 540. 544. 546. 554. 556. 576. 582. 591. 592. 612. 625. 629. 631. 634. 635. 647. 650. a. 650. b. 655.

ad Senatum Bernensem. Part. II, pag. 139.

ad Bucerum. II, 506. 552.

ad Philippum Landgrafium Hassiae. II, 320.

a Zuinglio. I, 261. 291. 312. 360. 389. 427. 443. 564. II, 8. 124. 264. 433. 549. 607.

a Bucero. II, 185.

a Melandro. II, 444.

Oeconomus. Vide Hofmeister.

Osiander. Vide Hosiandrum.

Ottherus Jacobus ex Arow.

ad Zuinglium. II, 386.

P.

Pacimontanus. Vide Fridberger.

Panizonus Joannes Dominicus Secretarius Ducis Mediolani.

ad Zuinglium. II, 646.

Papilio Antonius Francogallus ex Grenoble.

ad Zuinglium. I, 358.

Pellicanus Conradus Rufacensis Professor Turicensis.

ad Zuinglium. I, 454.

a Zuinglio. I, 462.

Peregrinus vel *Pilgram* Marcus ex Steig ditionis Bernensis.

ad Zuinglium. II, 18. 186. 498.

Pfluger Erhardus Ludimoderator Lithopolitanus.

ad Zuinglium. II, 392.

Pherus Joannes e Constantia.

ad Zuinglium. II, 444.

Pilgram. Vide Peregrinum.

Pirkheimerus Bilibaldus Norimbergensis.

ad Zuinglium. I, 96.

a Zuinglio. II, 653.

Pontanus Georgius Carthusianus Basileensis Historiographus.

ad Zuinglium. I, 413.

A Porta Aegidius Monachus Augustinianus in Como.

ad Zuinglium. Part. I, pag. 447. 572.

Prugnerus Nicolaus Pastor Mülhusianus.

ad Zuinglium. I, 474.

a Zuinglio. II, 57.

Puccius Antonius Legatus Curiae Romanae.

ad Zuinglium. I, 48.

R.

Rasdorfer. Vide Rhodocomum.

Rhaetiae Foederum Communitas.

a Zuinglio. I, 378.

Regel Georgius ex Augusta Vindelicorum.

ad Zuinglium. II, 64. 212.

Regius (proprie *Koenig*) Urbanus a Langenargen.

ad Zuinglium. I, 68. 205. 544. II, 42.

ad Joannem Frosch. I, 345.

a Zuinglio. I, 549.

Reinhart Anna uxor Zuinglii.

a Zuinglio. II, 134.

Rhellicanus (proprie *Müller a Rellikon*) Joannes Philologus.

ad Zuinglium. I, 418. 442. 449. II, 272. 293. 308. 381.

Rhenanus Beatus Schlettstadiensis.

ad Zuinglium. I, 57. 61. 67. 69. 70. a. 70. b. 73. 74. 76. 77. 81. 107. 175. II, 651.

a Zuinglio. I, 192.

Rhetus Hieronymus.

ad Zuinglium. II, 254.

Richender Caspar Pastor in Herzogenbuchsee.

ad Zuinglium. II, 642.

Ritterus Erasmus Bavarus Ecclesiastes Scaphusanus.

ad Zuinglium. II, 2. 135. 257. 419. 496. 559. 583. 606.

a Zuinglio. I, 323. II, 130.

Rhodocomus (proprie *Rasdorfer*) Paulus Ecclesiastes in Rüti Glaronensium.

ad Zuinglium. II, 239. 292. 512.

Roeistius Diethelmus Consul Turicensis.

a Zuinglio. II, 224. 549.

a Christophoro Landenbergio. II, 17.

Roesch Ludovicus.

ad Zuinglium. II, 260.

Roetlin Sigismundus Brigantinus deinde Pastor Lindoviae.

ad Zuinglium. I, 25.

Rümelin Petrus Constantiensis Parochus Schwandensis.

ad Zuinglium. II, 237.

Runtingius Eberhardus Vitoduranus Scriba Civitatis Thunensis.
ad Zuinglium. Part. II, pag. 403.
Russ Matthaeus Parochus Rüggenspergensis in agro Gastal.
ad Zuinglium. II, 390.
Russingerus Joannes Jacobus Abbas Monasterii Fabariensis.
ad Zuinglium. I, 238. 249. 285.

S.

Salsmann vel *Salandronius* vel *Aleander* Ludimagister Curiae Rhaetorum.
ad Zuinglium. I, 29. 47. 220. 394. 485. 504. 505.
Sanderus Michael J. U. D. Decanus Wratislaviensis.
ad Zuinglium. I, 58.
Sapidus Joannes.
ad Zuinglium. I, 289. II, 210.
Saturnius Augustinus ex Sondrio Vallis Tellinae.
ad Zuinglium. II, 332.
De Saxonia Valentinus Professus S. Laurentii in Ittingen.
ad Zuinglium. I, 282.
Schall Wolf ex Augusta.
ad Zuinglium. II, 509.
Schenk Simpertus Concionator Memmingensis.
ad Zuinglium. II, 266.
a Zuinglio. II, 492.
Schindlerus Conradus a Mollis Glaronensium.
ad Zuinglium. I, 421.
Schindlerus Joannes ex Vesania.
ad Zuinglium. II, 259.
Schlaherus Quirinus ex Bila.
ad Zuinglium. II, 448.
Schmid vel *Fabricius* Conradus Commendator Küssnacensis.
ad Zuinglium. II, 541.
Schmid vel *Fabricius* Erasmus Lithopolitanus.
ad Zuinglium. I, 42. 167.
Schmid Joannes Parochus Taellikonii.
ad Zuinglium. II, 594.
Schmid Justus Scriba Reipublicae Uraniensis.
ad Zuinglium. I, 85.
Schnyder Hartmann Decanus in Ruod ditionis Bernensis.
ad Zuinglium. II, 158.
Schnyder Petrus Concionator Lauffensium.
ad Zuinglium. II, 257. 258.
Schradinus Joannes ex Reutlinga.
ad Zuinglium. II, 582.
Schrewogel Conradus Parochus Wylensis.
ad Zuinglium. Part. II, pag. 398.
Scudus. Vide Tschudios.
Sculteta vel *Schuldheissius* Monialis ad Trajectum Limaginis (Fahr).
a Zuinglio testimonium. I, 458.
Sebivilla Petrus Ecclesiastes Gratianopolitanus.
a Zuinglio. I, 319.
Seger Martinus ex Meyenfeld.
ad Zuinglium. II, 150. 213. 230. 364. 436. 485.
Sertorius (proprie *Schappeler*) Christophorus Sangallensis Ecclesiastes Memmingensis.
ad Zuinglium. I, 392.
Siguinius vel *Sigunius* Ludovicus Gamundanus.
ad Zuinglium. I, 401.
Silberysen Felix Meilensis.
ad Zuinglium. II, 613. 621.
Somius Conradus Ecclesiastes Ulmensis.
ad Zuinglium. II, 418.
a Zuinglio. I, 519. II, 28. 29. 90. 146. 159. 310. 388. 437. 492. 607. 633.
Sorg Simpertus Typographus Ligniacensis.
ad Zuinglium. II, 221.
Stachelin. Vide Chalybaeum.
Stapferus Balthasar Scriba publicus Suitiae.
ad Zuinglium. I, 233.
a Zuinglio. I, 237.
Stapffurt. Vide Wengi.
Steinerus vel *Lapidanus* Wernerus Tugiensis.
ad Zuinglium. I, 209.
a Zuinglio. I, 274. 290.
Stocker Bartholomaeus Capellanus Tugiensis.
ad Zuinglium. I, 204.
Strubius Henricus ex Marbach.
ad Zuinglium. II, 544.
Stucklinus Conradus Concionator Rotwylensis.
ad Zuinglium. II, 341.
Stumpf Simon Bedicensis Pastor in Hoengg.
ad Zuinglium. I, 82. 315. 456. 457.
Sturmius Jacobus Argentinensis.
ad Zuinglium. II, 337. 383. 458. 465. 468.
a Zuinglio. II, 422.
a Philippo Landgrafio Hassiae. II, 338.
Suitiae Praetor et Senatus.
ad Zuinglium. I, 60.
Syts Alexander Doctor Argentinae.
ad Zuinglium. I, 434.

T.

Tannerus Lucius ex Suomiswald.
ad Zuinglium. II, 262.

Tischmacher Benedictus Capellanus Zofingensis.
ad Zuinglium. Part. II, pag. 22.
Toggii Comitatus Consilium et Communis.
a Zuinglio. I, 348.
Toggii Comitatus Praefecti.
ad Zuinglium. II, 615.
Trachselus vel *Trachsel* Balthasar Curatus Artensis.
ad Zuinglium. I, 170.
Trempius Leonhardus Bernas Zuinglii sororis maritus.
ad Zuinglium. I, 483. II, 23. 195. 276.
a Thoma ab Hofen. I, 524.
Trüllerey Barbara Abbatissa in Schaennis.
ad Zuinglium. I, 326.
Tscharnerus Lucius Bernas.
ad Zuinglium. I, 486.
Tschudius vel *Scudus* Aegidius Glaronensis Historiographus.
ad Zuinglium. I, 20.
Tschudius Ludovicus Aegidii frater.
ad Zuinglium. I, 302.
Tschudius vel *Scudus* Petrus Aegidii frater.
ad Zuinglium. I, 16. 18. 35. 50. 80. 190. II, 386. 562.
Tschudius vel *Scudus* Valentinus Zuinglii successor in Glarona.
ad Zuinglium. I, 13. 25. 41. 44. 61. 79. 105. 154. II, 433.
Thumysen Rodolfus Proconsul Turicensis.
a Zuinglio. II, 137. 224. 414.
Turicensis Senatus.
ad Zuinglium. II, 307. 376.
a Zuinglio. II, 119. 296. 303. 305. 355. 359. 361. 362. 363. 365. 368.
ab Ulrico Funkio. II, 365. 369.

U.

Ulmensis Senatus.
a Zuinglio. II, 131.
Ursinus. Vide Farellus.
Utingerus Henricus Canonicus Turicensis.
ad Zuinglium. II, 134.
a Zuinglio. I, 54.

V.

Vadianus (proprie *von Watt*) Joachimus Consul Sangallensis.
ad Zuinglium. I, 3. 512. II, 430. 490.
a Zuinglio. I, 7. 8. 24. 137. 250. 313. 327. 333. 341. 347. 384. 387. 397. 409. 416. 450. 477. 484. 488. 500. 503. 519. 527. 528. II, 68. 69. 84. 215. 216. 217. 243. 269. 369. 443. 518. 535. 593. 644.
a Georgio Binders. Part. I, pag. 410.
Valesianus quidam anonymus.
a Zuinglio. II, 609.
Vannius Joannes Cantor et Canonicus Fryburgi Uitonum.
ad Zuinglium. I, 357. 446.
a Zuinglio. I, 556.
Vesaniae Praefectus et Senatus.
ad Zuinglium. II, 539. 543.
Viestius Michael Bremgartensis.
ad Zuinglium. I, 399. 490.
a Zuinglio. I, 491.
Vitoduranus Scultetus et Senatus.
ad Zuinglium. I, 32.
a Zuinglio. I, 29.

W.

Wackingerus Wolfgangus ex Augusta Vindelicorum. Vide Berkingerum.
ad Zuinglium. II, 44.
Wannerus Joannes e Constantia.
ad Zuinglium. I, 199.
Von Watt. Vide Vadianum.
A Wattenwyl Margaretha e Coenobio Koenigsfelden.
ad Zuinglium. I, 279.
A Wattenwyl Nicolaus Bernas.
a Zuinglio. II, 151. 152.
Weissius Adam Parochus in Creilsheim.
ad Zuinglium. I, 197. 291.
Wendelinus Oswaldus Doctor Dominicanus Praedicator in monasterio S. Galli.
a Zuinglio. I, 324.
Wengi, *Entwyl* et *Stapffurt*, Communia Thurgoviensia.
ad Zuinglium. II, 353.
Wentzius Joannes Henricus Caplanus deinde Pastor Vesaniae.
ad Zuinglium. I, 6.
Werdmüllerus Henricus Senator Turicensis.
ad Zuinglium. I, 476.
Werdmüllerus Huldricus ex Rickenbach.
ad Zuinglium. II, 241. 246.
Werdmüllerus Jacobus Centurio Turicensis.
ad Zuinglium. II, 497.
a Zuinglio. II, 294. 304. 309.
Wesen. Vide Vesaniam.
Wicherus Joannes Glaronensis.
a Zuinglio. II, 238.

Wichgram Petrus Concionator Argentinensis.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 183.

Wimphelingius Jacobus Doctor Theologiae Basileensis.
ad Zuinglium. I, 342.
ad Lutherum. I, 342.

Winklerus Henricus in Sax.
ad Zuinglium. II, 519.

Wirtembergensis Dux Ulricus.
ad Zuinglium. I, 412. II, 34. 328. 385. 411. 584. 593.

Wirsius Burchartus Turicensis.
ad Zuinglium. I, 168. 171.

Wirsius Joannes Turicensis.
ad Zuinglium. II, 620.

Wolfhardus Bonifacius Pastor ad S. Martini Basileae.
ad Zuinglium. I, 333.
a Zuinglio. I, 313.

Wyssenburgius Wolfgangus Pastor ad S. Theodorum Basileae.
ad Zuinglium. II, 274.

Wyssius Urbanus Pastor in Fislisbach.
a Zuinglio. I, 277.

Wyttenbachius Thomas Bielensis Doctor Academiae Basileensis.
a Zuinglio. I, 297.

X.

Xylotectus (proprie *Zimmermann*) Joannes Lucernas.
ad Zuinglium. I, 203. 206. 232. 252. 278.
a Zuinglio. I, 278.

Z.

Zasius Huldricus J. U. D. Constantiensis.
ad Zuinglium. Part. I, pag. 91. 113.

A Zell Guilielmus Nobilis ex Mündelheim.
ad Zuinglium. II, 125.
ab Eckio. II, 126.

Zellerus Stephanus Capitaneus Turicensis.
ad Zuinglium. II, 616.

Zimmermann. Vide Xylotectum.

Zinkius Franciscus ex Eremo deinde ex Wyla.
ad Zuinglium. I, 178. II, 289. 363.

Zuickius (vulgo *Zwick*) Cunhardus Senator Constantiensis.
a Zuinglio. II, 428. 544.

Zuickius (vulgo *Zwick*) Joannes Concionator Constantiensis.
ad Zuinglium. I, 246.
a Zuinglio. I, 254. 570.

Zuinglius Andreas frater Huldrici.
ad Zuinglium. I, 88. a. 88. b.

Zuinglius Anonymus (sine dubio Andreas) frater Huldrici.
a Zuinglio. I, 305.

Zuinglius Henricus frater Huldrici.
ad Zuinglium. II, 430.

Zuinglius Jacobus frater Huldrici.
ad Zuinglium. I, 7.

Zuinglius Joannes Rudolfus frater Huldrici.
ad Zuinglium. II, 430.

Zur Aich Laurentius Oeconomus Coenobii Rhenoviensis.
ad Zuinglium. II, 590. 640.

Zur Gilgen. Vide A Liliis.

Zur Kinden Nicolaus e Berna.
ad Zuinglium. II, 569.

HULDRICI ZUINGLII OPERUM OMNIUM INDEX
SECUNDUM ORDINEM PER VOLUMINA OCTO HUJUS EDITIONIS SERVATUM.

Volumen Primum Operum Omnium
Pars Prima Germanica Origine Scriptorum
Continens didactica et apologetica pro consequendo transitu in evangelicam veritatem ac libertatem ab anno 1522 usque ad martium 1524.

Pag.

1. De delectu et libero ciborum esu. De offendiculo et scandalo. An jus fas sit cibis in tempora certa interdicere. Sententia Turici pro concione dicta. MDXXII. 1 [1])
2. Amica et pia paraenesis ad communem Helvetiorum civitatem scripta, ne evangelicae doctrinae cursum impediant nec justis sacerdotum connubiis sese offendi patiantur. MDXXII. 30
3. De claritate et certitudine verbi Dei. Oratio ecclesiastica Tiguri habita litterisque mandata. MDXXII. 58
4. De semper casta virgine Maria, matre Jesu Christi servatoris nostri. Oratio Tiguri habita. MDXXII. 83
5. Acta congressus in nobili urbe Tiguri ad IV. Cal. Januarii sancti evangelii causa inter spectabilem et honorabilem legationem Constantiensem et Huldricum Zuinglium praedicatorem evangelii Christi cum omnibus Tigurinae urbis et agri ecclesiarum ministris coram senatu populoque habiti. MDXXIII. Et Blenchus articulorum LXVII in disputationem primam promulgatorum ab Huldrico Zuinglio. 105
6. Expositio et confirmatio articulorum et conclusionum ab Huldrico Zuinglio in primam disputationem promulgatarum, edita pridie Idus Julii MDXXIII. 169
7. De divina humanaque justitia, quomodo altera cum altera congruat et constet. Oratio habita die Joannis Baptistae MDXXIII. 425
8. Acta disputationis secundae, quae coram universo Tigurinae civitatis senatu et ecclesiarum ministris plus quingentis S. P. Q. Tigurini consensu instituta est de Idolis et Missa. Feria secunda ante Simonis et Judae festum MDXXIII. 459
9. Brevis Isagoge in evangelicam doctrinam, a prudentissimo Tigurinae civitatis senatu cunctis ecclesiarum tam in agro quam in urbe ministris tradita, qua instructi evangelicam veritatem pure et sincere praedicare possint. XV. Cal. Dec. MDXXIII. 541
10. Consultum de Simulacris et Missa. Dec. MDXXIII. 566
11. Christianum responsum Consulis ac Senatus Tigurini ad Reverendum etc. Dominum Hugonem Episcopum Constantiensem de doctrina utrorumque articulorum, Simulacrorum ac Missae, ipsis impertita, in divina veritate ita fundatum, ut intelligere nemo non possit, quid de iis apud Christianum populum existimari debeat. XV. Cal. Sept. MDXXIV. 584
12. Pastor, quo docetur quibus notis veri pastores a falsis discerni possint et quid de utrisque sit statuendum. VII. Cal. Aprilis. MDXXIV. 631

---

[1]) Numeratio paginarum Voluminum I et II vel Partium I—IV facta est secundum textum originalem germanice scriptorum, neque vero versionis eorum latinae, cujus paginarum numeri illis germanicae editionis nusquam congruunt.

Voluminis Secundi Tomus Primus Operum Omnium

Pars Secunda Germanica Origine Scriptorum

Continens didactica et apologetica pro consequendo transitu in evangelicam veritatem ac libertatem ab aprili 1525 usque ad annum 1528, libros de Catabaptismo omnes et controversias de Eucharistia ab anno 1526 usque ad januarium 1527.

Pag.

13. Responsio Huldrici Zuinglii ad Valentinum Comparem Archigrammateum Uraniensem de Evangelio, Doctoribus vel Patrum autoritate, Imaginibus et Purgatorio. 1
14. Acta disputationis Bernensis. VI. Januarii MDXXVIII. 63
15. Huldrici Zuinglii sermones duo Bernae habiti. 201
16. Huldrici Zuinglii de Baptismo, Anabaptismo et Parvulorum vel Infantium baptismo liber. 230
17. Huldrici Zuinglii Ecclesiastes, i. e. de ratione et officio concionandi liber: in quo videre licet, tumultuosos istos, qui non missi currunt, nequaquam apostolos, quales videri volunt, esse, sed contra dei verbum agere, cum nulla necessitate urgente invitis veris pastoribus ecclesiis sese obtrudunt. 304
18. Huldrici Zuinglii ad Baltazaris Hubmeyeri Pacimontani libellum de Baptismo editum responsio. 337
19. Huldrici Zuinglii de tumultuum et seditionum autoribus et quinam seditiosi merito dicendi sint, qua denique via ad christianam pacem commode perveniri possit, liber. 370
20. Huldrici Zuinglii clara doctrina de coena Domini nunc primum germanice in usum vulgarem, ne simplices ullius subtilitate decipiantur. 426
21. Huldrici Zuinglii ad libellum Doctoris Struthionis de coena Domini contra se scriptum responsio. 469

Voluminis Secundi Tomus Secundus Operum Omnium

Pars Tertia Germanica Origine Scriptorum

Continens didactica et apologetica in controversia de Eucharistia ab anno 1527 usque ad Julium 1528, liturgica et poëtica omnia et scripta minora varii generis pleraque politici ab anno 1522 usque ad Julium 1526.

Pag.

22. Pia et amica ad praestantissimi viri Martini Lutheri sermonem in Vitembergensi ecclesia pro substantialis corporis et sanguinis Christi in sacramento assertione contra Suermeros aut fanaticos publice habitum apologia et responsio Huldrici Zuinglii. 1
23. Huldrici Zuinglii orthodoxa et christiana responsio, qua Christi verba „Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur“ veterem ac unicum sensum perpetuo retinere, et Martinum Lutherum ultimo suo scripto nec suum nec Pontificis sensum docuisse aut confirmasse, docetur. 16
24. Ad D. Martini Lutheri librum, quem is Confessionem dixit, responsio Huldrici Zuinglii. 94
25. *Liturgica.*
    1. Brevis et communis formula baptizandi parvulos in commodum fidelium infirmiorum. Accedunt aliae adorationes Dei in usum communem ecclesiae christianae. 224
    2. Formula baptizandi, qua nunc utitur ecclesia Tigurina omissis quibuscunque additamentis verbo divino non probatis. 230
    3. Actio vel usus sacramenti Coenae dominicae, memoriae vel eucharistiae Christi, quomodo ecclesia Tigurina eam celebrare coepit festo Paschali anni MDXXV. 233

Pag.

26. *Poëtica.*
    1. Labyrinthus. 243
    2. Fabula de tauro et pluribus bestiis. 257
    3. Oratio peste laborantis MDXIX. 269
    4. Carmen in expeditionem priorem Capellanam MDXXIX. 274
    5. Cohortatio ad socios foederis christiani Allemannici. 276
    6. Psalmus LXIX carmine germanico redditus. 277
    7. Threni uxoris Zuinglii in ejus mortem autore Martino Usterio. . . . 281
27. Pia et amica paraenesis ad vetustissimam Suitensium rempublicam, ut principum amicitias et insidiosa alienigenarum munera caveat, Huldrici Zuinglii. . . 286
28. Apologia qua in publicis Helvetiorum comitiis Bernae congregatis ad quaedam falso sibi intentata crimina respondit Huldricus Zuinglius. Anno MDXXIII. . . 299
29. Huldrici Zuinglii annotationes ad trium Episcoporum propositionem universae Helvetiorum confoederationi insinuatam die Veneris ante Quasimodo. . . . 304
30. Epistola Huldrici Zuinglii qua praefatus est Responsum Rustici Helvetici de libro veritati non consentaneo Hieronymi Gebwyleri Iudimagistri Argentinensis ad ecclesiam Romanam ejusque doctrinam falsam tuendam edito. 312
31. Pia et seria paraenesis ad Confoederatos, ut mores majorum suorum sequantur, ne per inimicorum infidiam detrimentum capiant. 314
32. Huldrici Zuinglii brevis sed diligens institutio docens, quo pacto mendaciorum doli, quibus hoc seculum nostrum scatet, caveri possint. Die 25 Junii MDXXIV. . 322
33. Quid cum monachis Turicensibus agendum sit consilium. 327
34. Consilium de rebus Ittingensibus MDXXIV. 329
35. Epistola Huldrici Zuinglii ad fratres christianos Augustae Vindelicorum habitantes omnes, qua praefatus est librum Leonis Judae inscriptum: Christianum proelium contra Mathiae Kretzii antichristianam Missam et Sacerdotium etc. . . . 338
36. Propositio Huldrici Zuinglii coram Senatu Turicensi ei annuntiantis nomine Conventus magni Monasterii traditionem jurisdictionum superiorum et inferiorum. 340
37. Epistola Huldrici Zuinglii ad communem Helvetiorum civitatem scripta, qua docet compaternitatem matrimonii usum non impedire, simulque monet ne sese exterorum insidiis turbari patiantur. 343
38. Huldrici Zuinglii sermones contra pensiones pro militia aliena MDXXI et MDXXV. 350
39. De excommunicatione a Coena Domini consilium Huldrici Zuinglii Senatui Turicensi datum. 353
40. Lex et regula, quomodo proinde in urbe Tigurina de rebus matrimonialibus jus dicendum erit. 356
41. Quemadmodum monachi Rütenses legenda et audienda sacra scriptura occupandi sint consilium. 360
42. De decima et aliis gravaminibus rusticorum Turicensis ditionis consilium. . . 362
43. De foro frumentario, de reditibus ministrorum ecclesiae et sustentatione pauperum consilium. 378
44. Huldrici Zuinglii testimonium de Catabaptistis coram judicibus auditoribus. . 380
45. Responsio Senatus et Ducentorum urbis Tigurinae ad Senatum et magnum Consilium Bernae de propositione legatorum ejus, ut Tigurum Missam restituat, ab Huldrico Zuinglio descripta. 382
46. Huldrici Zuinglii consilium in rebus agendis inter Senatum Turicensem et Pontificem maximum de residuo stipendio et de reformatione ineunte anno MDXXVI. 387
47. *Huldrici Zuinglii scripta per disputationem Thermopolitanam provocata.*
    1. Ad Joannis Eccii epistolam inclytissimam Helvetiorum legatis Badenae comitia agentibus transmissam Huldrici Zuinglii apologetica responsio. . . . 398
    2. Ad Joannis Eccii epistolam et novem pagorum Helvetiae consilium Frowenfeldae initum brevis et extemporaria Huldrici Zuinglii responsio Senatui Tigurino exhibita. 403

Pag.

3. Tigurinae civitatis Senatus et Diacosiorum ad Joannem Eccium epistola, qua salvus conductus illi promittitur; adjuncto simul Huldrici Zuinglii ad communis Helvetiae legatos epistolio. 414
4. Huldrici Zuinglii memoriale de disputatione Badenae habenda. 420
5. Huldrici Zuinglii ad XII Helvetiorum pagos omnesque foederis ejusdem socios de Badensi disputatione Majo mense inchoanda epistola. 423
6. Epistola Joannis Fabri ad Huldricum Zuinglium de futura disputatione a XII pagis Helveticis in diem 16 Maji proximi Badenae Argoviensi habenda promulgata. Accedit Huldrici Zuinglii ad hanc non transmissam epistolam responsio. 429
7. Huldrici Zuinglii ad Confoederatorum nuntios Badenae congregatos epistola. 453
8. Salvus conductus pro Zuinglio a VII pagis Tigurum transmissus. Accedit de transmisso salvo conductu responsio Huldrici Zuinglii. 459
9. Huldrici Zuinglii epistola secunda, qua Fabri antigrapho, quo priorem ad XII Helvetiorum pagos epistolam insectatus est, respondetur. 467
10. Ad Eccii propositiones Huldrici Zuinglii responsio prima, qua VII Eccii propositiones confutantur. Accedit epistola Zuinglii ad XII pagorum legatos. Die 21 Maji MDXXVI. 484
11. Huldrici Zuinglii responsio secunda, qua plura mendacia et antichristiana Eccii Badenae disputantis dicta confutat, cum praefatione ad Rempublicam Helveticam. 491
12. Legati Helveticorum pagorum ad Senatum Turicensem. Accedit epistola Huldrici Zuinglii ad eosdem Badenae congregatos. 499
13. Huldrici Zuinglii ad universos Christi fideles, Helvetios imprimis, amica paraenesis, ut impium Fabri conatum, quo non modo libellis per quosdam nuper conscriptis verum etiam novi testamenti codicibus incendium molitur, caveant. . 508
14. Huldrici Zuinglii ad Joannem Fabrum responsio tertia, qua vanissimum ejus libellum, quem Novitates dixit, confutat. 513

48. Appendix continens Huldrici Zuinglii compositiones musicales carminum suorum. 521

Voluminis Secundi Tomus Tertius Operum Omnium

Pars Quarta Germanica Origine Scriptorum

Continens reliqua minora varii generis, apologetica, ecclesiastica, historica, plerumque politica e vitae Zuinglii epocha ultima ab anno MDXXVI usque ad obitum ejus anno MDXXXI.

Pag.

49. Huldrici Zuinglii epistola ad fideles Esslingenses de nonnullis sermonibus a Balthasare Sattlero illic ante et post disputationem Badenae Argoviensi actam habitis. MDXXVI. 1
50. Huldrici Zuinglii altera epistola ad fideles Esslingenses multa christiana praecepta et cohortationes continens. MDXXVII. 8
51. Huldrici Zuinglii consilium in rebus Geroldseggii. 13
52. Consilium quatuor designatorum Senatorum una cum tribus parochis de disputatione Bernensi deliberatum ad approbationem Senatus. 16
53. Huldrici Zuinglii adumbrationes pro prima synodo Turicensi octavo die post Pascha celebranda.
    1. Ordinis rerum agendarum synodi. 19
    2. Juris jurandi a pastoribus et concionatoribus 20
    3. Juris jurandi candidati in synodum recipiendi. 21
54. Huldrici Zuinglii praefatio ad (Schwenkfeldii) librum inscriptum: „Demonstratio, opinionem corporalis praesentiae Jesu Christi in pane vel in figura panis doctrinae sacrae scripturae plane contrariam esse etc.“ Tigusi editum MDXXVIII. . 22

Pag.

55. Inversionis simulacrorum in vico Sancti Joannis Toggio die 14 Septembris MDXXVIII peractae descriptio verax Huldrici Zuinglii. 24
56. Causae, ob quas cum civitatibus Constantiae, Lindoviae, Argentorati etc. foedus feriendum sit. MDXXIX. 27
57. Huldrici Zuinglii consilia in rebus abbatis et monasterii Sangallensis.
1. Schedula a manu Huldrici Zuinglii data die 5 Aprilis MDXXIX. 30
2. Consilium propter monasterium Sangallense una cum confoederatis et christianis sociis Sangallensibus deliberatum die 15 Aprilis MDXXIX. . . 32
3. Consilium, quid a legatis, praesentibus vel absentibus Glaronensibus, agendum sit, quo monasterium Sangallense cum abbate et monachis occupetur, tollatur atque in quatuor pagorum ditionem tradatur. 33
58. Huldrici Zuinglii consilium de bello gerendo. MDXXIX. 37
59. Pacis conditiones a Huldrico Zuinglio adumbratae.
1. Articuli pacem inter Bernam et Uraniam praeliminantes. 40
2. Articuli pacis conciliandae Senatui ad sanctionem commendati. . . . 42
60. Colloquii Marburgensis enarratio e H. Bullingeri Chronicis. MDXXIX. . . 44
61. Quomodo D. Martinus Lutherus etc. et Huldricus Zuinglius etc. in summa doctrinae christianae sese concordare censuerint Marburgi collocuti, expositio typis excusa cum addito loco Bullingeri Chronicorum. 52
62. Fragmentum colloquii inter Lutherum et Zuinglium ab ipso Zuinglio notatum. 57
63. Scheda manu Oecolampadii, quam ad Uttingerum Myconius transmisit, ad colloquium Marburgense pertinens. 58
64. Propositio in futuris comitiis foederis christiani (Basileae mense Decembre MDXXIX habitis) deliberanda. 59
65. Consideratio rerum Loubenbergeri et Surgensteineri abbatem et monasterium Sangallense attinentium. MDXXIX. 65
66. Nuntius qui a Venetiis advenit.
1. Relationis summarium. 67
2. Indicium centurionis bene noti etc. 68
67. Litterae Consulis et VI virorum a sanctioribus consiliis Turicensium ad Legatos Wylae morantes datae Calendis Januariis MDXXX. 69
68. Litterae eorundem ad Senatum Bernensem datae die 27 Maji MDXXX. . . 71
69. Senatus Turicensis decretum de stipendiis parochorum et fundis ecclesiasticis mense Majo MDXXX. 72
70. Supplicatio et desiderium ecclesiasticorum Turicensium ad legatos civitatum christianarum die 19 Augusti MDXXX Turici congregatos. 75
71. Huldrici Zuinglii nomine ecclesiasticorum Argentinensium, Turicensium, Bernensium et Basileensium ad quinque pagos Helveticos epistola. 77
72. Quas ob causas Philippus Hassiae Landgrafius in foedus civitatum christianarum recipiendus sit, adumbratio. 81
73. Huldrici Zuinglii suo, Engelhardi atque Leonis Judae nomine ad Consulem Rocistium et Scribam primarium Turicensem, nunc legatos Basileae, si vero profecti essent, ad Oecolampadium epistola. 82
74. Instructio legati Turicensis Wolenstadium missi. 85
75. Litterae VI virorum a sanctioribus consiliis Turicensium ad Argentinos propter unionem Schmalkaldensem et confessionem de coena Domini 87
76. Litterae VI virorum a sanctioribus consiliis Turicensium ad Basileenses. . . 92
77. Consilia secreta contra quinque Pagos, in futuris comitiis foederis christiani deliberanda, data post Quasimodo MDXXXI. 95
78. Considerationes Tiguro atque Bernae necessariae quinque Pagorum causa. . 101
79. Considerationes in futura comitia VI viris a sanctioribus consiliis opportune proponendae. 108
80. Supplicatio nonnullorum civium Rapperswylensium. 110

Volumen Tertium Operum Omnium

Pars Prima Latinorum Scriptorum

Continens didactica et apologetica pro evincendo transitu in evangelicam veritatem et libertatem ab anno MDXXI ad MDXXVI.

		Pag.
1.	Consilium cujusdam ex animo esse consultum cupientis et Pontificis dignitati et christianae religionis tranquillitati.	1
2.	Huldrici Zuinglii epistola ad Erasmum Fabricium de actis legationis ad Tigurinos missae diebus 7, 8, 9 Aprilis MDXXII.	7
3.	Supplicatio quorundam apud Helvetios evangelistarum ad Hugonem episcopum Constantiensem, ne se induci patiatur, ut quidquam in praejudicium evangelii promulget etc.	16
4.	Apologeticus Archeteles, quo respondetur paraenesi ab episcopo Constantiensi ad Senatum Praeposituras Tigurinae, quem Capitulum vocant, missae.	26
5.	Suggestio deliberandi super propositione Hadriani Pontificis Romani Nerobergae facta ad Principes Germaniae.	77
6.	De Canone Missae epichiresis.	83
7.	De Canone Missae libelli apologia.	117
8.	Adversus Hieronymum Emserum Canonis Missae adsertorem apologia.	121
9.	De vera et falsa religione.	145
10.	Subsidium sive Coronis de Eucharistia.	326
11.	In Catabaptistarum strophas elenchus.	357
12.	Responsio brevis Huldrici Zuinglii ad epistolam satis longam amici haud vulgaris, in qua de eucharistia quaestio tractatur.	438
13.	Amica exegesis, id est expositio eucharistiae negotii ad Martinum Lutherum.	459
14.	Quaestiones de Sacramento Baptismi a Docto quodam propositae Huldrico Zuinglio.	563
15.	Ad Matthaeum Alberum Rutlingensium Ecclesiasten de Coena Domini.	589
16.	Ad Joannis Bugenhagii Pomerani epistolam responsio.	604
17.	Ad Franciscum Lambertum ac omnes, qui in fide sinceri sunt, fratres Argentorati.	615
18.	De peccato originali declaratio ad Urbanum Rhegium.	627
19.	Ad Theobaldi Billicani et Urbani Rhegii epistolas responsio.	646

Volumen Quartum Operum Omnium

Pars Secunda Latinorum Scriptorum

Continens didactica et apologetica ab anno MDXXVI usque ad obitum auctoris ceteraque varia poëtica paedagogica philologica historica.

Accedunt sermones vulgares in psalmos lingua plerumque vernacula.

		Pag.
20.	Ad Carolum Romanorum Imperatorem Germaniae comitia Augustae celebrantem fidei Huldrici Zuinglii ratio.	1
21.	Ad illustrissimos Germaniae principes Augustae congregatos de convitiis Eccii epistola Huldrici Zuinglii.	19
22.	Christianae fidei a Huldrico Zuinglio praedicatae brevis et clara expositio ab ipso Zuinglio paulo ante mortem ejus ad regem christianum scripta hactenus a nemine excusa et nunc primum in lucem edita. MDXXXVI.	42
23.	Ad illustrissimum Cattorum principem Philippum sermonis de providentia dei anamnema.	79
24.	Huldrici Zuinglii ineducatum bovis fabulosum centimetrum currentium rerum commenticium.	145

Pag.

25. Quo pacto ingenui adolescentes formandi sint, praeceptiones pauculae Huldricho Zuinglio autore. 148
26. Praefatio Huldrichi Geminii ad linguarum candidatos praefixa editioni Pindari Caeporino-Cratandrinae de anno MDXXVI et Epistola ejusdem ad lectorem editioni illi epilogi loco annexa. 159
27. De gestis inter Gallos et Helvetios ad Ravennam, Papiam, aliisque locis, et conventu apud Thermas helveticas anno MDXII relatio Udalrici Zuinglii. . . . 167
28. De colloquio Marburgensi relationes latine scriptae.
    1. Rodolphi Collini, qui Zuinglium ad colloquium secutus erat. 173
    2. Philippi Melanchthonis ad principem electoralem Saxoniae. 184
    3. Philippi Melanchthonis ad Henricum Saxoniae ducem. 187
    4. Martini Lutheri ad Jacobum praepositum Bremensem. 190
    5. Joannis Oecolampadii ad Berchtoldum Hallerum Bernensium pastorem. . . 191
    6. Martini Buceri in praefatione ad commentaria in evangelia. 193
    7. Relatio ex duobus manuscriptis in Sculteti annalibus ad annum MDXXIX. 195
    8. Joannis Brentii Schradino ceterisque ecclesiae Reutlingensis symmystis data die 14 Novembris MDXXIX. 201
29. In Huldrici Zuinglii sermones populares et vulgares in psalmos et prophetas praefatio Melchioris Schuleri. 205
30. Liber psalmorum sermonibus vulgaribus illustratus ab Huldrico Zuinglio. . . 208

Volumen Quintum Operum Omnium

Pars Tertia Latinorum Scriptorum

Continens exegetica veteris testamenti maximam partem.

Pag.

1. Annotationes in Genesin. 1
2. Annotationes in Exodum. 202
3. Enchiridion Psalmorum ex hebraica veritate patriae linguae pariter et latinitati donatum. 297
4. Complanatio Jesajae latina. 483
5. Praefatio ad lectorem in apologiam complanationis Jesajae. 547
6. Apologia complanationis Jesajae. 560

Voluminis Sexti Tomus Primus Operum Omnium

Pars Quarta Latinorum Scriptorum

Continens exegetica veteris testamenti residua ac de novo testamento evangelia.

Pag.

7. Complanationis Jeremiae prophetae (sermonum atque threnorum) foetura prima cum apologia, cur quidque sic versum sit. 1
8. Annotationes in evangelium Matthaei. 203
9. Additamenta ad commentarium in evangelium Matthaei. 395
10. Annotationes in evangelium Marci. 484
11. Annotationes in evangelium Lucae. 539
12. Annotationes in evangelium Joannis. 682

Voluminis Sexti Tomus Secundus Operum Omnium

Pars Quinta Latinorum Scriptorum

Continens exegetica novi testamenti residua.

		Pag.
13.	Brevis commemoratio mortis (resurrectionis atque ascensionis) Christi ex quatuor evangelistis in unam seriem concinnata.	1
14.	Annotationes in epistolam ad Romanos.	76
15.	Annotationes in priorem ad Corinthios.	134
16.	Annotationes in posteriorem ad Corinthios.	189
17.	Annotationes in epistolam ad Philippenses.	209
18.	Annotationes in epistolam ad Colossenses.	220
19.	Annotationes in priorem epistolam ad Thessalonicenses.	229
20.	Annotationes in posteriorem epistolam ad Thessalonicenses.	239
21.	Brevis expositio in epistolam beati Jacobi.	249
22.	Brevis expositio in epistolam beati Pauli ad Hebraeos.	291
23.	Expositio in epistolam Joannis canonicam.	320

Volumen Septimum Operum Omnium

Pars Prima Epistolarum

Continens epistolas a Zuinglio ad Zuingliumque scriptas ab anno MDX usque ad finem anni MDXXVI.

					Pag.
1.	Epistola	I	data anno	MDX.	1
2.	Epistolae	IV	datae „	MDXI.	3
3.	Epistola	I	data „	MDXII.	7
4.	Epistolae	II	datae „	MDXIII.	7
5.	„	II	„ „	MDXIV.	9
6.	„	III	„ „	MDXV.	11
7.	„	VII	„ „	MDXVI.	14
8.	„	XII	„ „	MDXVII.	20
9.	„	XXIII	„ „	MDXVIII	33
10.	„	XLVII	„ „	MDXIX.	61
11.	„	LI	„ „	MDXX.	105
12.	„	XXV	„ „	MDXXI.	158
13.	„	LXXI	„ „	MDXXII.	188
14.	„	LV	„ „	MDXXIII.	261
15.	„	XXIV	„ „	MDXXIV.	323
16.	„	LXXI	„ „	MDXXV.	378
17.	„	CXI	„ „	MDXXVI.	459

Volumen Octavum Operum Omnium

Pars Secunda Epistolarum

Continens epistolas a Zuinglio ad Zuingliumque scriptas ab anno MDXXVII usque ad obitum ejus anno MDXXXI.

					Pag.
18.	Epistolae	CVI	datae anno	MDXXVII.	1
19.	„	CIX	„ „	MDXXVIII.	133

Pag.

20. Epistolae CXXXVII datae anno MDXXIX. 249
21. „ CLXV „ „ MDXXX. 392
22. „ LXXXIII „ „ MDXXXI. 569
23. Epistolae IV, quae quo tempore scriptae sint incertum est. 649
24. Appendix epistolarum X serius repertarum. 651
25. Epistolarum a Zuinglio ad Zuingliumque scriptarum partis utriusque catalogus chronologicus. 670
26. Index alphabeticus epistolarum Zuinglianarum exhibens nomina eorum, a quibus et ad quos scriptae sunt. 686

Corrigenda atque addenda.

Vol.	Pag.	Lin.	
I.	1.	25.	Anstatt: fordert — lies: forderte.
-	2.	7.	Anstatt: Zuinglio. In der Fasten. — lies: Zuinglio, in der Fasten.)
-	-	17.	Anstatt: zuo sich — lies: zuo üch.
-	-	38.	Nach: Gedichte — lies: z. B. „Ein kurz etc.
-	6.	28.	Nach: verboten gyn — lies: nach Moyses zyten har: sind etc.
-	-	40.	Anstatt: darum dank sagt. — lies: dank darum sagt mit trüwem ergebenem herzen.
-	7.	11.	Anstatt: rein sind — lies: rein syend.
-	-	34.	Nach: anhangen, — lies: ist on etc.
-	-	42.	Anstatt: habind, ist klar gnuog. — lies: habind abzebrechen, hörst du, nüt nütz, ist klar gnuog.
-	8.	4.	Anstatt: Midas — lies: Midam.
-	-	9.	Anstatt: mit den bruch — lies: mit dem bruch.
-	9.	17.	Anstatt: Paulus — lies: Petrus.
-	12.	8.	Anstatt: 9 — lies: 13.
-	-	19.	Hier ist „Ächt" zu erklären durch „etwa".
-	13.	38.	Anstatt: understüenden bösers. — lies: bösers understüenden.
-	14.	28.	Nach: uneerbar ist, — lies: sprichst du, soll etc.
-	-	30.	Nach: Antwurt. — lies: Ja, doch diss etc.
-	16.	9.	Anstatt: emfolen — lies: empfolen.
-	-	38.	Hier ist „entscheidet" zu erklären durch „unterscheidet".
-	18.	3.	Nach: 1. Cor. VIII. 1. — lies: ff.
-	-	37.	Nach: 1. Cor. X. 23. — lies: ff.
-	21.	12.	Hier ist „Goumend" zu erklären durch „Hütet".
-	22.	40.	Anstatt: die falschen — lies: diss falschen.
-	24.	34.	Anstatt: die bösen falschen zesbrochnen — lies: die zerbrochnen.
-	26.	2.	Nach: paraphrasticos — lies: (das ist, mit zuogelegten worten) uslegen.
-	-	3.	Anstatt: spysen wegen, noch von fyrens, — lies: spysen noch fyrens wegen.
-	27.	23.	Anstatt: unmöglich — lies: unnützlich.
	28.	2.	Anstatt: menschlischer — lies: menschlicher.
-	-	9.	Anstatt: unverschämtem — lies: verschamtem [d. i. schamlosem].
-	29.	18.	Anstatt: sprach — lies: spricht.
	-	31.	Der Zusammenhang zeigt klar, dass die Worte „so das fleischessen abgang" eine Sinnwidrigkeit enthalten, die dem Drang der Geschäfte zuzuschreiben ist, der dem Verfasser keine Zeit liess, diesen Zusatz der vierten Ausgabe im Manuskript oder in der Correktur zu revidiren. Er wollte ohne Zweifel schreiben „so das verbot des fleischessens abgang".
-	30.	16.	Anstatt: Prutinger — lies: Peutinger.
-	31.	24.	Nach: Skandal — lies: mit.
-	32.	12.	Anstatt: 17. — lies: 18.
-	34.	22.	Anstatt: 14 — lies: 24.
-	-	32.	Anstatt: 40 — lies: 47.
-	37.	11.	Anstatt: VI. 11 — lies: X. 10. ff.
-	38.	23.	Anstatt: 32 — lies: 29.
-	40.	1.	Anstatt: 10 — lies: 11.
-	41.	20.	Anstatt: sagens — lies: sagends.
-	42.	20.	Hier ist „zwier" zu erklären durch „zweymahl".

Vol.	Tom.	Pag.	Lin.	
I.	-	45.	19.	Anstatt: XVI. — lies: XV.
-	-	47.	26.	Anstatt: besorgen, ist wol — lies: besorgen ist, wol.
-	-	50.	11.	Anstatt: 1 — lies: 2.
-	-	-	-	Anstatt: 2 — lies: 3.
-	-	-	12.	Anstatt: 3 — lies: 4.
-	-	-	14.	Anstatt: 4 — lies: 5.
-	-	-	33.	Anstatt: 5 — lies: 6.
-	-	-	34.	Anstatt: 6 — lies: 7.
-	-	-	35.	Anstatt: 7 — lies: 8.
-	-	-	41.	Anstatt: 8 — lies: 9.
-	-	53.	18.	Anstatt: Hammelberg — lies: Hummelberg.
-	-	55.	31.	Nach „Psal." soll „CXVI. 11." wegfallen.
-	-	135.	9.	Anstatt: wärid — lies: wärind.
-	-	667.	16.	Anstatt: ränken — hat die zweyte Ausgabe: denken.
-	-	-	17.	Anstatt: zuosicht — hat die zweyte Ausgabe: zuoficht.
-	-	-	19.	Nach „der" soll der Kolon wegfallen.
-	-	-	20.	Nach „gelebt" soll ein Kolon stehen.
-	-	668.	7.	Anstatt des Präsens: hinfüert — lies das Imperfectum: hinfuort.
II.	I.	353.	-	Durch einen Fehler in der Pagination, doch ohne Unterbrechung des Textes, sind diese zwey Seitenzahlen übergangen worden.
-	-	354.	-	
-	-	369.	-	Durch einen Fehler in der Pagination, doch ohne Verwirrung des Textes, sind diese zwey Seitenzahlen zweymahl nach einander gesetzt worden.
-	-	370.	-	
-	-	401.	-	Durch einen Fehler in der Pagination, doch ohne Unterbrechung des Textes, sind diese zwey Seitenzahlen übergangen worden.
-	-	402.	-	
-	II.	VI.	29.	Anstatt: guädige — lies: gemeiner.
-	-	104.	26.	Anstatt: namen; der mir glych — lies: namen, der jm glych.
-	-	166.	16.	Anstatt: Pius — lies: Picus.
-	-	274.	28.	Zwischen dieser Zeile und dem darauf folgenden Titel ist die Notiz einzuschieben: Dieses Gebetlied hat auch Johannes Pestalozzi, Diakon an der Predigerkirche zu Zürich, in etwas freyerer Form poetisch bearbeitet in seiner Sekularschrift: Bilder aus dem Leben Ulrichs Zwingli. 1819. Zürich bey Orell, Füssli und Compagnie.
-	-	416.	17.	Anstatt: guädige] — lies: gemeiner.
IV.	-	193.	28.	Pro: praefati onead — lege: praefatione ad.
-	-	194.	30.	Pro: certissim a fide — lege: certissima fide.
-	-	209.	21.	Post: Zwingli's — adde: und sein Gevatter (Vol II. Tom. II. Pag. 1.)
-	-	229.	5.	Pro: abysso — lege: abyssorum.
-	-	256.	8.	Nomen „ouwe" ortum a latino „ovis" significat „Schaf".
V.	-	I.	8.	In titulo pro: Pars Quinta — lege: Pars Tertia.
-	-	298.b.	36.	Pro: grennt — lege: ggründt.
-	-	303.b.	1.	Pro: zersere — lege: zerzeer.
-	-	337.b.	39.	Pro: verschluckt — lege: verschlunden.
-	-	339.a.	8.	Pro: ngenium — lege: ingeniam.
-	-	363.a.	23.	Pro: Domiuns — lege: Dominus.
-	-	459.b.	31.	Post: gebawen ist wie ein — adde: statt.
-	-	482.	21.	Post: Erläuterung. — adde: Zum Glück hat uns aber das Vol. IV. Pag. 208, 209. beschriebene Manuskript den deutschen Text dieses Psalms aufbehalten. Siehe Vol. IV. Pag. 307.
VI.	I.	1.	8.	In titulo pro: Pars Sexta — lege: Pars Quarta.
-	II.	1.	8.	In titulo pro: Pars Sexta — lege: Pars Quinta.
-	-	1.	6.	Pro: *ΠΑΡΑΣΚΕΩΗ* — lege: *ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ.*
VII.	-	9.	39.	Pro: locum — lege: lacum.

Vol.	Pag.	Lin.	
VII.	46.	22.	Pro: Cooradus — lege: Conradus.
-	91.	43.	Pro: conspesta — lege: conspectu.
-	201.	20.	Pro: Alexandro — lege: Aleandro.
-	233.	14.	Pro: VI. Cal. Nov. (26. Oct.) — lege: XVII. Cal. Nov. (16. Oct.)
-	248.	34.	Pro: (29. Dec.) — lege: (28. Nov.).
-	277.	2.	Post: Wyssio — adde: [1].
-	-	43.	Sub textum pone banc notam historicam: [1]) De Urbano Wyssio, parocho in Fislisbach, vide Operum Vol. I. Pag. 125. Wyssius ad Helveticorum pagorum legatos in comitiis congregatos sequentes a Fabro dictatas misit litteras: „Als Üwer streng wysheit und fürsichtigkeit mich in vergangener zyt habend Minem Gnädigen Herren von Konstanz überantwurtet, von wegen dass ich minen underthanen etwas geprediget und geleert hab, das wider die christenliche kilch, lobliche guote brüch und den nebendmenschen ärgerlich ist; welches ich us underricht und vertruwen, so ich von etlichen *a*) gehabt, hab also wellen glouben, beschirmen und mine underthanen söliches zuo glouben und zuo beschirmen dazuo vermögen. So aber ich von M. Gn. Herren zuo Konstanz und S. Fürstl. Gnaden Vikar Joh. Fabro also gnädiglich und väterlich berichtet und us der göttlichen schrift ougenschynlich überwisen bin, dass min fürnemen und leer wider die christenliche kilch, lobliche guote brüch, ouch minen nebendmenschen und underthanen ärgerlich; hab ich mich davon lassen wysen on alle beschädigung mines lybs oder zwang, und allein mit gnad tugendlicher worten und heiliger schrift dahin gebracht bin, dass mir mine ougen, so nur durch fremde ungegründete leeren verblendet sind, hab ufgethon und erkennt minen irrsal, wie ich ouch hiemit erkenne. Darum, gnädige liebe Herren, so ich geirrt hab wie das schäflin in der wüeste, davon der Herr im evangelium sagt, und ich von minem hirten und herren uf sinem rucken durch gnad göttlicher schrift bin widergebracht und bekeert worden, ist an Üwer Gnaden durch gottes willen und sine barmherzigkeit min arme underthänige bitt, Ir wellind mir verzychen und vergeben alles, das ich durch minen glouben, predigen und leer verwürkt hab und Üwer Gnaden, minen underthanen und nebendmenschen ärgerniss oder schaden zuogefüegt, wann [weil ich], wie ich hie oben angezeigt, [von denen,] so geleerter [sind], dann ich bin, *b*) verfüert worden. Will aber fürderhin min leben besseren und allein gott, siner lieben muoter und den lieben userwälten heiligen anhangen, die eeren, vor ougen halten der trostlichen hoffnung, sy werdind mir über mine sünden gnad und besserung mines lebens erwerben. Üwer Gnaden welle ouch mich gnädiglich wider zuo minen underthanen kommen lassen, denen ich usserhalb miner misshandlung [Missethat], als ich one zwyfel bin, mit einem christenlichen wandel vorgegangen, und eemals [ehe] ich verfüert bin [war], allweg die reine jungfrow Maria mit sonderer bitt und curtisieren angerüeft, ouch die lieben heiligen und engel mit sonderem anruofen und collecten und bettlen vereert hab. Sint das mal [sintemahl] nun mich gott der herr durch sine gnad und barmherzigkeit nit hat wellen lassen verderben, sonder mich armen sünder angenommen und bekeeret; wellind Ir, M. Gn. Herren, durch sin grundlose barmherzigkeit mich ouch in gnaden wider ufnemen und bedenken; so will ich mit hilf und gnad des allmächtigen gottes allen möglichen flyss fürwenden, alles, das durch mich missgehandelt ist, widerzebringen und Üwer Gnaden in aller demüetigkeit ze dienen, ouch minen underthanen mit christenlicher leer und guotem exempel vorgan. Das und alles guots und gnaden, so mir bishar von Üwer Gnaden widerfaren und noch zuostan mag, will [ich] um Üwer Gnaden als ein underthäniger Kaplan gegen gott und der zyt verdienen.“ — Ad loca litteris a) et b) signata Zuinglius in

Vol.	Pag.	Lin.	
			exemplari, quod acceperat, annotavit: „Hie hat er [Faber] jm mundlich zuogemuotet minen namen ze setzen; [Wyss] hat doch dasselb nachhin nit gethan.“ (Vide Simmleri Manuscripta.)
VII.	288.	24.	Pro: Hegio — lege: Hedio.
-	322.	24.	Pro: LIV. — lege: LV.
-	375.	1.	Pro: Ralth. — lege: Balth.
-	392.	45.	Pro: 456. — lege: 465.
-	466.	26.	Pro: maurius — lege: maturius.
-	-	29.	Pro: soide — lege: solide.
VIII.	4.	24.	Post: disputatio — adde: habeatur.
-	7.	35.	Pro: keine — lege: deine.
-	22.	41.	In nota [1]) pro: Amicae Exegesis. — lege: Amicam Exegesim.
-	24.	8.	Pro: noscant — lege: poscant.
-	33.	41.	Pro: carne — lege: carnem.
-	-	42.	Pro: immutata — lege: immutatam.
-	-	43.	Pro: absurde — lege: absurdum.
-	34.	4.	Pro: operi — lege: operis.
-	36.	29.	Pro: percor — lege: precor.
-	41.	42.	In nota post: ferocia. — adde signum (“).
-	-	46.	In nota post: Dei — adde signa (.“).
-	44.	42.	Pro: 1525. — lege: 1528.
-	51.	12.	Pro: Argentinensis — lege: Argentinenses.
-	55.	35.	Pro: docere — lege: docete.
-	64.	37.	Post: confido — adde signum (.).
-	65.	6.	Post: inopia — adde signum (,).
-	71.	39.	Pro: via in — lege: in via.
-	-	44.	Deleatur nota sub textu.
-	77.	10.	In nota pro: qui Joanne — lege: qui a Joanne.
-	79.	14.	Pro: imprimi — lege: imprimis.
-	81.	22.	Pro: XXVI. — lege: 26. Julii.
-	86.	41.	In nota pro: ei — lege: sibi.
-	90.	29.	Pro: potseriore — lege: posteriore.
-	-	35.	Pro: viglantissime — lege: vigilantissime.
-	96.	45.	Pro: Ecclesia — lege: Ecclesiae.
-	104.	25.	Pro: Sed ne Oecolampadius .... tabellionem mittet, ut etc. — vertendum est: Dummodo ne (hoc libello) Oecolampadio malevolentia Dominorum suorum contrahatur, qui haud scio an etiam contra eum rationem quaerant. Deinde Joannes Kimo .... tabellionem suum mittet, ut etc.
-	-	35.	Pro: nt — lege: ut.
-	105.	29.	Pro: Idem — lege: Iidem.
-	-	34.	Pro: undique — vertendum est: ex omnibus pagis.
-	106.	23.	Pro: administatoris — lege: administratoris.
-	107.	19.	Pro: Oecolampadius — lege: Oecolampadio.
-	108.	21.	Pro: Oecolampadius — lege: Oecolampadio.
-	-	32.	Verbum: einschläufen — proprie significat: implicare.
-	114.	20.	Pro: sd — lege: ad.
-	-	21.	Pro: quorum — lege: quarum.
-	-	32.	Pro: Quamquam Vadianum .... sperare licet, eum etc. — vertendum est: Et quidem si Vadianus Sangallensis primo saltem a te ad hoc munus designari possit, nos etiam a Bernatibus impetraturos esse putamus, ut designetur, dummodo per ipsum nobis certo sperare liceat, eum etc.
-	115.	26.	Pro: urbs — vertendum est: civitas.
-	136.	22.	Pro: dolorem mihi .... referuntur. — vertendum est: ad me venit, qui mihi dixit, de me ut etiam antehac mala tibi referri.

Vol.	Pag.	Lin.	
VIII.	136.	42.	In nota 2) pro: ut adeant Senatum . . . . rogatum. — vertendum est: ut adirent Senatum majorem Turicensem ea repetitum.
-	147.	27.	Pro: 8. Febr. — lege: 8. Martii.
-	181.	5.	Pro: basphemiis — lege: blasphemiis.
-	191.	1.	Pro: nostrorum — lege: nostrarum.
-	199.	18.	Pro: damnato — vertendum est: exsecrato.
-	207.	13.	Pro: valli — lege: valle.
-	208.	15.	Pro: nostras — lege: nostrae.
-	214.	2.	Pro: subscriptum ab homine mihi notissimo — vertendum est: ortum a Scriba secundario, homine mihi notissimo.
-	-	3.	Pro: Ruperti Villae — lege: Rappertivillae.
-	-	18.	Pro: judicium sacerdotum — vertendum est: judicium ecclesiasticum.
-	216.	39.	Pro: quid — lege: qui.
-	223.	12.	Pro: idem — lege: iidem.
-	226.	8.	Pro: intercidit — lege: intercedit.
-	227.	42.	Pro: prorastinatur — lege: procrastinatur.
-	228.	38.	Pro: Peragrari — lege: Peragravi.
-	229.	10.	Pro: postremas — lege: postremos.
-	232.	47.	Pro: plug — lege: zlugg (i. e. nimis laxus).
-	242.	7.	Pro: infectantur — lege: insectantur.
	247.	1.	Pro: pareant — lege: parcant.
	249.	23.	Pro: propensissimos — lege: propensissimus.
-	-	24.	Pro: measque — lege: meusque.
-	250.	34.	Post: Maximus — adde signum (.).
-	257.	17.	Pro: 1528. — lege: 1529.
-	268.	25.	Post: 4 Cal. — adde: Mart.
-	276.	2.	Pro: redditus — lege: reditus.
-	287.	22.	Post: Zuinglio — adde: 1.
-	-	46.	Sub textum pone notam: 1) E Schminkii Monimentis Hassiacis Tom. III. Pag. 290, 291.
-	295.	11.	Pro: 8. pomeridiana — lege: pomeridiana 8.
-	368.	10.	Pro: VI. Tags — lege: 17. Tags.
	376.	6.	Pro: pistola — lege: Epistola.
-	438.	39.	Pro: 65. — lege: 45.
	439.	38.	Pro: 66. — lege: 46.
-	449.	18.	Pro: 20. Maji. — lege: 2. Maji.
-	473.	42.	Pro: 15. Julii — lege: 3. Julii.
-	576.	13.	Pro: 23. Febr. — lege: 2. Febr.
-	-	17.	Pro: 23. Horn. — lege: 2. Horn.
-	639.	43.	Pro: Conhardo et Conhardi — lege: Cousardo et Cousardi.
-	670.b.	26.	Pro: Alexander — lege: Aleander.
-	671.b.	20.	Post: Val. Scudus — adde: Zuinglio.
-	-	28.	Ante: Frobenius — pone: Hieronymus.
-	672.a.	43.	Post: Erasmus Fabritius — adde: Zuinglio.
-	673.a.	31.	Pro: 26. Octobris — lege: 16. Octobris.
-	- b.	47.	Pro: Zimmermanni — lege: Zimmermanno.
-	678.a.	29.	Post: 26 — adde: Julii.
-	- b.	33.	Pro: Evangeltstae. — lege: Evangelistae.
-	679.a.	9.	Pro: Februarii — lege: Martii.
-	680.a.	36.	Post: Calendas — adde: Martias.
-	- b.	10.	Pro: 22 (Aprilis) — lege: 29 (Aprilis).

Verzeichniss der verehrtesten Männer, welche auf diese vollständige Ausgabe von Zwingli's Werken subscribirten und damit seinem Gedächtniss das würdigste Denkmal stifteten.

Schweiz.

Appenzell.

	Exemplare.
Etter, Pfarrer im Bühlen bei Gais.	1
Etter, Pfarrer in Stein.	1
Frei, Decan in Trogen.	1
Honerlag, Oberstlieutenant, in Trogen.	1
Iller, Pfarrer in Walsenhausen.	3
Kessler, Pfarrer in Waldstatt.	1
Krüsi, Seminardirector in Gais.	1
Rechsteiner, Pfarrer in Teuffen.	1
Roth-Schiess in Teuffen.	1
Scheuss, Pfarrer in Herisau.	1
Walser, Pfarrer in Herisau.	1
Weishaupt, Pfarrer in Gais.	1
Zellweger, J. Casp., in Trogen.	1
Zellweger, Dr. und Statthalter in Trogen.	1

Argau.

Albrecht, Pfarrer in Schinznach.	1
Amsler, Pfarrer in Windisch.	1
Baumann, Pfarrvikar in Seengen.	1
Fuer, J. R., Dr. in Aarau.	1
Fisch, Helfer in Brugg.	1
Hagnauer, Schuldirector in Zofingen.	1
Hemmann, Pfarrer in Mandach.	1
Hünerwadel, Decan in Lenzburg.	1
Kienast, Fr., V. D. M., in Aarau.	1
Märk, Pfarrer in Rheyn.	1
Müller, Pfarrer in Birrwell.	1
Nabholz, Pfarrer in Zurzach.	1
Pfleger, Pfarrer in Aarau.	1
Pfleger, Pfarrer in Aarburg.	1
Prediger-Bibliothek, reformirte.	1
Rychner, Pfarrer in Entfelden.	1
Schmid, Pfarrer in Uerkheim.	1
Schulthess, Pfarrer in Leeraa.	1
Siegrist, Grossrath, in Meisterschwanden.	1
Stadtbibliothek in Lenzburg.	1
Stadtbibliothek in Zofingen.	1

	Exemplare.
Steiger, Pfarrer in Birr.	1
Welti, J. G., Vikar in Zofingen.	1
Zschokke, H., in Aarau.	1

Basel.

Bauga et *Honegger*, Buchhändler in Liestal.	1
Bibliotheca Alumnorum in Basel.	1
v. Brunn, Pfarrer in Basel.	1
Burkhard, Oberstheifer in Basel.	1
Dewette, Prof. Theol. in Basel.	1
Falkeisen, Antistes in Basel.	1
Frei, H., V. D. M., in Basel.	1
Hagenbach, Prof. Theol. in Basel.	1
Kraus, Diacon in Basel.	1
Larosch, S., Pfarrer in Basel.	1
Larosch, Conrect. Gymn. in Basel.	1
Lesegesellschaft, allgemeine in Basel.	1
Lesegesellschaft, theologische in Basel.	1
Lichtenhahn, Fr., in Basel.	1
Linder, E., Pfarrer in Muttenz.	1
Meyer, Pfarrer in Frenkendorf.	1
Ringier, Pfarrer in Bennwyl.	1
Sarrasin-Forcard, A., Pfarrer in Basel.	1
Stähelin, J. J., Licent. Theol. in Basel.	1
Universitätsbibliothek in Basel.	1
Weber, Pfarrer in Bubendorf.	1
Wick, Diacon in Basel.	1

Bern.

Baggesen, Diacon in Bern.	1
Beckh, G. F., auf Schönbühl bei Thun.	1
Funkhauser, Pfarrer in Utzenstorf.	1
Funkhauser, V. D. M., in Bern.	1
Fusenacht, Pfarrer in Jegenstorf.	1
Frank, Pfarrer in Langenthal.	1
Hopf, Pfarrer und Schuldirector in Bern.	1
Hünerwadel, Pfarrer in Bern.	1

Exemplare.

Kirchen- und Erziehungsrath des Cts. Bern. 10
Kuhn, Pfarrer in Burgdorf. 1
Lemp, Pfarrer in Liegerz. 1
Lutz, Professor in Bern. 1
Müllinen, v., gewesener Oberamtmann in Nidau, in Bern. 1
Müller, Helfer in Burgdorf. 1
Rickli, Seminardirector in Münchenbuchsee. 1
Stadtbibliothek in Burgdorf. 1
Stähelin, Pfarrer in Längnau. 1
Trechsel, Fr., V. D. M., in Bern. 1
Wurstemberger, F. L. W., V. D. M., in Bern. 1
Wyss, Pfarrer in Bümplitz. 1
Ziegler, Pfarrer in Grindelwald. 1

St. Gallen.

Bänziger, J. C., Pfarrer in St. Margaretha. 1
Bänziger, Pfarrer in Altstätten. 1
Bion, Pfarrer in Marbach. 1
Capitels-Bibliothek in St. Gallen. 1
Erpf, Dr., in St. Gallen. 1
Glinz, Pfarrer in St. Gallen. 1
Knaus, Pfarrer in Nesslau. 1
Lesegesellschaft in St. Gallen. 1
Loser, Decan in Oberglatt, für die Capitels-Bibliothek. 1
Merz, J. J., Pfarrer in Ennatbüel. 1
Predigerverein, Rheinthalischer. 1
Rothmund, J. C., Antistes in St. Gallen. 1
Zollikofer, E., V. D. M., in St. Gallen. 1

Genf.

Auditoire de Théologie, à Genève. 1
Basset, fils, pasteur à Genève. 1
Bibliothèque publique à Genève. 2
Bourrit, à Genève. 1
Cellerier, professeur à Genève. 1
Chenevière, professeur à Genève. 1
Compagnie des pasteurs à Genève. 2
Hess, V. D. M., à Genève. 1
Lütscher, reform. deutscher Pfarrer in Genf. 1
Münier, professeur à Genève. 1
Wand, pasteur à Genève. 1

Glarus.

Landesbibliothek, evangelische. 1
Schuler, R., Pfarrer in Bilten. 1
Trümpi, Pfarrer in Niederurnen. 1
Tschudi, Landammann in Glarus. 1
Zwicki, Decan in Mollis. 1
Zwicki, gewesener Pfarrer in Netstall. 1

Exemplare.

Graubündten.

Bataglia, Professor in Chur. 1
Benedict, S., Buchdrucker in Chur. 1
Bischof, Pfarrer in Flinns. 1
Blech, Pfarrer und Kirchenrath in Hohentrins. 1
Camichel, Pfarrer in Sagens. 1
Carisch, Otto de, Pfarrer in Puschlav. 1
Fay, Pfarrer in Sevelen. 1
Frizzoni, A. J. et F., von Cellerina in Bergamo. 1
Kessler, J. S., Pfarrer in Glaris-Davos. 1
Lanz, P., Pfarrer in Sils. 1
Marx, H., Pfarrer in Flaesch. 1
a Porta, A. R., Pfarrer und Professor in Tettan. 1
a Porta, J. R., Pfarrer in Sarn. 1
Truog, Decan in Thusis. 1
Valär, Peter von, älter, Pfarrer in Davos. 1
Valär, P. von, jünger, Pfarrer in Lutzein. 1
Walther, Pfarrer in Suvers. 1
Walther, Pfarrer in Chur. 1
Wetzel, J. Ch. G., Pfarrer in Savien-Platz. 1

Lucern.

Schneider, evangelisch reformirter Pfarrer in Luzern. 1

Neuchâtel.

Berthoud, Alex., pasteur à Valangin. 1
Bibliothèque de M. M. les pasteurs. 1
Schinz, evangel. deutscher Pfr. in Neuchatel. 1
Stoll, Ch., pasteur à Engollon. 1

Schaffhausen.

Daggeler, Pfarrer in Schaffhausen. 1
Hurter'sche Buchhandlung in Schaffhausen. 1
Maurer, Pfarrer in Schaffhausen. 1
Ministerial-Bibliothek in Schaffhausen. 1

Solothurn.

Vok, Chorherr in Solothurn. 1

Thurgau.

Ackermann, Pfarrer in Dussnang. 1
Albrecht, Pfarrer in Nussbaumen. 1
Ammann, Decan in Sulgen. 1
Benker, Pfarrer in Diessenhofen. 1
Bibliothek des evangel. Administrationsrathes. 1
Bibliothek des Ober-Thurgauer-Capitels. 1
Bornhauser, Pfarrer in Arbon. 1
Böeck, Pfarrer in Alterschweilen. 1

	Exemplare.
Bridler, Fr., Pfarrer in Wigoldingen.	1
Ernst, S. U., Pfarrer in Sirnach.	1
Fehr, Pfarrer in Scherzingen.	1
Fehr, Pfarrer in Frauenfeld.	1
Hankart, Pfarrer in Egnach.	1
Hauser, Pfarrer in Aawangen.	1
Heidegger, Pfarrer in Roggweil.	1
Keller, Pfarrer in Pfyn.	1
Knus, J., Pfarrer in Schönholzerschwylen.	1
Maron, Pfarrer in Basadingen.	1
Messmer, Pfarrer in Kilchberg.	1
Mörikofer, Professor in Frauenfeld.	1
Puppikofer, Diacon in Bischofzell.	1
Ruch, V. D. M., in Diessenhofen.	1
Rüsch, Pfarrer in Bürglen.	1
Schaltegger, Pfarrer in Langenrikenbach.	1
Schenk, J. A., Pfarrer in Braunau.	1
Schwarzenbach, Pfarrer in Neunforn.	1
Spengler, Pfarrer in Hüttwylen.	1
Steiger, Pfarrer in Tägerweilen.	1
Stumpf, Pfarrer in Aadorf.	1
Sulzberger, Frau Cammerer, in Frauenfeld.	1
Trümpi, Pfarrer in Ermattingen.	1
Vogler, Pfarrer in Güttingen.	1
Walser, Pfarrer in Kesswylen.	1
Walser, Pfarrer in Salmsach.	1
Wartenweiler, Pfarrer in Lustorf.	1

Waadt.

Académie de Lausanne.	2
Bibliothèque cantonale.	1
Herzog, Prof. à Lausanne.	1
Lerber, B. de, à Lausanne.	1

Zürich.

Abegg, Cammerer, in Hinweil.	1
Asper, H., in Zürich.	1
Bentzel-Sternau, Christ. Graf von, in Mariahalden.	1
Boyel, Pfarrer in Buchs.	1
Birch, von, Cammerer in Knonau.	1
Bleuler, Cammerer in Wipkingen.	1
Boesshard, Pfarrer in Horgen.	1
Breitinger, Pfarrer in Fehraltorf.	1
Brunner, Pfarrer in Regenstorf.	1
Bullinger, Pfarrer in Küsnacht.	1
Burkhard, Pfarrer in Küsnacht.	1
Burkhard, Pfarrer in Stadel.	1
Cantonal-Bibliothek in Zürich.	2
Corrodi, Pfarrer in Oetwil.	1
Corrodi, Cammerer in Töss.	1

	Exemplare.
Cramer, Chorherr in Zürich.	1
Cramer, Pfarrer in Zürich.	1
Dändliker, Pfarrer in Rorbass.	1
Däniker, V. D. M., in Zürich.	1
Deck, Pfarrer in Bachs.	1
Denzler, Pfarrer in Hittnau.	1
Erni, Pfarrer in Uitikon.	1
Escher, Professor in Zürich.	1
Esslinger, Pfarrer in Cappel.	1
Esslinger, Pfarrer in Sternenberg.	1
Füsi, Decan in Albisaffoltern.	2
Füsi, Decan in Richtenschweil.	1
Füsi, Diacon bei St. Peter.	1
Füsi, Professor in Zürich.	1
Füsi, Vikar in Wald.	1
Freitag, Pfarrer in Dorf.	1
Fries, Pfarrer in Zürich.	1
Füssli, Antistes in Neumünster.	1
Germann, Pfarrer in Otelfingen.	1
Gessner, alt Antistes in Zürich.	1
Gessner, Pfarrer in Zürich.	1
Grob, Pfarrer in Stäfa.	1
Gutmann, Pfarrer in Meilen.	1
Häfeli, Pfarrer in Wädenschweil.	1
Hafner, Pfarrer in Zürich.	1
Hafner, Salomon, Lehrer in Zürich.	1
Hafner, Decan in Hombrechtikon.	1
Hegetschweiler, Statthalter in Rifferschweil.	1
Heidegger, Pfarrer in Höngg.	1
Herder, Pfarrer in Neftenbach.	1
Hess, Professor in Zürich.	1
Hess, Pfarrer in Russikon.	1
Hirzel, Pfarrer in Herrliberg.	1
Hirzel, Bürgermeister.	1
Hirzel, Pfarrer in Hedingen.	1
Hirzel, Pfarrer in Bülach.	1
Hirzel, Pfarrer in Volketschweil.	1
Hirzel, Pfarrer in Veltheim.	1
Hirzel, Pfarrer in Pfäffikon.	1
Hirzel, Pfarrer in Rüschlikon.	1
Hirzel, Pfarrer in Niederweningen.	1
Hottinger, Professor in Zürich.	1
Huber, Decan in Zürich.	1
Hug, Pfarrer in Dübendorf.	1
Keller, Pfarrer in Bonstetten.	1
Keller, Pfarrer in Weyach.	1
Klauser, Pfarrer in Lufingen.	1
Koller, Waisenvater in Winterthur.	1
Landolt, J. H., alt Rathsherr in Zürich.	1
Liggenstorfer, Pfarrer in Seebach.	1

	Exemplare.
Locher, Pfarrer in Wytikon.	1
Locher, Pfarrer in Regensberg.	1
Locher, Pfarrer in Stallikon.	1
Lochmann, Pfarrer in Marthalen.	1
Meier von Knonau, Registrator in Zürich.	1
Meier, Leutpriester in Zürich.	1
Meier, Pfarrer in Zürich.	1
Meier, Pfarrer in Männedorf.	1
Meier, Dr. Philol. in Zürich.	1
Meier, Buchhändler in Zürich.	1
Meiss, von, Pfarrer in Zollikon.	1
Michel, Pfarrer in Zürich.	1
Morf, Pfarrer in Zürich.	1
Nabholz, Pfarrer in Flaach.	1
Nägeli, J. J., Lehrer in Zürich.	1
Oeri, Mechanikus in Zürich.	1
Orelli, von, Caspar, Professor in Zürich.	1
Orelli, von, Conrad, Professor in Zürich.	1
Orelli, von, Diacon in Zürich.	1
Peter, Pfarrer in Fällanden.	1
Pfenninger, V. D. M., in Zürich.	1
Reutlinger, V. D. M., in Zürich.	1
Ruckstuhl, Pfarrer in Schlieren.	1
Scheuchzer, V. D. M., in Zürich.	1
Schins, Decan in Fischenthal.	1
Schins, Pfarrer in Erlenbach.	1
Schins, V. D. M., in Zürich.	1
Schins, Pfarrer in Oberwinterthur.	1
Schoch, Pfarrer in Dielstorf.	1
Schulthess, Pfarrer in Dällikon.	1
Schulthess, Oberlehrer in Zürich.	1
Schweizer, Pfarrer in Bubikon.	1
Schweizer, Professor in Zürich.	1
Schweizer, Pfarrer in Illnau.	1
Schwerzenbach, von, Pfarrer in Rifferschweil.	1
Simmler, Cammerer in Trüllikon.	1

	Exemplare.
Sprüngli, Pfarrer in Thalweil.	1
Stahel, Pfarrer in Maschwanden.	1
Staub, Cammerer in Stammheim.	1
Steiner, Bibliothekar in Winterthur.	1
Stierlin, Pfarrer in Dürnten.	1
Stols, Pfarrer in Birmenstorf.	1
Strauss, Pfarrer in Winterthur.	1
Studer, Pfarrer in Wiesendangen.	1
Tuppolet, Pfarrer in Ottenbach.	1
Theiler, Pfarrer in Turbenthal.	1
Tobler, Pfarrer in Wald.	1
Ulrich, Chorherr und Stiftverwalter in Zürich.	1
Ulrich, Chorherr, in Meilen.	1
Ulrich, erster Secretär des Stadtrathes in Zürich.	1
Usteri, Chorherr in Zürich.	1
Usteri, Cammerer in Kilchberg.	1
Vogel, Pfarrer in Grüningen.	1
Vögeli, Kirchenrath in Zürich.	1
Vögeli, Hrch., Professor in Zürich.	1
Waser, Cammerer in Altstätten.	1
Waser, Pfarrer in Kloten.	1
Weiss, Präs. des Erziehungsrathes in Zürich.	1
Weiss, Pfarrer in Wallisellen.	1
Werdmüller, Decan in Uster.	1
Widmer, Stud. Theol. in Zürich.	1
Wild, Pfarrer in Hirzel.	1
Wirz, Pfarrer in Ellikon.	1
Wolf, Decan in Affoltern bei Höngg.	1
Wolf, Pfarrer in Oberglatt.	1
Wüst, Pfarrer in Rafz.	1
Zimmermann, Pfarrer in Steinmaur.	1
Zimmermann, Pfarrer in Zumikon.	1
Zwingli, Decan in Rickenbach.	1
Zwingli, Pfarrer in Dättlikon.	1
Zwingli, Frau Doktor, in Zürich.	1

Ausland.

	Exemplare.
Amsterdam.	
Müller, Joh., Buchhändler.	6
Voorst, J. J. van, V. D. M.	1
Augustenburg.	
Germar, Hofprediger.	1
Beinstein.	
Wolf, Pastor.	1
Berlin.	
Enslin'sche Buchhandlung.	1
Neander, Dr. Theol.	1

	Exemplare
Mylius, A., Buchhändler.	1
Schirmer, Dr. Theol.	1
Bonn.	
Gieseler, J. C. L., Dr. und Prof. Theol.	1
Weber, Ed., Buchhändler.	4
Bremen.	
Heyse, J. G., Buchhändler.	
Breslau.	
Bernstein, Dr. und Prof.	1
Brenise, Prof. Phil.	1

	Exemplare.
Cöln, von, Dr. und Prof. Theol.	1
Dumanns, Pastorhelfer.	1
Gass, Dr. und Prof. Theol.	1
Mensel, Consistorialrath.	1
Middeldorpf, Dr. und Prof. Theol.	1
Scheibel, Dr. und Prof. Theol.	1
Schulz, Dr. und Prof. Theol.	3
Thiele, A., V. D. M.	1
Wirth, H., V. D. M.	1
Copenhagen.	
Brunner, Buchhändler.	1
Reitzel, Buchhändler.	1
Darmstadt.	
Pabst, Buchhändler.	2
Dresden.	
Ammon, Dr., Oberhofprediger, Kirchen- und Ober-Consistorialrath.	1
Oberconsistorium, das königl. sächsische.	1
Freiburg.	
Emmerling, Ad., Buchhändler.	1
Giessen.	
Heyer, Sohn, Buchhändler.	1
Glogau.	
Flemming, Buchhändler.	1
Gotha.	
Glüser, Buchhändler.	2
Göttingen.	
Dietrich'sche Buchhandlung.	2
Gröningen.	
Boeboren, van, Buchhändler.	2
Halle.	
Blasb, Dr.	1
Reinicke et Comp., Buchhandlung.	1
Schwetschke und Sohn, Buchhändler.	2
Buchhandlung des Waisenhauses.	2
Hamburg.	
Perthes, *Besser* und *Mauke*, Buchhändler.	2
Hanau.	
König, Buchhändler.	2
Hannover.	
Hahn'sche Hofbuchhandlung.	2

	Exemplare.
Heidelberg.	
Paulus, Dr. und Prof.	1
Winter, C., Buchhändler.	1
Kiel.	
Universitätsbuchhandlung.	1
Königsberg.	
Borntträger, Gebr., Buchhändler.	3
Lehnert, Professor.	1
Gräfe et Unzer, Buchhändler.	2
Leiden.	
Luchtmans, S. et J., Buchhändler.	24
Leipzig.	
Barth, A., Buchhändler.	2
Blass, H., Pastor.	1
Bibliothek der Nikolaikirche.	1
Hirzel, H., Pastor.	
Hahn, Dr. und Prof. Theol.	1
Winzer, Dr. und Prof.	1
Lissa.	
Günther, E., Buchhändler.	1
London.	
Black et Armstrong, Buchhändler.	4
Lübeck.	
Aschenfeldt, Buchhändler.	1
Magdeburg.	
Creutz'sche Buchhandlung.	1
Marburg.	
Beckhaus, Dr. und Prof., Consistorialrath.	1
Roques, von, erster reformirter Prediger.	1
Meiningen.	
Keyssner'sche Buchhandlung.	1
Mühlhausen.	
Graf, Pfarrer.	2
Münts, Pfarrer.	1
Rösler, Joh.	1
Spörlin, Pfarrer.	1
Münster.	
Wundermann'sche Buchhandlung.	1
Neubrandenburg.	
Dümmler, L., Buchhändler.	1
Pesth.	
Kilian, Buchhändler.	1

Exemplare.

St. Petersburg.

Muralt, Joh. von, evang. reform. Prediger. 7
Muralt, E. von, V. D. M. 1

Riga.

Deubner, Buchhändler. 1

Rogau.

Hennike, Dr. und Pastor. 1

Rostock.

Oeberg, Buchhändler. 1

Rotterdam.

Delprat, G. H. M., Pastor. 1

Schweidnitz.

Hanke, Pastor. 1

Strassburg.

Bruch, Dr. 1
Dahler, Dr. 1
Fritz, Dr. 1
Mäder, Pfarrer. 1
Richard, Dr. 1
Rieder, Pfarrer. 1

Stuttgart.

Bibliothek, königliche. 1

Triest.

Wolf, evang. reform. Prediger. 1

Exemplare.

Tübingen.

Laupp'sche Buchhandlung. 1

Utrecht.

Altheer, J., akademischer Buchdrucker. 2
Bank, M. A. van der, V. D. M. 1
Bibliothek, akademische. 1
Bosch, B. T. N., von Coulembourg. 1
Dermont, V. D. M., von Mappelt. 1
Metelerkamp, J. J., V. D. M. 1
Royaards, H. J., Dr. und Prof. Theol. 1
Tichler, J., Dr. Theol. 1
Wetter, J. Fr., V. D. M. 1

Wien.

Anstalt, protestantisch theologische. 1
Debrecsiner reformirtes Collegium. 1
Maros-Vasarhelyer reformirtes Collegium. 1
Schaumburg et Comp., Buchhändler. 1
Schinke, Professor. 1

Wiesbaden.

Ritter'sche Buchhandlung. 1

Wismar.

Schmidt und von Cossel'sche Buchhandlung. 1

Wittenberg.

Zimmermann'sche Buchhandlung. 1

3 2044 052 816 493

ZWINGLI, Ulrich
Werke.

608.2
Z98.1
1828
v. 8
cop. 1